Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de


Orazio Torsellini Jacob Thomasius Johann Conrad Schwartz

Horatii Tvrsellini Romani De Particvlis Latinae Orationis Libellvs Vtilissimvs

Editio In Germania Qvinta, Lipsiae: Sumt. Weidmanni Heredum et Reichii, 1769

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1728946689/phys_0001
DFG

Lb III
2845 5

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0002
DFG

HORATII TVRSELLINI
ROMANI
DE
PARTICVLIS
LATINAE ORATIONIS
LIBELLVS VTILISSIMVS
POST CVRAS
IACOBI THOMASII
ET
IO. CONRADI SCHWARZII
DENVO
RECOGNITVS ET AVCTVS
EDITIO IN GERMANIA QVINTA.

LIPSIAE
Sumt. WEIDMANNI Heredum et REICHII
cIↃIↃCCLXIX.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0005
DFG



Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0006
DFG

HORATIUS TURSELLINUS LECTORI.

En tibi, Lector, opusculum de ratione colligandi connectendique inter se membra, et quasi artus orationis. Parva quidem res in speciem et exilis, sed ad usum magna, ac plane necessaria. Nisi vero obscurum est, quantum momenti habeant in corpore ad motum usumque membrorum molles ossium commissuræ, nervi, cæteraque, quibus artus omnes apti connexique inter sese continentur. Quippe sine his conjunctionibus, et quasi vinculis, non secus atque humanum corpus sine nervis, dissoluta, minimeque inter se apta, et cohærens languet oratio. Itaque non immerito fortasse Caligula ille Cæsar hoc nomine Senecam irrisit, quod ejus scripta arenam sine calce esse diceret. Neque vero exilitas ac tenuitas rerum, quæ in hoc libello tractantur, ab eo alienare te debet.

Quis enim ignorat gemmas, quamvis specie exiguas, precio et æstimatione in-

gentes haberi? Nimirum, et minutis rebus genere eximiis, dignitate præstantibus, usu necessariis sua laus, suum decus, suum pretium est.

Ut quod elegantissimus Poëta apum solertiam explicare aggrediens, de carmine suo vere dixit, id verius fortasse de hoc studio solerter colligandæ orationis dici queat: In tenui labor: at tenuis non gloria.

Quamobrem si propositam habes veterem eloquentiæ laudem; incumbe in hanc curam, ut partes omnes orationis aptæ inter se nexæque cohæreant, mollesque commissuras, tanquam artus, habeant. His enim scite solerterque descriptis, tum demum eloquentiæ succus, sanguis color, et quasi robur accedet.

I. C.

I. C. SCHWARZII
PRAEFATIO TERTIAE EDITIONIS.

Quanquam et muneris ratio et mea me voluntas a veteri humanitatis oblectamento avocat, quod desideriis amicorum libellos hujusmodi postulantium satisfactum v deatur: tamen, quum bibliopola librum hunc ec sum ve let, meamque operam expetisset, ad Musas hasce paulisper redeundum mihi put vi. Etenim dies, et veteris studii propagatio, varia mihi dudum suppeditaret, quae tertiae libelli hujus editioni necessaria videbantur. Primum enim multae fuerunt latini sermonis particulae,

culæ, quas hujus libri nomen consociari postulabat. Deinde quædam quasi necessitas exegit, ut earum, quæ dudum hic comparuerant, significationes, constructiones, ceteræque proprietates explerentur. Hæc igitur curavimus ut fierent. Præterea nunc observationum quarundam usus, ubi id fieri potuit, melioribus muniri cœpit autoritatibus. Nonnullis etiamnum defuerat locus quasi natalis, quam diligentius designari operis hujus institutum itidem requisivit. Multis denique particularum significationibus commodior nunc assignatus est locus, ut ex ipso quoque ordine major illis lux et dignitas quædam afferretur. Et quoniam duo extiterunt clarissimi viri Heumannus et Facciolatus, quorum unus augendas, alter corrigendas, putavit observationes nostras: nobis hic faciendum fuit, ut breviter utrique responderetur. Et Heumanni quidem emendationem loci Ciceroniani Milon. cap. XXI. improbavimus, quum vel unius literæ commutatio bellam nobis sententiam conficiat: ut in monumentis ingeniorum dudum ostendi. Idem plures libello addi voluit particulas et particularum significationes, quæ in eo jampridem reperiebantur. *Admodum* enim de gradibus ætatis humanæ dici, ex ipsa particulæ illius definitione liquet:

quet: qua de re in iisdem ingeniorum monumentis tom. IV. p. 34. disputavi. Omnia enim exempla in libello tam exiguo proponi non possunt. Proposui tamen nunc unum aliquod, ut vir clarissimus videret, me quum necesse non putarem, aliquid tamen ipsius dare desiderio. *Quod* pro particula *quantum* poni, *in* pro *erga* cum ablativo nonnunqam jungi, *haud* et *sane* sæpe copulari, docuit etiam liber noster. Quare non fuit necesse, ut observationibus generalibus exempla *quod sciam quod senserim*, *quod quidem continens memoria sit*, cet. subjicerem. Foret enim infinitum omnia cumulare. Nec particulæ *cum maxime* fuerant ibi omissæ, sed loco suo interpositæ. Imo ad eundem quem vir doctissimus laudat Zinzerlingium jam allegaram lectores meos. Cetera quæ vir clarissimus admonenda putavit, fere vel ad grammaticam potius et artem interpretandi pertinent, vel tam rara et controversa sunt, ut in hoc libello memorando non videantur. Aliqua v. g. *tanto melior*, *hodie*, *postmodo* ipse jam interea ad librum meum adscripseram, quæ huic editioni passim insperſa tamen Heumanni admonitioni deberi malim videri. Quod reliquum est, ea quæ de origine nominis ἐνθυσιασμοῦ, inter me et Heumannum disputantur,

propediem alibi agemus. Jam ad Facciolatum convertar, cujus mores longe alios vidi, quam qui humanitatis et sapientiæ studio digni videantur. Nam interea dum amici munere fungi vult videri, haud dubitanter allaboravit, ut eodem pene tempore in duobus germaniæ locis monumentum iræ et ceterarum animi ejus commotionum divulgaretur: quæ ipsæ tamen iræ libri mei existimationem non offenderunt, nec quum vindiciarum jam legendarum sit potestas, unquam offendent. Non equidem dubitavi, quin lectores, scida illius perlecta, reprehensionum ejus inanitatem per se intelligerent: sed humanitatis tamen putavi esse, per hanc occasionem vel imperitissimos de veritate admoneri. Quare multis in locis responsiones animadvertentur, quibus in libro tam modico supersedere malueram. Illud quidem optatum magnopere, ne mihi Facciolatus necessitatem imposuisset monendi, ut impotentis animi signa posthac caveret. Illi enim deforme puto, quod, reclamante veritate, literatis persuadere conatus est, a me hominem quendam familiarem Patavium amandatum esse, qui a Facciolato naturam particularum perciperet, ut haberem quæ ad librum poliendum pertinerent. Sed ego quid de illius peritia harum rerum sentirem,

rem, præfatione jam ſuperioris editionis declaravi, et nunc magis declaro. Ipſe igitur, quam velit, de ſe magnifice ſentiat. Per me hoc ei ſemper licebit. Mihi ſatis eſt, quod illa ipſa Facciolati ſcida nullis pene exemplis fuit inſtructa, quibus ſuſpiciones ſuas conſtabiliret, niſi quas a me accepiſſet. Talibus autem obſervationibus non egeo. Ipſe quidem Facciolatus animadverſionum ſuarum prudentiæ ita eſt diffiſus, ut aliquando deos ipſos teſtari auderet. Qui mores mihi quidem ab hominis chriſtiani perſona alieni videbantur. Eos igitur tanto temporis intervallo mutatum iri ſperaveram: ſed quia nihil adhuc animadverti melioris mentis, judicium de moribus hisce meum exponere neceſſe habui. Quare ſcribendi jam finem faciam, quum illud unum adjunxero, Facciolatum obſervationum mearum veritatem ſæpe ita labefactare, ut cohærentiam earum particularum eſſe neget, pro quarum altera aliæ item particulæ ſubſtitui poſſint. Quod argumentum ſubtilius eſt quam quod a nobis capiatur. Nam ſi e. g. pro altera parte formulæ iſtius tritiſſimæ *non modo ſed etiam* ſubſtituere licet *verum quoque:* non iccirco tamen cohærentia harum particularum ipſa neganda videtur. Omnia vero exempla cohærentiæ cumulari in libro tam

parvo non possunt. Fingi queunt cohærentiæ quam plurimæ. Eas hic non curamus: sed quas in veterum scriptis observavimus, eas collegimus, exposuimus. Alii et commenta sua et observationes addant suo arbitratu. Ego eis nunquam reclamabo. Quocirca quum Facciolatus rogatum se velit, eum nos hic rogamus etiam, ut de subtilitate argumenti illius sui, quod dixi, nobiscum liberaliter communicet: nam observationum ejus desiderio non flagramus. Vale, lector humanissime, et si meremur, fave.

EIVS-

EIVSDEM PRAEFATIO EDITIONIS SECVNDAE.

Qui veteres libros bonos identidem in lucem revocant et ornant, ii doctoribus suis et rei literariæ majus officium præstare videntur, quam qui suas lucubrationes edunt, novi nihil aut certe parum allaturi. Nam præceptoris memoriam propagare eximiae humanitatis est: novis præceptis veteres ejusdem observationes amplificare, rationis ac disciplinæ. Iccirco enim veteres cogitata sua literarum monumentis commendarunt, ut nos iis adjuti ad summum, si fieri possit, doctrinæ fastigium enitamur. Enitemur autem ita facillime, si adminicula, hoc est, libri veteres quam plenissimi et commodissimi efficiantur, neque ea, quæ in unum libellum congeri possunt, in infinitos diffundantur. Ego igitur cum plurima semper ex Turselino hausissem, quæ me delectarent; multa vero indidem frustra exquisissem; pleraque corrupta viderem: bene tempus meum collocaturus videbar, si magno labore bona ejus cogitata confirmarem,

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0015
DFG

rem, vetera amplificarem, depravata corrigerem.

II. Primum igitur cum Turſellinus particulas tanquam nervos quosdam a reliquo orationis corpore, quod illæ animarent, ſæpe ſic reſcidiſſet, ut quæ et quanta particularum vis eſſet, nemo tiro videret: ego membra orationis ſcriptorum fere vel integra, vel certe cohærentia propoſui, ut quo nervi pertineant, et quod nervorum officium ſit, perſpici nunc facillime queat.

III. Si qua vero vis et uſus particularum metiendus eſſet ex longiori orationis ſerie, quam quæ in libelli hujus anguſtiis locum inveniret: tum perficiendum nobis putavimus, ut locus ſitusque particularum ex ipſis ſcriptoribus perſpici poſſet. Aſſignavimus igitur exemplis autoris ſuum cuique locum, quem in ſcriptis veterum obtinent, pauciſſimis exceptis, quæ aut diligentiam noſtram ſubterfugerunt, aut nusquam in veterum libris reperiuntur, certe non talia, qualia nobis Turſellinus in conſpectu ponit.

IV. Reliquis item exemplis, quorum ſententiam paucis ex verbis cognoſcere in proclivi eſt, loca, unde petita ſunt, ſtudioſe ad-

adscripsimus. Vix autem credibile est, quantam hujus generis errorum copiam sustulerimus. Volebamus enim universo libello eam adhibere deligentiam, quam vel morosi lectores ab editore postularent.

V. Hac in mente nobis reliqua item indiligentia Tursellini, etsi rara, tamen probanda non erat, sive in observationibus et admonitionibus, sive in exemplis eluceret. Quanquam enim ii, qui ante me libellum politissimum ediderant, nihil pene annotaverint, quasi exquisitissima fide ac summa diligentia confectus esset: tamen id me deterrere non debuit, quo minus omnia, si fieri posset, accuratius limarem. Quamobrem, quæ sine Autoris injuria et cum lectorum commodo notari, discerni, ordinari, perpoliri poterant, ea integre, diligenter ac modeste notavi et digessi. Nihil enim honestius esse judico homini literarum studioso, quam libertatem diligentia, innocentia, et veritate communitam.

VI. Præsertim autem quæ particularum vis crebro scriptorum usu trita esset, quæ minus, perpetuo declaravimus, vel appositis exemplis pluribus, quod perraro factum est, vel locis designatis, unde plura promi possint

sint. Interest enim eorum, quibus latinitas cordi est, ut viam tritam potius insistant, quam tenues ac fallaces tramites secuti in vepreta et solitudines abripiantur, ubi et se fatigent anxii, et aliorum spem commodumque destituant. Sed ubi nos pauciſſima proponimus exempla: ibi scriptores, unde allata sunt, intuendos censemus. Cicero enim et ejus ætatis scriptores nihil ferme ponunt, quod delicatum ingenium offendat: cum contra qui Taciti pleraque concoquere possint, iis ne infulsa quidem stomachum movere videantur.

VII. Interpretationem etiam germanicam nescio cujus autoris sæpius vel expolivi, vel, si præter necessitatem interposita esset, rescidi. Cum enim loca scriptorum integra nunc in conspectu sint, quæ facile queant intelligi: ineptissimi hominis, qui nec loca scriptorum inspexisset, nec germanicam linguam calleret, conjecturæ et commenta vel corrigenda vel removenda omnino fuerunt.

VIII. Præterea novas observationes plurimas inserui, quæ a me, ne cum Tursellini vel Thomasii observationibus confunderentur, nota una *, Thomasianæ vero duabus

duabus ** insignitæ sunt. Sed Tursellinianis quidam quasi Herma non erat apponendus, jampridem per se satis cognitis.

IX. Omnia vero iis literarum formis expressa sunt, quæ lectorum commodis atque intelligentiæ consulant optime. Sunt enim literæ satis magnæ, quæ oculorum aciem nequaquam hebetent. Sunt formæ literarum ita variatæ, ut non solum exempla statim a præceptis et scriptoribus discerni queant, sed etiam, quæ particula pro qua posita sit, ipsa literarum similitudine demonstretur.

X. Hæc fere sunt, quæ de superioris editionis præstantia monenda videbantur. Iis nunc duo potissimum addo momenta. Unum est, quod nostræ præfationi præfatio Tursellini præmissa sit. Necesse est enim, ut adolescentulis de necessitate hujus libelli conitet, quam præfatio illa demonstrat. Ego quidem adhuc experiendo didici, adolescentes, qui in explicandis scriptoribus antiquis ad particularum usum attendere jussi essent et attendissent, non partes modo chriarum et oratiuncularum, sed singulas etiam periodos et periodorum partes commode et scienter connectere: quam

quum reliqui institutionis huius expertes temere ruerent, usquequaque offenderent ac sæpe graviſſime laberentur.

XI. Alterum momentum pertinet ad libellum Iacobi Facciolati, cujus bona hic breviter intuenda ſunt. Nam vir eruditiſſimus obſervationes plurimas e libro noſtro in ſuum transtulit, peccata Turſellini a nobis notata delevit, nova quædam ab aliis neglecta et quidem, ut videri vult, neceſſaria admiſcuit, quæ nos de imitationis cautione monuimus, ſibi itidem attribuit, ſua quibusdam jam ante editionem præconio digna eſſe viſa prædicat, furtum pene nobis exprobrat, ſecretionem obſervationum Turſellini et noſtrarum ſubtiliter reprehendit, multas obſervationes noſtras inutilitatis accuſat, denique minuta quædam in magna literarum luce videre nos potuiſſe negat.

XII. Nobis vero gratiſſima ſunt hujusmodi judicia. Nam quum ipſa illa Facciolati præfatio in elegantem particularum uſum peccet, invidiam ex editionis noſtræ felicitate conceptam declaret, ineptias palam affectet, a latinitate longe abſit: perſpicuum eſt, eruditos omnes æquum et acre judicium ab Autore expectare. Non igitur neceſſe

eſt

est, ut ad hujusmodi scriptoris admonitiones respondeatur. Sed tamen ut magis magisque intelligat Facciolatus, quanti nos æquitatem ejus et judicium faciamus, aliqua hic addemus.

XIII. Primum igitur facile patimur, Facciolatum a nobis bona sumsisse plurima, et quæ nos improbaveramus, condemnasse. Sed vitiosa de Tursellini monumentis resecare homini Germano non licebat. Nam libri et partes librorum sunt ingeniorum testimonia. Est igitur Germanorum integritatis et candoris, ut religiose tractent testimonia, non ambitiose. Homini Italo si in popularium libris contrarium placeat: Germani pro simplicitate sua ferendum putant, quod mutare nequeunt.

XIV. Deinde lectori nostro confirmo, observationes, quas Facciolatus interposuit nostris, tam paucas esse, ut si quis Germanus libello eas intexuisset, in præfatione silere, quam commemorare maluisse videatur.

XV. Mihi quidem eæ, ne aut Itali aut Germani de illarum paucitate et pretio existimarent, ab observationibus Tursellini et

noſtris nulla nota diſcretæ videntur. At enim Facciolatus libellum quem augere poterat, nimium creſcere noluit. Noluerit ſane.

XVI. Cur ergo admiſcuit, quæ aut imitari nemo intelligens velit, aut dubiæ interpretationis putent literati. *Inprimis*, exempli gratia, pro *primum* e Salluſtio Jugurth. 26. poni affirmat. Ego ea de re dubitavi, et dubito. *Quam* pro *quanto* retinuit in libro ſuo: ego id, niſi reperiſſem, nunquam in libro meo repoſuiſſem. *Quamprimum* ego idem valere dixeram, ac *primo quoque tempore* vel *quam celerrime*. Ipſe p. 211. id poni putat pro *quam primum fieri poſſit*. Obſcurum docere conatur obſcure. Pag. 146. *niſi* pro *duntaxat* accipiendum exiſtimat. Sed ſignificationem iſtam, præter neceſſitatem confictam eſſe intelligentes et æqui homines facile per ſe videbunt. Pag. 142. obſervat, etiam dici *nihil eſt unde, nihil eſt quo*. Quis hoc noviſſet, niſi nunc demum didiciſſet? Hujusmodi obſervationes ſi aucupari et alieniſſimis in locis reponere voluiſſemus: quis librum noſtrum in Italiam pertuliſſet? Pag. 133, hoc eſt, alieniſſimo itidem loco *ne quidem* in Romanorum ſcriptis etiam inveniri dictitat: quod nos commodi-

modiore loco monueramus. Hæc nunc attuliſſe ſatis eſt ad diſcrimen noſtræ et Italicæ editionis noſcitandum.

XVII. Quid fiet autem de imitandi cautione? Nobis ea res curæ fuerat in primis. Nam etſi Turſellinus optima quæque potiſſimum ſpectarat: tamen identidem admiſcuerat improba quædam et inepta. Vide particulas *juxta*, *magis* cet. Neque Cicero ipſe nobis usquequaque Cicero eſſe videbatur. Ergo nos merito cavimus adoleſcentulis: quum præſertim uſum etiam particularum ætatis argenteæ oſtendere ſtatuiſſemus, qui quid ab uſu ætatis aureæ differat, paucis conſtat.

XVIII. Quod Stevvechianas obſervationes a noſtris non diligenter ſecreverimus, jejuna eſt accuſatio. Ego quum ex ipſis fontibus bibere ſtatuiſſem et biberem: rivulos conſectari ſupervacaneum duxi. Non igitur Stevvechii opera usquam ſum uſus. Quodſi forte Autor ex ſimilibus atque iisdem obſervationibus furti neceſſitatem ſuſpicetur: magnopere errare eum haud dubitanter aſſevero. Neceſſe eſt enim, ut oculos noſtros videre neget id, quod veteres viderunt. Sed hujusmodi ineptias exploſi

in libro *de Plag. liter. cap. X. §. 4. seqq.* et in *dissertat. de quæstione, an cholerici præcipue sint fures literarii §. 35, pag. 21, seqq.* Adde *Gatackeri Miscell. II, cap. 3, pag. 281.* Thomasii vero integritas carior nobis est et illustrior, quam ut eam furti suspicione contaminari posse putemus. Diligentissime notis suis adscripsit autoritates, quas si reticuisset, nemo ei laudem inventionis abjudicare ausus esset. Magna sunt in me Thomasiorum merita: quocirca si probare ausus fuerit Italus, quæ Germanis exprobrat: germana fides et fortitudo Germano non deerit.

Nam quod Germani observationes suas insignierunt, ne Tursellino tribuerentur, a Facciolato ingeniose reprehenditur. Primum enim libellus parvulus cum ingenti Calepini libro commode comparatur. Deinde ex levi similitudine decus aut deformitas factorum solerter ostendi potest.

Inutilitas denique quarundam observationum nostrarum præclare itidem demonstratur. Nam Ciceroni et aliis scriptoribus exempla ista, quæ proposuit Autor, ignota sunt, nec a nobis hodie usquam adhiberi possunt, et minus addubitationis habent, quam

quam illa Turſellini *non modo-ſed etiam*, *magis quam*, *magis ſi*, et ſimilia. Quocirca moneo Facciolatum, ut verborum definitiones prius animo verſet, quam ſcribat: alioquin ego nihil ei ne a diſcipulorum quidem meorum reprehenſione præſtare poſſum. Ejus ego quidem judicia omnia magni facio: ſed quia hos identidem definire jubeo, quæ cogitent, legant, audiant: vereor, ne Italum in tanta literarum luce minuta quædam videre non poſſe mirentur.

Poſtremo lectorem moneo, ut et Turſellinum hunc et ſi quid unquam edidi, ſpe corrigendorum errorum editum eſſe meminerit. Nulla usquam gloriola eſt a me appetita, nec in rebus tam exiguis ſperanda videtur. Quamobrem iniqui animi eſt criminatio Facciolati, *me vires omnes nervosque ingenii contendiſſe, ut haberent Itali quod mihi inviderent.* In rebus tam parvis nihil invidiæ loci. Sed ſua ſemper Turſellino laus a me erit integra. Quod autem multa ſunt Turſellino addita, ideo factum eſt, ut ne diutius deſiderarentur neceſſaria, et ut diſcrimen uſus particularum aureæ et argenteæ ætatis, origines ſignificationum, ſitus, cohærentia reſpectusque mutuus quorundam verborum, et ſimilia hiſce alia ma-

gis magisque perſpicerentur. Si hæc talia fructuoſa putes, lector adoleſcentulis; æquum mihi animum præſtare perge. Quod quum facere Te videro; proxime, ſi Deus volet alium quendam librum veterem a me denuo politum habebis. Conatum certe poliendi mihi non deeſſe intelliges.

Ita, mi lector, vale, et ſi me in Turſellino Tuis commodis ſerviiſſe putes, etiam fave. Certe ut faveres, laboravi alioqui, nunquam adduci potuiſſem ulla ratione, ut propter particulas latini ſermonis ita perluſtrarem præſtantiſſimos Romanorum libros, quaſi nemo ante me in iis declarandis occupatus fuiſſet. Iterum vale.

LECTORIBUS S.

Cum, divendita ſuperiori Turſelliniani de Particulis latinæ linguæ Opuſculi editione, nova deſideraretur, ratio inita eſt, ut ea non ſine aliqua emendationis acceſſionisque commendatione prodiret Etenim negotium datum eſt viro, in hoc genere literarum verſato, ut ſuperiorem editionem recognoſceret, et, quæ viderentur, de ſuo adderet. Quod ille ita fecit, ut neque plus ſibi juris arrogaret in alieno opere, quam ipſe alium in ſuo ſibi vellet ſumere, neque molem libri valde augeret. Nam et Turſelliniana et Schwarziana integra reliquit, etiamſi in particularum diſtributionibus aliisque recte reprehenſum Schwarzium a Facciolato, V. C. et in aliis non ubique verum vidiſſe virum doctum judicabat: niſi quod duobus aut tribus locis, veluti in *primo*, *quidam* etc. in anguſtius contraxit Schwarzianas obſervationes: maluitque admonere lectores, et, quid ſibi videretur, addere, quam aliquid mutare. Quæ vero in Appendice erant, ea in ipſo opere, ſuis locis repo-

repoſuit, quoad res tulit. Nam, quæ verboſius et acrius contra Facciolatum dicta erant, melius in Appendice relinqui putabat. In novis obſervationibus hic modus adhibitus eſt, ut breves eſſent, et utiles, vel ad intelligendos ſcriptores latinos, vel ad recte ſcribendum. Eæ quæ ſint, additum ſignum ( ) indicabit. Ceterum res eſt obſervationis prope infinitæ: in qua tanto facilius aliquid prætermittitur, etiam a diligentiſſimo, quanto magis verſatur in minutiis, quæ facile effugiunt animadverſionem. Itaque etiam ii, qui poſt futuri ſunt, aliquod ſpicilegium ſibi relictum reperient. (Ac tale poſt primam recenſionem reperit ipſe illius auctor, idque huic novæ editioni addendum permiſit.) Sed, quantumvis minutum ſit totum hoc obſervationis genus: tamen plurimum ad elegantiam ſcribendi valet, neque ſine accurata particularum ſcientia ullo modo conſtare elegantiæ orationis poteſt. Itaque hujus libelli, novis præſertim obſervationibus aucti, lectionem utilem eloquentiæ latinæ ſtudioſis, laborem autem, in eo emendando augendoque ſumtum, non ingratum fore, ſperamus.

DE

DE VI ATQUE VSV ELEGANTI IN CONSTRVCTIONE ORATIONIS

Præpositionum, Adverbiorum, Conjunctionum ac Pronominum.

(* *itemque Nominum ac Verborum quorundam.*)

CAPVT I.

De Præpositione A vel AB.

I. A et AB verbis activis et neutris juncta.

*1. A et EX ita differunt proprie, ut *ex* progressionem de loco interiore: *a* progressionem de finibus loci significet. Cic. pro Cæcin. 30. *Cum de vi interdicitur, duo genera causarum intelligebant majores, ad quæ interdictum pertineret. Unum, si quis ex eo loco, in quo esset, vi dejiceretur: alterum, si ab eo loco, quo veniret. Si quis meam familiam de meo fundo dejecerit, ex eo me loco dejecerit. Si quis mihi præsto fuerit cum armatis hominibus extra meum fundum, et me introire prohibuerit; non ex eo, sed ab eo loco me dejecerit.*

Sed interdum (immo plerumque) hoc discrimen non attenditur. Celsus I, 3. *A balneo venientibus Asclepiades potionem frigidam non inutilem judicavit.*

2. *A* vel *ab* locus (* res aut) persona, unde.

Sæpe locum aut personam, unde aliquid sumitur, vel datur. Cic. Verr. V, 76. *Vidimus huic ab ærario pecuniam numerari.* *Celsus V procem. Liv. XLV, 39. IV, 22. Cæsar B. G. I, 1, 7. et B. C. I, 11, 4. Plin. XVII, 2.

*Sæpe *rem.* Varro R. R. II, 1. *Tertio gradu a vita pastorali ad agriculturam descenderunt homines.* Id. ibid. *Ab his principibus XII signa multi numerant, ut ab ariete et tauro, quum ea præponerent Apollini et Herculi.* Id. ibid. paulo post: *Nomina multa habemus ab utroque pecore, a majore et minore. A minore Porcius, Ovinius, Caprilius. Sic a majore Equitius.* Cic. Agr. II, 13. *Rullus sumtum suppeditat a sociis.* Hinc tralate id. pro Planc. 42. *Sinite me, quod vobis fretus huic sæpe promisi, id a vobis ei persolvere.* Id. XIV. ep. Att. 15. *Puero a me hoc quoque dabis, ut animum ejus conciliatum reddas.* Id est, sumes a me, quod illi des. *Cic. Brut. 16. *Ut si ego me a M. Tullio esse dicerem.* Add. c. 19.

* *A* vel *ab* distantiam signat. †

Hinc crebro ad designandam locorum distantiam accommodatur. Cæsar B. G. I, 43, 1. *Hic locus æquo fere spatio ab castris utriusque aberat.* Id B. G. II, 30, 3. *Aduatici irridebant ex muro, quod tanta machinatio ab tanto spatio instrueretur.* Liv. XXXVIII, 20.

* *A* vel *ab* initium temporis declarat cum verbis præsentis vel futuri temporis ††

Columell. IX, 14. *Ab æquinoctio ad Vergiliarum occa-*

† Etenim *de* ad distantiam signandam adhiberi non potest facile. Quare hæc significatio proprium locum mereri visa est. Alioqui pertinet ad n. 2.

†† Hæc observatio pertinet ad *res* n. 2.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0030
DFG

occasum lapes mella cibariis hiemis reponunt. Plinius XVIII, 12. *Serere fasceolos licet ab idibus octobris in calendas novembris.* Id. XVIII, 7.

Sæpe nomen aliquod tempus subinnuit. Varro de R. R. II, 1. *Secunda pars est de fetura. Nunc appello feturam a conceptu ad partum.* Celsus V, 27. *Aegrotus a piscina protinus in oleum calidum demittendus est*, id est, postquam a piscina extractus est. Id. VII, 14. extr.

A vel *ab* ad tempus praeteritum relata.

Sæpe ad tempus præteritum refertur, * et quidem cum verbis præteriti temporis. Cic. Or. II, 21. *Vix annus intercesserat ab hoc sermone cohortationis meæ, cum iste accusavit Norbanum.* Id. Philipp. II, 41. *Ab hora tertia bibebatur.* Liv. XLIV, 34 et 45. et XL, 47 et 49 et 56.

A puero, a pueris, a pueritia.

Sæpe ad tempus præteritum humanæ vitæ refertur, idque multis modis, *a puero, a pueris, a pueritia.* Cic. Acad. IV, 36. *Diodoro quid faciam Stoico, quem a puero audivi.* Id. Tusc. I, 24. *Socrates docet, fieri nullo modo posse, ut a pueris tot rerum insitas in animis notiones haberemus, nisi animus, antequam corpus intrasset, in rerum cognitione viguisset.*

* Id. I. ep. Quint. Fr. 1. *Ei in virtute plurimum a pueritia studii fuit.* Cic. X. ep. 3. *Ego amorem erga te constitutum habui ab ineunte pueritia tua.*

Admonitio.

Cum de uno sermo est, *a puero* dicimus: quum de pluribus, *a pueris.*

Ab ineunte ætate. A prima ætate.

Ab ineunte ætate et *a prima aetate* idem est, quod

a puericia. † Cic. pro leg. Man. 1. *Hoc aditu laudis non mea me voluntas, sed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ prohibuerunt.* * Id. offic. II, 13. Cic. IV. epist. 4. *A prima ætate me omnis ars et doctrina liberalis et maxime philosophia delectavit.* * Id. pro Planc. 21.

Ab adolescentulo. Ab adolescentia. A juventa.

Ab adolescentulo et *ab adolescentia* sive *a prima adolescentia* idem fere est, quod *ab ineunte ætate.* Cic. pro Quint. 3. *Is ab adolescentulo quæstum sibi instituit sine impendio.*

Cic. de fin. II, 30. *Tu, ut dignum est tua erga me voluntate, ab adolescentia susceptа, fac, ut Metrodori tueare liberos.* * Nepos in Caton. cap. 2 et 3.

Cic. I. ep. 9. *Refero me ad mansuetiores musas, quæ me maxime, sicut a prima adolescentia, delectant.* *Sueton. in Othon. 2. Sueton. Domit. 10, *ab juventa minime civilis.*

** A primis temporibus ætatis. Ab initio ætatis.*

Cic. IV. ep. 3. *Iis artibus a primis temporibus ætatis studium tuum dedisti.* Id. VI. ep. 13. Huc pertinet etiam illud Cic. de Leg. I, 4. *A primo tempore ætatis juri studere te memini.* Cic. IV. ep. 3. *Ab initio ætatis omnium doctrinarum studiosus fuisti.*

** Ab infante. Ab infantia.*

Colum. I, 8. *Ab infante duratus et inspectus experimentis.* Tacit. II, 56, 2. *Is prima ab infantia instituta et cultum Armeniorum æmulatus est.*

** A parvulo, a parvis,* ne imiteris, ††

Terent. Andr. I, 1. *Ego postquam te emi, a parvulo*

† *Ab ineunte ætate* sæpe est *ab extrema pueritia.* Cic.

†† Sunt enim e græco perita, sed usu non trita. Sic enim Arist. Polit. VII, 17. ἐκ μικρῶν παιδῶν.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0032
DFG

vulo ut semper tibi apud me justa et clemens fuerit servitus, scis. Id. Adelph. Prol. *Majorem fratris filium eduxi a parvulo.* Terent. Andr. III, 3. *Amicitia nostra incepta a parvis cum ætate accrevit simul.*

* *A parvula ætate, a primis annis, a primo,* rara sunt.

Justinus XII, 4, 10. *A parvula ætate periculis laboribusque indurati invictus exercitus fuere.* Justinus XXIII, 1, 8. *Lucanorum liberi ab initio pubertatis in silvis inter pastores habebantur sine ministerio servili, sine veste quam induerent vel cui incubarent, ut a primis annis duritiæ parsimoniæque assuescerent.* Varro de R. R. II, 8. *Hic ita eductus a primo, potest admitti.* Senec. Quæst. Natur. III. 30. *Sunt omnia facilia naturæ, utique quæ a primo facere constituit.*

* *Ab tenero, a teneris unguiculis,* non sunt temere imitanda. *Ab ævo viridi* poeticum est.

Colum. V, 6. *Plurimum refert, ut arbores eam cæli partem spectent, cui ab tenero consueverunt.* Cic. I. ep. 6. *Præsta te eum, qui mihi a teneris, ut Græci dicunt, unguiculis es cognitus.* † Ovid. Trist. IV. eleg. 10. *Frater ad eloquium viridi tendebat ab ævo.*

* *Ab initio* beym Anfange, im Anfange, anfangs.

Cic. Brut. ep. 10. *Hostes domestici erant omnino ab initio belli, sed facile frangebantur.* Id. ib. *Consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit.* Id. I. ep. Quint. fr. 1 et pro Cluent. 50. *Ab initio hujus defensionis dixi.*

† Cicero poterat Græcorum formulam latinis verbis exprimere, quia lingua græca tum gratia florebat: hodie quum mutata rerum ratio est, ad ignotioris linguae formulas in scribendo respicere parum convenit: nisi forte ad hominem græce doctum scribas, aut certa quadam ratione adductus id faciendum putes.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0033
DFG

* *A principio, a primo* † anfangs, vom Anfange, vom Anfange her.

Cic. I. ep. Qu. fr. 2. *Hæc a principio tibi præcipiens, quantum profecerim, non ignoro.* Ter. Andr. I, 1. *Rem a principio audies.* Cic. de divin. II, 64, et IX. ep. Att. 12. Cic. XI. ep. Att. 7. *Vtinam a primo ita tibi esset visum.* Id. Orat. 8. *Demosthenes submissius a primo: deinde, dum de legibus disputat, pressius* cet. Terent. Phorm. IV, 2. *Petam hinc, unde a primo institui.* Adde Cic. IX. ep. Att. 4. Celsus II, 3.

* 3. *A* vel *ab* pro *post, secundum*, nach. ††

A vel *ab* interdum descensum signat a nobilioribus rebus ad ignobiliores, et declarari potest per *post*. Plin. XIV, 7. *Ab his vinis dignatio est Sicyonio, Cyprio, Telmesico.* Id. XVII, 9. *Proximum deinde caprarum est stercus, ab hoc ovium, deinde boum, novissimum jumentorum.* Id. XVI, 6. XVIII, 13. vid. et supra: *a* ad tempus præt. relatum.

A pro *post* de tempore eleganter jungitur cum participio passivo. Vellejus I, 7, 3. *Sunt a Capua capta anni CCXL.* Sic *ab Urbe condita* etc. v. et infra II, 4.

** *A* et *de* differunt. *A* nota est agentis: *De* objecti: Goclen. III. Problem. Gramm. 42. Plinius IV. epist. 7, 7 extr. *Credas non de puero scriptum, sed a puero.*

4. *A* vel *ab* causa per quam

A vel *ab* verbis activis aut neutris juncta interdum significant causam, per quam res efficitur. Cic.

† Scil. *tempore*, vel *exorsn.*

†† Præpositio *a* in hac significatione sæpe subintelligi videtur, quum casus sextus comparativos sequitur. Cæl. Aurel. de morb. acut. lib. II, 1. *Lethargus est comparatione gravior phrenitide*

Cic. pro Milon. 21. *Adde incertos exitus pugnarum martemque communem, qui ſæpe ſpoliantem jam et exultantem avertit et perculit ab abjecto*, id eſt, per abjectum †. * Id. II. divin. 45. *Quis non videt, et formas et mores et plerosque ſtatus ac motus effingere a parentibus liberos.* Id. de Nat. D. III, 36. ††

Cic. Acad. I, 7. *Ratio ſempiterna eſt, nihil enim eſt valentius, a quo intereat.* Ovid. Metamorph. XIII, 597. *Occidit a ſorti (ſic Dii voluiſtis) Achille* †††. * Cic. pro Milon. 35. *Beatos eſſe* dicit Milo, *quibus ea res honori fuerit a civibus ſuis.* Cic. N. D. II, 51. *Si eſt calor a ſole, ſe opponant.*

5. *A* vel *ab* cauſa propter quam.

Nonnunquam cauſam deſignat, propter quam res eſt. Cic. Acad IV, 33. *Mare quia nunc a ſole collucet, albeſcit et vibrat*, id eſt, propter ſolem. ††††. Plinius H. Nat. XXIV, 5. *Cupreſſi folia trita imponuntur capiti cum polenta, ſi a ſole dolet.* * Varro R. R. II, 2. collat. II, 1. Livius III, 41, et XL, 13. Senec. de Clement. I, 20.

nitide non aliter quam negatus in toto viſus ab ex parte impedito, id eſt, quam viſus partim impeditus. Add. Id. libr. I, 9, 64, et I. 15, 137. et II, 9, 30, et de Chronic. I, 4, 139. Similia exempla ſuppeditat Plinius, Capella, Irenæus, Hieronymus. Sed huius generis conſtructio non eſt imitanda.

† In hoc exemplo Autoris *ab* depulſionem ſeu propulſationem potius ſignificat, quam cauſam propulſationis. Satis id igitur abſonum eſt a conſilio Turſellini. Vide quæ de hoc Ciceronis loco diſputamus in monumentis ingeniorum tom. I. mon. XXI. pag. 61. adverſus Heumannum V. C. Raro certe *a* ſignificationem præpoſitionis *per* habet, ſi cum verbis activis jungatur.

†† Hic exemplar potius, quam cauſa notatur. Exemplar originem imitationis ſignat in ſolerte.

††† Oratores verbis neutris, vel potius paſſivis deſinentibus in *o* præpoſitionem *a* raro jungunt. Vide Grammaticam noſtram latinam § 702 et § 1192.

†††† Neſcio, an hic *a* potius ſit *per*. Sed hæc exigua eſt differentia.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0035
DFG

6. * *A* vel *ab* remotionem notat.

Cic. pro Rabir. Perd. 4. *Expiandum forum populi Romani ab illis nefariis sceleris vestigiis esse dico*, id est, ne sint amplius vestigia sceleris. Id. pro Muren. 19. *Ab delectatione omni negotiis impedimur*, id est, quo minus delectemur. Livius VI, 16. *Hæc dextra, qua* (ego Manlius) *Gallos fudi a delubris vestris, jam in vinculis et catenis erit?* Cic. pro Syll. 9, et II. ep. 16.

Huc referre possis illas locutiones, Plaut. Trinum. II, 1. *Ab re consulit blandiloquentulus.* Suet. Aug. 94. *Non ab re fuerit subtexere, quæ ei prius, quam nasceretur, evenerint.*

7. * *A* vel *ab* de loco vel re, in qua vel circa quam, auf, an, in. †

Interdum locum vel rem, in qua vel apud quam aliquid fit, si qua res alia simul spectetur. Cæsar B. G. II, 23, 4. *Tota fere a fronte et a sinistra parte nudata sunt castra.* Cic. XV. ep. 4. *Cappadocia patet a Syria.* Cic. Verr. VII, 38. *Non modo a latere sed etiam a tergo magnam partem urbis relinquebat.* Livius I, 37. Cic. de invent. II, 51. Livius I, 32. *Proximum regnum cetera egregium, ab una parte haud satis prosperum fuerat, aut neglectis religionibus aut prave cultis.*

Huc pertinent exempla, in quibus *a* vel *ab* ad personas adjicitur, apud quas aliquid est vel fit. Cæsar B. G. I, 1, 5. *Una pars attingit a Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum.* Livius I, 12. *Principes utrinque pugnam ciebant, ab Sabinis Curtius, ab Romanis Tullus Hostilius.* Terent. Adelph. V, 3, et Phorm. V, 5.

8. *A*

† Vide etiam infra particulam ex § 2. admonition.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0036
DFG

8. *A* vel *ab* pro *pro*. †

Alias *a* declarat *pro*. Cic. Orat. I, 13. *Vide, ne hoc, Scaevola, totum sit a me*, id est, pro me. Ob es nicht für mich sey, mir in den Kram diene? Id. Brut. 79. *Talis tribunus plebis fuit, ut nemo contra civium perditorum popularem turbulentamque dementiam a Senatu et a bonorum causa steterit constantius.* * Nepos in Datam. 6. Cic. Cluent. 34.

* 9. *A* vel *ab* pro *contra*, vor, wider.

Si quod malum imminens depellere conamur: tum *a* videtur significare *contra*. Cic. pro Milon. 33. *Quando ab Clodio spirante forum potuisset defendi, cujus non restituerit cadaveri curia?* wann würde man den Marckt wider den Clodium bey seinem Leben haben vertheidigen können? Nepos Hannib. 9. *Gortynii templum magna cura custodiunt non tam a cæteris, quam ab Hannibale, ne quid ille tolleret.* Colum. IX, 14. *Quantum res patietur, a frigore et tempestatibus muniemus vasa.* Cæsar B. G. VII, 36, 7, et de B. C. II, 9, 5, et III, 26, 4. Sallust. Catil. 32.

* 10. *A* vel *ab* pro *quod attinet ad*.

Varro de R. R. I, 7. *Majores nostri ex arvo æque magno, sed male consito, et minus multum et minus bonum faciebant vinum et frumentum, quod quæ suo quidque loco sunt posita, ea minus loci occupant, et minus officit aliud alii ab sole ac luna et vento.*

II. *A* vel *ab* nominibus copulata.

* 1. *A* signat locum, unde quid proficiscitur.

Cic. VII. epist. Att. 20. *Mitto illam fugam ab urbe turpissimam.* Huc pertinere videtur, quum

† Hæc significatio judicanda ex observatione proxime superiore et inferiore.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0037
DFG

* *A* vel *ab* patriam vel originem declarat.

Interdum patriam vel civitatem declarare videtur. Varro de R. R. II, 2. *Videamus, quid paſtores a Pergamide Maledove potis ſint.* Livius I, 50. *Turnus Herdonius ab Aricia ferociter in abſentem Tarquinium erat invectus*, id eſt, Aricinus civis. Id. II, 22. *Armorum immemores obſides dant trecentos principum a Cora atque Pometia liberos.* Id. XXXIV, 9.

2. *A* vel *ab* cauſa, unde res eſt.

A et *ab* nominibus copulata interdum declarant cauſam efficientem, unde res eſt. Cic. pro Muren. 30. *Noſtri illi a Platone et Ariſtotele moderati homines et temperati ajunt, apud ſapientem valere aliquando gratiam*, id eſt, ex diſciplina Platonis. Livius VI, 5. *Criminabantur, multo eum infeſtiorem agrum a nobilitate eſſe, quam a Volſcis fuerit*, id eſt, magis infeſtari a nobilitate, quam a Volſcis. † (Varro L. L. IX, 3. Livius VI, 10. Nepos in Phocion. 1.)

* 3. *A* vel *ab* diſtantiam notat.

Cæſar B. G. I, 49, 1. *Cæſar circiter paſſus DC ab his caſtris idoneum locum delegit.* Id. B. G. II, 23, 4. *In dextro cornu legio duodecima, et non magno ab ea intervallo ſeptima conſtitit.* Cæſar B. G. I, 54, 3. Cic. Divin. II, 43.

4. *A* vel *ab* pro *poſt*.

Nonnunquam idem eſt, quod *poſt*. Cic. pro Milon. 35. *Centeſima lux eſt hæc ab interitu P. Clodii.* Id. Orat. III, 2. *Qui annus ei ab honorum perfunctione aditum primus ad ſummam auctoritatem dabat.* Id. de ſenect. 6. *Ejus a morte hic tertius et triceſimus*

† Exempla Autoris dubitationem habent.

mus est annus. Id. Nat. D. III, 5. *Tyndaridas Homerus, qui recens ab illorum ætate fuit, sepultos esse dicit Lacedæmone.* †

5. *A* vel *ab* remotionem signat.

Cic. Leg. I, 4. *Hoc sustinere quum vel summa senectus posse videatur, nullam tibi a causis vacationem video dari.* Id. offic. I, 21. *Rempublicam gerentibus magis est et magnitudo animi adhibenda et vacuitas ab angoribus.*

* 6. *A* vel *ab* pro *circa* vel *versus.*

Livius XLV, 28. *Duo maria ab occasu et ortu finitima Isthmus arctis faucibus dirimit.*

* 7. *A* vel *ab* pro *contra.*

Celsus II, 3. *Venter a periculo tutus est.* Id. V, 27. *Tutus esse homo a periculo videtur.* Livius XLV, 25.

8. *A* vel *ab* pro *ob* vel *propter.*

Interdum est *ob* vel *propter.* Cic. pro Rosc. Am. 30. *Vir et contra audaciam ferocissimus et ab innocentia clementissimus*, id est, propter innocentiam ††. Id. de Leg. I, 11. Voluptas *ab errore mentis tanquam salutare aliquid asciscitur*, i. e. errore, per errorem. †††. Livius XXXIX, 49. *Messenii Philopœmenem jacentem oppresserunt, cognitumque, a verecundia memoriaque meritorum haud secus quam ducem suum, attollunt reficiuntque.* Id. XXX, 36.

Legati

† Hæc exempla Autoris nos huc transtulimus, quo referenda videbantur. (Sed v. et supra I, 3.)

†† Hoc exemplum est dubium. Nam *ab* videtur hoc loco etiam declarari posse per *pro*, ut sententia sit: *Vir est ferox contra audaces, et mitis ac lenis pro innocentibus et probis hominibus* Totus orationis Ciceronianæ contextus docet, *audaciam* pro *audacibus*, et *innocentiam* pro *innocentibus* poni.

††† Heic *ab* cum verbo cohæret. (Falso). Neque tria ultima exempla cohærentiam præpositionis *a* cum nominibus declarant. (In omnibus est significatio caussae, propter quam.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0039
DFG

Legati Carthaginienſes aliquanto minore eum miſericordia, ab recenti memoria perfidiæ, auditi ſunt. Curt. V, 4. *Alexander vates quoque adhibere cœpit, a ſuperſtitione animi.*

9. *A* vel *ab* pro *quo attinet ad (quoad)*. †

Sæpius ſignificat *quod attinet ad*. Cic. in Brut. 66. *Mediocriter a doctrina inſtructus, anguſtius etiam a natura*, id eſt, quod attinet ad doctrinam et naturam. Id. in Brut. 43. *Qui a philoſophia, a jure civili, ab hiſtoria fuiſſet inſtructior.* Id. Brut. 16. *Sed ille Græcus ab omni laude felicior eſt.* Id. poſt red. ad Quir. c. 3. *Me nudum a propinquis, nulla cognatione munitum, fratris quotidianæ lacrymæ ſordesque lugubres a vobis deprecatæ ſunt.* Id. I. ep. Att. 1. *Inopes ab amicis et exiſtimatione ſunt.* Id. in Brut. 63. *Is hoc magis probabatur, quod erat ab oratoribus quædam in foro ſolitudo.*

10. *A* vel *ab* præpoſitus alicui muneri ††

Alias ſignificat eum, qui præeſt alicui muneri, ut *a ſtudiis, ab epiſtolis, a rationibus.* (* Cic. VIII. ep. Att. 5. *Pollucem ſervum a pedibus meum Romam miſi.*) Sueton. in Claud. 28. *Libertorum præcipue ſuſpexit Poſidem et Harpocram, et ſuper hos Polybium a ſtudiis, ſed ante omnes Narciſſum ab epiſtolis, et Pallantem a rationibus.*

11. *A*

† Revera origo hic ſignificatur fere, nonnunquam remotio. Perpende exempla, quæ ſubſequuntur.

†† Subintelligitur fere *ſervus*, vel *miniſter* aut *famulus*, vel ſimile quiddam. Sponius Miſcellan. Sect. VI. pag. 210. SEX. POMPEI A POTIONE et ib. CONSTANTI AUG. SCRIBA A RATION. Id. pag. 211. TIB CLAUDIUS LEMNIUS DIVI CLAUDII AUGUSTI LIB. A STUDIIS. Sæpe genitivum perſonæ, cui ſervitur, omiſſum videas in Gruteri inſcriptionibus, et alibi. Tacit. Ann. XV, 35. 2. Suet. Ner. 49. Dativus raro hic apparet.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0040
DFG

11. *A* vel *ab* servit circumscriptioni genitivi.

** D. Inservit etiam hæc præpositio circumscriptioni genitivi. Lucret. lib. II, 50. *Neque fulgorem reverentur ab auro*, id est, *fulgorem auri*. Buch. ad Plin. 616. Weitz. ad Terent. p. 69.

III. * *A* vel *ab* adverbiis copulatum.

A non solum ex nominibus et verbis, sed etiam adverbiis pendet. Livius XL, 47. *Si non impetrassent, tum separatim eos ab illis se consulturos dixerunt.*

Admonitio I.

Ab non solum insequentibus vocalibus adhibetur, sed etiam aliis literis, ubi nullus asperior concursus existit, maxime vero liquidis L et R, ut *ab legione*, *ab rege*. Itemque semivocali S et J consonanti, ut *ab Sylla*, *ab Jove*. Interdum etiam D et N, ut *ab duce*, *ab nobilitate*. *Denique etiam, et quidem rarissime, literis B, C, F, G, M, P, Q, T, V, Z, ut *ab Bestia*. Sallust. Jugurth. 2, 2 edit. Crispini, sed Amstelodamensis cIↃIↃcxc habet *a Bestia*. Quod haud dubie verum est. *Ab Cirta*, Sallust. Jugurth. 81. *Ab cive*, Livius II, 24. III, 33. XLI, 5 et 19. IIXL, 56, 57. XLIV, 35. Celsus VIII, 7. *Ab Favonio*, Varro R. R. I. 35. Livius IV, 17. XXII, 48. *Ab gravi casu*, Livius VIII, 7. XLIII, 23. *Ab mari*, Livius XLIII. 38. *Ab portis*, Livius I, 53. IV, 32. XXXI, 25. XXXIX, 2. *Ab quibus*, Cæsar B. G. IV, 22, 5. IV, 23, 2. Liv. III, 70. *Ab tergo*, Sall. Jugurth. 50. Livius II, 14. III, 29. XXXIX, 23 et 30. XLII, 62. XLIV, 7. Plin. V, 1. *Ab vino*, Celsus I, 10. Livius III, 15. VIII, 6. Plinius VIII, 42. *Ab Zela*, Hirtius B. Alex. 72, 2. Sall. B. Jugurth 61.

Admo-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0041
DFG

Admonitio II.

Abs plerumque præponitur iis nominibus, quorum prima litera est Q vel T. Rarissime literæ S, ut: *Prædicat Arioviſtus, eas copias uno abs se prælio fusas ac superatas esse*, Cæsar I. B. G, 44, 8. † Livius XXXII, 1.

CAPVT II.

De adverbio ABHINC.

ABHINC et accusativo et ablativo junctum refertur ad tempus præteritum. Cic. III. Verr. 12. *Quæstor Cn. Pompejo Consule fuisti abhinc annos quatuordecim.* Id. pro Cornel. Balb. 6. *Si Cn. Pompejus abhinc annos quingentos fuisset*, cet. *Id II. Philipp. 46, et II. Divin. 57.

Cic. IV. Verr. 52. *Herodotus offendit eum mensem comitialem, comitiis jam abhinc XXX diebus habitis*, pro *ab eo tempore.* *Cic. XII. ep. Att. 18. Id. pro Rosc. Com. 13.

Admonitio.

Cum tempus futurum significatur, non usurpatur *abhinc* ††, sed *ad* vel *post*. Cic. I. Tusc. 37. *Cur ego*

† Sed Fulv. Ursini editio habet *abse*. Quæ lectio melior mihi videtur.

†† Sed Palladius libr. IV. 13. *Septimo anno omnes dentes equi expleantur. Latent abhinc ætatis notæ* Verum hic usus rarissimus est. Facciolatus, ut jure aliquid reprehendisse videretur, in hoc loco Palladii nullum casum regi dictitat, nec præpositionem hic esse *abhinc*, sed adverbium. Sed ipse Tursellinus *abhinc* dicit esse adverbium. Ergo quum ego adverbium illud ostendo adhiberi de tempore futuro: probo rem, uti probanda est. Si casum addi velis: addere per me tibi licet, v. g. *omnem ætatem*, in *omne ævum*. Sed de significatione hic quæritur, de constructione non quæritur. (Etiam Scioppius et Gesnerus in Thesauro de futuro tempore *abhinc* in h. l. capiunt. Sed quid impedit, quo minus etiam hic sit: ab hoc tempore, i. e. a septimo anno.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0042
DFG

ego doleam, si ad decem millia annorum gentem aliquam urbe nostra potituram putem? warum sollte ich mich betrüben, wann ich dächte, daß über zehn tausend Jahr ein fremdes Volck sich unserer Stadt bemächtigen würde? *Vid. infra *ad.*

CAPVT III.

De Præpositione ABSQUE

ABSQUE pro *sine* apud Comicos usitatum est: apud Oratores non item †. Plaut. Pers. V. 2. *Absque me foret, hic faceret te prostibilem propediem.* Itaque satius est dicere *sine injuria*, quam *absque injuria; sine ulla dubitatione*, quam *absque dubio.*

**D. *Absque eo esset* pro *si absque esset*, ellipsis antiqua et perelegans particulæ *si.* Plaut. in Menæchm. V, 7. *Absque te esset, hodie nunquam ad solem occasum viverem*, wäreſt du nicht gewesen. Terent. Hecyr. IV, 2 *Quam fortunatus ceteris sum rebus, absque una hac foret*, wenn dieses einige thäte, wenn dieses einige nicht wäre. *Idem Phorm. I, 4. Plaut. Captiv. III, 5.

**Absque* pro *præter* (ut Græcorum χωρὶς) non est probatissimum. Vide Vorstium de Latinit. mer. susp. cap. 9. p. 77, 78.

CAPVT IV.

De Conjunctione AC et ATQUE.

I. AC et ATQUE in principiis periodorum dignitatem

† In scriptis Ciceronis bis tantummodo me legere memini præpositionem *absque*, libr. I. epist. Att. 16 *Nullam a me epistolam ad te sine absque argumento ac sententia venire.* Id. de Invent. I, 36. *In qua nihil valet absque approbatione.* Fallitur ergo Vorstius Latin. merito suspect. c. 9 pag. 78. (habet etiam Quintil. VII, 2.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0043
DFG

tatem habent †; hoc differunt, quod *ac* ponitur insequente quavis liquida, muta ac consonante præter C et Q ††. Tum enim pro *ac* ponitur *et*. Cic. pro leg. Manil. 13. *Ac primum quanta innocentia debent esse imperatores?* Id. I. Orat. 2. *Ac mihi quidem sæpenumero in summos homines intuenti quærendum esse visum est.* cet. * Id. I. Cat. 6, et II. Cat. 2.

Cic. pro leg. Manil. 15. *Et quoniam auctoritas multum in bellis administrandis valet.* Id. pro Sext. 37. *Et causam dicit Sextius de vi?* ††† * Celsus de Med. Præfat.

Atque

† Scil. cum respondent germanico und. Sed cum *et* ponitur pro *tum*: non solet poni *ac*. Vide Cic. in Brut. 74. *Et ille fuit accusator, inquit, vetus.* Adde ibid. c. 44.

†† *Ac* consonantibus, *atque* vocalibus, studiosissime præmittit Cicero, ut vix exempla contraria proferri possint. Sed alii scriptores in ea re sunt negligentiores. Videamus sigillatim. Sueton. in Claud. 12. *Ac in semet augendo parcus atque civilis, prænomine Imperatoris abstinuit Claudius.* Cels. VII, 26, 5 *Ac in his inflammatio fere quinto die finitur.* Celsus IV, 10 extr. *Ac insuper quoque recte quædam malagmata injiciuntur.* Plura jam exempla dedi in Monument. ingenior. tom. I, p. 148, 149. (Sed hic non vulgares editiones, sed meliores, et libri scripti videndi. Velut in Svet. Claud. 12 meliores libri non habent *ac in se*, sed *at in se*, multisque in locis viri docti e libris scriptis τῷ *ac* sequente vocali substituerunt *atque*. Quare merito etiam suspecta loca alia, ut Cic. Mil. 12. *ac instrumentum*, v. Burm. ad Svet. Caes. 26. Cic. Nat. D. III, 33. *ac Apollodorus* laudatur, sed libri meliores habent *ac*. Quæ ceterum hic de copulis *et*, *que* addita, ad sua loca transtulimus.)

Atque principia, a consonis inchoata, connectere solet apud Plinium sæpe. Loca coacervavimus in monument. ingen. pag. 149, 150. Tacit. hist. V, 12, 3. *Atque per avaritiam Claudianorum temporum struxere muros in pace.* Cic. off. III, 6. *Atque si etiam hoc natura præscribit, ut homo homini consultum velit: necesse est, omnium utilitatem esse communem,* Add. id. invent. II, 31, et Verr. V, 49 et Cæl. 19. Cels. VII, 23. Plaut. Mostell. III, 2, 19.

††† Hic et alias etiam ob causas, non solum propter insequens *C* poni debebat.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0044
DFG

Atque usurpatur insequenti vocali. Cic. pro Sext. 2. *Atque ego sic statuo, judices, a me in hac causa pietatis partes esse susceptas.* Id. pro leg. Man. 8. *Atque, ut omnes intelligant, me* cet.

II. 1. AC *ATQUE in media oratione.*

** D. P. *Ac* et *atque* pro *quam*, als, post comparativos, et particulas *æque, alius, contra, juxta, par, pariter, perinde, pro eo, secus, similiter.* Cic. XIII. ep. Att. 2. *Mihi Dionysius videtur diutius abfuturus, ac vellem.* Horat. *Arctius atque hedera procera adstringitur ilex.* † Cætera vide suis locis. Hadr. Card.

Atque in responsione.

Plaut. Bacchid. III, 6, 9. *Num quæ advenienti ægritudo objecta est? MN. atque acerrima.* Plaut. Menæch. I, 2, 40. *Ecquid audes de tuo istuc addere! P E. atque hilarissime.*

*2. *Ac* et *atque* post *æquus, centesimus, contrarius, digne, similis, dissimilis.*

Livius XXXIX, 37. *Modo ne in æquo hostes vestri apud vos sunt, ac nos socii, imo ne meliore jure sint.* Cic. V. Verr. 19. *Quid habet populare ratio tua, cum ex provincia populi Romani æquam partem tu tibi sumseris, atque populo Romano miseris?* Add. Cæsar. B. C. II, 15, 1. Plaut. Milit. III, 1, 168. *Haud centesimam partem dixi, atque otium rei si sit, possim expromere.* Cic. III. Verr. 46 *Cum a Chelidone in aurem Verris erat insusurratum, contrarium sine ulla religione decernebat, ac proximis paulo ante decre-*

† Oratores optimi rarissime comparativis subjiciunt *ac* vel *atque*. Id quod tirones meminisse velim. Nam nimis crebro hic offendunt etiam ii, qui latinam linguam callere videntur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0045
DFG

decreverat. Cic. de rep. VI, 4. *Extimo orbi cœlesti subjecti sunt septem, qui versantur retro, contrario motu atque cœlum. Digne ac mereor*, Cic. XII. ep. 13. Reliqua vide infra in *similis.*

3. *Ac* omittitur interdum.

Nepos Pauſ. c. 1. *Rex tot hominum ſalute ſibi tam neceſſariorum magnopere gaviſus mittit* cet. (pro *ac ſibi t. n.* quod Lambinus addi volebat, alii elegantius omitti cenſent.)

** 4. *Atque* geminatum, ut *et.*

Atque a poëtis geminari, quin et triplicari ſolet. Virg. Ecl. 5, 23. *Atque Deos atque aſtra vocat crudelia mater.* Id. IV. Georg. 468. *Atque Geta atque Hebrus, atque Actias Orithyia.* Hadr. Cardinal.

* 5. *Ac non.*

Ac non ſæpe ponendum eſt, nec poteſt temere mutari in *nec.* Cic. V. Verr. 30. *Putate Apronio datam, ſi Apronianum lucellum ac non prætoria præda vobis videbitur.* Ib. 47, et Verr. III, 31. I. leg.. Agr. 37, et pro Dom. 50, et Partit. 39. Id. V. Verr. 78. *Quamobrem ſcriba deducat, ac non potius multo, qui adduxerit, tabellarius?* et VI. Verr. 65. *Poſtea decernitur, ac non varie, ſed prope conjunctis ſententiis.*

* 6. *Atque non* rariſſimum eſt.

Plinius VII, 26. *Cæſar apud Thapſum Scipioni literas concremavit optimæ fidei, atque non legit.*

* 7. *Ac etiam* ſine interpoſitis vocabulis pene inuſitatum eſt.

Suet. Cæſar. 26. *Tirones per equites Romanos, ac etiam per Senatores armorum peritos erudiebat Cæſar.* Ib. 55, et Auguſt. 19. (Sed in his locis omnibus hodie

hodie in edd. melioribus est *atque etiam, et etiam*) Plin. X. epist. 46, 9. *Qui aquæ ductus imperfectus adhuc relictus ac etiam destructus est.* †

* 8. *Atque* pro *statim*, poëticum est.

Vide Schottus observat. Poët. libr. II, 24. (Atqui habet etiam Cic. de leg. II, 4. *si in jus vocat, atque eat.* vid. præter Davis. ad h. l. Gron. ad Liv. 26, 39. Duker et Drakenb. ad Liv. 27, 21.

* III. 1. *Ac quoque*, und, auch so gar, in principio et medio.

Celsus II, 3. *Ac lumbricos quoque aliquos sub fine morbi descendisse, nihil nocet.* Id. II, 6. III. 23, et V, 26 extr. et VII. cap. 18. Columell. II. 14 extr. ††

* 2. *Atque etiam* in principio et medio.

Atque etiam valde usitatum est. Cic. I. off. 26. *Atque etiam in secundissimis rebus maxime est utendum consilio amicorum.* Id. off. I, 30. Cic. off. I, 26. *Hæc præscripta servantem licet magnifice animoseque vivere, atque etiam simpliciter vitæque hominum amice.* Livius XLIV, 22. et 28. (etiam sine *etiam* et

† Hinc liquet, Facciolatum errare, qui Suetonio soli tribuit, quod pluribus est commune. (Sed si vel maxime hi sic scripsissent, tamen non essent idonei auctores.)

†† Hanc conjunctionem particularum impugnarat Facciolatus, cui jam respondi in monum. ingeniorum. Sed tamen Facciolatus ut videat, *ac quoque* non semper idem esse quod *et etiam*, ja so gar, auch so gar: en Cels. IV, 10 extrem. *Ac insuper quoque recte quædam malagmata injiciuntur.* Nam si *quoque* hoc loco esset so gar, tum post nomen *malagmatum* rectius esset rejectum. Nimirum ut latini dicunt *item, et item*; jam illud *magnæ dotis est*, ac *jam et illud magnæ dotis est*; *quin* et *quin etiam*; *simul, simul et, et simul* citra magnum significationis discrimen: ita dicunt *illud quoque* et *atque illud quoque*, cet. Etenim *etiam* et *quoque* sæpe omittuntur iccirco, quia vis earum sæpe per est exigua, ut vel subintelligi possit. Adde quæ in monumentis ingeniorum diximus.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0047
DFG

quoque frequens est in principiis, v. Ernesti Clav. Cic. in h. v.)

* 3. *Atque quoque* in principio et medio.

Celsus III, 22. *Atque hujus quoque plures species sunt.* Id. IV, 15. V. 28. Cels. V, 28 de Impetig. *Hæc omnia genera maxime oriuntur in pedibus et manibus, atque ungues quoque infestant.*

4. *Ac si* id est *quasi.*

Ac si sequitur libenter particulas *juxta, pro eo, non secus, similiter*, cet. Cic. post. red. in sen. 8. *Qui me officiis, juxta ac si meus frater esset, sustentavit.* Cic. Invent. I, 32. *Quoniam taciturnitas imitatur confessionem: pro eo ac si concessum sit, concludere oportebit argumentationem.* Cic. Mur. 4. *Tecum agam non secus ac si meus esses frater.* Cic. N. D. III, 3. *Tu qui id quaeris, similiter facis, ac si me roges, cur* cet. Vide infra *juxta, secus, similiter.*

(5. *Atque adeo* in correctione.

Cic. Rosc. Am. 10. *Hoc consilio atque adeo amentia.* cf. ad Att. I, 14. etc.)

CAPUT V.

De adverbio ACERVATIM.

ACERVATIM prorie de cumulo lapidum, mergitum, cet. ponitur. Sed per tralationem a Cic. Cluent. 10. *Acervatim jam reliqua dicam.*

CAPUT VI.

De adverbio ACRITER.

ACRITER proprie de gustu dici videtur, ut *acer* (et de oculis, quorum etiam sensus acerrimus a Cicerone

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0048
DFG

Cicerone dicitur. Svet. Aug. 79. *acriter contuenti vultum submittere.* cf. Cic. Flacc. 26.)

Sed tralate fere ponitur pro *contente, magno studio*, mit Ernſt, mit groſſem Eifer, ernſtlich, eifrig. Cic. Mil. 34. *Animoſus et ſe acriter ipſi morti offerentes ſervare cupimus*, die den Tod recht hitzig und eifrig entgegen gehen.

CAPUT VII.

De adverbio ACTUTUM, ohne Verzug.

Cic. Phil. XII, 11. *Ego mortem actutum futuram puto.*

CAPUT VIII.

De præpoſitione AD.

I. AD pro *usque ad* bis in, bis auf, bis zu.

* AD pro *usque ad* proprie terminum ſeu fines loci deſignare videtur. Cæſar B. C. III, 66, 6. *Ab angulo caſtrorum ſiniſtro munitionem ad flumen perduxerat.* Id. B. C. III, 68. 2. Et ita ſæpe loquuntur Latini. *Huc refer illud Columellæ XII, 34. *In olla, quae fert amphoras tres, decoquis ad palmum.* Id. Colum. XII, 36. *Muſtum conjicies in amphoram novam, et implebis ad ſummum.* Colum. XII, 47. et de Arbor. 4. Pallad. III, 30.

2. *Ad dimidias; ad tertias; ad tertiam partem:*
* *ad dimidium* †

Interdum refertur ad *partes.* Plinius XX, 3. *Aqua multa in ea decoquitur ad dimidias.* Columell. XII, 21. *Muſtum quam dulciſſimum decoquitur ad tertias, et decoctum defrutum vocatur.* *Id. XII, 25. Ad. XII, 35. et 39. Plinius XIV, 9.

† Pariter dicere licet *ad quartas: ad ſextas*, cet.

Musto usque ad tertiam partem decocto. * Colum. XII, 22. *Ad tertiam partem recentis aquae marinae decoctae congios duos injicito* Celsus V, 28. de scabie.

* Cato de R. R. 98. *Amurcam decoquito ad dimidium.*

* Huc refer illud Livii XLII, 3. *Aedem Junonis Laciniae ad partem dimidiam detegit Flaccus.* Plinius XIV, 9.

3. *Ad* de tempore.

Ad pro *usque ad* saepe tempus significat. Cic. XIII. epist. Att. 9. *Multus sermo ad multum diem,* bis weit in Tag hinein. Id. I. Phil. 3. *Perpotavit ad vesperam.* Id. de senect. 7. *Sophocles ad summam senectutem tragœdias fecit.* * Cæsar B. G. III. 5, 1. Livius XL, 50.

* *Ad id* pro *ad id tempus,* † bis auf jene Zeit, bis dahin.

Huc pertinet illa loquendi ratio *ad id* pro *adhuc.* Livius III, 22. *Effuse fugientes Volscos eques Romanus, quum ad id spectator pugnae adstitisset, libero campo adeptus parte victoriae fruitur.* Tacitus XII. 38, 2.

4. *Ad* de pecunia.

Interdum accommodatur ad summam pecuniæ. Cic. pro Quint. 4. *Decidis statuisque tu, C. Aquili, quid Scapulis ad denarium solveretur,* id est, *usque ad denarium* ††. Id. V. Att. ep. 2. *Assident, subdu-*

† Sine dubio subintelligitur *tempus,* quod Cæsar III. B. C. 79. 4. addit: *Haec ad id tempus Cæsar ignorabat.* Similiter Sueton. Vespas. 8. Bene est autem haec loquendi formula discernenda ab vocabulo *adhuc.* Nam hoc de tempore nostro et praesente, illa de praeterito rectius et elegantius ponitur. Quum praeteriti temporis finis memoratur a certo principio incoati: tum *ad id tempus* dicimus.

†† Facciolatus *ad denarium* hic vult valere *ad monetam romanam.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0050
DFG

subducunt: ad nummum convenit. (Simile est illud Cic. *HS. 1000. ad libellam sibi deberi.)* Terent. Heaut. I, 1.

(* Transfertur etiam ad alias res.) Huc pertinent illa: *ad insaniam, ad satietatem, ad impudentiam*, et alia ejusmodi. Cic. IV. Verr. 35. *Haec iste ad insaniam concupierat.* Id. I. de leg. 2. *Accius in orationibus multus et ineptus ad summam impudentiam.* Livius XXIV, 38. *Vos incautos ad satietatem trucidabitis.*

* II. 1. *Ad* pro *versus* vel *circa*, de loco, vel parte.

Ad ponitur pro *versus*. Cic. I. divin 17. *Accius ad meridiem spectans in vinea media dicitur constitisse.* Id. III. Catil 8. *Iidem jusserunt simulacrum Jovis ad orientem convertere.* Varro I. R. R. 7. *Ager spectat ad meridianam cæli partem.* Add. Cæsar. III. B. C. 105, 2. Celsus VII, 26. *Uncus ad extremum est tenuis.* Vid. infr. not. ad §. 8. Hinc transfertur ad alia.

2. *Ad* pro *circiter* de numero, gegen.

Alias est *circiter*. Cic. II. ep. Qu. fr. 1. *Sane frequentes fuimus omnino ad ducentos*, bey zwey hundert. Id. I. ep. Att. 11. *Homines ad quindecim Curioni nullum Senatus consultum facienti adsenserunt.* * Id. XII. ep. 15. Cæsar I. B. G. 31, 5.

Quo nihil fingi potest alienius. An enim *denarius* solus erad romana moneta? Sed homo Romanus poterat ignorare, qui alio atque alio tempore valuisset *denarius*: ac proinde ex quæstoribus pretium exquirebat. Et quum quis propter necessitudinem definit summam pecuniæ solvendæ: tum ad nummum usque illam definit. Copiosius hæc disputavi in monumentis ingen. tom. I. p. 152. seqq. et 160. seqq. (Verum hic vidit Facciolatus, cf. Gronov. de Sest. III, 10.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0051
DFG

* *Ad* ſine caſu pro *circiter*, *de numero.*

Ad pro *circiter* ſæpe ſine caſu ponitur. Cæſar B. G. II, 33, 5. *Occiſis ad hominum millibus quatuor, reliqui in oppidum rejecti ſunt.* Id. B. C. III, 53, 1. *Cum horum omnium ratio habetur, ad duorum millium numero ex Pompejanis cecidiſſe reperiebamus.* Livius XXXV, 22, et VIII, 18. XL, 32 et 38.

* 3. *Ad* pro *circiter* de tempore; gegen.

Ad pro *circiter* etiam de tempore dicitur. Cic. I. epiſt. Att. 3. *Venias ad id tempus, quod ſcribis.* Id. I. ep. Att. 2. *Nos hic te ad menſem Januarium expectamus.* Id. I. divin. 28. *Cum magnam partem noctis vigilaſſes, ad lucem denique arcte et graviter dormitari cœpiſti.* Id. I. divin. 46. Cat. R. R. 161. Varro III. R. R. 5. Colum. V, 6. (Sed in his ſimpliciter eſſe poteſt nota temporis *ad menſem*, pro *menſe Jan.*)

4. *Ad* pro *poſt.* †

Alias pro *poſt.* Cic. XII. ep. Att. 45. *Neſcio quid interſit, utrum illuc nunc veniam, an ad decem annos.* Id. II. epiſt. Att. 17. *Solebat me pungere, ne Samſicerani merita in patriam ad annos ſexcentos majora viderentur, quam noſtra.*

** 5. *Ad* in deſignatione conſequentiæ, vel conjunctorum eventuum, da das geſchahe, zu der Zeit, als das vor war.

** Sueton. 7. Dom. *Ad ſummam quondam ubertatem vini edixit, ne quis in Italia novellaret;* id eſt, *cum ſumma quondam eſſet ubertas vini.* * Varro III. R. R. 13. *Vidiſti, ad buccinam inflatam certo tempore*

† Quatenus hæc ſignificatio admittenda ſit, ex proxime ſuperiore ſatis intelligitur.

re apros et capras convenire ad pabulum. Livius III, 41. *Juniores, cum sine provocatione imperium esset, ad nomina respondent*, id est, *cum nomina pronunciata essent.* Idem VI, 27. XLII, 67. Idem XXXVIII, 2. Cic. X. epist. Poll. 32. *Ad singulos nuncios consilia mutat*, id est, prout nunciatur quidque, ita mutat consilia.

Ad tempus, pro *ut fert tempus.*

Plancus X. epist. 9. Vide infra n. 17.

* 6. *Ad tempus*, pro *ad præstitutum tempus, tempore præstituto.*

Ad tempus videtur interdum significare *ad præstitutum tempus.* Cic. XII. ep. Att. 43. *Nisi me Torquati causa teneret, satis erat dierum, ut Puteolos excurrere possem, et ad tempus redire.* Livius XXVIII, 25. *Eo consul ad tempus cum præsidio quingentotum equitum venit.*

* 7. *Ad tempus*, pro *in exiguum tempus.*

Cic. I. off. 8. *Perturbatio animi plerumque brevis est et ad tempus.* Id. de Amic. 15. *Coluntur tyranni simulatione amicitiæ, duntaxat ad tempus.* Cic. X. ep. 10. (Hic potest etiam significare, *temporis caussa.*)

8. *Ad extremum* †. *Ad postremum, ad ultimum*, zuletzt.

Ad extremum, ad postremum, ad ultimum pro *denique* usurpantur. Cic. II. ep. Att. 21. *Cum diu occulte suspirassent, postea jam gemere, ad extremum vero loqui omnes et clamare cœperunt.* *Id. III.

† *Ad extremum* etiam de extrema parte rerum dicitur. Livius XXI, 8. *Saguntinis erat missile telum hastili oblongo et cetera tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum extabat.* Interdum usurpatur pro *omnino, prorsus.* Livius XXIII, 2. *Improbus homo, sed non ad extremum perditus.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0053
DFG

offic. 23, et ep. Quint. fr. I, 1. et Cluent. 18. Livius III. *Ad postremum adhortatio capessendi belli.* * Id. XXX, 15. et XXXVIII, 16. I, 33. *Ad ultimum connixus omnibus copiis Ancus acie vicit.* * Id. I, 53 et 54, et III, 25.

Admonitio.

Ad postremum et *ad ultimum* historicis sunt, quam oratoribus aptiora †. Videtur autem subintelligi *tempus* (vel locus.) Colligitur id ex Cæsaris III. B. G. 5, 1.

9. *Ad summum*, aufs längste, zum höchsten.

Ad summum vel ad *tempus* vel ad *numerum* refertur. Cic. XII. epist. Att. 43. *Scies fortasse cras, ad summum perendie* ††. * Id. pro Mil. 9. Id. XIII. ep. Att. 21. Id. pro Quint. 29. Cic. pro Mil. 5. *Quando frequentissimo Senatu quatuor, ad summum quinque, sunt inventi, qui Milonis causam non probarent?* Id. II. ep. 1. *A te literas bis terve ad summum; et eas perbreves accepi.*

** Invenias et *summum* adverbialiter, sine præpositione, eodem sensu. Victorius Castig. in Cic. pag. 19.

10. *Ad* pro *quod attinet ad, (maxime cum adjectivis.)*

Sæpe *ad* usurpatur pro *quod attinet ad.* Cic. III. Verr. 22. *Vidi forum comitiumque adornatum, ad speciem magnifico ornatu, ad sensum cogitationemque acerbo et lugubri.* Id. pro Sext. 44. *Rem quæris præclaram juventuti ad discendum, nec mihi difficilem ad perdocendum.* Id. pro dom. 12. *Hic tibi autor*

† *Ad ultimum* sæpe per ellipsin nominis *vitæ* ponitur. Livius XLV, 19. *Fidem ad ultimum fratri præstitit*, id est, *ad finem usque vitæ.*

†† Hic Lambinus, et alii tantum habent *summum.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0054
DFG

autor ad instituendam, socius ad comparandam, adjutor ad rem perficiendam fuit †. Id. pro Font. 15. *Vir ad labores belli impiger, ad pericula fortis, ad usum ac disciplinam peritus, ad consilia prudens, ad casum fortunamque felix.* (vid. plura in Ernesti Clave Cic.)

* 11. *Ad* finem notat, vel propositum. ††.

Cic. I. Catil. 4. *Jam intelliges, multo me vigilare acrius ad salutem, quam te ad perniciem reipublicæ.* Id. I. Cat. 10. *Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna servavit.* Cæsar B. C. III. 110, 5. *Hi regum amicos ad mortem deposcere consueverant*, id est, *ut morte afficerentur.* Livius II, 17. Id. XL, 56.

12. *Ad* de usu.

Aliquando usum significat. Cic. I. ep. Qu. fr. 1. *Ad templum monumentumque nostrum civitates pecuniam decrevere.* Id. V. Verr. 77. *Ad statuam pecuniam contulerunt*, sie haben zu einer Ehrensäule Geld zusammengelegt. Id. IV. Verr. 14. ††† *Eo vase uti solitus est ad festos dies, ad hospitum adventum* ††††, er hat das Geschirr auf die Feyertage gebraucht. * Liv. XXXIV, 6.

* 13. *Ad* de eventu.

Ad interdum eventum significat. Cic. III. Qu. r. ep. 4. *Pompejus si in urbem introisset, ad inimicitias*

f

† In hoc exemplo partim etiam finis spectatus possit videri, partim eventus.

†† Declarari potest, (in nonnullis) per *causa*. ex. gr. *salutis causa, perniciei causa* cet.

††† Acute fortasse tu exempla hæc de fine interpreteris.

†††† Etiam de tempore hoc exemplum intelligi potest, quasi dixerit: *cum essent festi dies, cum advenissent hospites.* Ergo dubium est. Vide supra Observ. 5.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0055
DFG

citias res veniſſet. Cic. V. Verr. 28. *Qui damnatus erit, virgis ad necem cædetur.* Add. Cic. pro Muren. 18. Palladius I, 13. Tacitus XV, 22, 2. Huc pertinet illud Taciti Hiſtor. I, 48, 2. *Piſo properata adoptione ad hoc tantum majori fratri prælatus eſt, ut prior occideretur*, iſt nur darzu dem Bruder vorgezogen worden.

* 14. *Ad* pro *adverſus*, gegen, an, (apud) de perſonis.†

Alias *adverſus* ſignificat. Cic. XII. ep. Att. 28. *Hæ cauſæ ſi manebunt, quærenda erit excuſatio ad Brutum.* Id. ep. 15. ad Brut. *Non id propoſitum eſt huic epiſtolæ, Meſſalam ut laudem, præſertim ad Brutum, cui virtus illius, non minus quam mihi nota eſt.* Id. Qu. Roſc. 15. Sic: *allocutio ad populum.* Add. Cic. Ligar. 10. *Ad parentem ſic agi ſolet.* (ad Att. X, 10. *fuit ad me diu.*)

15. *Ad* pro *adverſus* wider.

Alias pro *adverſus.* Cic. II. ep. 16. *Magno dolore me affeciſſent tuæ litteræ, niſi diuturna deſperatione rerum obduruiſſet animus ad dolorem novum.* Id. pro Roſc. Am. 40. *Tecti eſſe ad alienos poſſumus; intimi multa apertiora videant, neceſſe eſt* ††, gegen

† Hanc obſervationem Facciolatus reprehendere auſus eſt, quum nec linguæ noſtræ rationem nec rem intelligeret. Vide monum. ingenior. tom I. pag. 153. 154.

†† In hoc exemplo non eſt neceſſe, ut *ad* per *adverſus* wider explicemus, ſed ſi ita videatur, per *quod attinet ad* vel per particulam aliam vertere poſſimus. Facciolatus verſioni meæ ſententiam tribuit, in quam torqueri nullo modo poteſt. Adde monument. ingen. tom. I. pag. 154. Nihil nec in germanica lingua nec in latinitate videt, qui hoc non videt. (Immo *ad* hic eſt *adverſus*, ſed non germ. wider: nec verſio Schwarzii recta eſt: gegen einem hinter dem Berg halten eſt, alicui ſe non aperire, occultare ſenſa animi; h. l. ſenſus eſt: cavere quidem facile poſſumus, ne alieni animadvertant conſilia etc. noſtra:

gegen fremde Leute können wir wohl hinter dem Berg halten, aber vertraute Freunde müssen viele Dinge etwas deutlicher merken. Id. I. div. 8. *Mirari licet, quæ sint animadversa a medicis herbarum genera, quæ radicum, ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera.* *Cic. II. ep. 3.

* *Ad numerum.*

Cæsar B. G. V, 20 extr. *Obsides ad numerum frumentumque miserunt*, so viel er verlanget hatte. (int. constitutum, imperatum, sic etiam Cic. Q. Fr. II. 13. *judices ad numerum habere.* sc. legibus constitutum etc.)

16. *Ad summam.*

Ad summam idem, quod *in summa*, (*brevi*) in Summa, mit einem Worte zu fassen, kurz. Cic. I. off. 41. *Ad summam, ne agam de singulis, communem totius generis hominum consociationem colere, tueri, servare debemus* Id. VII, ep. Att. 7. *Ad summam, dic M. Tulli, assentior Cn. Pompejo, id est, Tito Pomponio.* * Id. X. ep. Att. 4. Id. XIV. ep. Att. 1. (Notandum et illud Sueton. Aug. 71. *ad summam tamen perdidit non multum:* im Ganzen hat er nicht viel verlohren.

17. *Ad* pro *secundum*, wie es das und das erfordert.

Ad interdum ponitur pro *secundum.* Cic. de Amic. 5. *Nunquam ego dicam, C. Fabritium, M. Curium, T. Coruncanum ad istorum normam fuisse sapientes.* Cic. Orat. 8. *Ad arbitrium et nutum audito-*

nostra: non item ne intimi: qui sæpe etiam invitis nobis et occultare cupientibus, vident quæ sentimus, volumus, agimus.)

† Propria significatio huius formulæ intelligitur ex Livii XLV, 4. *Marcellus decem pondo auri et argenti ad summam sestertii decies in ærarium retulit.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0057
DFG

auditorum totos se fingunt et accomodant, sie richten sich in allen Dingen nach dem Wink und Willen ihrer Zuhörer. Id. de Amic. 25. *Leves homines atque fallaces ad voluntatem loquuntur omnia, nihil ad veritatem.* Id. VI. ep. 7. Huc pertinent formæ

* *Ad effigiem, ad formam*, in der Gestalt, wie ꝛc.

Plin. XXI, 16. *Tribulus juxta Nilum et Strymonem amnes excipitur in cibis, incliuatus in vadum, folio ad effigiem ulmi.* Plinius IX, 23. *In Gallia septentrionali murænis omnibus dextra in maxilla septenæ maculæ ad formam septentrionis, aureo colore fulgent.*

* *Ad modum. Ad speciem.*

Ad sæpe apponitur nominibus *modi* et *speciei* ita, uti alias, et frequentius, dicimus, *in modum, in speciem.* Cæsar B. G. III, 13, 1. *Ipsorum naves ad hunc modum factæ armatæque erant.* Id. B. G. V, 24, 6. et B. C. III, 88, 1. Cic. Tusc. II, 4. Livius XXXVII, 46. *Cæteri paventes intra vallum compulsi, ægre castra defenderunt, et ad modum fugientium magnis itineribus in agrum pacatum reducti.* Cæsar G. B. I, 51, 1. *Cæsar ut ad speciem alariis uteretur.* Id. B. C. II, 35, 7. *Varus buccinatore in castris, et paucis ad speciem tabernaculis relictis, de tertia vigilia silentio exercitum in oppidum reducit.* Et cum genitivo nominis alterius: Varro R. R. III, 5. *Præterea et perticas inclinatas ex humo ad parietem esse oportet, et in eis transversas alias gradatim modicis intervallis annexas ad speciem cancellorum scenicorum ac theatri.* Suet. Neron. 31. *Stagnum maris instar fuit, circumseptum ædificiis ad urbium speciem.*

* *Ad*

* *Ad similitudinem. Ad simulacrum. Ad exemplum*, als, wie.

Cæsar B. C. III, 48, 1. *Est genus radicis, quod appellatur chara: quod admistum lacte multum inopiam levabat. Id ad similitudinem panis efficiebant.* Add. Cels. V, 28. de Phygethlo, et VII, 2. extr. et VII, 5. et VII, 7. de pilis palpebrarum. Livius XL, 6. *Mos erat, divisas bifariam duas acies concurrere ad simulacrum pugnæ.* Ovid. de Pont. IV. epist. 7. *Pugnat ad exemplum primi minor ordine pili.*

* *Ad magnitudinem*, in der Grösse, so groß als ꝛc.

Celsus IV, 12. *Si vetus vitium est, oportet laser quam optimum ad piperis magnitudinem devorare.* Add. Id. V, 24. Et V, 25. *Catapotia ex eo fiunt ad nostræ fabæ magnitudinem.* Adde huc insequentia verba, et libr. VI, 6.

* *Ad infinitum. Ad plenum*, pro *nimium, plene.* †

Plin. XXVI, 3. *Asclepiades' pensili balincarum usu ad infinitum blandiens.* Eutropius VIII, 10, 10. *Philosophiæ scientiam ad plenum adeptus.*

** *Ad verbum*, (*pro *secundum ipsa verba.*)

P. *Ad verbum* von Wort zu Wort, quod vulgo dicunt *de verbo ad verbum.* Hadr. et Buchl. in Catal. Barb. Cic. IV. Acad. 44. *Ad verbum ediscendus libellus.* * Cic. finib. I, 2. Sueton. in Cæsar. 30 et 55.

* Sic Fabius instit. Orat. IX, 1. *Locum ad literam subjeci.* (totidem verbis ac literis.)

18. *Ad* pro *præ.* (germ. gegen.) ††

Eleganter etiam *ad* pro *præ* in comparatione usurpa-

† Hæc talia cave imiteris.

†† Vel potius *si spectes, si compares cum* cet. Tralatio videtur ducta a rebus

usurpatur. (ut Graeci τὸ πρὸς, a quibus hic modus sumtus.) Cic. II. de Orat. 6. *Decimum volo, quem cognovimus virum bonum et non illiteratum, sed nihil ad Persium.* Id. I. de leg. 2. *Successere huic bello Clodius, Asilo: nihil ad Caelium, sed potius ad antiquorum languorem atque inscientiam.* Terent. Eunuch. II, 3. *Estne, ut fertur, forma? sane. At nihil ad nostram hanc.* * Cic. I. Tusc. Qu. 17. Livius XXII, 22.

19. ** *Adhoc* pro *praeterea.*

Livii, Sallustii, Taciti est. Gocl. p. 81. Observ. Valla II. Eleg. 5. Lipsi. ad I. hist. Tac. n. 25. * *Adhaec* pro *praeterea* ponit Livius II, 45. XXXIX, 5. Tacitus XV, 4, 2.

* 20. *Ad* pro *praeter.*

Ad saepe accessionem aliarum rerum significat ad alias. Cic. in Vatin. 8. *Ad cetera vulnera, quibus putasti remp. deleri, hanc quoque mortiferam plagam inflixisses auguratus tui?* Id. pro Planc. 1. *Equidem ad reliquos labores etiam hanc molestiam assumo, quod mihi etiam pro me ipso dicendum est.*

* *Ad id quodquoque* pro *praeterquam quod* rarissimum est. Livius XLIV, 37. *Consul ad id, quod pridie praetermississe pugnandi occasionem videbatur, tunc quoque per speciem immolandi tacere videbatur tempus.*

** 21. *Ad unum omnes.*

P. *Ad unum omnes, pro omnes, nullo excepto;* quod inepte dicunt *usque ad unum.* Hadr. Cic. de Amic. 23. *De amicitia omnes ad unum idem sentiunt.* * Cic. XII. ep. 14. *Onerariae naves omnes ad unam a nobis sunt exceptae.* Caesar B. C. III, 27, 2.

** Inter-

a rebus juxta positis, ex quorum respectu mutuo judicium fit vel praestantiae vel ignobilitatis.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0060
DFG

** Interdum reticetur *omnes*. Cic. pro Planc. *Cui sunt assensi ad unum*, Goclen. p. 82 observ.

III. *Ad* pro *apud*, bey: de loco.

Ad pro *apud* interdum refertur ad locum. Cic. IV. Verr. 8. *Ad urbem cum esset, audivit*, bey der Stadt. (interdum tamen est etiam pro *in urbe*, ut *supplicatio ad omnia templa*, Cic. ad Div. XI, 18. *adesse ad judicium*, Verr. I, 1.) Id. I. ep. Att. 2. *Signa quæ nobis curasti, ea sunt ad Cajetam expositа.* Id. pro Muren. 15. *Pugna navalis ad Tenedum.* Id. pro Cæl. 15. *Habes hortos ad Tiberim*, bey oder an der Tiber.

Alias de personis. Cic. II. Verr. 8. *Reperi ex his quasi decem fiscos ad senatorem illum relictos esse*, bey dem Rathsherrn. Id. in Brut. 20. *Cato contra Sergium Galbam ad populum summa contentione dixit* †. * Id. X. epist. Att. 4. Id. X. ep. Att. 18. Livius X, 35.

* *Ad* pro *apud*, refertur ad animos. Cæsar B. G. IV. 16, 7. *Tantum esse nomen atque opinionem exercitus rom. etiam ad ultimas Germanorum nationes, uti opinione et amicitia Populi R. tuti esse possint.*

Nonnunquam ad alias res. Cic. IV. Tusc. 2. *Hic epularum apud majores mos fuit, ut deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes.* Id. II. leg. 24. *Honoratorum virorum laudes in concione memorantur, easque etiam cantu*

† Hoc exemplum motum quendam populum versus subindicare videtur. Ergo dubium. (male. sic *ad judices* pro, *apud judices*, non uno loco.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0061
DFG

cantu ad tibicinem prosequuntur †. * Cic. pro Cæl. 28. Livius VII, 2.

** 2. *Ad* pro *in*.

P. Cic. I. Philipp. 8. *Pecunia utinam ad Opis maneret*, id est, *in æde seu templo Opis*. Ubi simul notanda ellipsis Attica, bonis auctoribus usitatissima, de qua Linac. lib. VI. pag. 383. et Sylv. Centur. III. progym. 97. qui rarum esse putat, hoc dicendi genus cum præpositione alia inveniri. (adde paullo ante dicta.)

3. a. *Ad diem. Ad dictam diem. Ad constitutam diem*, an dem Tag, auf dem bestimmten Tage.

Ad diem significat præstitutum tempus, (* in quo aliquid fit.) Cic. pro Rosc. Am. 44. *Opinor esse in lege, quam ad diem proscriptiones venditionesque fiant, nimirum ad Cal. Junias.* Id. IV. Verr. 2. *Quando Sicilia frumentum, quod deberet, non ad diem dedit?* * Id. III. offic. 10. II. ep. 17. XVI. ep. 12. *Tu missis nostris para ut operam reddas, nostra ad diem dictam fient.* II. ep. 11. *Bellum effugiemus, si ad constitutam diem decedemus.*

* b *Ad præsens* rarius est apud latinos.

Ad præsens sæpe ponitur pro *in præsentia, in præsenti, hoc tempore*, ita tamen, ut interdum aliquam temporis continuationem adsignificare videatur. Cic. XII. ep. 8. *In meo Bruto non solum ad præsens perfugium, sed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis.* Tac. IV. Ann. 21, 5. XIV, 62, 4. XVI, 5, 4. Sueton. Tit. 6. (Sed in loco Ciceroniano

† Hæc exempla optime interpretetis per *interea dum tibia canitur, dum tibicen canit.* Nam per *apud* declarari non possunt. Pertinent igitur potius ad II. n. 5. (immo potius sic: *accinente tibicine* vel *tibia.*)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0062
DFG

roniano *præſens* pertinet ad *perfugium*: *præſens perfugium* eſt perfugium præſentis temporis, ſive in malis præſentibus: non ergo huc pertinet ille locus.)

** 4. *Ad* in periphraſi adjectivi.

Virgil. X. Aen. 252.

Alma parens Idæa deum, cui Dindyma cordi
Turrigeræque urbes, bijugique ad frena leones,

id eſt, *frenati*. Terent. I. Andr. 1. *Adoleſcentuli animum ad aliquid ſtudium adjungunt aut equos alere, aut canes ad venandum, aut ad philoſophos*; id eſt, *venaticos*. Pertinent huc illa, quibus officium deſcribitur. Catull. Epig. 10. *Ad lecticam homines*, id eſt, *lecticarii*. Sic *ſervus ad manum* pro *amanuenſi*; *ſervus ad limina* pro *atrienſi*; *ad cyathos* pro *pocillatore*. Vid. præter Dürr. Pontan. et Cerda ad Virg. Weitz. ad Terent. Scal. ad Catull.

CAPVT IX.

De adverbio ADEO.

* I. 1 ADEO pro *eo* dahin.

ADEO proprie idem videtur eſſe, quod *eo*. Id apparet ex ejus origine, et his exemplis. Terent. Heaut. V, 2. *Adeon' rem rediſſe, ut periculum etiam famis mihi ſis, Syre?* Hat es mit, mir ſo weit kommen müſſen, daß ich mich ſo gar befürchten muß, ich werde noch Hunger leiden? Id. Phorm. I, 2. (multa alia loca ſunt in Geſneri Theſauro.)

* Tralate etiam.

2. *Adeo* in principio pro *in tantum*; ** quod inter barbara ponit Buchnerus. †

† Falſo. Vellejus II, 30, 6. *Quorum numerus in tantum adolevit, ut* cet. Vid. infra ſub *in* exempla plura.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0063
DFG

Adeo in principio positum non raro servit epiphonemati. Cic. I. off. 11. *Adeo summa erat observatio in bello gerendo.* Livius Præfat. libr. 1. *Adeo quanto rerum minus, tanto minus cupiditatis erat.* Et ita sæpe.

* 3. *Adeo* servit interrogationi. †

Cic. II. Philipp. 7. *Adeone pudorem cum pudicitia perdidisti, ut hoc in templo dicere ausus sis?* Id. pro Cluent. 61, et pro Dejot. 11 et pro C. Rab. 10.

II. 1. *Adeo* in medio pro *vero.*

Sæpe usurpatur pro *vero*, sed secundo loco. Cic. VI. Verr. 64. *Id adeo ex ipso SCto cognoscite.* Id. pro Arch. 6. *Atque hoc adeo mihi concedendum est magis, quod* cet. †† *atque adeo* est *et vero*, vel *imo vero.* Id. IX. ep. 19 ad Att. *Dolabella tuo nihil scito mihi esse jucundius. Hanc adeo habeo gratiam illi.* * Livius II, 29. Cic. pro Cluent. 30. Huc pertinent illa Sallustii Jug. 65. *Id adeo mature posse evenire, si ipse consul ad bellum missus foret.* Gallice *en fin.* Sallust. Jug. 110. *Id adeo experiri licet.* (Vis, quæ est in hoc usu, sane elegantissimo, hujus particulæ, vix potest uno verbo exprimi, quod in omnia loca conveniat, sentiturque facilius, quam exprimitur. Interdum enim significat aliquam consequentiam, interdum explicationi, narrationi etc. servit.)

2. *At-*

† Etiam in medio servire potest interrogationi. Non dico *adeo* interrogare, sed interrogationem adjuvare. Ergo præter necessitatem argutatur Facciolatus. Cum *tam* et *tantum* non facile conjungitur *ne.* (Sed tamen interrogandi vis tantum est in particula *ne.* Et si propterea servit interrogationi *adeo*, quia *ne* adnectitur: quot verba servient interrogationi?)

†† Sic *et adeo* und so gar. Senec. epist. 120. *Tanta fuit apud illos boni vilitas, et adeo usque ad sordida descendit.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0064
DFG

2. *Atque adeo.*

Atque adeo in medio ſæpe pro *immo* ponitur, et ſervit correctioni, cum vi augendi, oder beſſer zu ſagen, ja ſo gar, ja vielmehr. Cic. pro Cluent. 29. *De foro atque adeo de civitate eſt ſublatus prætor ille jam opinionibus hominum conſtitutus*, er iſt vom Markt, ja ſo gar aus der Stadt weggeſchaft. Id. pro Planc 19. *Poſco atque adeo flagito crimen.* Id. I. Catil. 2. *Ducem hoſtium intra mœnia, atque adeo in ſenatu, videtis.* * Cic. I. ep. Att. 14.

3. *Adeo ut.*

Adeo ſæpe cum *ut* conjungitur. Cic. pro Flacc. 20. *Neminem adeo inſatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet.* Id. pro C. Rab. 10. *Adeone hoſpes hujus urbis, adeo ignarus es diſplicinæ conſuetudinisque noſtræ, ut hæc neſcias?* * Cic. X. ep. 31. X. ep. 33.

Adeo non - ut, non eſt aurei ævi.

Interdum cum particula *non* pro *tantum abeſt, ut*, ſo gar nicht, daß auch. Curt. III, 12, 12. *Conjugem Darii adeo ipſe Alexander non violavit, ut ſummam adhibuerit curam, ne quis captivo corpori illuderet.* Livius VIII, 5. Id. XXX, 34. Colum. II, 12. *Sola hæc res adeo non infeſtatur herbis, ut ipſa herbas perimat.* Vellejus II, 66, 4.

* *Adeo nihil - ut*, apud hiſtoricos tantum reperitur. Livius III, 2. *Hæc adeo nihil moverunt quenquam, ut legati prope violati ſint.* Suet. Veſp. 8.

* *Non adeo, ut non. Ne quidem adeo - ut non*, item in hiſtoricis modo reperta ſunt.

Non adeo poſtulat interdum *ut non.* Tacit. I. hiſt. 3, 1. *Non adeo virtutum erat ſterile ſeculum,*

ut non et bona exempla prodiderit. Suet. Othon. 9. *Ne victi quidem adeo afflicti erant, ut non in ultionem ignominiæ quidvis discriminis ultro subirent.*

* 4. *Adeo-quasi*, pro *ita-ut*, rarissimum est.

Terent. Heaut. V, 1. *Gaudere adeo cœpit, quasi qui cupiunt nuptias*, es ist bey ihm eben so eine grosse Freude entstanden, als bey denen zu seyn pfleget, so gerne eine Frau hätten.

* 5. *Quoque-adeo non*, pro *etiam-nedum*, et *ne quidem-adeo nemo*, pro *ne quidem-nedum quisquam.*

Tacitus IV. hist. 80, 2. *Mucianus æqualium quoque, adeo superiorum intolerabilis*, konnte nicht einmahl seines gleichen, geschweige dann höhere leiden. Vellej. II, 67, 1. *Hujus temporis fortunam ne deflere quidem quisquam satis digne potuit, adeo nemo exprimere verbis potest.* †

Rarissime item solum *adeo non*, pro *nedum* ponitur. Plinius XVII, 22. *Minimum id esse debet intervallum, ut attingat jugum speretque, non teneat: adeo non recumbat in eo nec delicate se spargat.*

* 6. *Adeo-dum*, pro *tamdiu-dum*, rarum est.

Plaut. Mercat. I, 1. *Navim parasse atque eapse merces vectatum undique: adeo dum, quæ tum habent, peperisset bona;* hab so lange darmit die Waaren verführt, bis er das Gut, so er damals hatte, erworben hätte. Id. Mercat. III, 4. *Quanto te satius est rus aliquo abire, ibi esse, ibi vivere adeo, dum illius te cupiditas atque amor missum facit.* (Hoc exemplum videtur pertinere potius ad II, 1.)

CAPUT

† Facciolatus dum hanc observationem reprehendit, fallaciam divisionis committit, ut Logicae Professorem decet.

CAPUT X.

De adverbio ADHUC. †

ADHUC ad tempus refertur tum præsens, tum etiam præteritum. Cic. I. Verr. 17. *Est adhuc non Verres, sed P. Mutius*, bis dato ist er noch nicht Verres. * Et ita sæpe.

Id. II. divin. 2. *Adhuc hæc erant.* Id. VI. ep. 14. *Et si me consolandi tui causa scribere ad te aliquid oportebat, tamen adhuc id non feci.* Id. VII. ep. Att. 12. *Unam adhuc a te epistolam acceperam.* Id. VII. ep. 25. *Catonem tuum me adhuc non legisse, turpe utrique nostrum est.*

2. *Adhuc* pro *præterea.* ††

Interdum pro *præterea*, noch, noch mehr. Cic. de Amic. 9. *Nisi quid adhuc forte vultis.* ††† *Varro III. R. R. 3. *De his sex partibus adhuc ista tria genera artificum comparanda, aucupes, venatores, piscatores.* (Sic et Quintilianus sæpe.)

* *Admonitio.*

Homines minus politi particulam *adhuc* jungunt cum comparativo pro germanica particula noch', v. g. *adhuc pulcrior, adhuc melior.* Sic Seneca ep. 57. *Sic animo qui adhuc tenuior est igne, per*

† *Adhuc* esse videtur compendiaria locutio nomine *tempus*. *Huc* enim apud veteres est *hoc*. Vid. Schefferi not. ad Petronii Satyr. 26 p. 93 edit. Burm. Cæsar plene ponit II. B. G. 17, 4. *Neque enim Nervii ad hoc tempus ei rei student.* Aliis item in formulis *tempus* desideratur. Scribonius Compos. 172. *Quod ego adhuc non sum expertus; quamvis protinus magna cura hyænam invenerim, et pellem paratam habeam; quia non incidit ex eo* (scil. tempore) *quisquam, et opto quidem, ne incidat* cet.

†† Non sæpe *adhuc* pro *præterea* ponit Cicero.

††† Meliores editiones *ad hæc*. Quæ lectio consentanea est stilo Ciceronis, qui eodem modo loquitur II. Tusc. Qu. 18. *Nunc de ratione videamus, nisi quid vis ad hæc.* A. *Egone, ut te interpellem?* Adde Cicer. de fin. IV. cap. 16. et I. cap. 8.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0067
DFG

omne corpus fuga est. Seneca epist. 85. *Si marmor illi, si adhuc viliorem materiam attulisses, Phidias fecisset, quale ex illa fieri optimum posset.* Cicero et ejus æquales malunt *etiam pulcrior, etiam melior.* Vide infra *etiam.* (Dixit tamen Quintilianus II, 15, 28. *adhuc concitatior.)*

* 3. *Adhuc non* pro *nondum.*

Adhuc non sæpissime ponitur, et eandem vim habet, quam *nondum* †. Cic. III. ep. 8. *Id ipsum non mehercule adhuc accidit, audiente me.* Cic. IX. ep. 7. *Istud adhuc prædium suum non inspexit.* Add. Id. VI. epist. 4. Pallad. Octobr. cap. 12.

* Huc pertinet *adhuc nihil*, pro *adhuc non* vel *nondum quicquam.* Cic. IX. ep. 7. *Sed quod quæris, quando, qua, quo Cæsar veniat, nihil adhuc scimus.* Id. IX. ep. 17. *Ego his temporibus adhuc de isto periculo nihil audivi.* Et ita sæpe scribit Cicero.

* 4. *Adhuc) (aliquando. Adhuc) (deinde.*

Cic. I. Orat. 58. *Concedis eam adhuc arte omnino non esse, sed aliquando esse artem futuram.* Suet. in Tit. 11. *Senatus obseratis adhuc foribus, deinde apertis, mortuo Tito gratias egit.*

* 5. *Adhuc*) (*jam. Adhuc*) (*nunc.*

Adhuc sæpe opponitur particulis *jam* et *nunc.* Cic. III. ep. Att. 13. *Non commovi me adhuc Thessalonica, sed jam extrudimur.* Cic. III. Agr. 1. *Quoniam Tribuni abhuc præsens certamen contentionemque fugerunt; nunc, si videtur eis, in meam concionem prodeant.* Id. V. fin. 17. et XIV. ep. Att. 17.

* *Adhuc, dum.* ††

Adhuc

† Non est igitur germanismus.
†† Ita sæpe conjungere possumus *adhuc* cum *dum.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0068
DFG

Adhuc sequitur aliquando particula *dum*. Cic. XVI. ep. 18. *Indulge valetudini tuæ: cui quidem tu adhuc, dum mihi deservis, servisti non satis.* Id. XVI. ep. 6. *Adhuc, dum mihi nullo modo deesse vis, nunquam te confirmare potuisti.* (Hæc abesse mallem: *adhuc* et *dum* in his nullam inter se conjunctionem habent.)

* *Admonitio.*

Pro *adhuc* cave ponas *usque ad nunc*, etsi Orosius ita loquatur lib. VII, 2, p. 510. *Macedonicum regnum sub septentrione esse cum ipsa cœli plaga, tum Alexandri Magni aræ positæ usque ad nunc sub Riphæis montibus docent.*

(Cum substantivis in genetivo. Plaut. Capt. II, 3, 25. *adhuc locorum.)*

CAPUT XI.

De adverbium ADMODUM.

ADMODUM dictum quasi *ad modum*. Proinde significat *satis*, aut *valde* †, quia, ad modum quod est, satis est ††. Cic. VI. Verr. 34. *Erat admodum amplum et excelsum signum cum stola*, grosse und hohe Statue. Id. VII. Att. ep. 23. *Philotimi literæ me quidem non nimis, sed eos, qui in his locis erant, admodum delectarunt.* Id. de Amic. 1. *Ego*

† Id est *tantum, quantum modus postulat*, Livius XXXIV, 13. *Ubi satis admodum et suorum et hostium animos est expertus: convocari tribunos jussit.* Sic *ad numerum* apud Cæsarem B. G. V, 20 extr. valet idem quod *quantus numerus esse debebat.*

†† *Satis* et *admodum* non nunquam differre, vel ex Livii patet exemplo. Quum quis modium reddit ei, a quo modium accepit: tum *ad modum* reddit. Sin XVI. Sextarios reddiderit: satis reddidit; *ad modum* non reddidit. (immo, quia tantundem reddit, quantum accepit, modius enim æquat XVI. Sextarios, *admodum* reddidit.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0069
DFG

eram una et pauci admodum familiares. * Id. III. de Leg. 11. *Scis solere, frater, in hujusmodi sermone, ut transiri alio possit, admodum dici.* (Immo hic est particula assentientis, ut *recte*. Nam Quintus respondet: *non equidem assentiar.* Sæpe sic Comici ut infra observatum.)

2. *Admodum nihil.*

Admodum nihil vel *nihil admodum*, pro *nihil omnino* †, aut *pene nihil* †† usurpari solet, quia quod admodum nihil est, pro nihilo habetur. Cic. in Brut. 9. *Plane quidem perfectum oratorem, et cui nihil admodum desit, Demosthenem facile dixeris* †††. Id. Brut. 58. *Curio literarum admodum nihil sciebat*, Curio wußte beynahe nichts von guten Künsten und Wissenschaften: oder, er war eben nicht gelehrt. * Id. II. Orat. 2. *Alter non multum, quod quidem extaret, et id ipsum adolescens: alter nihil admodum scripti reliquit.* ††††

* 3. *Ad-*

† Velim hanc significationem probasset autor.

†† Aut potius, *si modum spectes*, vel *si cum modo comparet, si modum consideres, nihil.* (*ad justum modum*, ut *ad numerum* significat *justum numerum*

††† Nam deerat utique quippiam. Cic. Orat. 38.

†††† Scripsit enim Antonius unum libellum: quod Cicero docet in Brut. 44. Adde huc quæ Facciolato respondi in monumentis ingenior. tom. I. pag. 157. Nam quoad ratio stat, quam Facciolatus non impugnat, conclusio stet oportet. Antonius scripserat unum libellum de arte dicendi. Ex uno hoc libro Antonius totus penitus cognosci non poterat, non magis certe, quam totus Crassus ex paucis orationibus. Ergo manet id quod sæpe dico, *admodum* esse *tantum quantum ad modum rei pertinet.* Id quod ex subsequentibus Ciceronis verbis liquet: *Vellem aliquid Antonio, præter illum de ratione dicendi sane exilem libellum, plura Crasso libuisset scribere. Quum enim omnibus memoriam sui, tum etiam disciplinam dicendi nobis reliquissent.* Frivolum autem esse videtur, quod Facciolatus Ciceronem hic de oratoriis Antonii scriptis vult intelligi. Nam ex libro de arte oratoria non minus, quam ex orationibus, vis et ingenium oratoris

* 3. *Admodum* de numero, hiſtoricis ſolenne eſt. †

Admodum accommodatur interdum ad numerum, et videtur ſignificare (modo) tantum (fere) numerum quantus nominatur, ut apud Livium XXII, 24. *Sex millia hoſtium cæſa: quinque admodum Romanorum.* Id. XXVII, 30. *Philippus mille admodum hoſtium utraque pugna occidit.* Id. XLIV, 43. *Scuti eum ſunt admodum quingenti Cretenſes.* Id. XLII, 65. *Juncta vehicula, pleraque onuſta, mille admodum capiuntur.* (modo) plane eum, qui exprimitur, pro eo quod vulgo dicimus *præciſe.* Curtius IV, 24. *In lævo cornu Bactriani ibant equites mille admodum*, id eſt, non amplius mille. Juſtin.

oratoris perſpici poteſt. Unde enim oratoria vis exiſtit, niſi ex ingenio, doctrina vera et copioſa perpolito? Et quis eſt, qui non videat, de Ciceronis oratoria facultate etiam ex libris ejus de oratore judicari poſſe? Adde Cic. I. ep. 9, 67, et VI. ep. 19, 5, et Offic. I, 1. (Immo multi de eloquentia bene ac ſubtiliter præceperunt, quibus vis et ingenium oratorium plane defuerunt, ut ipſe pluribus locis Cicero dicit. Ut præcepta dicendi non faciunt eloquentes (quis enim non eſſet eloquens?) ſi nec qui bene de eloquentia præcipiunt, ipſi bene dicunt) Deinde Cicero ipſe memoriam Craſſi et Antonii iccirco etiam ſe conſervare dicit, *ut illa opinio tolleretur, alterum non doctiſſimum, alterum plane indoctum fuiſſe.* Neque *de laude eloquentiæ illorum ſenescente* loquitur Cicero, ſed *de cetera eorum laude, laudi eloquentiæ oppoſita.* Quid enim ſibi vult particula *vel* toties repetita, ſi res diverſas non indicat? Atqui de oratoria illorum facultate et doctrina Cicero jam ante memorarat, quam de laude illorum ſeneſcente ſcriberet. Apertum eſt igitur, Facciolatum Spartam ſuſcepiſſe, ad quam ornandam non ſatis erat paratus, magno cum latinitatis, veritatisque corrumpendæ periculo. (Cum Schwarzio facit Geſnerus in Theſauro. Ceterum, quoniam in exemplis facile argurari licet, judicetur quæſtio analogia. Si igitur *admodum*, numeris additum, modo *fere*, *propemodum* ſignificat, modo *omnino*, ut mox oſtendetur, idem etiam ſignificare poteſt in aliis conſtructionibus.)

† Pro hoc *admodum* Livius interdum uti videtur *haud amplius.* Libr. XXXVIII, 40. *Cum conſul per ſaltum iret, Thracum decem haud amplius millia ad ipſas anguſtias viam circumſederunt*, vid. AMPLIUS.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0071
DFG

stin. VII, 2. *Post menses admodum septem.* id est non plures quam septem. Vid. Freinshem. Id. Curt. et Flor. Livius libro 43. *Legati ex Macedonia exacto admodum mense Februario redierunt.*

* Huc pertinet *admodum* de ætate humana. Senec. brevit 7. *Quasdam ex his artibus pueri admodum percepisse visi sunt.* Nam gradus ætatis certo annorum numero erant adstricti. (Hoc pertinet ad primam significationem; cum pro *valde* ponitur.)

** Creberrime hac particula usus est Salvianus, ut appareat illa mire delectatum fuisse. Fere autem ornatus gratia eam sententiis inserit, sonum magis, quam certam ullam significationem quærens. Quod enim Rittershusius notat, nunquam aliter usum, quam pro FERE vel PROPEMODUM; quomodo (ut alia omittam loca) ex illo libr. VI. de gubern. DEI ostendi possit, non video. *Omnes enim admodum*, inquit, *in perditionem ruunt, aut certe, ut aliud dicam levius pene omnes.* Diserte omnes ADMODUM et PENE omnes opponit. † In ceteris plerisque, si *admodum* per *omnino* exponas, nihil feceris, quod a mente Salviani abhorreat.]

* 4. *Ad-*

† *Omnes admodum* sunt omnes qui ad modum requiruntur, hoc est, de quibus nemo desideratur. His *pene omnes* commode opponi posse videntur. Facciolatus interpretationem Thomasii probare se dicit. Et tamen *admodum* per *omnino* explicari vult. Quum Thomasius locum illum Salviani ita declaret, ut sonum magis quam certam ullam significationem quæsitam putet. Vide ergo, lector, quam malus interpres sit Facciolatus. (Hoc quidem est argutari. Et potest apud Salvianum *admodum* positum esse, grati soni causa, nullo certo sensu, et alibi *omnino* significare. Sic græci τὸ δή, quod huic verbo fere respondet, modo certo sensu ponunt, modo παραπληρωματικῶς, præsertim non elegantissimi.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0072
DFG

* 4. *Admodum* in responsionibus.

Admodum utuntur Comici in responsionibus ad quæstiones, (immo omnes sermone ac dialogo scribentes, ut supra e Cicerone vidimus.) Plaut. Rudent. IV, 4, *Nempe tu hanc dicis, quam esse agebas dudum popularem meam?* Trach. *Admodum.* Ter. Hecyr. III, 5. *Advenis modo?* Pa. *admodum.* Id. Phorm. II, 2.

CAPUT XII.

De adverbio ADVERSUS * et præpositione, ut vulgo dicitur.

* I. ADVERSUS vel *adversum*, ex *ad* et *versus* compositum, significare videtur proprie idem, quod *versus*, vel *contra*. Cæsar B. G. II, 8, 3. *Is collis, ubi castra posita erant, tantum adversus in latitudinem patebat, quantum loci acies instructa occupare poterat*, der Hügel war vorwärts so breit. (Aliud egit bonus Schwartzius, aut ira in Facciolatum occœcatus non vidit, *adversus* h. l. esse adjectivum, quod referatur ad *collis.*)

* II. 1. *De præpositione adversus.*

Adversus præpositio itidem significat *versus* vel *e regione*. Cic. I. divin. 45. *Ara Ajo loquenti adversus eum locum consecrata est.* Cæsar I. B. C. 46, 1. *Nostri, gladiis districtis, impetum adversus montem in cohortes faciunt.* Liv. XLV, 7. et XIV, 10. Celsus III, 6.

* *Admonitio.*

Audiendus igitur Charisius II. p. 207. *Contra* inquiens, *et adversus ita differunt, quod contra ad locum, ut contra Basilicam, adversus ad animi motum*

tum, ut adversus illum facio. Interdum autem promiscue accipitur.

* 2. *Adversus* pro *ad.*

Livius IV, 10. *Adversus ea consul, victis conditiones accipiendas esse, non ferendas, respondit,* hierauf hat D. B. geantwortet.

3. *Adversus* pro *erga*, gegen.

Adversus idem est, quod *erga.* Nec solum in malam partem accipitur, sed sæpe etiam in bonam. Cic. I. Nat. D. 41. *Pietas est justitia adversus Deos*, gegen die Götter. Id. I. offic. 28. *Adhibenda est reverentia quædam adversus homines.* Id. III. ep. ult. *Censorem te jam esse sperabam: eo brevior est hæc epistola, et ut adversum magistrum morum modestior.* * Adde Id. ep. ad Brut. 16.

4. *Adversus* pro *contra*, wider, zum Schaden, zum Verdruß.

Interdum pro *contra* usurpatur. Cic. V. Verr. 84. *Utrum tibi pecuniæ conciliatæ videntur adversum leges, adversum rempublicam? an vero id recte factum esse defendes?* Id. XIV. ep. Att. 14. *Quod si duriorem te ejus miseriæ præbes, non contendam ego adversus te.* Terent. Heaut. IV, 1. *Hoc te oro, ne quid credas me adversus edictum tuum facere esse ausum.* * Id. Phorm. II, 3.

* *Adversus* de morborum remediis.

Celsus V, 26. curat. adv. vuln. infl. *Et adversus profusionem quidem in his auxilium est. Adversus inflammationem autem in ipso sanguinis cursu, ea timeri possunt, ubi læsum est vel os, vel nervus.* Id. V, 26. curat. gangr. *Usu cognitum est, utramque adversus alteram medicamento esse, si contrita super*

imposita

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0074
DFG

impoſita eſt. Id. V, 27, et VI, 6. Cæſar Collyr. et VI, 15. †

* III. *Ex adverſo, Ex adverſum.*

Ex adverſo et *ex adverſum* idem valet, quod *contra, e regione.* Terent. Phorm. I, 2. *Ea ſita erat ex adverſo.* Livius XLV. 10. *Portus ex adverſo urbi erat poſitus.* Plin. II, 102. Id. IV, 4. *Patræ colonia ex adverſo Aetoliæ et flumini Euoni.* et IV, 22. Terent. Phorm. I, 2. *Ex adverſum ei loco tonſtrina erat quædam.* Cave imiteris.

CAPUT. XIII.

De adverbio AEGRE.

1. AEGRE adverbium eſt, ab *æger* ductum, ſignificat, *ut ægri ſolent*, mit Verdruß, ungern. Unde trita illa, *ægre ferre, ægre pati*, ungern ſehen, übel aufnehmen. *Aegre carere aliqua re.* Cic. VIII. ep. Att. 2. *Tironem ægrum Patris reliqui, adoleſcentem probum, nihil vidi melius: itaque carco ægre.* Id. pro leg. Man. 5. *Vident, unum virum eſſe, in quo ſumma ſint omnia, et eum prope eſſe; quo etiam carent aegrius.*

* *Aegre* pro *difficulter*, ſchwer, nicht ohne große Mühe.

2. *Aegre* interdum eſt *difficulter, vix*: quia ægri haud facile ſe movent. Cic. ſenect. 20. *Omnis conglutinatio recens aegre, inveterata facile divellitur.* Id. VI. Verr. 65. *Nihil aegrius factum eſt multo labore*

† Hanc obſervationem tanquam pro exemplo addidi, quo demonſtrarem, nihil germaniſmi eſſe, ſi quis de morbis ponat *adverſus.* Ergo reprehenſio Facciolati quid valeat, ſatis intelligitur. Falſum eſt, novam a me regulam concinnatam eſſe: alioqui numerata eſſet. Nunc quia nihil numeri apparet: cupiditatem hominis calumniandi vides.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0075
DFG

bore meo, quam ut manus ab illo appellatore abstinerentur, ob ich mich gleich sehr bemühete, so ist es dennoch sehr schwer hergegangen, daß sie nicht die Hände an ihn legten. Indidem illa sunt: *Aegre sustinere impetum alicujus; aegre se tenere*, Cic. XVI. ep. Att. 11.

* 3 *Aegre - quin. Aegre - nedum.*

Aegre certis quibusdam verbis additum postulat interdum appositionem particulæ *quin*. Cæsar B. C. II, 13, 3. *Aegre milites sunt retenti, quin oppidum irrumperent.* Liv. II, 45. *Etrusci aegre abstinent, quin castra Romanorum oppugnent.*

Aegre interdum respicit *nedum*. Liv. VI, 7. *Aegre inermis tanta multitudo, nedum armata sustineri potest.* (nullus hic respectus τῦ *aegre* ad *nedum*. Nimis interdum vir doctus in augendis observatiunculis laboravit.)

CAPVT XIV.
De adverbio AEQUE.

Adverbium AEQUE ab *æquus* dictum est. Interdum absolute ponitur. Cic. IV. ep. 7. *Quantum præsens me adjuvare potueris et consolando et prope æque dolendo; facile intelligo*, ich kann leicht erachten, wie viel du mir mit kräfftigem Troste, und fast mit gleichem Leide hättest dienen können. Id. V. ep. 21. *Nemo erat, qui cum essem libentius, quam tecum; et pauci quibuscum æque libenter*, es waren deren wenig, mit denen ich eben so gerne umgienge. * Celsus III. 18. *Non tamen æque pestiferum est.* Pallad, R. R. I, 6. *Viae malitia æque et voluptati et utilitati adversa est.*

* 2. *Aeque*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0076
DFG

* 2. *Aeque-æque* rariſſimum eſt.

Aeque repetitur interdum. Tacit. I. hiſt. 7, 4. *Eadem novæ aulæ mala, æque gravia, non æque excuſata.* Id. Agric. 15, 4. *Britanni dicebant: æque diſcordiam præpoſitorum, æque concordiam ſubjectis exitioſam,* die Uneinigkeit der vorgeſetzten Obrigkeit wäre denen Unterthanen ſo ſchädlich als die Einigkeit. (Primum exemplum eſt alienum: in altero eſt anaphora non elegantiſſima: niſi forte etiam legendum: *æque diſc. p. atque concordiam ſ. e.* Itaque aliena hæc obſervatiuncula ab hujus libelli conſilio.)

3. *Aeque ac. Aeque atque. Aeque ac ſi.*

Sæpe cum *ac*, vel *atque*, * vel *ac ſi* jungitur. Cic. Amic. 6. *Quis eſſet tantus fructus in proſperis rebus, niſi haberes, qui illis æque, ac tu ipſe, gauderet?* * Id. III. Att. 15, et II. ep. ad Fam. 2, et XI. ep. 27.

Cic. XIII. ep. 70. *Me colit et obſervat Curtius Mithres æque, atque Patronum ſuum.* * Ter. Phorm. IV, 1. Cic. pro Roſc. Am. Id. VI. ep. 15. XIII. ep. 44. *Egnatii rem ut tueare, æque a te peto, ac ſi mea negotia eſſent.* Nepos in Eumen. 5. *Eumenes iumenta æque nitida ex caſtello eduxit, ac ſi in campeſtribus ac planis ea locis habuiſſet.* Lib. X, 7, et XLIV, 22. Colum. R. R. IX, 5.

4. *Aeque et. Aeque ut.*

Interdum cum *et* vel *ut*. Cic. II. Tuſc. 26. *Xenophon dicebat, eosdem labores non eſſe æque graves imperatori et militi.* Id. III. Orat. 50. *Verſus æque prima et media et extrema pars attenditur.* * Id. Muren. 13, et pro Roſc. C. 1. Cic. XII. Philipp. 12. *Poſſumusne igitur in Antonii latrocinio æque*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0077
DFG

esse, ut hi? Id. pro Dom. 11. *Itaque libentissime prædicabo, Cn. Pompejum studio et auctoritate æque ut unumquemque vestrûm pro salute mea laborasse.* * Plinius I. ep. 20.

* 5. *Aeque cum* rarissimum est.

Aeque interdum adjungitur præpositioni *cum*. Plaut. Asin. II, 2. *Animum adverte, ut æque mecum hæc scias.* Terent. Phorm. V, 9. *Novi æque omnia tecum.*

** 6. *Aeque - quam* non est optimi ævi. †

D. P. *Aeque* nonnunquam adsciscit sibi *quam*. Sueton. Claud. 35. *Nihil æque quam timidus, ac diffidens fuit.* Plura Hadr. Card. * Livius V, 6. XXXI, 1. XXVIII, 26. Columell. V, 5. VIII, 10 et 17.

** 7. *Aeque abundat.*

Aeque abundare videtur in illo Plaut. Capt. III, 5. *Nec quisquam est mihi nunc, æque melius cui velim.* Rivius ad Terent. p. 45. nisi cum Taubmanno dicas, comparativum ibi loco positivi poni. (Possis etiam ad verbum *velim* referre, es ist niemand, dem ich so sehr bessere Umstände, besser Glück, wünsche.)

** 8. Aliquando omittitur *AEQUE.*

Plaut. Menæch. V, 5. *Rem heri diligenter tuetur, quam si ipse assit*, id est, æque diligenter quam.

Auctor

† Nam etiamsi Livius ita loquitur: tamen ex ea re non conficitur, scriptores æquales et superiores ita loqui consuevisse. Potest enim fieri, ut scriptor aliquis ab elegantia ævi sui recedat. Sic Plinius non erat contentus eloquentia sui, sed æmulabatur Ciceroni I. ep. 5. Varro antiquitatem consectabatur. Cicero sui sermonis splendorem ipse admirabatur. Livii Patavinitas verus crimen est. *Aeque-tanquam* nolim approbare. Est apud Arbitr. c. 78.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0078
DFG

Auctor Priap. *Quæ ſucco caret, atque petra pumex,* pro æque atque. Taubmannus ad Plaut. p. 747. Scalig. ad Priap. p. 194. Salmaſ. ad Solin. p. 254. Atque ſic ſæpius uſurpare JCtos, Durrius docet. * Sed Oratores optimi nunquam omittunt.

* 9. *Peræque.*

Aeque ſæpius augetur particula *per.* Cic. II. Att. ep. 8. *Curio peraeque narrabat, incenſam eſſe juventutem neque haec ferre poſſe.* Id. ib. ep. 19. *Scito, nihil unquam fuiſſe tam peraeque omnibus ordinibus offenſum, quam hunc ſtatum, qui nunc eſt.* Id. V. Verr. 52. Nepos in Attic. 13.

* 10. *Aeque) (proxime.*

Aeque cum *proxime* diſcordat. Cic. IX. ep. 13. *Non poſſum ego non aut proxime atque ille, aut etiam aeque laborare.*

* 11. *Aeque* præcedit vel ſequitur comparativos.

Livius VII, 29. *Samnites Campanos adorti ſunt, unde aeque facilis victoria, praedae atque gloriae plus eſſet,* die Samniter haben die Campaner angegriffen, von welchen ſie den Sieg eben ſo leicht, und noch darzu mehr Beute und Ruhm erhalten konnten. Id. XXIX, 19. *Tribunos in vincula conjecit: legatum aeque ſontem, aut magis etiam in ea poteſtate reliquit,* der eben ſo viel, und auch noch viel verbrochen hatte. Livius VIII, 13. *Camillus ad Pedum cum Tiburtibus majori mole, quamquam aeque proſpero eventu, pugnat.* (Hæ duæ obſervatiunculæ nihili ſunt: deleviſſemque, niſi religio fuiſſet, hoc juris in aliena exercere.)

12. *Aeque* antiqui pro *æqui* ponebant.

Aeque iſtuc facio, es gilt mir gleich viel. Plaut. Milit. III, 1, 189. pro *aequi.*

13. *Aeque* pro *merito.*

Mihi id aeque factum, es ist mir billig geschehen. Plaut. Milit. V, 22.

CAPVT XV.

De adverbio AGE.

1. *Age. Agedum. Age nunc.* †

AGE, *agedum*, *age nunc*, sunt adhortantis etiam plures, et ad alia transeuntis. Nun wohlan. Cic. pro Cluent. 30. *Age, quoniam corrumpendi judicii causas ille multas et graves habuit, hic nullam: profectio ipsius pecuniae requiratur* ††, wohlan, laßt uns fragen, wo das Geld hergekommen.

Cic. pro Syll. 26. *Agedum, conferte nunc cum illius vita vitam P. Syllae, vobis populoque Rom. notissimam.* * Terent. Eunuch. IV, 4, et Hecyr. III, 1. Livius VII, 9. *Quem nunc Roma fortissimum virum habet, procedat agedum ad pugnam.* Adde Phædr. V, 4.

Cic. pro Rosc. Am. 36. *Age nunc illa videamus, Judices, quae statim consecuta sunt.* * Id. c. 33. Id. pro Mil. 21. †††

* 2. *Age, age.*

Age iteratum etiam hortantibus convenit. Terent. Heaut. II, 3. *Age, age, cedo istuc tuum consilium, quid id est.*

* 3. *Age*

† Alii verbum esse putarint. (est sane; sed usu, et comparatione cum linguis vernaculis accipit vim adverbii.)

†† Hujus generis exempla passim sunt obvia.

††† *Nunc* plerœque editiones ab *age* divellunt. Et respectus ejus ad *age* videtur exiguus. Quod idem valet in exemplum istud Cic. VIII. epist. Att. 3. *Nobis hieme maxime navigandum est Age jam cum fratre, an sine? cum filio, an quomodo?*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0080
DFG

* 3. *Age* indignantis.

Age ſervit indignationi. Terent. Andr. V, 2. *Age nunc jam ego hodie, ſi vivo, tibi oſtendam, herum quid ſit pericli fallere*, nun will ich dir weiſen, was das auf ſich habe, wenn man ſeinen Herrn betrügt.

4. *Age vero. Ageſis. Ageſis nunc.*

Age vero, ageſis, ageſis nunc tranſitioni ſerviunt. Cic. pro leg. Manil. 14. *Age vero, ceteris in rebus quali Pompejus ſit temperantia, conſiderate.* Cic. in Part. 12. *Ageſis ergo, quoniam dictum de altero eſt, expone nunc* cet. Cic. II. Tuſc. 18. *Ageſis, nunc de ratione videamus.*

Ageſis interdum disjungitur. Cic. pro Roſc. Am. 16. *Age nunc refer animum ſis ad veritatem.*

5. *Age*: *Age porro*, inſtantis.

Age, age porro, ſunt interdum inſtantis. Cic. V. Phil. 10. *Age, ſi paruerit Antonius, hoc cive uti aut volumus aut poſſumus?* Cic. VII, Verr. 22. *Age porro tu, quite tam religioſum exiſtimari voluiſti interpretem fœderum, cur Tauromenitanis frumentum imperaſti?*

6. *Age. Age, age. Age ſane* concedentis.

Age, age age, age ſane concedentis ſunt. Cic. pro Mil. 19. *Age, ſit ita factum; quæ cauſa, cur Romam properaret?* * Id. IX. Att. ep. 11. Id. XV. ep. Att. 10. Cic. V. Fin. 3. *Ille ridens, age, age, inquit: ſatis enim ſcite me noſtri ſermonis principem eſſe voluiſti.* * Terent. Phorm. IV, 3. *Age, age, jam ducat; dabo*, gut, gut, er mag ſie immer nehmen, ich will ſie ihm laſſen. Cic. II. de Fin. 35. *Age ſane, inquam*, ich bin es zufrieden. Livius I, 57.

* 7. *Agite dum.*

Agite dum convenit cum *agedum*. Livius III, 62. *Si jam ſatis animi eſt, decernique placet; agite dum*

clamorem, qualem in acie ſublaturi eſtis, tollite hic. Id. III, 68. *Agite dum, ubi hic curiam circum obſederitis: iisdem iſtis ferocibus animis egredimini extra portam Eſquilinam.* Id. VI, 35. VII, 33. Id. V, 52. *Recordamini agite dum, quoties ſacra inſtauruentur.*

CAPUT XVI.

De adverbio ALIAS.

*ALIAS eſt *alio tempore*, ſive id præſens eſt, ſive præteritum, ſive futurum.

2. *Alias - alias*, iteratum.

Alias interdum iteratur. Cic. II. de fin. 27. *Non poteſt quisquam alias beatus eſſe, alias miſer*, niemand kann bald glückſelig, bald unglückſelig ſeyn. Id. III. Orat. 55. *Ornamentis fere iisdem uti licebit, alias contentius, alias remiſſius.* Id. III. Verr. 46. *Alias Verres revocabat eos, inter quos jam decreverat, decretumque mutabat: alias inter alios contrarium ſine ulla religione decernebat.* *Add. Cæſar B. G. V. 54, 1.

* 3. *Alias - alias - alias*, bald, bald, bald.

Alias interdum trigeminum legitur. Varro de L. L. VII, 39. *Alias deſunt ſecundum et tertium, ut in hoc* mane *manius, maniſſime: alias duo prima abſunt, ut* optimum: *alias primum et tertium deeſt, ut* melius. Id. II. de R. R. 1. *In emtione alias ſtipulandum ſtatim eſt e valetudinario, alias e ſano pecore, alias e neutro.* Add. Plinius VII, 55. et XXXVII, 10.

* 4. *Alias - alias - aliquando*, bald, bald, bisweilen.

Plinius VII, 15. *Mola movetur, ſiſtitque menſes: ut et partus alias letalis, alias una ſeneſcens, aliquando alvo citatiore excidens.*

* 5. *Ali-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0082
DFG

* 5. *Alias - alias - ſæpius.*

Plinius XVI, 32. *Hoc alias faſtidio, alias contumacia, ſæpius imbecillitate eorum, quæ transferuntur, evenit.*

* 6. *Alias* quater repetitum.

Cic. I. Invent. 52. *Atque hic licebit alias ſingillatim tranſire omnes argumentationes: alias ad partitiones ſingula genera referre: alias ab auditore, quid deſideret, quærere: alias hæc facere per comparationem ſuarum et contrariarum argumentationum.*

(Præter neceſſitatem hic diſtinguuntur, quæ omnia uni elogio a Turſellino ſubjecta ſunt.)

* 7. *Alias aliter* elegans eſt.

Alias jungitur cum *aliter*. Cic. II. Invent. 13. *Alias aliter hæc in utramque partem cauſæ ſolent convenire*, dieſe Stücke ſchicken ſich vor beyde Partheyen einmahl ſo, das andere mahl anders.

* 8. *Non alias* niemahls ſonſt

Alias etiam *non* patitur interdum. Livius VII, 23. *Non alias militi familiarior dux fuit.* Id. XLV, 7. *Non alias ad ullum ſpectaculum tanta multitudo occurrit.* Plinius XXI, 18. (eſt circumlocutio τῦ *nunquam* et fere jungitur comparativo.)

*9. *Raro alias.*

Alias cum *raro* copulatur. Livius III, 69. *Raro alias tribuni popularis oratio acceptior plebi, quam tunc ſeveriſſimi conſulis fuit*, ſelten iſt ſonſt die Rede ꝛc. Id. XLV, 20. (hoc nihili eſt. Etiam aliæ particulæ, ut, *ſæpe, ſemper etc.* jungi poſſunt et ſolent. Infinitum foret talia animadvertere. Neque talia proprie particulam ipſam afficiunt etc.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0083
DFG

** 10. *Alias*) (*interdum.*

P. Cic. III. Orat. 54. *Geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias.* Id. Or. II, 41.

* 11. *Alias*) (*nunc.*

Alias respicitur ab adverbio *nunc.* Cic. III. Tusc. 5. *Sed id alias: nunc quod instat.* Id. III. Tusc. 2. *Sed cæteras perturbationes alias; nunc ægritudinem si possumus, depellamus.* Id. IV. Tuscul. 14.

* 12. *Alias*) (*nuper.*

Alias et *nuper* opponuntur eleganter. Cic. IV. Tusc. 4. *Hoc cum sæpe alias, tum nuper in Tusculano studiose egimus.* Id. V. Tusc. 4. *Fecimus et alias sæpe et nuper in Tusculano.* Id. I. divin. 4. (Idem hic dicendum quod ad n. 9. Nam etiam alia verba sic apponi possunt, ut: *cum alias, tum superiori anno, apud fratrem etc.* Sed hæc non peculiarem usum aut vim τῦ *alias* efficiunt.)

P. ** 13 *Alias*) (*plerumque*, bisweilen) (insgemein.

Cic. senect. 15. *Terra nunquam sine usura reddit, quod accepit; sed alias minore, plerumque majore cum fœnore.*

* 14. *Alias*) (*quondam*, sonst) (ehedessen.

Alias sæpe est finitimum adverbio *quondam.* Cic. IV. Qu. Acad. 3. *Iis de rebus et alias sæpe nobis multa quæsita et disputata sunt: et quondam in Hortensii villa.* (hoc idem est cum n. 12. ubi quæ diximus, huc quoque pertinent.)

* 15. *Alias*) (*tunc.*

Interdum quædam est cohærentia particularum *alias* et *tunc.* Livius III, 69. *Raro alias tribuni popularis oratio acceptior plebi, quam tunc severissimi conjunctis fuit.* Suet. Tib. 18. (nulla est inter has parti-

particulas conjunctio, cum multa alia verba sequi in tali contextu possunt: quæ nullum peculiarem usum in *alias* efficiunt.)

* 16. *Alias* pro *alioqui* veteribus ignotum est.

Alias raro ponitur pro *jam tum* vel *alioqui*. Plin. II, 103. *In Sylaro folia lapidescunt, alias salubri potu ejus aquæ.* Id. XXV, 2. *Homerus multus alias in admiratione Circes, gloriam herbarum Aegypto tribuit.* Id. XI, 16. XVIII, 6. XIX, 8. Tacit. XVI, 1, 4.

* 17. *Alias* pro *alibi* minus probum est.

Justin. IV, 1, 9. *Nusquam alias tam torrens fretum.* Plin. XXIV, 14. *Idæus rubus appellatus est, quoniam in Ida, non alias, nascitur.*

CAPUT XVII.

De adverbiis ALIBI et ALICUBI, II. ALICUNDE et ALIUNDE, III. ALIO, IV. ALIOQUI, V. ALIORSUM.

ALIBI est *alio in loco*, anderswo, an einem andern Ort. Cic. IV. Acad. 32. *Ea nusquam inest alibi veri et certi nota* †. * Sæpissime significat *alia in re*. Vid. Terent. Andr. II, 5. Livius VII, 41. XXX, 35. Celsus VI, 6. Sed apud Ter. Heaut. II, 3. positum videtur pro *alia ex re: Hinc sciri potuit, haud usquam alibi, quo studio vitam suam, te absente, exegerit.* (Hic quoque accipi potest *alia in re*. Sic dicimus non modo: *ex quo intelligi potuit;* sed etiam: *in quo intelligi p.)*

† Exempla passim leguntur. In exemplo vero Turfellini *alibi* est *alia in re*.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0085
DFG

2. *Alicubi* eſt *aliquo in loco*, Cic. IX. ep. Att. 12. *Si ſalvus ſit Pompejus, et conſtiterit alicubi, hanc νεκυΐαν relinquas.*

* 3. *Non alibi* cum comparativo rarum eſt.

Non alibi jungitur aliquando, ſed raro, comparativis, uti *non alias.* Plinius XIV, 1. *Uva non alibi gratior collo, ut inde poſſit inveniſſe nomen duracinus.* Id. XXXI, 6. (Sed comparativus has particulas non adficit: *non alibi* et nuspiam.)

* 4. *Alibi atque alibi* rarius eſt.

Plinius XIII, 1. *Iidem ſucci varie alibi atque alibi ad quælibet prævaluere aut degeneravere.* Id. XXXIV, 14.

* 5. *Alibi-alibi*, an einigen Orten=an andern.

Alibi ſæpe iteratur. Liv. III, 28 *Miles alibi pavorem, alibi gaudium ingens facit.* Id. VIII, 32. *Clamor in totam concionem eſt perlatus: alibi preces, alibi minæ audiebantur.* Id. XXII, 48. XXXVIII, 40. Tacit. III. hiſt. 83, 3. Senec. ep. 89.

* 6. *Alibi-alibi-alibi.*

Livius XXXVIII, 46. *Exercitus ſpolia regis Antiochi referens, trifariam diſſipatus: alibi primum, alibi poſtremum agmen, alibi impedimenta.* Add. Livius XXX, 16. Plinius V, 27, et XVIII, 30.

* 7. *alibi aliter*, an einem Orte anders als am andern.

Alibi conjungitur eleganter cum *aliter.* Liv. XLIV, 35. *Medium ſpatium torrentis alibi aliter cavati paulo plus quam mille paſſus patebat.*

* 8. *Alibi quam.*

Alibi reſpicitur interdum a particula *quam.* Colum. VIII, 11. *Matrices cuſtodiendi ſunt, ne alibi, quam in ſtabulo fœtus edant.* Liv. V, 52. Plin. XXV, 8. et XXXII, 10. Suet. in Auguſt. 23.

Taci-

Tacitus I. Ann. LXXVII, 4, et Annal. XV, 20, 4. Id. I. hiſt. 4, 2.

(*Alibi eſſe.*)

Ut *ibi ſum* dicitur pro *hoc ago, cogito, curo:* vid. in *ibi:* ſic: *alibi ſum* pro *aliud ago* etc.

(*Alibi* dicitur etiam de perſonis, ut alia adverbia loci, *unde, inde*, de quibus ſuo loco.)

Terent. Hec. III, 1, 14. *habebam alibi animum amori deditum:* aliam feminam amabam.

Alicubi ſæpius repetitum.

Senec. Tranquill. an. 2. *Ut alicubi obſtes tibi, alicubi iraſcaris, alicubi inſtes gravius.*

II. ALICVNDE.

Alicunde eſt *ab aliquo loco* Cic. V. de fin. 11. *Si quando parvis ludentes minamur præcipitaturos alicunde, extimeſcunt.* Ter. Andr. II, 4. *Simo venit meditatus alicunde, ex ſolo loco*, er kömmt in tiefen Gedanken aus einem Orte her.

* 2. *Alicunde* de perſonis.

Alicunde interdum idem valet, quod *ab aliquo homine.* Cic. X. ep. Att. 1. *Quod ſcribis, non quo alicunde audieris, ſed te ipſum putare, me attractum iri, ſi de pace agatur: mihi omnino non venit in mentem, quæ poſſit actio eſſe de pace.* Ita ſemper uti licet.

* III. ALIO.

Alio eſt *in alium locum* † ſed transfertur ad res alias permultas. Cic. I. Orat. 29. *Sermonem alio transferamus*, id eſt, *alia de re loquamur.* Id. I. ep.

† Unum exemplum ſatis erit. Cic. IX. ep. 20. *Ex illius ſermone ſtatuam, Arpinumne mihi eundem ſit, an quo alio.* Add. Liv. XXXVIII, 30. XXXIX, 36. XXXII, 2.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0087
DFG

ep. 4. *Qui a te causam regiam alio transferebant*, id est, *ad alios*.

(*Alio* pro *ad aliam rem, in alia re, alia de causa, alio consilio.*)

Nep. II, 6. *Hoc longe alio spectabat*. i. e. ad aliam rem. Suet. Aug. 88. *non alio absumturos datam summam*, i. e. in alia re, merce. Cic. Verr. I, 53. *alio responsorem derivavit*, i. e. in aliam partem etc.

* 2. *Alio-alio. Alio atque alio.*

Alio iteratur interdum sic, ut *aliter*. Cic. III. off. 23. *Hic alio res familiaris, alio ducit humanitas.* Senec. de brevit. vit. 11. *Nihil alio atque alio spargitur.*

* 3. *Alio - atque.*

Alio cum *atque*. Nepos in Themist. 6. *Hoc longe alio spectabat, atque videri volebant Lacedæmonii.*

* 4. Non *alio-quam* historicorum est.

Livius XLII, 46. *Omnia serva et obnoxia erunt, si nullus alio sit, quam ad Romanos respectus.* Livius VII, 18. Sueton. August. 98.

Alio aliunde.

Senec. quæst. nat. III, 11. *Quassatione terræ aliunde alio transferuntur.* Eleganter, pro; modo ex hoc loco, modo ex alio etc.

(*Alio* eleganter jungitur τῷ *quo.*)

Cicer. ad Att. IX, 17. *Arpinumne mihi eundum sit, an alio quo.* Liv. XXXVIII, 30. *aliove quo mittant.*

* IV. ALIOQUI.

Alioqui est *quod ad ceteras res attinet*, (*ceterum,*) Cic. XVI. ep. Att. 5. *Peream, Attice, si mihi non modo Tusculanum, ubi certi alioqui sum libenter, sed beatorum insulæ tanti sunt, ut sine te sim tot dies.*

Livius

Livius VII, 19. *Triumphatum de Tiburtibus: alioquin mitis victoria fuit.* Id. VIII, 9. XXVII, 27, et XLIII, 19.

* 2. *Alioqui* pro *si aliter esset*, vel *nisi hoc sit* vel *esset.*

Alioqui sic ponitur interdum, ut per *si aliter esset, nisi hoc ita esset*, declarandum sit. Cic. II. de leg. 25. *Credo minimam olim istius rei fuisse cupiditatem; alioqui multa extarent exempla majorum.* Id. Orat. 15. Tacit. Ann. II, 38, 4.

* V. ALIORSUM

Aliorsum est *alium in locum.* Nonnunquam transfertur ad res alias. Ter. Eunuch. I, 2. *Vereor, ne aliorsum, atque ego feci, acceperit.*

* 2. *Aliorsum - atque.*

Boeth. Consolat. V. prof. 3. *Siquid aliquis aliorsum, atque sese res habet, existimet, id non modo scientia non est, sed est opinio fallax.* Rarum est. (Atqui sic etiam ante Terentius. Ceterum, pro *aliorsum* reperitur etiam non contractum *alioversum*, *alioversus.*)

* VI. ALIUBI, an einem andern Orte.

Aliubi aliubi. Senec. Benefic. I, 5. *Ut aliubi sit species rei, aliubi ipsa res.*

VII. ALIUNDE.

Aliunde est *ab alio loco*, anders woher. Cic. pro Lig. 1. *Cum tu ipse neque per te scires, neque audire aliunde potuisses.* †

* 2. *Aliunde - aliunde.*

Aliunde nonnunquam geminum apparet. Livius XXIV, 45. *Is aliunde stat semper, aliunde sentit, infidus*

† Possis etiam interpretari *ex aliis personis*, (immo hic est ipsissimus sensus.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0089
DFG

infidus socius, vanus hostis, er stehet allezeit auf einer andern Parthey, als mit welcher er es hält.

* 3. *Aliunde* ter repetitum.

Plinius XXXVII, 12. *Sardonyches e Cerauniis glutinantur gemmis, ita ut deprehendi ars non possit, aliunde nigro, aliunde candido, aliunde minio sumtis, omnibus in suo genere probatissimis.*

4. *Aliunde alio*, ut alio aliunde.

Seneca de brevit. vit. 16. *Aliunde alio transfugiunt.* cf. Consol. I, 6.

* 5. *Aliunde - quam.*

Plinius II, 97. *Assidue aliunde, quam pridie, exoritur mare.* Id. XXXIII, 7. *Cinnabaris neutro ex loco advehitur ad nos, nec fere aliunde quam ex Hispania.*

* 6. *Aliunde* de personis.

Aliunde nonnunquam par est locutioni *ab alio homine.* Cic. XI. ep. Att. 13. *A tuo villico sumsimus, et aliunde mutuati sumus.* Ita sæpe utuntur optimi scriptores.

* 7. *Aliunde* pro *alia ex re.*

Cic. V. ep. 13. *Hanc quidem laudem sapientiæ statuo esse maximam, non aliunde pendere, nec extrinsecus aut bene aut male vivendi suspensas habere rationes.* Id. II. Orat. 9. extr. *Orator nisi domesticis se instruxerit copiis, aliunde dicendi copiam petere non possit.* Plinius XIII, 18, et XXX, I.

* Cetera quæ huc pertinere videantur, vide infra cap. XVIII.

CAPUT

CAPUT XVIII.

De adverbiis * ALIQUAMDIU. II. ALIQUANDO, III. ALIQUANTUM, ALIQUANTO. IV. ALIQUOTIES

* I. ALIQUAMDIU.

ALIQUAMDIU significat *per tempus aliquod*, Cic. pro Cluent. 9. *Cognoscite reliqua, ut non aliquando condemnatum esse Oppianicum, sed aliquamdiu incolumem fuisse miremini.*

* 2. *Aliquamdiu*) (*deinde* vel *postea.*

Aliquamdiu et *postea* vel *deinde* nonnunquam sese respiciunt in oratione.

Hirtius VIII. B. G. 19, 3. *Pugnatur aliquamdiu pari contentione; deinde qui sustinuerant primos impetus insidiarum, hoc ipso fiunt superiores.* Livius II, 10. Cæsar B. G. I, 40, 6. *Quos aliquamdiu inermes sine causa timuerunt, hos postea armatos ac victores superarunt.*

* 3. *Aliquamdiu*) (*momento temporis.*

Nonnunquam *aliquamdiu* et *momento temporis* opponuntur inter se. Livius III, 70. *Sulpicius momento temporis dissipasset hostes, ni suo proprio eum prælio equites Volscorum exceptum aliquamdiu tenuissent.* (Nullus hic respectus, nulla oppositio, nullus peculiaris particulæ *aliquamdiu* usus: idemque dicendum de sequentibus numeris 4. 5. 6. Itaque melius ista omisisset Schwarzius)

* 4. *Aliquamdiu - paulatim.*

Aliquamdiu sequitur aliquando particula *paulatim.* Livius III, 36. *Aliquamdiu æquatus inter omnes terror fuit: paulatim totus vertere in plebem cœpit.*

* 5. *Ali-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0091
DFG

* 5. *Aliquamdiu - poſtremo* vel *tandem.*

Aliquamdiu et *tandem* vel *poſtremo* nonnunquam mutuum reſpectum habent. Liv. III, 32. *Admiſcerenturne plebeji, controverſia aliquamdiu fuit, poſtremo conceſſum Patribus, modo ne lex Icilia abrogaretur.* Id. XXV, 15, et XLV, 6. Livius XXIX, 2. *Ibi aliquamdiu atrox pugna ſtetit: tandem fuga paſſim cœpta.* Id. XXXIV, 28. Sueton. Neron. 6. Add. ejusd. Cæſar 1.

* 6. *Aliquamdiu*, donec vel *dum.*

Aliquamdiu conjungitur cum *dum.* Suet. Cæſar. 82. *Cæſar exanimis aliquamdiu jacuit, donec lecticæ impoſitum tres ſervuli domum retulerunt.* Livius II, 10. *Cunctati aliquamdiu ſunt, dum alius alium, ut prælium incipiat, circumſpectant.*

II. α. ALIQUANDO.

Aliquando ex *alius* et *quando* conflatum † ad tempus accommodatur bisweilen, dann und wann. Cic. III. offic. 3. *Si Panætius virtutem propterea colendam diceret, quod ea efficiens utilitatis eſſet: liceret ei dicere, honeſtatem aliquando cum utilitate pugnare.* Id. 5. ep. 8. *Quædam peſtes hominum et te nonnunquam a me alienarunt, et me aliquando immutarunt tibi.*

* β. *Aliquando - aliquando*, bisweilen, bisweilen.

Plinius XVII. 28. *Hæc aliquando ſerius poſcuntur, aliquando celerius.* Quintil. V, 13. *Confirmatio aliquando totius cauſæ eſt, aliquando partium.* Id. VII, 2.

Interdum ſæpius repetitur. Senec. Qu. Nat. II, 36. *Expiationes non dubitant prodeſſe aliquando ad ſubmo-*

† Uti a *quis quando*, ita *aliquando ab aliquis* natum eſſe videtur aliis.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0092
DFG

submovenda pericula, aliquando ad levanda, aliquando ad differenda. Id. I, 14. *Aliquando emicat stella, aliquando ardores sunt, aliquando fixi et hærentes, nonnunquam volubiles.*

* γ. *Aliquando*) (*nunquam.*

Aliquando disjungitur a *nunquam.* Cic. pro Syll. 5. *Lentuli pœna compressus, convertit se aliquando ad timorem, nunquam ad sanitatem.* Celsus II, 8. *Ut ea vitia aliquando leniri possunt, sic nunquam ex toto finiuntur.*

* δ. *Aliquando*) (*rarius* vel *raro.*

Celsus de Med. præfat. *Rarius, sed aliquando tamen morbus ipse novus est.* Id. III, 18. *Raro, sed aliquando tamen, ex metu delirium nascitur.* Id. VIII, 4. *Raro, sed aliquando tamen evenit.*

* ε. *Aliquando*) (*sæpe* vel *sæpius.*

Aliquando confertur nonnunquam cum *sæpe* vel *sæpius.* Celsus præf. libr. 1. extr. *Qui secundis aliquando frustra curatus est, contrariis sæpe restituitur.* Plinius II, 3. *Eclipses non ubique cernuntur, aliquando propter nubila, sæpius globo terræ obstante.* Tacit. III, 27, 2.

* ζ. *Aliquando*) (*semper.*

Livius LXV, 23. *Nulla est civitas, quæ non et improbos cives aliquando, et imperitam multitudinem semper habeat.* Vellej. I, 18, 1. (De his numeris 3. 4. 5. 6. idem dicendum quod paulo ante in *aliquamdiu* diximus.)

3. *Aliquando* pro *unquam*, seu *aliquo tempore.* (Item *alio tempore.*)

Interdum ponitur pro unquam. Cic. pro Cæl. 6. *Quis civis meliorum partium aliquando?* Id. IV. Acad. 4. *Antiochus quærebat ex Heraclito, num ea*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0093
DFG

ullo Academico audiuiſſet aliquando? Ob er jemahls ſolche Dinge von einem Academico gehört hätte? Id. I. off. 39. *Ampla domus dedecori domino ſæpe ſit, ſi eſt in ea ſolitudo, et maxime ſi aliquando alio domino ſolita eſt frequentari.* Id. VI. ep. 6. *Veritus ſum deeſſe Pompeji ſaluti, cum ille aliquando non deſuiſſet meæ*, ich habe es vor eine Schande gehalten, ſo ich den Pompejum verlaſſen ſollte, da er mir ehemahls zu meinem Wohlſeyn einigen Vorſchub gethan.

3. *Aliquando* pro *tandem.*

Perſæpe *aliquando* pro *tandem* uſurpari ſolet. Cic. pro Cluent. 19. *Collegi me aliquando, et ita conſtitui, fortiter eſſe agendum.* Id. III. Verr. 28. *Audite et aliquando miſeremini ſociorum, Judices.* Id. de Aruſp. 22. *Sit diſcordiarum finis aliquando.* Id. pro Mil. 26.

Nec raro *tandem* adjungitur, majoris explicationis gratia. Cic. II. Cat. 1. *Tandem aliquando, Quirites, L. Catilinam urbe ejecimus*, wir haben endlich einmahl den Catilinam aus der Stadt gebracht. Idem pro Quint. 30. *Spes eſt hunc infelicem aliquando tandem poſſe conſiſtere.* * Add. I. Cat. 7. et 16, XVI. ep. 9.

Adhuc) (aliquando. Vide paulo poſt. δ. * β. *Aliquando) (in præſentia.*

Aliquando opponitur locutioni *in præſentia.* Cic. II. de Invent. 58. *Quod eſt in præſentia de honeſtate delibatum, virtute aliquando et induſtria recuperabitur.*

* γ. *Aliquando) (paulo-poſt.*

Hæ duæ particulæ ut differant, apparet ex Cic. Partit. II. *In temporibus præſentia, et præterita et futura cernuntur. In his ipſis vetuſta, recentia, inſtantia, paulo poſt aut aliquando futura.*

* δ. *Ali-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0094
DFG

* δ. *Aliquando, si.*

Aliquando nonnunquam asciscit *si.* Cic. I. de Orat. 58. *Concedis eam adhuc artem omnino non esse, sed aliquando, si quis aliam artem didicerit, ut hanc artem efficere possit, tum esse illam artem futuram.*

* *Si aliquando.*

Si aliquando nonnunquam integrum manet, sine aphæresi. Cic. IV. Catil. 10. *Quodsi aliquando alicujus scelere concitata manus ista plus valuerit, quam reip. dignitas: me tamen meorum factorum et consiliorum nunquam pœnitebit.* Id. pro Flacc. 1. *Si forte aliquando beneficii hujus obtrectator extitisset: existimabam, L. Flacco multitudinis imperitæ judicium esse subeundum.* Et sic etiam paulo post: Item III. ep. Att. 15. (Exemplum alterum alienum: interponitur enim *forte.* Vid. Ernesti Clav. Cic. in *si.*)

(III. ALIQUANTUM, ALIQUANTO.

Vulgo accipiunt, ut dictum pro *paullo*, vertuntque, um etwas: cum sit potius *haud paullo, longe, multo.* Cic. Verr. I, 54. *Iste, qui aliquanto plus cogitasset* etc. i. e. longe plus vid. plura in Ernesti notis ad Sueton. Cæs. 86.)

IV. ALIQUOTIES.

Aliquoties dictum est ab *aliquot*, et ad numerum refertur. Etliche mahl. Cic. IV. Verr. 70. *Aliquoties ad socios literas de istius injuriis miserat Carpinatius.*

CAPUT XIX.

De pronominibus ALIQUIS et ALIQUOT.

ALIQUIS et ALIQUOT ab *alio* sunt ducta, sed *aliquis* ad unam ferme rem, aut personam: *aliquot*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0095
DFG

ad numerum refertur. Cic. XIII. ep. Att. 15. *Expectabam aliquem meorum.* Cic. IX. ep. Att. 13. *Aliquot sunt anni, cum vos duos elegi, quos præcipue colerem.* Id. VII. ep. 18. *Accepi a te aliquot literas uno tempore.*

* 3. *Certus aliquis.*

Aliquis copulatur interdum cum nomine *Certus.* Cic. I. off. 32. *Unusquisque ante implicatur aliquo certo genere cursuque vivendi, quam potuit, quod optimum esset, judicare.* †

* 4. *Aliquis* pro *quilibet, quicunque,* jemand fremdes, wer es seyn mag.

Aliquis pro *alieno* ponitur interdum. Cic. III. ep. Qu. Fr. 1. *Hisce literis, quas vulgo ad te mitto, nihil fere scribo, quod, si in alicujus manus inciderit, molestè ferendum sit.*

* 5. *Aliquis* pro *insignis, qui est aliquo numero.*

Juvenal. I, 74. *Si vis esse aliquis.*

* 6. *Aliquis,* in contemtum.

Aliquis dicitur interdum de eo, qui contemnitur, (sive, contemtum indicat.) Cic. I. Orat. 23. *Gerendus est mos adolescentibus, qui non Graeci alicujus quotidianam loquacitatem sine usu, neque ex scholis cantilenam requirunt.* Id. Orat. 15. *Non declamatorem aliquem de ludo, sed doctissimum et perfectissimum quaerimus oratorem.*

* 7. *Aliquis* pro *non magnus, non multus.*

Aliquis sæpe idem valet, quod *non magnus, non pessimus, non multus. (quicunque, qualiscunque, mediocris.)* Cic. II. ep. 2. *Qua injuria nemo unquam in aliquo magistratu improbissimus civis affectus est;*

ea

† Aliud exemplum vid. infr. in *aliquis cum quasi.*

ea me consulem affecit, cum rempubl. servassem. Id. V. ep. 16. Parentes *minus miseri* sunt, *qui his temporibus liberos amiserunt, quam si eosdem bona, aut denique aliqua rempubl. perdidissent.* Id. XIII, Philipp. 1. *Si aliquid de summa gravitate Pompejus, multum de cupiditate Cæsar dimisisset, pacem stabilem nobis habere licuisset.*

* 8. *Aliquis* cum nomine proprio, pro *nomine quodam appellativo.*

Cic. IX, ep. 14, 5. *Est tamen non alienum a dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni regi regum fuit honestum; habere aliquem in consiliis Nestorem.* (Neque necesse est cum nomine conjungi, neque pro nomine appellativo ponitur in hac conjunctione. Cicero de Topicis VII. ep. 19. *Unum quem doctorem desiderant*, ubi plura e Cicerone exempla attulit Grævius.)

* 9. *Major aliquis.*

Aliquis jungitur aliquando comparativis. (Immo gradibus omnibus, neque in eo est aliquid peculiare.) Cic. II. Orat. 3. *Omnes admirati, majorem aliquam esse causam eorum adventus suspicati sunt.* Livius XLIV, 43. *Perseus metuens, ne, qui venire ad se abnuerent, majus aliquid mox auderent, quarta vigilia profugit.*

* 10. *Aliquis* et *aliquid* iteratur, ut *alius.*

Aliquis iteratur interdum. Cic. Parad. III, 1. *An temperantem dices eum, qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit?* Livius XLII, 39. *Aliquid illi regiæ majestati, aliquid hi populi Romani nomini existimabant deberi.* Plinius XIX, 7. Seneca de ira III, 12.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0097
DFG

* 11. *Aliqui - alii, aliqui - nonnulli, aliqui - quidam.*

Ad pronomen *aliqui* interdum respondent *alii*, *nonnulli*, *quidam*.

Plinius XXIV, 15. init. *Aliqui eam herbam chamædropem, alii Teucrion appellavere.* Id. XXV, 7. *Heraclion vocant aliqui, alii rhopalon, a radice clavæ simili.* Id. XV, 30. *Postea accessere genera: Tinus; hanc silvestrem laurum aliqui intelligunt, nonnulli sui generis arborem.* Colum. II, 2. *Ubi solutior humus est, aliquæ fossæ fiunt patentes, quædam etiam obcæcantur.*

* 12. *Aliquis*) *(omnis.*

Aliquis et *omnis* opponuntur. Cic. in Brut. 82. *Quem igitur imitaris? si aliquem, cæteri ergo Attice non dicebant? si omnes, qui potes, cum sint ipsi dissimillimi inter se?* Livius libr. XLV, 36. *Non omnia in ducis, aliquid et in militum manu est.* Id. VI, 18. et XXXIX, 15.

* 13. *Aliquis*) *(nullus.*

Senec. ep. 75. *Morbus est animi in magno pretio habere in aliquo, habenda vel in nullo*, es ist eine Thorheit, wenn man das, was man gering oder vor nichts achten sollte, vor was großes ansiehet. (n. 12. 13. nullius usus sunt.)

* 14. *Aliquis* ter repetitur.

Quintil. IV, 2. *Neque infitias eo, in narratione ut aliqua neganda, aliqua adjicienda, aliqua mutanda, sic aliqua etiam tacenda.*

* 15. *Aliqui - alii - multi. Aliqui - alii - nonnulli.*

Plinius XXXVII, 9. *Tales gemmas aliqui malunt pæderotas vocari, alii anterotas, multi Veneris gemmam.* Id. XXIV, 15. *Græci clematidas et alias habent,*

bent, unam, quam aliqui echiten vocant, alii laginem, nonnulli tenuem scammoniam.

* 16. *Aliqua - multa - plurima - omnia.*

Quintil. procem. libr. 1. *In his libris erunt eadem aliqua, multa mutata, plurima adjecta, omnia vero compositiora.*

* 17. *Aliquis* crebro repetitum.

Plinius X, 53. *Tanta gallinarum est fœcunditas, ut aliquæ et sexagena pariant, aliquæ quotidie, aliquæ bis die, aliquæ in tantum, ut effœtæ moriantur.* Quintil. I, 12. (hoc ad n. 14. referri poterat.)

* 18. *Aliqui - alii - alii aliqui - multi.*

Plinius XXII, 21. *Est et alia herba proprio nomine onochiles, quam aliqui anchusam vocant, alii arcebion, alii onochelim, aliqui rhexiam, multi enchusam.*

* 19. *Aliquid* de personis.

Aliquid etiam de personis dicitur, et eximium quiddam adsignificat Cic. VI, ep. 19. *Si liber is est talis, qualem tibi videri scribis, ego quoque aliquid sum.* Id. IV. ep. Att. 2. *Si unquam in dicendo fuimus aliquid, tum profecto doloris magnitudo vim quandam nobis dicendi dedit.* Id. I. Verr. 15. Vellejus II, 84, 2. *Hinc ad Antonium nemo, illinc ad Cæsarem quotidie aliquid transfugiebat.*

* 20. *Aliquis præter.*

Aliquis sæpe sibi adjungit *præter.* Cic. in Brut. 44. *Vellem aliquid Antonio, præter illum libellum, libuisset scribere.* Id. II. de Invent. 22. Livius III, 68. *Ecquis retulit aliquid ad conjugem et liberos, præter odia.* Id. XLV, 38.

* 21. *Aliquis ex; aliquis de; aliquis* cum genitivo.

Aliquis amat appositionem præpositionum *ex* et *de.* Cic. I. Leg. Agr. 31. *Ad vos singulos aliquid ex*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0099
DFG

hoc agro perveniet, es wird ein jeder etwas von dem Lande bekommen. Id. Cæl. 3. *Vellem, aliquis ex vobis robustioribus hunc maledicendi locum suscepisset.* Add. Livius XLI, 23, et XXXIX, 15. Cic. V. ep. Att. 18. *Mitte ad nos de tuis aliquem tabellarium.* Id. III. Leg. 6, et Cæcin. 19. Cic. Partit. 8. *Ut attente audiamur, trium rerum aliqua consequemur.* Id. XIII. ep. Att. 15. *Expecto aliquem meorum.* Id. off. I, 5. Livius XX, 7.

* 22. *Non aliquis*, pro *non ullus, non quisquam.*

Aliquis etiam *non* adjunctum habere posse, docent hæc exempla. Cic. I. de Invent. 45. *Indignamur, quod nobis hoc primis acciderit, nec alicui unquam usu venerit.* Cæsar B. C. III, 28. 5. *Milites non ex pristina virtute remittendum aliquid putaverunt, sed gubernatorem in terram navem ejicere cogunt.* Cic. VIII. ep. Att. 20, et pro Cluent. 41. (hoc quo consilio notatum sit, non apparet.)

* 23. *Nisi aliquid*, pro *nisi quid.*

Cic. III. ep. 11. *Nisi jam aliquid factum est per Flaccum, fiet a me.*

* 24. *Si aliquis. Sin aliquis.*

Usitatissimum est *si quid:* sed tamen non plane inusitatum est *si aliquid.* Cic. de senect. 13. *Si aliquid dandum est voluptati: senectus modicis conviviis potest delectari.* Id. 20. *Sensus moriendi, si aliquis esse potest, is ad exiguum tempus durat.* Id. XIV. ep. 1. Id. pro Sext. 62. Id. de Amic. 20.

Cic. I. ep. 7. *Si ceciderit, ut optamus, omnes te sapienter: sin aliquid offensum fuerit, iidem illi temere feciſſe dicunt.* Id. V. ep. 2. XI. ep. 18, et XII. ep. 2.

* 25. *Ali-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0100
DFG

* 25. *Aliquis* cum *quasi* vel *tanquam.*

Aliquis cum *quasi* junctum servit metaphoris. Cic. II. Orat. 57. *Requiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo peropportuno diversorio.* Id. III. Orat. 44. Id. II. Orat. 59. *Id tanquam aliqua fabella narratur.* Id. III. Orat. 21. Id. II. divin. 48. (Hoc quoque alienum erat notare. Neque enim τὸ *quasi* adficit pronomen, sed substantivum.)

** 26. *Aliquis* omittitur sæpissime.

P. *Aliquis* eleganter omissum. Cic. II. off. 7. *Alexander Pheræus præmittebat de stipatoribus suis* (subaudi aliquos) *qui perscrutarentur arculas muliebres.* Sylv. I. prog. 83. Linac. VI. pag. 395. Cic. XII. ep. 30, 2.

(27. *Aliquis* eleganter additur numeris Germ. etwa.)

Cic. de Fin. II, 62. *Tres aliqui aut quatuor.* Verr. II, 52. *eximant unum aliquem diem*, et similia exempla passim.

(28. *Aliquis* pro *alius quis*, vel *ullus alius*, eleganter.

Cic. off. I, 7. *Aut metu, aut ira, aut aliqua perturbatione.* v. plura ap. Pearc. ad Cic. Or. II, 42. et in Gesneri Thes. Potest intelligi *alius.* Nam etiam Græci ἄλλο ante τι omittunt.)

CAPUT XX.

De adverbio ALIQUO.

ALIQUO est *in locum aliquem.* Cic. III. ep. Qu. fr. 1. *Quum aliquo exilimus.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0101
DFG

CAPUT XXI.

De adverbio ALITER.

(* ALITER ſæpiſſime eſt *alio modo*, et) non raro abſolute ponitur. Cic. III. ep. 7. *Tu ſi aliter exiſtimas, nihil errabis.* Id. VI. ep. Att. 9. *Non fuit faciendum aliter.* * Id. pro Roſc. Am. 47, et pro Mil. 44. Huc pertinet obſervatio Guil. Canteri Var. Lect. I, 10. qua oſtenditur *aliter* poni pro *contra* ſeu *contraria parte.*

** *Aliter* pro *aliis rebus.*

Plin. VIII. ep. 23. *Uterque noſtrum his etiam ex ſtudiis notus, quibus aliter ignotus eſt.* Buchn. ib. * Sed vix nova eſt hæc ſignificatio.

* *Aliter* pro *alius*, cum verbo ſubſtantivo rariſſimum eſt, Ter. Phorm. III, 2. *Ego hunc eſſe aliter credidi. Iſte me fefellit. Ego iſti nihilo ſum aliter ac fui.*

* 3. *Aliter* pro *alioqui.*

Aliter ſæpe idem eſt, quod *alioqui.* Cic. de Amic. 20. *Aliter amicitiæ ſtabiles permanere non poſſunt.* Id. II. off. 12. *Semper eſt jus æquabile quæſitum: neque enim aliter eſſet jus.* Et paulo poſt: *Omni ratione colenda eſt juſtitia, cum ipſa propter ſe, (nam aliter juſtitia non eſſet) tum propter amplificationem honoris et gloriæ.* ** Id. I. offic. 39.

4. *Aliter - aliter* iteratum.

Nonnunquam iteratur. Cic. III. off. 17. *Aliter leges, aliter philoſophi tollunt aſtutias.* Id. Amic. 24. *Aliter cum tyranno, aliter cum amico vivitur.* * Id. I. off. 12. XV. ep. 21.

* 5 *Ali-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0102
DFG

* 5 *Aliter aliterque*, immer anders.

Celſus III, 3. *Aliter aliterque in eodem morbo febres accedunt.* Id. III, 20. *Tumores aliter aliterque per totum corpus oriuntur.* Id. VII, 7. *Oculorum vitia diverſa ſunt, et aliter aliterque curantur.*

* 6. *Aliter atque aliter.*

Plinius II, 93. *Quibus in rebus quid poſſit aliud cauſæ afferre mortalium quiſpiam, quam diffuſæ per omne naturæ ſubinde aliter atque aliter numen erumpens?* Id. IX, 2. Senec. ep. 27. extr. et ep. 89. Senec. Conſtant. 18.

* 7. *Aliter - aliter - aliter.*

Aliter tergeminum ponitur interdum. Cic. IV. Qu. Acad 47. *Aliter Diodoro, aliter Philoni, Chryſippo aliter placet.* Quintil. III. 8. *Idem illud aliter Cæſar, aliter Cicero, aliter Cato ſuadere debebit.*

* 8. *Aliter* ſæpe repetitum.

Celſus de Med. præfat. *Aliter acutis morbis medendum, aliter vetuſtis, aliter increſcentibus, aliter ſubſiſtentibus, aliter jam ad ſanitatem inclinantibus.* †

* 9. *Aliter alibi*, eleganter.

Plinius XVIII, 5. *Hoc ex locorum occaſione aliter alibi decernitur.* Id. XXV, 4. *Hoc quoque difficultas eſt, quod eadem aliter alibi nuncupantur*, daß einerley Sachen immer an einem Orte anders, als am andern, genennet werden: an einem ſo, am andern ſo.

* 10. *Ali-*

† In his duabus obſervationibus VI et VII. *aliter* nihil novæ ſignificationis habet. Tantum oſtenditur, crebritatem hujus particulæ non offendiſſe aures latinas. Quod Facciolatum meminiſſe velim. (Sed tamen poterit utrumque uno numero comprehendi, et cum n. 4. coniungi.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0103
DFG

* 10. *Aliter alius* eleganter.

Cic. Partit. 14. *Ea, quæ aliter ab alio dicta sunt, subtiliter reprehenduntur.* Livius II, 21. *Aliter apud alios ordinati sunt magistratus.* Id. XXXIX, 53. Celsus VII, 17.

Huc refer illud Plinii XV, 15. *Reliquorum nomina aliter in aliis locis appellantur.*

11. *Aliter ac; aliter atque; aliter atque ut; aliter quam,* anders als.

Aliter plerumque copulatur cum *ac, atque, atque ut, quam.* Cic. XVI. ep. Att. 13. *Ne sim salvus, si aliter scribo, ac sentio.* Mir soll es nimmermehr wohl gehen, wenn ich anders schreibe, als ich es meyne. * Id. VI. ep. Att. 3, et pro Mil. 9, et V. ep. 7. Cic. II. ep. 3. *Aliter, atque ostenderam, facio.* Id. *Id. IV. ep. 4. et Terent. Heaut. II, 3, et Celsus de Medic. præfat.

Cic. III. Tusc. 30. *Qui suos casus aliter ferunt, atque ut aliis auctores ipsi fuerunt, sunt vitiosi.* Id. XVI. ep. Att. 13. *De Antonii itineribus hoc nescio quid aliter audio, atque ut adscribebam.* * Id. Verr. I, 46. Id. II. ep. Att. 18. Id. Verr. I, 9. *Ne Hortensius aliter, quam ego velim, meum laudet ingenium.* * Id. pro Rab. Post. 11, et II. invent. 22. Virgil. Aeneid.

* 12. *Non aliter ac si* rarum est.

Sueton. Oth. 6. *Obvius quisque, non aliter ac si conscius et particeps foret, adhæsit.* Alle die ihm entgegen kamen, hiengen sich gleich an, als wenn sie um die Sache wüsten. Colum II, 15.

* 13. *Non aliter quam si,* historicum est fere.

Livius III, 51. *Valerius et Horatius negabant se aliter ituros, quam si decemviri deponerent insignia magistra-*

magistratus. Id. XXIII, 4. *In Senatu nihil actum aliter, quam si plebis ibi esset concilium.* Sueton. August. 40. Justinus XII, 7, 7. Quintil. procem. libr. 1.

* 14. *Non aliter nisi*, non nimis rarum est.

Cælius VIII. ep. f. 14. *Pompejus constituit non pati Cæsarem consulem aliter fieri, nisi exercitum tradiderit.* Livius XLV, 11. Id. XLV, 31. Justin. XII, 14, 7. Lentulus XII. ep. familiar. 14. f.

* 15. *Aliter quam - ut* sequioris ætatis est. (sed probum tamen.)

Columell. de Arbor. 7. *Si vitis non aliter potuerit palos, ad quos perducitur, pertingere, quam ut diffluat; curabis, ut quam acutissima falce findas.* Suet. Tiber. 15 et 24. Sed in Galb. 8. *aliter* subintelligitur.

* 16. *Multo aliter, Longe aliter, Nihilo aliter, Quanto aliter.*

Aliter augetur particula *multo*, vel *longe*. Varro R. R. II. 3. *Non multo aliter tuendum hoc pecus in pastu, atque ovillum.* Id. III, 15. *Ea dolia figuli faciunt multo aliter, atque alia.*

Cic. pro Rosc. Am. 47. *Longe aliter est.* Livius XXXIX, 28. *Id ego aliter longe judico esse.*

Terent. Phorm. III. 2. *Ego isti nihilo sum aliter, ac fui.* Sic dicere licet *paulo aliter.*

* Senec. epist. 94. extr. *Aspice quanto aliter unusquisque populo vivat, aliter sibi.*

17. *Aliter et*, non nimis usitatum est.

Interdum cum *et* conjungitur. Cic. X. epist. Att. 14. (11.) *Quod de puero aliter ad te scripsit, et ad matrem de filio, non reprehendo.* Id. XI. ep. Att. 28. *Illud quidem mutari, si aliter est et oportet,*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0105
DFG

tet, non video posse, wenn es anders darmit steht, als es stehen sollte. † Varro L. L. VIII, 88. (112.) *quædam aliter olim et nunc.*

* 18. *Non aliter - quin*, pro *non aliter quam ut*, rarissimum est.

Cæsar B. G. VII, 14, 4. *Vehementer huic illi loco timebant, nec jam aliter sentiebant, quin pene circumvallati viderentur.*

* 19. *Non aliter* cum comparativo ne imiteris.

Plinius XXII, 22. *Libidinem non aliter magis accendi putant, quam potu.* Id. XXIV, 11. XXVIII, 9. XXXVII, 2. XXXVII, 4.

*CAPUT XXII.

ALIUBI, vide ALIBI.

ALIUNDE von andern. vide supra cap. 17.

Aliunde alio.

Senec. epist. 64. *Varius nobis sermo fuit, ut in convivio, nullam rem usque ad exitum adducens, sed aliunde alio transiliens.* Senec. ep. 87. *Quæstio est, an animus aliunde alio trans* cet.

CAPUT XXIII.

De pronomine ALIUS.

a. *Alius* pro *alter* non satis usitatum

P. ** ALIUS pro *alter*. Taubmannus ad Plaut. p. 234. Cic. Verr. VI. 12. *Siculi tam te has phaleras*

† Lambinus reponit *atque*, sed vetus quidam codex habet *et*. De reliquo *aliter* in Varronis et duobus Tullianis exemplis Facciolatus vult post *et* subintelligi, præter necessitatem, et ut aliquid saltem monere potuisse videatur. Quasi vero *et* nunquam pro *ac* vel *quam* ponatur. Scilicet nodum in scirpo.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0106
DFG

leras a Philarcho Centuripino abstuliſſe dicebant, quam alias item nobiles ab Ariſto Panormitano, quam tertias a Cratippo Tyndaritano. * Cæſar B. G. I, 1, 1. Cic. in Brut. 95. Liv. VII. 35. (add. Græv. ad Cic. or. ad Quir. p. R. 5.)

β. *Alius* pro *alter* de rebus ſimilibus rariſſimum eſt.

Alius pro *alter* ponitur non ſolum cum de ordine ſermo eſt, ſed etiam cum de ſimilitudine morum et factorum. Suet. Tit. 7. *Titum propalam alium Neronem et opinabantur et prædicabant.* Tac. IV. hiſt. 73, 4. Curt. IX, 8, 5.

* 2 *Alius* pro *reliquus*, *Alii* pro *reliqui*.

Alius pro *reliquus* non inuſitatum eſt. Cæſ. B. G I, 41, 1. *Cæſar Divitiaco ex aliis Gallis maximam fidem habebat*, unter den übrigen Galliern. Liv. II, 13. *Porſena oratores Romam miſit ad Clœliam obſidem depoſcendam: alias haud magni facere.* Idem II, 23, et V, 55, et VII, 19 et 26. VIII, 8. XLI, 18.

Alius pro *diverſus*, *contrarius*, *adverſarius*. Guil. Canterus Variar. lection. I, 10. Statius de Hypſipyle, repentino poſt dolorem gaudio perfuſa, ſic ait: *Atque alio maduerunt lumina fletu.* Plautus in Moſtellar. I, 4, 30.

Jus nemo adæque juventute ex omni Attica
Antehac eſt habitus parcus, nec magis continens.
Is nunc in aliam partem palmam poſſidet.

Add. Lentul. XII. epiſt. famil. 14. f. *Cupiditas partium aliarum*, id eſt, *adverſariarum.* Sulpit. IV. ep. 5. f. 17. *Noli committere, ut quisquam te putet non tam filiam quam reip. tempora et aliorum victoriam lugere.* Idem ib. II, 2. *neque quicquam aliud a libertate communi:* ubi etiam eadem conſtructio, quæ eſſe ſolet τῦ *diverſus.* Sed in nonnullis libris

libris ibi est, *aliud libertate communi*: quod ipsum quoque non spernendum valdeque usitatum Horatio, Sallustio et aliis, unde et in illo loco a nonnullis præfertur. Ad hanc notionem pertinet etiam vulgare illud: *alia omnia censere* etc.)

** 3. P. *Alius atque alius.*

Livius VIII, 23. extr. *Incoata res aliis atque aliis de causis dilata erat*, bald um dieser, bald um einer andern Ursache willen. * Varro L. L. V, 5. Livius I, 8. II, 11. Colum. IX, 8.

Seneca ep. 32. interponit *subinde*. *Vitam breviorem inconstantia facimus aliud ejus subinde atque aliud facientes initium.*

* 4. *Alius aliusque*, minus frequens est.

Celsus III, 3. *Febres non eædem inordinatæ redeunt, sed aliæ aliæque subinde oriuntur.* Id. V. 26. *Cancer aliis aliisque signis discernitur.* (Ceterum eadem analogia dicitur, qua *alius atque alius*: adeoque non minus probum.)

5. *Alii - quidam*, minus probandum. †

Alius respicit *quosdam*. Tacitus XIV, 8, 1. *Alii quantum corpus sinebat, vadere in mare; quidam manus protendere.* Idem XIV, 23, 2. XVI, 19. 3.

* 6. *Alii - pars*, non imitandum. ††

Alii sociam habet *partem*. Tac. IV, hist. 23, 5.

Alii

† Proba, Facciolate id quod probandum est. Quæstio est, an in duobus orationis membris diversis ponantur *alii - quidam* a scriptoribus aurei temporis. Exempla, quæ ex n. 10 et 12 affers, huc non pertinent. (Immo vel maxime huc pertinent. In universum tenendum est, latinos et græcos nunquam in talibus se certæ ac perpetuæ legi adstringi passos esse, a qua discedere dubitarent, si sensus salvus esset.)

†† Neque Virgilii extra versum valet auctoritas. (idem hic, quod antea tenendum atque etiam in ceteris.) Tacitus, ut multi jam observarunt, poetas aurei sæculi imitatur. Hæc Facciolato scribimus.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0108
DFG

Alii ſuperſtantes tanquam ex aggere præliabantur: pars intus occulti muros ſubruebant. Vid. infra *Pars.*

* 7. *Alii - nonnulli* minus uſitatum.

Alii et *nonnulli* cohærent interdum. Colum. IV, 21. *Cuſtodem alii reſecem, nonnulli præſidiarium appellant.* Id. XII, 4.

* 8. *Alii - plures* vel *plurimi* vel *multi.*

Alii junguntur cum *pluribus, plurimis, multis.* Tacit. II, 23, 1. *Legionum aliæ itinere terreſtri in hibernacula remiſſæ: plures Cæſar claſſi impoſitas per flumen Amiſiam Oceano invexit.* Nepos Phocion. IV. *Alii reminiſcentes veteris famæ ætatis miſerebantur: plurimi vero ira exacuebantur.* Livius II, 14. *Curatis vulneribus, alii profecti domos: multos Romæ hoſpitum urbisque caritas tenuit.* Tacitus V, 7, 5.

* 9. *Alii - plerique.*

Curtius VII, 2, 36. *Aliis gravis erat, plerisque non ingrata militia.* Tacit. hiſt. I, 27, 5. Salluſt. Jugurth. 65.

* 10. *Alii - quidam - nonnulli.*

Cic. V. Qu. Tuſc. 13. *Natura beſtias eſſe voluit immanes alias, quasdam cicures, nonnullas abditas terraque tectas.*

* 11. *Alii - quidam - plerique. Alius alius - plerique.*

Tacit. IV, 60, 2. *Alius occurſum ejus vitare: quidam ſalutatione reddita ſtatim averti: plerique inceptum ſermonem abrumpere.*

* 12. *Alius - alius - plerique,* cet.

Cæſar B. G. VI, 37, 7. *Alius jam capta caſtra pronunciat; alius, deleto exercitu atque imperatore, victores barbaros veniſſe contendit: plerique novas ſibi ex loco religiones fingunt.* Tacitus I. hiſt. 39, 2.

* 13 *Alii - alii - nonnulli*, vel *quidam*, vel *rari quidam*, cet.

Cic. IV. Fin. 11. *Chrysippus exponens differentias animantium, ait, alias earum corpore excellere, alias autem animo, nonnullas valere utraque re.* Livius VII, 39. *Consul aliis emerita stipendia esse dixit; alios graves jam ætate, quidam in commeatus mittebantur*, cet. Arbit. 22. Cic. V. Tusc. 3. *Alii gloriæ serviunt, alii pecuniæ, rari sunt quidam, qui rerum naturam studiose intueantur.* Add. Livius XLII, 61. Just. VII, 6, 1.

* 14. *Alii - alii - aliqui.*

Plinius XXV, 15. *Alterum est minusculum, quod evithales vocant, alii trithales, quia ter floreat, alii chrysothales, aliqui isoötes.*

* 15. *Alii - multi - quidam.*

Tacitus IV, 38, 5. *Id alii modestiam, multi quia diffideret, quidam ut degeneris animi interpretabantur.*

* 16. *Alii - alii - reliqui.*

Cic. XV. ep. 4. *Aliis cohortibus Quintus, aliis Pontinus, reliquis Mannejus præerat.*

* 17. *Alii - nonnulli - plurimi.*

Columell. IV, 29. *Alii viminibus obstringunt, nonnulli circumdant libro fissuram, plurimi ligant junco.*

* 18. *Alii - partim, aliæ - quædam.*

Cic. I. de Nat. D. 37. *Bestiarum terrenæ sunt aliæ; partim aquatiles; aliæ quasi ancipites, in utraque sede viventes; sunt quædam etiam, quae igni nasci putentur.*

* 19. *Alii - alii - alii - aliqui.*

Plinius X, 8. *Alii accipitres non nisi ex terra rapiunt avem: Alii non nisi circa arbores volitantem: alii sedentem in sublimi: aliqui volantem in aperto.*

Id.

Id. XV, 21. *Aliis sorbis rotunditas mali, aliis turbinatio piri, aliis ovata species, ceu malorum aliquibus.*

* 20. *Alii - alii - nonnulli - multi. Alii - quidam - plures - multi.*

Cic. II. Tusc. 4. *Videre licet alios tanta levitate et jactatione, iis ut fuerit non didicisse melius: alios pecuniae cupidos, glorive nonnullos, multos libidinum servos.*

Tacit. II, 6, 2. *Mille naves sufficere visae properataeque; aliae breves, angusta puppi: quaedam plane carinis: plures appositis utrinque gubernaculis: multae pontibus stratae.*

* 21. *Alii - alii alii - multi*, vel *nonnulli.*

Plinius XXVII, 22. *Alii polygonaton a frequentia geniculorum, alii theuthalida, alii carcinetron, alii clema, multi myrtopetalon appellant.* Cic. Verr. VII, 56. *Illi ad deprecandum periculum proferebant, alii purpuram Tyriam, thus alii, gemmas alii, vina nonnulli Graeca.*

* 22. *Alii alii - alii - alii - alii - nonnulli.*

Plinius XXXI, 2. *Aquae aliae sulphuris, aliae aluminis, aliae salis, aliae nitri, aliae bituminis, nonnullae etiam acida salsave mistura.*

(Nimis diligens hic ut aliis capitibus fuit Schwarzius. Omnes hi numeri inde a. n. 5. poterant una observatiuncula comprehendi hac: hoc pronomen servire partitionibus, sed, ut modo *pars*, modo *quidam*, *nonnulli*, *multi* etc. admisceantur.)

23. *Alius* iteratur eodem casu. †

Alius, alia, aliud sæpe iteratur eodem casu. (*Nulla intercedente conjunctione.) Cic. Topic. 9. *Dolus malus est, cum aliud agitur, aliud simulatur,*

† Interdum ter repetitur. vid. Livius XXXVIII, 8. XXXII. 5. Interdum quater, Liv. XXXI, 39. Justinus XII, 8, 12.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0111
DFG

betrügen heißt man, wenn man etwas ganz anders thut, als man sich äußerlich stellet. Id. II. Att. 7. *Alia legatio dicta erat, alia data est.* Id. Cæl. 3. *Aliud est maledicere, aliud accusare.* Id. I. de Leg. 1. *Intelligo te, frater, alias in historia leges observandas putare, alias in poëmate.* Id. I. Orat. 37. *Aliis miserandus, aliis irridendus esse videtur.*

* 24. *Alius - alius vero* rarum. †

Plinius XVII, 2. *Alio die hiberna quaerunt pluvias, alio vero praecocia.*

25. *Alius* iteratur diverso casu, eleganter.

Sæpe etiam iteratur diverso casu. Cic. Sext. 34. *Alius alio gravius utque ornatius de mea salute dixit*, es hat immer einer eine nachdrücklichere und zierlichere Rede zu meinem Wohlseyn gehalten, als der andre. Id. III. Verr. 26. *Hic tum alius ex alia parte*, darauf fieng der eine hier, der andre dort an ꝛc. Id. I. de Nat. Deor. 4. *Est admirabilis quaedam continuatio seriesque rerum: ut alia ex alia nexa, et omnes inter se aptae colligataeque videantur.* Id. VII. ep. 25. *Habes Sardos venales, alium alio nequiorem*, da immer einer schlimmer ist als der andre. Id. VII. Att. 2. *Venio ad epistolas tuas, quas ego sexcentas uno tempore accepi, aliam alia jucundiorem, quae quidem erant tua manu.* Id. III. ep. Q. Fr. 1. *Multa* in epistolam *conjecta sunt, aliud alio tempore*, einiges habe an dem, das andere an einem andern Tage

† Hoc suus quemque usus docet. Ratio esse videtur ea, quod supervacua devitant diligentes scriptores. *Alius* enim geminatum diversitatem jam per se satis indicat. Hæc Facciolato scribuntur. (Sed si, ut quidque verbum non necessarium est ad intelligendam sententiam, ita improbare vellemus, infinita in ipso Cicerone essent improbanda. Ego non dubitem dicere *alius-alius vero.*)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0112
DFG

Tage geschrieben. Id. III. Verr. 22. *Legati ex Asia cum signa et ornamenta cognoscerent, alia alio in loco lacrymantes intuebantur*, eines hier, das andre dort. Id. I. off. 7. *Placet Stoicis, homines hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se alii aliis prodesse possint*, die Stoici halten davor, daß ein Mensch um des andern willen gebohren werde, damit sie einander ersprießliche Dienste leisten mögen.

Admonitio I.

Alius tum iteratur, cum de pluribus est sermo; nam cum de duobus tantum, *alter* iteratur. Lege *Alter*. †

Admonitio II.

Ex alias exemplis apparet, *alium* in singulari numero poni etiam post substantivum pluralis numeri. Idem elucet etiam ex hisce, quæ deinceps ponam. Cic. III. offic. 20. *Cæteri alius alio* (abierunt.) Plaut. Curcul. III. Livius I. 21, et 25. IV, 36. Sallust. Jugurth. 53 extr. et 101. Cic. VII. ep. 24. *Habes Sardos venales, alium alio nequiorem.*

26. *Aliud ex alio.*

Aliud ex alio eleganter dicitur pro *una res post aliam*. Cic. IX. ep. 19. *Aliud ex alio me quotidie impedit*. Id. IX. Att. 12. *Pompejus nunquam mihi postea placuit, nec unquam aliud ex alio peccare destitit.* Interdum seriem rerum connexarum significat. Cic. XVI. ep. Att. 14. *Sed ut aliud ex alio, mihi*

† Hæc admonitio satis est veritati consentanea, si frequentiorem usum nominis *alius* spectes. Sed interdum *alius* etiam de duobus dicitur. Plinius XI. cap. 18. *Circa Thermodoontem fluvium duo genera sunt apum, aliarum quæ in arboribus mel ficant, aliarum quæ sub terra.* Adde Admonitionem II. §. 25, et observ. 27 n. *a*.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0113
DFG

non est dubium, quin quod Græci καθῆκον, nos officium appellemus. * Add. Id. de Amic. 27, et V. Tusc. 25.

* 27. α. *Alius super alium*, proprie.

Sic etiam dicimus *alius super alium.* Livius I, 25. *Duo Romani super alium alius exspirantes corruerunt.* Id. VII, 23, et XXII, 6. Colum. VII, 9.

β. *Alius super alium*, translate. †

Alius super alium accomodatur etiam ad res alias. ** Plinius VII. ep. 8. *Saturninus noster summas tibi apud me gratias aliis super alias epistolis agit.* Liv. I, 50. III, 34, 56 et 68. XXXIX, 49. Sueton. in Neron. 41.

** 28. *Alius post alium.*

Alius post alium et *alius super alium* germanismus videri posset, nisi auctores idonei usi essent. Sallust. Jugurth. 63. *Deinde ab eo magistratu alium post alium sibi peperit.*

* 29. *Alia - deinde alia*: pro *alia post alia.*

Alia, deinde alia loca petiverant. Sallust. Jug. 18 et 36.

30. *Alius ac; alius atque; alius et.*

Alius sæpe jungitur cum *ac, atque, et.* Cic. de Orat. 71. *Potest non solum aliud mihi ac tibi, sed mihi ipsi aliud alias videri.* Id. III. de Orat. 53. *Alia dicentis ac significantis dissimulatio.* * Add. id. XI. Att. 10. Ter. Phorm. IV, 4. Huc pertinet *aliusmodi ac* apud Cic. II. de Invent. 6. Cic. I. ep. 9. *Non alius essem, atque nunc sum.* * Id. XIV. ep.

† In exemplis subjectis *super* tralate positum esse, nemo dubitat, et ex comparatione proximæ superioris observationis liquet. (nulla hic est translatio propria. *Super* in his ponitur pro *post.*)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0114
DFG

ep. 11. VIII. Att. 2. Ter. Andr. III, 3. Cic. pro Cæl. 28. *Lux longe alia eſt ſolis et lychnorum.* Varro R. R. II. præf. *Alius opilio, et arator.* † * Cic. pro Cæc. 20.

31. *Aliud niſi; aliud præter.*

Aliud cum *niſi* vel *præter* jungi ſolet a Cicerone (* et aliis ſcriptoribus ††) Cic. ſenect. 2. *Quid eſt aliud gigantum more bellare cum diis, niſi naturæ repugnare.* Id. I. off. 23. *Bellum ita ſuſcipiatur, ut nihil aliud, niſi pax quæſita videatur.* Id. VII. ep. 12. *Non alia fuit ulla cauſa intermiſſionis litterarum, niſi quod ubi eſſes, plane neſciebam.* * Id. I. Tuſc. 24. Id. II. de Orat. 69. *Rogavit, num quid aliud ferret, præter arcam.* †††

Admonitio.

Rarius cum *quam* jungitur M. Tullio III. Att. 15. *Nec quicquam aliud opus eſt, quam abrogari.*

* 32. *Nihil aliud - quam ut. Non aliud - quam ut.*

Nihil aliud copulatur cum *quam ut.* Nepos in Lyſandr. 1. *Lyſander nihil aliud molitus eſt, quam ut omnes civitates in ſua teneret poteſtate.* Livius XLIV, 27. Colum. XI, 3. Tac. II, 7, 2, et XV, 62, 2. Sueton. Auguſt. 94, et in Tit. 9.

* 33. *Nihil aliud - niſi ut. Non aliud, niſi ut.*

Cic. Orat. 51. *Hic invidioſus numerus nihil affert aliud, niſi ut ſit apte verbis comprehenſa ſententia.* Colum. XI, 3.

† Sic habet editio Commelini, Juntæ et MS. Vratislav. Sed Regienſis et Aldina et Herwagia legit *et alius arator.*

†† Vid. duo exempla in Liv. II, 35.

††† *Aliud præter* minus uſitatum eſt. Atque in hoc exemplo magis a particula *quid* quam ab *alio* pendere poſſit videri. (Ego pleonaſmum eſſe crediderim.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0115
DFG

* 34. *Nihil aliud, nisi quod. Non aliud, nisi quod.*

Livius XL, 14. *Nihil aliud scio, nihil arguo, nisi quod cum ferro commissatum venerunt.* Id. XL, 50. *Nec aliud magnopere victores fuerunt Romani, nisi quod postero die manentes intra vallum prælio lacessierint.*

35 *Non* vel *nullum aliud - quam ne.*

Liv. V, 2. *Militiæ causam nullam aliam invenietis, quam ne quid agi de commodis vestris possit.* Id. XLV, 19 et 25. Tacit. XVI, 16, 2.

* 36. *Non aliud, quam si.*

Tacitus I, 30, 4. *Non aliud malorum levamentum* esse dicebant, *quam si linquerent castra infausta.* Id. IV, 17, 5. Suet. Tib. 51.

* 37. *Alius præterquam.*

Livius III, 40. *Cum aliud præterquam de quo retulissent, decemviri dicere prohiberent, Claudium interpellandi verecundia fuit.*

* 38. *Si nihil aliud - saltem.*

Hic bonis patriis spoliatus venit in judicium: Si nihil aliud, saltem ut cum paulo obsoletius vestitum videret. Cic. Verr. III, 58.

* 39 *Nihil aliud - quam* pro *tantum* historicum est.

Nihil aliud quam ab historicis sæpe pro *tantum* vel *duntaxat* ponitur. (sive etiam *tantum hactenus.*) Liv. II, 8. *Horatius nihil aliud ad eum nuncium a proposito aversus, quam ut cadaver efferri juberet, tenens postem, precationem peragit, et dedicat templum.* Id. II. 29. *Sed a lictore nihil aliud, quam prehendere prohibito, cum conversus in patres impetus esset,*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0116
DFG

esset, consulum intercursu rixa sedata est. Id. II, 49. et 63. Suet. in Cæs. 20, et Domit. 21. †

Liv. II, 43. *Periculum Romanos pedites cogere non potuit gradum accelerare, aut, si aliud nihil, instare instructos.* (in hoc exemplo idem est, quod saltem.)

* 40. *Non alius* cum comparativo, est sequioris ævi ††, et antiquioris.

Alius præfixum sibi sæpe habet *non*, quod Germanicæ linguæ inusitatum est, Livius I, 27. *Non alia ante Romana pugna atrocior fuit.* Id. II, 31. *Post pugnam ad Regillum lacum non alia illis annis pugna clarior fuit.* Id. II, 46. III, 63. VII, 15. Cels. V, 28. de impetig. Plin. XIII, 24. Sueton. Neron. 31. Et Domit. 11. Vellejus II, 48, 3 et 71, 2. Sic Plaut. Mercat. I, 1, 100. *Qua mulier alia nulla est pulcrior.*

* 41. *Quid aliud-si.*

Notanda hæc quoque loquendi ratio. Cic. V. Verr. 30. *Quid est aliud capere et conciliare pecunias, si hoc non est.*

† Potest hæc loquendi ratio ita declarari, ut intelligatur verbum *facere*. v. c. *Horatius ad eum nuncium aversus nihil aliud faciebat, quam ut* cet. Sed hoc modo non semper licet declarare. Vid. Livium XLV 37. (Ubi inter *nihil aliud* et *quam* nihil interponitur, et sequitur verbum finitum, semper *facere* intelligi debet: vt ap. Suet. Cæs. 20. *nihil aliud, quam abnunciaret.* v. Gron. ad Liv. XXXI, 24. atque sic etiam Græci. Atque in hoc genere *facere* parum eleganter additur.

†† Id est, magis magisque a Ciceronis temporibus remoti. Dantur gradus ævi sequioris. Ac barbaries jam per Senatores Catilinis in urbem infundi cœpit. Hoc meminisse velim Facciolatum. (Sed sic vulgo non loquimur. Quod si sequioris statim ævi et semibarbarum est, quod in his formis non apud Ciceronem est, quid fiet multis observatiunculis, in quibus auctores ætatis laudantur tantum ejus, quæ post Augustum fuit: omnibus his ergo hæc nota apponenda.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0117
DFG

42. *Alius alia.* †

Livius XXX, 4. *Centuriones, vagi per caſtra alius alia ſitum formamque caſtrorum ſpeculabantur.* Id. XLIV, 43. *Equites ſine duce relicti, alii alia in civitates ſuas dilapſi ſunt.*

43. *Aliud alias.*

Aliud alias. Cic. Orat. 71. *Poteſt non ſolum aliud mihi ac tibi; ſed mihi ipſi aliud alias videri.* Id. II. de Orat. 7. *Illi alias aliud de iisdem rebus et ſentiunt et judicant.* Id. II. de divin. 54. *Adhibuit Sibylla latebram obſcuritatis, ut iidem verſus alius in aliam rem poſſe accommodare viderentur*, daß ſich einerley Verſe ſo wohl auf dieſe als andre Dinge zu reimen ſchienen. * Id. XVI. Att. 11.

* 44. *Alius alibi.*

Liv. II, 23. *Exprobabant ſuam quisque alius alibi militiam.* Id. IX, 12. XLIV, 33. Plin. IX, 18. XVI, 5.

45. *Alius alio. Alius aliorſum.*

Interdum *alius* cum *alio* adverbio jungitur. Cic. III. off. 4. *Ceteri alius alio: Marius in roſtra recta*, da die andern ihren Weg einer da der andere dort hingiengen. I. de divin. 24. *Simia et ſortes ipſas et cetera, quæ erant ad ſortem parata, diſturbavit, et aliud alio diſſipavit.* * Liv. II, 54. VII, 39.

* Plaut. Trucul. II, 4. *Mater ancillas jubet, aliam aliorſum ire, et quærere puerum.*

* 46. *Alius aliter.*

Cic. VII. Att. 8. *Dionyſium aliter cum aliis de nobis locutum audiebam.* Id. ad. Brut. ep. 13. *Alii aliter*

† Intelligi hic videtur *via*, vel *parte*. (Ceterum n. 42 — 47. ejusdem generis ac formæ ſunt, poterantque uno titulo comprehendi.)

aliter cum suis vivunt. Id. II. Orat. 19. Colum. XI, 2.

* 47. *Alius aliunde.*

Terent. Phorm. II, 2. *Aliis aliunde est periculum, unde aliquid abradi potest.* Livius XLIV, 12. Plin. III, 1. extr.

* 48. *Aliud* pro Germanorum sonst.

Petronius Satyr. 117. *Et quicquid aliud Eumolpus jussisset.* Liv. XLV, 8 et 32. Vellej. II, 61, 3.

49. *Longe alius.*

Alius sæpe augetur adverbio *longe.* Livius XXIX, 28. *Philippus longe aliam, quam adversus Thessalos, ingressus est differendi viam.* Cic. XIV. ep. 11, et pro Cæl. 28. Vatin. V. ep. f. 10, 8.

** 50. *Alius a.*

D. *Alius a.* Cic. XI. ep. 2. *Nos ab initio spectasse otium, nec quicquam aliud a libertate communi quæsisse, exitus declarat.* (vid. ad n. 2.)

** 51. *Alius* cum ablativo (sine præpositione *a.*)

Alius cum ablativo. Linac. lib. III. p. 200. Taubm. ad Plautum p. 952. Horat. I. ep. 16. *Neque putes alium sapiente bonoque beatum,* id est, quam sapientem bonumque. Ea forma dictum, ut: *nive candidior,* pro quam nix. Aliud egit Palmerius, cum hic dandi casum intellexit. Spicil. 2. p. 38. b.

(52. *Alius aliquis - alius quis.*)

Alius sæpe adjunctum habet pronomen *aliquis* vel *quis,* fere pleonastice: germ. sonst einer: Sed libri in hoc genere fere variant inter *alius quis* et *aliquis:* cujus causa patebit ex observatione *in aliquis* n. 27. Terent. Phorm. V, 2, 5. *dum aliud*

aliquid

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0119
DFG

aliquid flagitii conficiat. Cic. off. I, 10. *Q. Fabium Labeonem, seu quem alium.)*

CAPUT XXIV.

De adverbio ALTE.

ALTE est hoch et tief. Colum. de arbor. 30. *Minimum alte pedem*, einen Schuh tief.

Alte interdum est *in altum*, in die Höhe. Cic. Tusc. V, 13. *Neque se tollere a terra altius possunt*, nicht weit in die Höhe.

Alte pro *ex alto*, tief hinab. Cic. Orat. 28. *Alte enim cadere non potest.*

Alte weit hinein. Per metaph. Cic. Verr. II, 7. *Videbatur indignum iis qui altius perspiciebant.*

Alte von weitem her. Per metaph. Cic. Clu. 21. *Incipit longe et alte petito proœmio respondere major Copasius.* Alibi Cicero v. g. III. ep. 5, 2. dicit, *ex alto repetita sint.*

CAPUT XXV.

De pronomine ALTER.

ALTER fere de duobus dicitur, ut *alius* de pluribus. Cic. pro Planc. 35. *Quorum alter exercitum perdidit, alter vendidit*, einer — der andere. Id. in Brut. 1. *Alter ab altero adjutus:* einer vom andern. * Add. id. II. offic. 16, et pro leg. Manil. 2.

Dicitur etiam de pluribus duarum partium. Cic. VI. ep. 3. *Alteri dimicant, alteri victorem timent.* * Add. id. I. off. 21, et IV. ep. 14, et pro Sest. 45.

* Huc refer illud Cic. VI. ep. 4. *Alteros propemodum*

modum jam ſumus experti: de altero nemo eſt quin cogitet, quam ſit metuendus iratus victor armatus.

* 2. *Alter et alter* pro *unus et alter.* Ovid. de arte III, 446.

* 3. *Alter* repetitur eodem caſu. †

Cic. Partit. 21. *Finis alterius eſt honeſtas, alterius turpitudo.* Id. 39. *Efficiendum eſt, ut alterius ſcripti ſententiam, alterius verba defendamus.* Id. II. N. Deor. 28. Livius XLI, 18.

* 4. *Alter* repetitur diverſo caſu.

Cic. VI. de rep. 2. *Uterque numerus plenus, alter altera de cauſa habetur,* Id. II. N. D. 49. *Ergo alter alterius ubicunque nactus eſt ova, frangit.* Cic. Brut. 55. *Iſtis cum ſummi eſſent oratores, duæ res maximæ altera alteri defuit.* Livius V, 11. XXX, 30. XXXIX, 10. XL, 8 et 46. Id. XLI. 16.

5. *Alter* pro *ſecundo.*

In enumeratione plurium, *alter* uſurpatur pro *ſecundo.* Cic. III. Verr. 7. *Id ſum aſſecutus, ut primo die populus Romanus judicaret, Verre abſoluto, Remp. ſtare non poſſe: ut alter dies amicis iſtius ſpem victoriæ et voluntatem defenſionis auferret: ut tertius* cet. Id. I. Philipp. 13. *Proximo, altero, tertio, denique reliquis conſecutis diebus non intermittebas quaſi donum aliquod afferre reipubl.* Id. IV. Verr. 76. *Alterum, tertium, quartum, permulta erant ejusmodi nomina.* * Adde II. off. 23.

** Sic et Horatius IV. od. 5. *Menſas alteras* pro *ſecundis dixit.*

** 6. *Alter*

† Rara ſunt exempla hujus generis, cujus eſt illud Velleji II, 71. 3. *Druſus et Varus, ne tentata quidem hoſtis miſericordia, alter ſe ipſe in tabernaculo interemit: Varus autem liberti manu jugulatus eſt.* Cornel. Nepos.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0121
DFG

** 6. *Alter* pro *alius* elegans ſæpe eſt.

Marius XI. ep. Cic. 28. *Suo potius, quam alterius arbitrio*, pro *alius* vel potius *alieno*. Obſervavit ibi Amerpachius. Sic et apud Prudentium reperio II. contr. Sym. v. 784.

Nec alter
Ore ſacerdotis, quam Mirmillonis anhelat
Spiritus. †

* Add. Cic off. I, 2, et III, 10, et pro Roſc. Am. 2. Livius XLV, 30. Colum. VII, 8. (In hic locis huic obſervationi ſubjectis *alter* poteſt interdum commode explicari *alius quis*, cujusmodi exempla etiam reperies in Geſneri theſauro.)

* 7. *Alter quam* Poëticum eſt, ſaltem rarum. Claudianus de Conſulatu Mallii Deodori:

Nunquam mihi cura tot annis
Altera, quam duras ſulcis mollire novales. Add. Flacc. Argon. VI, 419. (Sed ſi *alter* pro *alius* elegans eſt, etiam *alter* ſequente *quam* elegans eſſe debet; nam in hac ſignificatione *quam* interdum ſequitur, ut in *alius* neceſſario.)

* 8. *Alter* cum appellativo in laude, vel vituperio, vel affectus plena re.

Cum aliquem laudamus vel vituperamus ita, ut cum laudato vel turpi nomine comparetur, tum laudato aut turpi nomini eleganter apponitur *alter* ††. Cic. ſenect. 11. *Niſi tam imbecillis fuiſſet Afri-*

† Ego hunc Prudentii locum non attuli. At loca Ciceronis, Livii, Columellæ ideo ſunt allata, ut oſtenderetur uſus pronominis *alter* pro *alius* citra reſpectum conſtructionis. Hæc talia facile videre poteſt, qui calumnia non delectatur. Exemplum Prudentii ad num. 6. referre non licebat mihi, ne diſtraherem ea quæ doctus vir conjuncta voluerat. Cadit ergo Facciolati criminatio.

†† Similiter faciendum, cum res quædam laudatur vel vituperatur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0122
DFG

Africani filius, alterum ille extitisset lumen civitatis. Livius V, 49. *Dictator inter jocos militares Romulus ac parens patriæ conditorque alter urbis appellatur.* Cic. XV. ep. 8, 11. *Filius tuus me sicut alterum parentem observat et diligit.* Cic. XIII. ep. 1.

P. ** *Alter* pro *similis.* Cic. VII. Verr. 33. *Alter Verres luxuria et nequitia.* Victor. XXVIII. Var. Lect. 7. Schor. in phras. †

* 9. *Alter* cum comparativo.

Plaut. Cistel. IV, 1, 8. *Sceleſtiorem in terra nullam esse alteram, nuncio.* Plaut. Epidic. I. 1, 23. *Quem me dicis digniorem esse hominem hodie Athenis alterum.* Plaut. Bacchid. II, 3, 21. *Vulcanus, Sol, Luna, dies sceleſtiorem nullum illuxere alterum.* Add. Plaut. Menæch. V, 8, 41.

* 10. *Alter ego; alter idem*, cet.

Latinus qui alterum sibi *valde amicum* dicere vult, eum appellat *alterum se.* Cic. VII. ep. 5. *Vide quam mihi persuaserim, te me esse alterum.* Id. III. Att. 15. *Te, Attice, quasi me alterum et simul meæ culpæ socium quæro.* Id. ep. 15. ad Br. *Messala ad te tanquam alterum me proficiscens officio fungebatur.* Cic. de Amic. 21. *Amicus est tanquam alter idem.* Id. III. ep. Att. 1. *Pompejus legatos quindecim cum postularet, me principem nominavit, et ad omnia me alterum se fore dixit.*

** 11. *Al-*

tur. Facciolatus hic monuit, *alterum* pro *secundo* poni. Acute. Quis hoc vidisset præter eum? Quis turpitudinem vel laudem vidisset oriri ex nomine proxime adjuncto? Illud vero quod Ciceronem facere vult secundum parentem Publii Crassi, patre M. Crasso vivo, jocandi præbet materiam. (Verum vidit Facciolatus. Nec quisquam hic aliquam elegantiam agnoscet præter Schwarzium.)

† Hanc observationem etiam mihi tribuit Facciolatus. Quo jure?

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0123
DFG

** 11. *Alter* pro *alteruter*.

Cic. II. Acad. 43. *Non potest uterque sapiens esse, quoniam tantopere dissentiunt, sed alter.* * Livius XL, 20.

12. *Alterum tantum*, noch einmahl so viel.

Alterum tantum Plaut. Epid. III, 4. *Etiamsi alterum tantum perdendum est, perdam potius, quam sinam me impune irrisum esse.* Id. Bacchid V, 2. *Quem ego ut non excruciem, alterum tantum auri non meream*, ich wolte nicht noch einmahl so viel Geld nehmen, daß ich ihn nicht quälen solte. Livius VIII, 8. *Alterum tantum ex latino delectu adjiciebatur.* Id. X, 46. *Carvilius consul militibus ex præda centenos binos asses, et alterum tantum centurionibus atque equitibus divisit.* Cic. Orat. 56. *Pes, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut necesse sit partem pedis aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui esse majorem.*

* 13. *Alter ex. Alter* cum genitivo.

Livius LX, 52 *Alter ex censoribus M. Aemilius petit ab senatu, ut sibi pecunia ad ludos decerneretur.* Livius XL, 59. *Alter consulum Q. Fulvius ex Liguribus triumphavit.*

* 14. *Alter quisque* pro *alterni* rarum est.

Celsus III, 13. *Si febris quotidiana est, triduo primo magnopere abstinere oportet, tum cibis altero quoque die uti.* Id. III, 23. *Intermittere* diem *quartum, et invicem alterum quemque oportet.* (Immo elegans est: nec ponitur pro *alterni*. Etenim etiam aliis numeris additur, ut *tertio quoque* vel *quarto quoque die*, alle drey oder vier Tage, allezeit am dritten oder vierten Tage.)

** P.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0124
DFG

** P. *Alter* pro *primus.*

Alter pro *primus*, cum jungitur ordinalibus nominibus. Cic. XII. ep. 25. *Liberalibus literas accepi tuas, quas mihi Cornificius altero et vigesimo die (ut dicebat) reddidit*, id est, *vigesimo primo.* Ubi tamen quidam (ut Manutius, Grævius, Cortius, Gesnerus) malunt interpretari vigesimum secundum, (quemadmodum et illud Virgilii Eclog. VIII, 37. *Alter ab undecimo jam tum me ceperat annus*, de decimo tertio) videlicet quia *alter* de duobus dicitur. Sed respondere possis ex sententia Sigonii I. Emend. 16, si a vigesimo incipiamus, tum eum, qui proxime sequitur, alterum esse, sequitur autem vigesimus primus. (Sed ita tamen *alter* retinet suam propriam significationem, ut sit *secundus;* nempe vigesimus est primus, qui sequitur secundus: Sed is dies vigesimus primus. v. inpr. Gesn. in Thesaur. adde Duker. ad Liv. Epit. XLIX. init.)

* Facciolatus hæc a me probari opinatus est. Falso et temere. Autor dialogi de orat. 34. *Nono decimo ætatis anno L. Crassus C. Carbonem, uno et vicesimo Cæsar Dolabellam, altero et vicesimo Asinius Pollio C. Catonem--iis orationibus insecuti sunt, quas hucusque cum admiratione legimus.* Eutrop. V, 19. extr. *Obiit trigesimo et altero ætatis anno*, id est, ut Sueronius Ner. 57. *Obiit XXX et secundo ætatis anno.* Quem locum Eutropius sine dubio ante oculos habuit.

(*Alter* in plurali.)

Alter in plurali additur substantivis pluralis numeri tantum, ut *nuptiis*, *literis* (pro epistolis) sed interdum tamen etiam aliis. Cic. ep. IV, 14. *Quarum* (literarum) *alteris mihi gratularis* etc. Curt.

III, 7. *castris alteris pervenit ad oppidum.* Cic. Tusc. V. extr. *libros alteros quinque.)*

CAPUT XXVI.

De pronominibus ALTERUTER et ALTERNUS.

ALTERUTER der eine von beyden. Cic. VIII. ep. 17. *Duellio mandaveram, ut si vobis videretur, alteruter vestrum ad me veniret.* Id. IX. Att. 10. *Non videtur ea tua dignitas atque fides, ut contra alterutrum, cum utrique sis conjunctissimus, arma feras.* Id. IV. ep. 4. *Si alterutrum necesse sit, audire ea malis, quam videre.* Id. pro Marcell. 7. *Si in alterutro peccandum sit, malim videri nimis timidus, quam parum prudens.*

* 2. *Alteruter* cum *alter.*

Nepos Dion. 4. *Dionysius ostendit, se id utriusque facere causa, ne cum inter se timerent, alteruter alterum præoccuparet.*

II. *Alternus* ab *altero* dictum est. Horat. Carm. I. od. 4. *Alterno terram quatiunt pede,* stossen bald mit diesem, bald mit jenem Fuß auf die Erde. Plin. X, 1. *Grues alternis pedibus insistentes,* stehen bald auf diesem, bald auf jenem Fuße. Cic. pro Arch. 10. *Epigramma in Syllam fecerat malus Poëta tantummodo alternis versibus longiusculis.* Id. IV. Verr. 13. *Senatus ex aliqua civitate qui judicet, datur, cum alterne civitates rejectæ sunt.*

2. *Alternis verbis, alternis versibus* est *altero quoque verbo, altero quoque versu.* Livius VIII, 30. *Nunciant, dictatorem avidum pœnæ venire, alternis pene verbis T. Manlii facta laudantem,* fast allemal

in

in dem andern Worte. Cic. IV. Tusc. 36. *Alternis versibus intorquentur inter fratres gravissimæ contumeliæ*, es schmähet ein Bruder den andern allemal über den andern Vers.

3. *Alternis diebus* (*Livius IV, 46.) *alternis mensibus*, *alternis annis* (*Livius VII, 1.) einen Tag, Monat, Jahr ums ander.

4. *Alternis* adverbium hinc fluit; intelligitur enim *vicibus*, aut aliquid ejusmodi †. Virgil. Ecl. 3, 59. *Alternis dicetis*. Id. I. Georg. 79, I. *Alternis facilis labor*, wenn einer um den andern arbeitet, so kommt es ihnen leicht an. Cicero *vicissim* solet dicere. * Varro de R. R. III, 16. Livius II, 2. IV, 53.

* 5. *Alterni-alterni* non improbandum.

Plinius geminat hoc nomen libr. VIII, 27. *Hyænis utramque esse naturam, et alternis annis mares, alternis fœminas fieri, vulgus credit.* Id. XVIII, 32. *Luna alternis mensibus triginta implebit numeros, alternis vero detrahet singulos.* Celsus IV, 18. *Alternis diebus aqua, alternis leve et austerum vinum bibendum est.* Senec. epist. 120.

* 6. *Alternus*, pro *ambo* Poëticum *est*.

Claudian. Prol. in Mallii Theod. Consulat.

Parnassus geminos fertur junxisse volatus,
Contulit alternas Pythius axis aves.

† Scribonius Compos. 81. *Hoc medicamentum solvit, tertio quartove die, si non suppuraverint strumæ: sed si apertæ fuerint, hieme alternis, æstate quotidie.* Ergo apparet, *diebus* hic desiderari.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0127
DFG

CAPUT XXVII.

De adverbio AMANTER liebreich, wie gute Freunde pflegen.

Cic. Qu. fr. III. ep. 1. *Tibi amantiſſime petenti veniam non dedit.*

CAPUT XXVIII.

De adverbio AMPLIUS.

Amplius pro *plus.*

AMPLIUS ſæpe idem eſt, quod *plus*, Cic. IV. Verr. 1. *Recepta cauſa Sicilienſi, amplexus animo ſum aliquanto amplius.* Id. IV. Verr. 29. *Facite, quod vobis libet, daturus non ſum amplius.* *Add. IV. Catil. 5.

2. Accommodatur ad tempus ac numerum.

Cic. pro Roſc. Com. 3. *Amplius ſunt ſex menſes.* † Id. VI. Verr. 43. *Hora jam amplius in demoliendo ſigno permulti homines moliebantur*, es bemüheten ſich mit Abbrechung der Statue viele Leute ſchon länger als eine Stunde. * Livius I, 18.

Cic. VII. Verr. 59. *Amplius centum cives Romanos habebat ex conventu Syracuſano.* Id. III. Verr. 5. *Amplius centum cives Syracuſis eum cognoſcebant.* Id. pro Flacc. 28. *Laodiceæ expenſum eſt viginti pondo paulo amplius* ††. Id. II. Philipp. 16, et Liv. XLII, 7.

* 3. *Am-*

† ** Notanda hic pueris duo ſunt; primum enallage, ponitur enim *amplius* pro *plures*. Amerb. ad XII. ep. Cic. 14. Linac. lib. II. p. 107. Deinde ellipſis particulæ *quam*. Sic Cic. II. ad Att. 16. *Qui ager non amplius hominum quinque millia poteſt ſuſtinere*, id eſt, non plures, quam. Id. IV. Acad. 26. *Quid poteſt eſſe ſole majus, quem mathematici amplius duo de viginti partibus, confirmant majorem eſſe, quam terram?* pro pluribus quam.

†† In hiſce exemplis ordinavimus omnia, ut videmur, melius.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0128
DFG

* 3. *Amplius* cum genitivo perſonæ rarum eſt. †

Cæſar B. G. VI, 9, 7. *Treviri, ſi Cæſar amplius obſidum velit, dare pollicentur.*

* 4. *Amplius* pro *amplior* rarum.

Cic. II. Verr. 13. *Erit tum conſul Hortenſius cum ſummo imperio et poteſtate: ego autem ædilis, hoc eſt, paulo amplius, quam privatus.* (Non rarum putem et inſolens, ſed elegans et uſitatum. Neutrum pro maſculino ponitur in multis formulis loquendi: ut in *eſſe aliquid.* Græci εἶναί τι et τινα. Sic et nos: etwas weniges, mehr als.)

5. *Amplius* pro *inſuper* aut *præterea.*

Interdum declarat *inſuper* aut *præterea.* Cic. ad Brut. ep. 5. *Ei cum eſſem aſſenſus, decrevi hoc amplius, ut* cet. Id. IX. ep. 25. *Itaque obtemperare cogito præceptis tuis, hoc amplius navicularum habere aliquid in ora maritima.* Id. pro Mil. 13. *Quid vultis amplius?* Id. pro Arch. 4. *Nihil dico amplius.* Id. VI. Verr. 10. *At ego dico amplius, HS CCCC acceptiſſe te arguo.* Huc ſpectant illa: *Etiam hoc amplius,* auch noch dieſes. *Etiamne amplius?* Ter. Eun. I, 2.

† Hanc etiam obſervationem Facciolatus more ſuo, id eſt, callide impugnavit, et recte me diligentius conſiderare juſſit. *Nam hic*, inquit, *AMPLIUS eſt pro PLUS, neque rarum dici debet ſed frequens et elegans.* Utrum Facciolate eſt frequens? *amplius*, an *plus*? Si *amplius*: proba. Homini tam imparato nihil creditur affirmanti ſine argumentis. Sin *plus*: vide, quam belle argumenteris. Dabo exemplum: *ni* ponitur pro *niſi*. *Niſi* eſt frequens et elegans. Ergo etiam *ni*. *Topper* ponitur pro *cito*. *Cito* eſt frequens. Ergo etiam *topper*. *Plus* de perſonis dici, ego dudum docui. Quam ego riſum i lum tuum deſidero, quem tu ipſe in ſcripto duo jactas. (So, hiſticatur Schwarzius. Si uſitatum eſt *amplius* dici pro *plus*: *plus* autem genitivo jungitur uſitatiſſime: etiam in *amplius* ſic ſe res habet.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0129
DFG

*6. *Nihil amplius quam* pro *tantum*, non optimæ notæ est.

Sueton. in Claud. 16. *Alium equitem corruptelis adulteriisque famosum Claudius nihil amplius quam monuit, ut parcius ætatulæ indulgeret.* Id. in Neron. 39. *Philosophum Nero nihil amplius, quam urbe Italiaque submovit.* Id. in Vespas. Aug. 20. Id. Domitian. 3. *Domitianus quotidie secretum sibi horarium sumere solebat, nec quicquam amplius, quam muscas captare.* †

*7. *Nihil amplius quam* pro *nihil præterquam* vel *nisi*.

Cic. II. de Leg. 26. *De sepulcris nihil est apud Solonem amplius, quam ne quis ea deleat, neve alienum inferat.*

*8. *Haud* vel *non amplius*, pro *circiter* est philosophorum et historicorum. †Vid. Append.

Livius XXVIII, 2. *Duo haud amplius millia peditum, et equitatus omnis, cum Magone effugerunt.* Id. XXVI I, 40. *Cum consul per saltum iret, Thracum decem haud amplius millia ad ipsas angustias viam circumsederunt.* Plin. VI, 22. *Mare interest vadosum senis non amplius altitudinis passibus.* Add. VII, 48, et XIII, 11, et VI, 17. (De significatione vid. dicta ad Append. Quod ad usum attinet est etiam poetarum, ut Virg. in Ecl. *tres patet cœli spatium, non amplius, ulnas:* atque adeo omnium scriptorum. Negationis adjunctio non facit peculiarem usum verbi, ut opinor.)

CAPUT

† In his exemplis omissum videtur verbum *facere*, vel simile quidpiam. (vid supra in *nihil aliud quam*.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0130
DFG

CAPUT XXIX.

De adverbio AN.

1. *An, anne, an vero*, in principio.

AN, *anne*, *et an vero* in principio interrogationi ſerviunt, ac vim habent inſtandi negandique vehementius. Cic. I. Phil. 6. *An me cenſetis, patres conſcripti, decreturum fuiſſe, ut parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur?* Id. Piſ. 5. *An poteſt ulla eſſe excuſatio?* Cic. pro Balb. 23. *Anne de nobis trahere ſpolia fœderatis licebit, de hoſtibus non licebit?* * Varro R. R. III, 2. *Anne dulcior eſt fructus apud te ex bubulo pecore, quam ex apibus?* Cic. III. Verr. 48. *An vero dubitamus, quo ore iſte ceteros homines inferiore loco ſolitus ſit appellare, qui* cet. Id. pro Cluent. 22. *An vero illi ſua per ſe ipſi judicia reſcinderent, cum ceteri ſoleant in judicando, ne ab aliorum judiciis diſcrepent, providere?* Id. I. de Orat. 9. *An vero tibi Romulus illi aut paſtores et convenas congregaſſe, aut Sabinorum connubia conjunxiſſe eloquentia videtur?* * Id. pro Mil. 12 et 23.

Admonitio.

Interrogatio non recte fit per *forſan*, *forſitan et fortaſſe*, ſed per *an*, aut *an vero*, aut aliquid ejusmodi.

* 2. *An* occupantis.

An ſervit occupationi. Cic. I. Catil. 11. *Quia tandem impedit te? mosne majorum? at ſæpe etiam privati in hac rep. perniciosos cives morte multarunt. An leges, quæ de civium Rom. ſupplicio rogatæ ſunt! at nunquam in hac urbe hi, qui a rep. defecerunt, civium jura tenuerunt. An invidiam poſteritatis times? præclaram vero populo Rom. refers gratiam, qui te ad*

summum imperium extulit. Livius XLI, 24. Hæc observatiuncula supervacua est. Nulla est in *an* vis occupandi, in his exemplis, sed interrogandi simpliciter, ut ante in *ne.)*

3. *An* et *anne* interrogationi subjectum.

An sæpe interrogationi subjicitur pro *aut.* Cic. II. Phil. 1. *Qui putem? contemtumne me? non video, quid despicere possit Antonius: an in Senatu facile de me detrahi possit credidit? an decertare mecum voluit?* Id. IV. Verr. 77. *Postulo, Carpinatius mihi respondeat, qui sit iste Verrutius, mercator, an arator, an pecuarius?* * Add. id. pro Rosc. Am. 27, et Milon. 20. Cic. IV. Acad. 29. *Interrogatur, tria pauca sint, anne multa?*

4. *An* et *anne* dubitationi serviens.

Interdum dubitationi servit. Cic. in Brut. 23. *Eam orationem in origines suas retulit Cato paucis antequam mortuus est, an diebus, an mensibus?* Id. I. Att. 1. *Nos hic te ad mensem Januarium exspectamus, ex quodam rumore, an ex literis tuis ad alios missis,* wir sind deiner gegen den Jenner allhier gewärtig, ich weiß aber nicht, ob es nur ein Gerücht ist, oder ob du es an andre Leute also geschrieben. *Add. XI. Att. 6. et VIII. Att. 3. Cic. IV. Acad. 15. *Nonne, inquiunt, verisimile sit, sic mentem moveri, ut non modo non internoscat visa vera illa sint, anne falsa, sed ut in his nihil intersit omnino?* Id. pro leg Manil. 19. *Quo mihi indignius videtur, obtrectatum esse, Gabinio dicam, anne Pompejo; an utrique?* ich weiß nicht ob ich sagen soll dem Gabinio, oder dem Pompejo, oder allen beyden zugleich. * Terent. Heeyr. I, 2.

Huc

Huc pertinent illa, ubi *utrum* vel aliquid ejusmodi aut ponitur in oratione aut intelligitur. Cic. Orat. 61. *Quæsitum est, in totone circuitu illo orationis, an in principiis solum, an in extremis, an in utraque parte numerus tenendus sit.* Id. III. de Orat. *Refert etiam qui audiant; senatus, an populus, an judices? frequentes, an pauci? an singuli.*

* Eodem locus pertinet Sallustii Catilin. 25. *Pecuniæ, an famæ minus parceret, haud facile discerneres.*

Admonitio I.

In interrogationibus et dubitationibus pro *aut* reponendum est *an*, nisi forte sententia aliud postulet; nimirum quia non interrogatio aut dubitatio spectatur, sed rerum disjunctio. Cic. I. de finib. 21. *An ille tempus aut in poëtis volutandis aut in musicis contereret?* Id. I. de Or. 9. *An vero tibi Romulus ille aut pastores et convenas congregasse, aut Sabinorum connubia conjunxisse, aut finitimorum vim repressisse eloquentia videtur?* (Hanc admonitionem non intelligo.)

Admonitio II.

An, *an* pro *utrum*, *an* apud probatos scriptores rarissime dicitur de duobus. Celsus III, 6. *Id quoque videndum est, quod quidam solum præcipiunt, an adstrictum corpus sit, an profluat*, pro *utrum adstrictum sit, an profluat.* Plinius XV, 1 extr. Quintil. VII, 1. Add. Cellarius ad Plinii VIII. epist. 14, 24, et VI. ep. 16. n. 15.

* Nonnunquam tamen res ipsa vetat adhibere *utrum* de duobus, sed jure quasi suo tuetur geminum *an*. Quintil. V, 10. *Hæc et in dileberando intuemur, et in judiciis ad duas res solemus referre,*

AN VOLUERIT QUIS, AN POTUERIT. Hic non licet dicere, *utrum voluerit quis, an potuerit*, quia partes inter se non pugnant, sed belle conspirant. (nempe hic est duplex interrogatio, omissæque particulæ *primum*, *deinde*; tota igitur hæc admonitio aliena.)

* *An* dubitantis nonnunquam sic ponitur, ut *sive*, *sive* significare, certe sic commode declarari posse videatur. † (Sed non solum *an* potest esse *sive*, *sive*, verum cum præcedente verbo: ut *sponte*, *an fato*, possis forte sic capere, *sive sponte*, *sive fato*: non *an* simpliciter. Atque illud voluisse videtur Schwarzius: In plerisque melius est sequi, quod est in notula Schwarziana.) Varro de L. L. VIII, 61. *Item reprehendunt quidam, quod putant idem esse* sacrifico *et* facrificor; *et* lavat *et* lavatur. *Quod fit, an non, nihil commovet analogiam*, cet. Allein es mag dieses seyn, oder nicht, so thut es doch der analogie nichts. Tacit. Annal. II, 42, 6. *Archelaus finem vitæ sponte, an fato, implevit.* Id. Ann. XIV, 7, 1. et Ann. II, 22, 1. ††

* 5. *An* post *non est cura*, rarissimum videtur. Vide Appendicem.

Tacitus IV, 74, 1. *Neque senatus in eo cura erat, an imperii extrema dehonestarentur*, der Rath war

† Cic. I. ep. Att. 2. *Nos te hic expectamus ex quodam rumore, an ex literis tuis ad alios missis?*

†† Fortassis in hujusmodi exemplis subintelligendum est *dubito, utrum: nescio, utrum: quid dicam-ne*, vel simile quiddam. Vide infra *haud scio* et *quid dicam*? Ipsa vero interpretatio interdum vacillat. Versio quidem nostra loci Varroniani docet, quid lingua nostra vernacula aut ferat aut postulet. Facciolati linguam nostram ignorantis nihil hic valet judicium, non plus sane quam alibi.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0134
DFG

war darum nicht besorgt, ob das Reich an seinen äußersten Gränzen verunehret würde.

* 6. *An* pro *annon.*

An interdum pro *annon* poni videtur. Cic. XIII. epist. 1. *Sed quando illi non valde inimici fumus, nescio an ignoscendum sit huic, si tantopere laborat.* So weiß ich nicht, ob man es ihm nicht zu gut halten müsse, wenn er sich so gar sehr bemühet. Nepos in Thrasyb. 1. *Si per se virtus sine fortuna ponderanda sit; dubito, an hunc primum omnium ponam.* Livius III, 60. Cic. IX. ep. 18, 4. (Ceterum hoc non fit interdum et raro, sed crebro: semperque sic dicendum esse convenit inter peritos: *haud scio an non* germanismum sapit. Capienda autem hæc forma loquendi fere affirmative. Vide dicta in Ernesti Clave Cic. in *haud* et *scio*: ubi exempla sat multa. Adde Drakenb. ad Liv. XXXVII, 54. Duker. ad Flor. III, 12. cf. et infra in *Nemo* n. 2. not. †. unde intelligitur, quam necessarium sit, hanc formam recte intelligere.)

* 7. *An* arguentis et reprehendentis.

An arguit et reprehensioni servit. Cic. V. Tusc. 32 *An Scythes Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere: nostrates philosophi facere non potuerunt?*

* 8. *An* omittitur interdum.

An interdum semel, interdum sæpius omittitur. Cic. II. Tusc. 2. *Hoc doce, doleam, necne doleam, nihil interesse.* Terent. Heaut. I, 1. *Nunc habeam filium, nec ne, incertum est.* Liv. VI, 7. Plinius II. epist. 8. Tacitus Ann. III, 12, 5. *Illud reputate, Patres, turbide et seditiose tractaverit exercitus Piso; quæsita sint per ambitionem studia militum;*

armis

armis repetita provincia; an falsa in majus vulgaverint accusatores. (Non necessarium est, hic dici omissum *an;* nam et *utrum*, *ne* intelligi potest: in ultimo exemplo nullo modo *an* omissum, sed *utrum.)*

* 9. *An* - *nec ne.*

An jungit sibi nonnunquam *nec ne.* Cic. II. Catil. *Quæsivi a Catalina, an in nocturno conventu apud Leccam fuisset, nec ne.*

* 10. *Annon* absolute, intellecto verbo.

Annon subjicitur interdum interrogationibus. Terent. Phorm. I, 2. *Pater ejus rediit, annon?* Id. Phorm. V, 6. *Isne est, quem quæro, an non?*

* 11. *Annon* cum verbo.

Annon repetit interdum verbum illud, quod præcessit. Livius VIII, 13. *Dii ita vos potentes hujus consilii fecerunt, ut, sit Latinum deinde, annon sit, in vestra manu posuerint.*

CAPUT XXX.

De præpositione et adverbio ANTE.

I. ANTE præpositio est, quoties casum regit, ac sæpe ad locum, personam, tempus accommodatur. Cic. pro Mil. 10. *Clodius ante suum fundum Miloni insidias collocavit.* * Add. idem pro Rosc. Am. 5, et Cic. III. Offic. 14. XII. ep. 13. Livius XLV, 40. Cic. VI. Verr. 3. *Ante hosce Deos erant tabulæ.* * Livius VII, 33. Livius XLII, 58. Sueton. Calig. 28. Cic. II. Verr. 3. *Causam interea ante eum* (diem) *diceret.* † Item illa: *ante urbem condi-*

† Mei libri non habent *diem.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0136
DFG

conditam et alia ejusmodi. Cæsar B. C. I, 64, 8. Cic. XII. Att. 16, et id. III. ep. 7.

Interdum *personæ* additum significat simul tempus. Cic. III. Verr. 45. *Minutius quidem mortuus est ante istum prætorem.* Id. I. Acad. 4. *Omnes ante Socratem philosophi in rebus occultis et ab ipsa natura involutis occupati fuerunt.* * Id. XII. Att. 15. Id. IV. Catil. 3.

* Interdum *rei* additum significat itidem simul tempus. Cic. XII. Att. 18. *Mihi ante ædilitatem meam nihil erat cum Cornificio.* Id. XIII. ep. 18. *Si quam voluntatem in illum ante has meas literas contulisti.* Livius lib. I, 59 et XXXIX, 42.

* 2. *Ante* cum participio præteriti passivi.

Ante conjungitur interdum cum participio præteriti passivi. Cic. I. divin. 39. *Neque ante philosophiam patefactam hac de re communis vita dubitavit.* Id. V. Tusc. 3. *Lycurgi temporibus Homerus fuisse ante hanc urbem conditam traditur.* Id. I. divin. 45. Livius III, 15 et 53. Sallust. Jugurth. 110.

* 3. *Ante* cum verbis modum significantibus.

Ante sæpe jungitur cum verbis, quæ motum significant. Cæsar B. C. I, 55, 3. *Una cohors temere ante ceteras extra aciem procurrerat.* Id. B. C. II, 34, 5. *Curio milites sequi sese jubet, et præcurrit ante omnes.* Livius VII, 41. Id. VIII, 10.

** 4. *Ante* pro *præ* in comparatione.

P. *Ante* pro *præ* in comparationibus adhibetur. Balbus VIII. ad Att. 24. *Quem ante me diligo*, id est, magis quam me. Virgil. III. Aen. 321. *Felix ante alias virgo*, id est, magis quam aliæ. Hoc sensu quoties comparativo aut superlativo jungitur,

tur, abundare videtur. Id quod ex resolutione patet. Virg. I. Aen. *ante alios immanior.* (VII. Aen. *pulcerrimus*) *omnes.* Linac. V. p. 345. †

* Huc pertinet.

Ante omnia pro *præcipue.*

Liv. VII, 4. *Acerbitas in delectu invisa erat, et ante omnia cognomen imperiosi.* Id. II, 7.

* 5. *Ante* præpositio cum *quam.*

Columell. V, 5, 2. *Scrobes et sulci plurimum prosunt, si in locis temperatis ante annum fiant, quam vineta conserantur.* Id. V, 10. *Ante annum, quam seminare voles, scrobem fodito.* Id. IX, 9. XXI, 33. de Arbor. 11. Ibid. 16. Sueton. Aug. 94. Neron. 6 et 56. Id. Domitian. 23. Vellej. I, 8, 1 et 4.

* 6. *Ante* sæpe desideratur.

** *Ante* deest in his formulis *tertio calendas, nonas* vel *idus*, pro *tertio ante calendas* cet. Linac. libr. VI. p. 414.

** 7. P. *Ante diem tertium nonas* et similia, quasi per ἀναστροφὴν dicuntur, pro *tertio die ante Nonas*, ex veteri formula, quæ quum compendio sic scriberetur, A. D. ignari uno vocabulo AD legendum putaverunt. Vid. Schott. V. observ. 31. ††.

* 8. *In*

† Hic usus præpositionis *ante* non temere imitandus est. Nam eum præter poëtas fere historici modo probant, Nepos in Attic. 3. Livius I. 9. et 15. III, 58. XXIX, 23. XXXV, 14. Sallust. Catil. 53. *Sciebam gloria belli Gallos ante Romanos fuisse.* (etiam Plautus, Quintilianus etc.) Vsi sunt hac significatione præstantes scriptores; sed ne præstantium quidem hominum autoritas sequenda temere, hoc est, inconsiderate, loco alieno, sæpius quam ipsimet solent. Rem hanc ignorare Facciolatum nec verborum meorum vim perspicere, mirum est. (Argutiæ istæ sunt.)

†† Alii anastrophen hic nolunt. Malunt *ante* in his et similibus exemplis per ellipsin verbi *perfectum* declarare, quia sic et veritas

** 8. *In ante diem* pro *in* diem, *antequam totus præteriit.* Cic. I. Cat. 3. *Meministi ne, me ante diem XII. cal. nov. dicere in senatu, certo die fore in armis, qui dies futurus esset in ante diem VIII, cal. novembr.* Et paulo post: *Dixi ego idem in senatu, eædem optimatum te contuliſſe in ante diem V. calend. novembr.* Add. Livius XLV, 3. et XLIII, 16. et XLI, 16, 17. etc. (vid. ad n. 12.)

* 9. *Ex ante diem.*

Ex ante pro *ante* †. Livius XLV, 2. *Supplicatio pro concione populi indicta est ex ante diem quintum idus octobr. cum eo die in quinque dies.* Cic. III. Att. 17.

* 10. *Ante* interponitur adjectivo et ſubſtantivo. ††

Livius XXXI, 24. *Eadem negligentia Chalcidem dies ante paucos prodiderat.* Sueton. Cæſar. 81. *Paucos ante menſes tabula ænea inventa eſt.* Id. Tiber. 61.

* 11. *Ante tempus*, pro *ante tempus more aut jure vel pacto præſtitutum.* †††

Ante tempus interdum eſt *ante tempus jure vel more præſtitutum.* Cic. de Amic. 3. *Scipio factus eſt Conſul bis, primum ante tempus, iterum ſibi ſuo tempore, reip. pene ſero.* Livius XXXI, 36. *Duces cetratæ cohortis, ante tempus excitatis ſuis, occaſionem bene gerendæ rei amiſere.* Sueton. Auguſt. 26.

* 12. *An-*

ritas conſtat dictis ſcriptorum, et fides librariorum omnium conſenſui, et conſtructio grammaticis, et germana particulæ noſtræ ſignificatio. Vide Antonii Auguſtini Emendat. lib. IV. c. 6. pag. 181, 182, 183.

† Scilicet uti *ante* accipitur, quum de diebus dicitur.

†† Nihil hæc interjectio præpoſitionis habet ornamenti, niſi numerus eam poſtulet et perſpicuitas patiatur.

††† Nota hanc ſignificationem propter ſequentem; ut ellipſis undique appareat, quam nos et hic et alibi jure ſuo tueri videmur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0139
DFG

* 12. *Ante* num pro *post* ponatur?

Ante pæne videri possit interdum significare *post*, et referendum esse in numerum eorum verborum, quæ res contrarias significant, qualia sunt *altus*, *insignis* cet. †. Livius XLI, 16. *Claudius Mutinam ante triduum, quam oppugnare cœperat, receptam ex hostibus, colonis restituit*, ehe noch gar drey Tage verflossen ꝛc. Id. XLI, 50. *Paucos ante dies Perseus postquam legati ab Roma regressi præciderant spem pacis, consilium habuit*, Perseus hat von der Zeit an, da die Gesandten von Rom wieder zurück gekommen = = =, ehe noch einige wenige Tage verflossen waren, Rath gehalten. Sed locum primum Viri docti corruptum magna consensione putant, legique volunt *intra*, quod Clericus adeo in contextum recepit. In altero loco si *ante* sic caperemus, existeret frigidissima tautologia: *paucos post dies, postquam* etc. neque hic illa n. 8. explicatio locum habet, quæ tantum cadit in loca ea, ubi

† Quod supra paucis notavimus, in *ante* sæpe subintelligi vocabulum *præteritum*, vel *transactum*, vel *finitum*, vel *in vesperam inclinatum*; id illis exemplis, quæ subjicimus, præclare definitur et illustratur. Comparentur inter se et hæc et superiora exempla, ponderetur sententia exemplorum utrorumque; dubitationi nullus relinquetur locus. Neque *in ante* poterit ulla ratione declarari, nisi nostram expositionem teneas. In tanta igitur significationum conspiratione, ego, si maxime aliena esset hæc suspicio, tamen ellipsin illam, quam dixi, comprobarem. Hæc quum Jo. Clericus non curate satis perpendisset, in exemplis subsequentibus *post* substituit pro *ante*, quanquam MSS. omnia refragantur. Facciolatus autem reprehendere ausus est, quod cum ratione impugnare non poterat. Et quæ dubitanter pono ego, ea is ut asseveranter posita proponit. Suspicatur modo temere quidlibet, et suspiciones exprobrat pro criminibus ipsis. Id quod calumniæ temerariæ proprium sit, nec ne, alii videant. (vid. Noris. Cenotaph. Pis. II, 17. ubi formulam *in ante diem* eodem, quo noster, modo interpretatur, et aliorum opiniones accurate refellit; consentit etiam Gesnerus in Thes.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0140
DFG

ubi certus dierum aut annorum numerus ponitur. Reſtat ut *ante* propriam vim habeat, et *poſtquam* ſit pro *quam*.)

* 13. *In* et *ante* opponuntur.

Juſtinus II, 10, 1. *Darius decedit; relictis filiis et in regno et ante regnum ſuſceptis.* (Hoc nihili eſt. Forma *ante regnum* pertinet ad n. 1.)

* 14. *Multo ante.*

Livius XXVII, 42. *Conſul multo ante noctem copias reduxit.* † Cic. IV. ep. 3, 3.

* 15. *Ante-poſtea.*

Plinius XXIII, 1. *Meracis potionibus per viginti dies ante canis ortum, totidemque poſtea, ſuadet Heſiodus uti.*

* 17. *Ante omnia-tum*, pro *primum-tum.*

Celſus VII, 30. de Condyl. cur. *Alvus ante omnia ducitur; tum volſella tuberculum apprehenſum juxta radices excidatur.* Id. VIII, 2.

II. De Adverbio *ANTE.*

Ante adverbium eſt, cum nullum caſum regit, cui opponitur *poſt*. †† Cic. II. finib. 10. *Qui philoſophi eſſe volunt, aſoti ante fiant.* Id. I. Tuſc. 29. *Paucis ante diebus, cum poſſet, e cuſtodia educi noluit.* Id. IV. ep. 9. IV. Att. 7. II. Phil. 40. Livius XL, 38.

Admonitio.

Cum dicimus *paucis ante diebus, annis, menſibus*, ſextus ille caſus non ab *ante* regitur, ſed eſt ablativus temporis: perinde ac ſi diceretur: *paucis diebus, vel menſibus, vel annis ante.*

* 2. *Ante*

† Scil. *tempore.* Vide Grammaticam noſtram Latinam in ellipſi nominis *tempus.*

†† Vel *pone.* Cic. Univerſ. p. 203.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0141
DFG

* 2. *Ante* locum significat.

Ante accommodatur ad locum, qui petitur, seu ad quem tenditur. Cic. V. de Fin. 12. *Si aut manibus ingrediatur quis, aut non ante, sed retro; fugere plane seipse, et hominem ex homine exuens naturam odisse videatur*, wenn einer entweder auf den Händen oder nicht vor sich, sondern rückwärts (hinter sich) gienge.

Accommodatur ad locum, in quo subsistitur. Livius XXII, 5. *Fors conglobabat, et animus suus cuique ante et post pugnandi ordinem dabat.* Colum. VI, 2.

* 3. *Ante* pro *citius, magis.*

Cic. VI. ep. 3, 4. *Si id vel ante ceciderit*, id est, *magis acciderit.*

* 4. *Ante*) (*heſterno die.* †Vide Append.

Livius XLIV, 38. *Quantum numero nos præstent hostes, neminem vestrum nec ante ignorasse, et heſterno die implicatam intuentes aciem animadvertisse, certum habeo.*

* 5. *Ante*) (*hoc tempore* vel *nunc.*

Cic. Philipp. X, 6. *Vatinius et ante jure laudatus a nobis, et hoc tempore merito laudandus est.* Cic. XIV. ep. 14. *Et feci ante et facio nunc, tibique gratulor.* Id. IX. Att. 4. Id. III. Qu. fr. 9. Id. VII. ep. 11.

* 6. *Ante*) (*post. Ante*) (*postea.*

Celsus VI, 15. *Quoties medicamentum injicitur, et ante et post os diluendum est.* Id. VIII, 10. Colum. XI, 1. Celsus VIII, 16. *Si ante reposita ossa non sunt, postea reponenda sunt.* Id. VII, 7. Plinius XXVI, 8, et XXVIII, 12.

* 7. *An-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0142
DFG

* 7. *Ante*) (*tum*, vel *tunc*.

Livius II, 52. *Ut in publico periculo ante, sic tum in suo, tribunos refutando periculum audacia discussit.* Id. XXIV, 32. XLV, 4. XXII, 22. Celsus III, 12. Livius XXX, 34. *Auxiliares paulo ante non adjuti, et tunc excluſi.*

* 8. *Ante*) (*in*. † Vide Append.

Celsus VII, 26. de sign. calc. *Calculus arenoſus et ante manifeſtus eſt, et in ipſa curatione.* (non hic *ante* et *in* se respiciunt, sed *ante* (sc. curationem,) et, *in ipſa curatione:* pro quo si dixisset, *et dum ipſa curatio fit;* an diceremus respicere se *ante* et *dum?* Non opinor.)

* 9. *Ante* cum *tanto* vel *multo*. ††

Cic. II. Philipp. 33. *Jam calendis januariis futurum eſſe prævideras, et tanto ante prædixeras.* Id. Verr. V, 34. I. orat. 7. Quintil. II, 4. *Femina ad multo ante præcogitatum revoluta facinus, venenum diluit.* Livius XL, 4. Suet. Tiber. 67.

* 10. *Paulo ante - cum.*

Livius XXVII, 28. *Paulo ante hic nuncius Conſulis Salapiam venerat, cum literæ ab Annibale allatæ ſunt, ſe nocte Salapiam venturum.* (Sed *cum* nullam habet conjunctionem cum *paulo ante*, sed cum verbo *venerat:* ut, *multi anni ſunt, cum in ære meo eſt* et alia similia. Vid. et n. 15.)

* 11. *Ante* adverbium in pleonasmis.

Ante adverbium sæpe abundat post verba composita cum *præ*. Terent. Andr. I, 5. *Nonne oportuit præſciſſe me ante.* Linac. libr. VI. p. 476.

†† Sic *aliquanto ante*, et similia. Cave enim dicas *tantum ante, multum ante, aliquantum ante.* Subintelligitur enim *tempore*, vel simile quid. Cic. tamen III. ep. 11, 2. *Permultum ante certior factus eram*: (in quo *tempus* pariter intelligi potest.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0143
DFG

* 12. *Ante* interponitur nominibus sæpissime.

Ante adverbium cum nominibus tempus quoddam significantibus junctum, interponitur adjectivo et substantivo. Livius XL, 4. *Perseus Herodicum multis ante annis occiderat.* Livius XLI, 11. Idem XXXIX, 21. XXXI, 1. Cic. pro Cluentio 16.

* 13. *Ante* subjicitur nomini temporis.

Ante adverbium si cum nomine temporis conjungendum est, eidem subjicitur. Livius XL, 40. *Prætor biduo ante venerat.* Id. XL, 52. *Voverat ædem annis undecim ante Aemilius Regillus.* Id. XLI, 27.

* 14. *Ante* præponitur nomini temporis rarius.

Ante raro præponitur nomini temporis cum adjectivo copulati. Livius XL, 52. *Aemilius templa bello Ligustico ante annis octo voverat.* Id. XXXVIII, 52.

* 15. *Ante - cum.* † Vide Append.

Livius XXVIII, 8. *Non plus mali meriti Aetoli Antiochi bello, quam boni ante, cum adversus Philippum bellatum est, fecerunt.* (*cum* hic proprie nullam relationem habet ad *ante* ut n. 10 et alibi, nam totum hoc *cum - - est* explicat τὸ *ante* et tempus accuratius definit.)

* 16. *Ante - deinde*, vel *dein*, pro *primum - deinde*, valde rarum est, nec imitandum.

Celsus VII, 29. *Id agendum est, ut ante caput, deinde reliqua pars auferatur.* Plinius XXXIV, 13. *Purgatur ante pinna, dein crassiore lotura,* (si nec insolens, nec fugiendum est *ante - - post* n. 6. nec *ante* et *deinde*, item *ante* et *tam* rarum aut cavendum erit.)

* 17. *An-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0144
DFG

* 17. *Ante-tum* pro *primo-deinde* rariſſimum. † Vide Appendic.

Celſus V, 26. *Ante dicam de his, quæ in quamlibet partem corporis incidunt: tum de his, quæ certas partes infeſtant.* Id. VI, 18. de Condyl. Id. III. 19. *Si cibum non accipit, perunctum ante perfundere aqua frigida convenit, et tum dare.*

* 18. *Ante-mox.* (eodem ſenſu.)

Plinius XXXIII, 1. *Plane affirmare poſſumus, nummos ante apud nos, mox cœpiſſe annulos.*

* 19 *Ante-deinde. tum*, pro *primum, deinde, tum.*

Celſus VI, 6. *Ante tonderi ad cutem convenit: deinde in balneo aqua calida quam plurima caput atque oculos fovere: tum utrumque penicillo detergere.*

* 20. *Ante* pro *magis.*

Plaut. Caſin. Prolog. 7. *Antiqua opera et verba quam vobis placeant, æquum placere eſt ante veteres fabulas.*

** 21. D. *ante* interdum ſequenti dictioni per ὑφὲν coaleſcit. Schott. II. obſ. 42. Virg. I. Aen. 202. *Neque enim ignari ſumus ante malorum.* Græci beneficio articuli ſignificantius τῶν ἔμπροσθεν κακῶν. Taubm. ad Plaut. p. 1143. Reſolvi poteſt per antimeriam, ut *ante mala* ſint *præterita.* Conſimiliter ANTEA et POSTEA reperitur apud Florum libr. II, 6. *Duo omnium et antea et poſtea ducum maximi.*

CAPUT XXXI.

De adverbio ANTEA, zuvor, et ANTEHAC vor dieſem.

I. ANTEA dictum quaſi *ante ea*, cui *poſtea* opponitur. Cic. I. ep. 9. *Appius in ſermonibus antea*

dictabat, postea etiam dixit in senatu. * Add. Brut. 5, et de Orat. 2. Sueton. Domitian. 2. Livius VIII, 18, et XLII, 41.

* 2. *Antea*)(*hoc tempore.* † Vide Append.

Cic. VI, 21. *Te ut antea consolabar, hoc tempore monebo.* Id. IV. ep. 15. XI. ep. 8. VI. ep. 12.

* 3. *Antea*)(*nunc.* *Antea*)(*nunc jam.*

Cic. pro leg. Man. 5. *Hunc audiebant antea; nunc præsentem vident.* Id. IX. ep. 16. II. ep. 17. et I. Att. 9. Liv. V, 17. *Antea populi Etruriæ id negarunt Vejentibus: nunc jam fortuna negat.* Livius V, 2.

* 4. *Antea*) (*nuper.*

Cic. off. II, 7. *Si antea fuit ignotum, nuper est cognitum.*

* 5. *Antea*) (*post*, adverbium. *Antea*) (*post*, præpositio.

Cic. I. Att. 9. *Et mea sponte faciebam antea, et post duabus epistolis tuis magnopere sum commotus.* Cic. IV. Att. 3. *Antea habebat difficilem causam: post has ruinas vix jam decimum designatorem retinet.* Id. II. offic. 8.

* 6. *Antea*) (*proxime.*

Cic. XIII. ep. 18. *Patris cum aliquoties antea, tum proxime hoc miserrimo bello, domus ejus tota mihi patuit.*

* 7. *Antea*) (*tum.* *Antea*) (*tunc.*

Cic. pro Mil. 21. *Semper ille antea cum uxore, tum sine ea.* Livius XXIII, 19. Livius XXIX, 9. *Quæ antea per libidinem atque avaritiam fœda exempla in socios ediderat, tunc ab ira multiplicia edebat.*

* 8. *Antea - cum.* *Antea - dum.*

Antea sequente *cum.* Cic. IV. Att. 3. *Antea cum judicium nolebat, habebat ille difficilem causam.* Id.

Id. IX. Att. 14. et V. Verr. 41. Terent. Andr. I, 1. *Antea qui scire posses aut ingenium noscere, dum ætas, metus, magister prohibebant?* (vid. ad n. 15. in *ante* adv.)

* 9. *Antea - deinde - postremo.*

Livius VIII, 8. *Clypeis antea Romani usi sunt, deinde postquam stipendiarii facti sunt, scuta pro clypeis fecere. Postremo in plures ordines instruebantur.* (vid. in *ante* adv. n. 16..)

* 10 *Antea - mox - nunc.*

Plinius IX, 11. *Oppidum sub Rhodope Poneropolis antea, mox a conditore Philippopolis, nunc a situ Trimontium dicta.*

II. ANTEHAC.

Antehac est *ante hoc tempus*, cui contrarium est *posthac* et *nunc*. Cic. XII. ep. 23. *Atque antehac quidem sperare saltem licebat; nunc etiam illud ereptum est.* * Terent. Andr. I, 2. *Quod antehac fecit, nihil ad me attinet. Nunc hæc dies aliam vitam affert.*

* 3. *Antehac - tunc.*

Tacitus III, 25, 2. *Ut antehac flagitiis, ita tunc legibus laborabatur.*

III. *Ante hoc - mox*, rarum.

Tacitus Germ. XIII, 3. *Ante hoc domus pars videntur, mox reipublicæ.*

CAPUT XXXII.

De adverbio ANTEQUAM * et ANTEAQUAM.

ANTEQUAM alias cum conjunctivo, alias cum indicativo modo copulatur. Cic. I. Philip. 1.

Antequam de republica, patres conscripti, dicam, quæ cet. Id. IV. Verr. 1. *Antequam de incommodis Siciliæ dico.*

2. Interdum *antequam* pluribus verbis interjectis distrahitur. Cic. pro Rab. 9. *Ea causa antea mortua est, quam tu natus esses.* Id. X. ep. f. 16. Liv. XLII, 47. Id. XXXVIII, 25.

* 3. Interdum unum aut duo solum verba interponuntur. Cic. II. ep. 2. *Pater tuus superasset omnium fortunam, si ei contigisset, ut te ante videret, quam e vita discederet.* Id. X. ep 3. Livius XLI, 2. *Non ante finitum est prælium, quam tribunus militum interfectus est.* Id. XLII, 52. XXXIX, 10.

* 4. *Antequam · jam.* † Vide Appendicem.

Cic. in Brut. 13. *Antequam delectata est Atheniensium civitas hac laude dicendi; multa jam memorabilia et in domesticis et in bellicis rebus effecerat.* (Nulla relatio est inter *antequam* et *jam.*)

* II. ANTEAQUAM.

Quæ de *antequam* dicta sunt ab Auctore nostro, eadem in adverbium *anteaquam* transferri possunt. Cic. III. ep. F. 6. Clodius dicebat, *nisi ego successor essem, quem tu cuperes videre, te antea, quam tibi successum esset, decessurum fuisse.* Id. XI. ep. 13. *Hora antea præsidium meum Pollentiam venit, quam Trebellius cum equitibus,* (Hoc verbum dubium est. Unus locus, in quo bonæ editiones habeant, est Ciceronianus primus. In ceteris locis omnibus, unde exempla proferuntur, boni libri habent aut *ante quam*, ut in altero hoc Ciceronis, aut *antea cum.* Atque etiam in primo illo, Cod. MS. apud Græv. habet *ante*, non *antea*, quod præferre recte jubet

jubet Dukerus ad Liv. 35, 25. Consentit Gesnerus in Thes. Hic ergo erat, quare adderetur *rariſſimum, nec imitandum.)*

CAPUT XXXIII.

De præpoſitione APUD.

1. *Apud* pro *prope.*

Cæſ. B. G. II, 7, 3. *Remi pauliſper apud oppidum morati, ad caſtra Cæſaris contenderunt.*

2. *Apud* (cum nomine ſcriptoris) pro *in libro.* †

Cic. de Senect. 22. *Apud Xenophontem moriens Cyrus major hæc dicit.* Ib. 9, et de divin. I, 26, et Offic. I, 9. Nec obſtat locus Aſcon. Pedian. in orat. pro Milon. 14. *Et legimus apud Tironem libertum Ciceronis in libro quarto de vita ejus oppreſſum a Clodio L. Cæcilium prætorem.*

3. *Apud* pro *in animo*, vel *de ſententia, ſecundum mores* cet.

Cic. de Amic. 4. *Apud me plus valet antiquorum autoritas.* Id. II. Att. 9. *Nihil me turpius apud homines fuiſſet.* Nepos in præfat. *Hæc omnia apud nos partim infamia, partim humilia atque ab honeſtate remota ponuntur.* Id. in Epamin. 1. bis.

4. *Apud* pro *in domo* vel *caſtris*, vel *ſimili* nomin.

Cic. de Amic. 20. *Neoptolemus apud Lycomedem erat educatus.* Id. I. Att. 6. *Apud te eſt, ut volumus*, es ſteht in deinem Hauſe noch alles wohl. Id. IX. ep. 9, et Catil. I, 4. Cæſar B. G. IV, 8. *Legati ſitut apud Cæſarem.* Cæſar B. G. V, 27, 2.

† Nonnunquam *in legibus.* Cic. II. de Leg. 26. *De ſepulcris* nihil *eſt apud Solonem amplius.* Et ſic per eandem Metonymiam alias quoque ſignificationes aſſumere poteſt, quæ tamen univerſæ fere conveniant cum ea, quam propoſuimus.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0149
DFG

Quas Aduatici obsidum numero missos apud se in servitute et catenis tenuissent, id est, in finibus, in terris suis.

5. *Apud me sum.*

Apud me sum ponitur pro *compos mentis sum.* Terent. V, 4. *Vix sum apud me; ita animus commotus est metu.* Id. Heauton. V, 1.

6. *Apud* pro *a partibus* vel *a parte.* † Vide Append.

Cic. I. off. 11. *Tantopere apud nostros justitia culta est, ut ii, qui nationes devictas bello in fidem recepissent, earum patroni essent.* Tacit. Ann. VI, 22, 2. (Possis etiam dicere in hac forma, quæ valde frequens est, *apud* esse idem quod *a*, ubi verbum passivum est: idque mihi facilius et melius videtur. Sic placere video etiam Gesn. in Thes. Ceterum ad eundem modum licet dicere *apud* subinde esse *in*, ut in his: *apud exercitum*, *apud villam*, *apud forum*, etiam interdum *apud urbem*, (ut in *ad urbem*) *apud Judæam*, *apud senatum*, *apud consilium* etc. Similiterque aliis præpositionibus explicare licet.)

7. *Apud* interponitur nominibus rarissime, s. postponitur. Tacitus IV, 5, 1. *Italiam utroque mari duæ classes, Misenum apud et Ravennam proximumque Galliæ littus rostratæ naves præsidebant.*

CAPUT XXXIV.

De conjunctionibus AST et AT.

AST pro *sed* rarum est apud oratores, non tamen inusitatum. Cic. I. Att. 13. *Crebras a nobis literas expecta: ast plures etiam ipse mittito.*

2. *A*

2 *At* multiplices et egregios usus habet.

Ferme enim adversatur. Cic. I. Philipp. 5. *Misi pro amicitia, qui hoc diceret; at ille vobis audientibus* cet. Id. II. Philip. 4. *Quid est minus, non dico oratoris, sed hominis? quam objicere adversario, quod ille si verbo negarit, longius progredi non possit, qui objecerit? at ego non nego, teque in eo ipso convinco inhumanitatis.* Dixerat enim, se negare posse. *Id. I. off. 11, et IV. ep. 9.

3. *At* in principiis continuat orationem.

At in principiis sæpe continuat orationem. Cic. pro Dom. 44. *At videte hominis intolerabilem audaciam.* Id. Verr. II, 42. *At quemadmodum corrupisti?* Id. I. Philip. 8. *At quæ est ista tertia decuria?* Id. IV. Verr. 4. *At quemadmodum venerunt?* Wie sind sie aber gekommen?

4. *At* in principio servit occupationi, vel objectioni.

Alias servit occupationi, vel objectioni, pro quo, dicat aliquis. Cic. II. Philip. 9. *At ego suasi. Scilicet is animus erat Milonis, ut prodesse reipublicæ sine suasore non posset. At lætatus sum. Quid ergo? in tanta lætitia cunctæ civitatis me unum tristem esse oportebat?* Id. Verr. II, 78. *At mores commodi. Quis contumacior? at hæc sine cujusquam malo; quis acerbior?* *Id. VI. ep. 6, et VII. ep. 24.

*β. *At* occupantis, vel objicientis, cum *certe*. †Vide Appendic.

Cic. de Orat. 42. *At dignitatem docere non habet. Certe, si quasi in ludo*, aber möchte man sagen, es ist schlechter respect bey dem Lehren. Es ist wahr, wenn man so lehrt, wie ein Schul-Lehrer; wenn man einen ordentlichen Lehrer in der Schule abgiebt. (Hæc

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0151
DFG

(Hæc ratio locum habet in reſpondendo, et quidem tum, cum objectionem ex parte, aut aliquo ſenſu etc. concedimus. Ceterum ſub *certe* hoc ponendum erat. Nam proprie τὸ *certe* cum τῷ *at* nullam hic conjunctionem habet. Idemque de ſequentibus fere numeris monendum.)

* γ. *At* occupantis, vel objicientis, cum *at*, vel *vero*.

Cic. I. Nat. Deor. 41. *At etiam de ſanctitate, de pietate adverſus Deos, libros ſcripſit Epicurus. At quomodo in his loquitur? ut Coruncanum aut Scævolam Pontifices maximos te audire dicas.* Add. Cic. ſenect. 11.

2. Cic. Parad. V, 2. *At ſumus, inquiunt, principes civitatis. Vos vero ne ſervorum quidem veſtrorum principes eſtis.*

* δ. *At* occupantis, vel objicientis cum *ne*, vel *an*, vel *ſed*, vel *quis*.

At occupantis ſequitur interdum interrogativum *ne*, vel *an ſed* vel *quis*. Cic. I. N. D. 41. *At dolore vocant dii. Satin' eſt id ad illam abundantem bonis vitam beatiſſimam?* Cic. I. Nat. Deor. 41. *At eſt deorum eximia quædam præſtansque natura - - An quicquam eximium poteſt eſſe in ea natura, quæ ſua voluptate lætans nihil agat?* Cic. IX. Att. 12. *At Sulla, at Marius, at Cinna recte, immo fortaſſe arma contra patriam tulerunt. Sed quid eorum victoria crudelius?* Cic. IX. ep. 6. *At in perturbata republ. vivimus. Quis negat? ſed hæc viderint, qui nulla ſibi ſubſidia ad omnes vitæ ſtatus paraverunt.* Cic. II. Div. 23, et 35.

* ε. *At* occupantis, vel objicientis, cum *imo*.

Interdum apponitur *imo*, cum reſpondetur ad hypophoran. Cic. Brut. ep. 4. *At hoc ipſum, inquies,*

inquies, inique facis, qui hostilis animi in rempubl. homines cives appelles. Immo justissime. Id. I. divin. 29. *At somnia multa falsa. Immo obscura fortasse nobis. Sed sint falsa quædam* cet. Cic. X. Att. 14. Liv. XLI, 7.

5. *At* in medio servit subjectioni.

At in medio sæpe servit subjectioni. Cic. III. Verr. 55. *Socium ne admittito. Quid ita? ne vitiosum opus fieret? at erat probatio tua, ne parum locuples esset? at erat, et esset amplius, si velles populo cautum prædibus et prædiis.* Id. Orat. 67. *Domus tibi deerat? habebas: pecunia superabat? at egebas.* * Id. pro Mil. 6, et I. Catil. 2.

* 6. *At* servit repetitioni objectionis.

At non multum ab occupatione differt, cum servit repetioni objectionis alibi præpositæ, vel argumenti alibi allati. Cic. II. de Divin. 29. *At mors insecuta Gracchum est. Causa quidem credo aliqua morbi gravioris, non emissione serpentis*, ja, sagest du oben im 18. Capitel des 1sten Buchs: *Gracchus* ist bald darauf gestorben. Das glaube ich gar wohl, aber vielleicht an einer ziemlich schweren Krankheit. Id. II. Divin. 31. coll. lib. I, 34, et II, 32. I, 45.

7. *At* execrantis.

Non raro execrantis. Terent. Hecyr. I. 2. *At te dii deæque perdant cum isto odio.* Virgil. Aeneid. II. 534.

At tibi pro scelere (exclamat) pro talibus ausis
Dii, si qua est cœlo pietas, quae talia curet,
Persolvent grates dignas, et praemia reddant
Debita, qui nati coram me cernere letum Fecisti.

* Ter. Andr. IV, 1. et Eun. III, 1.

8. *At*

8. *At* servit amplificationi.

Nonnunquam amplificationi. Cic. pro Mil. 17. *Itaque antevertit: at quo die?* Id. pro Cluentio 70. *Una mater oppugnat: at quæ mater?* Aber was vor eine Mutter. Id. IX. ep. 20. *Habuisses non hospitem, sed contubernalem; at quem virum?* Id. II. Philipp. 37.

At in responsionibus.

Sallustius Catilin. 40. *At ego, inquit, vobis rationem ostendam, qua tanta mala ista effugiatis.*

9. *At* in exclamatione et imploratione.

Alias exclamationi et implorationi. Cic. III. Verr. 46. *At per Deos immortales, quid est, quod de hoc dici possit?*

10. *At* pro saltem.

Interdum usurpatur pro *saltem*. Cic. pro Quint. 31. *Quintius Nævium obsecravit, ut aliquam si, non propinquitatis, at aetatis suae: si non hominis, at humanitatis, rationem haberet.* Id. pro Mil. 34. *Si mihi republ. bona frui non licebit, at carebo mala.* Id. pro Dom. 50. *Esses omnia si minus re, at verbis legitimis consecutus*, du hättest alles, wo nicht in der That selbst, doch wenigstens den gebräuchlichen Worten nach, erlangt.

* 11. *At* in concessionibus.

At servit etiam concessioni. Cic. III. Att. 15. *Ausius ejusdem diei scribens ad me acta, non ita laudat Curionem. At potest ille aliquid praetermittere.*

* 12. *At e contrario. At enim vero. At contra* rara sunt apud probatos autores.

At additum habet interdum *è contrario*. Nepos in Eumen. I. *Apud nos mercenarii scribae existimantur:*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0154
DFG

mantur: at apud Graecos e contrario nemo ad id officium admittitur, nisi honesto loco cognito. Colum. XI, 3. (Cic. off. I, 11. *Majores nostri Tusculanos, Aequos etc. in civitatem etiam acceperunt: at Carthaginem et Numantiam funditus sustulerunt.)*

At enim vero habet Livius V, 9. *Ceteri tribuni militum nihil contradicebant. At enim vero Sergius Virginiusque intercedebant senatus consulto.*

At contra est apud Tacitum V, 28, 4. *Cornutus taedio curarum mortem in se festinavit. At contra reus nihil infracto animo quatiebat vincula, vocabat ultores Deos.* Sallust. Catil. 12.

CAPUT XXXV.

De AT ENIM, AT VERO et AT NUNC.

AT ENIM in occupationibus frequens est. Cic. II. Philipp. 2. *At enim te in disciplinam meam tradideras. Nae tu, si id feciſſes, melius famae tuae consuluiſſes*, du giebſt aber vor, du habeſt dich ꝛc. Id. pro leg. Man. 17. *At enim vir clariſſimus Q. Catulus itemque Hortensius dissentiunt*, es möchte aber jemand ſagen ꝛc. Ib. 20. *At enim nihil novi fiat contra exempla atque instituta majorum*, es möchte aber jemand einwenden, man ſolle nichts neues aufbringen.

β. *At enim - certe* vel *qui.* † Vide Append.

At enim interdum comitem trahit *certe* vel interrogativum *qui.* Cic. Off. III, 29. *At enim ne iratus quidem Jupiter plus Regulo nocuisset, quam sibi nocuit ipse Regulus. Certe, si nihil malum esset, nisi dolere.* (vid. c. ſuperiori n. 4. β. eſtque obiiciendi formula) *certe*, concedentis.

Liv. XXXIX. *At enim illa certe vestra sunt, Archaei, quod leges Lycurgi sustuliſtis, quod muros diruiſtis.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0155
DFG

ruiſtis. Quæ utraque ab iisdem objici qui poſſunt, cum muri Lacedaemoniis ad diſſolvendam Lycurgi diſciplinam extructi ſint, (hoc exemplum quo poſitum ſit, aſſequi non licet: certe eſt alienum ab hoc loco. Relativum *qui* nullam habet conjunctionem cum particulis *at enim*, in quibus eſt objectionis formula.)

*2. *At enim* indignantis vel dolentis in caſtigationibus et reprehenſionibus, cet.

At enim ſervit reprenhenſioni. Cic. I. off. 40. *Cum Sophocles dixiſſet: o puerum pulchrum, Pericle: Pericles ait: at enim praetorem, Sophocle, decet non ſolum manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere.* Huc refer, quum per *ſed*, allein, aber, verti poteſt ſermo indignantis. Cic. III. Orat. 12. *Id ſi feceris, multa hic hodie vitia ponemus. At enim non ſine meo periculo, Craſſus inquit, poſſum te reprehendere.* Id. III. Orat. 49. *Quid diſputatione iſta afferri poteſt elegantius, aut omnino dici ſubtilius? At enim vereor, inquit Craſſus, ne haec difficiliora iſtis ad perſequendum eſſe videantur.* Id. II. invent. 17. et pro Mur. 35. Terent. Phorm. III, 2. *Audi, quod dicam.* Dor. *At enim tædet jam audire eadem millies.* Livius III, 68, et XXXVIII, 59.

II. AT VERO.

At vero plerumque adverſatur, et uſurpatur initio ambitus. Cic. III. Nat. Deor. 36. *Virtutem nemo umquam acceptam Deo retulit. At vero aut honoribus aucti, aut re familiari, cum diis gratias agimus, tum nihil noſtrae laudi abſumtum arbitramur.* Id. pro Marc. 4. *Nihil eſt opere aut manu factum, quod aliquando non conficiat et conſumat vetuſtas.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0156
DFG

vetuſtas. At vero hæc tua juſtitia et lenitas animi floreſcet quotidie magis. Id. II. off. 20, et Id. II. off. 23.

* 2. *At vero* in occupationibus.

At vero etiam occupationi et objectioni ſervit. Sulpitius IV. epiſt. Cic. 5. *At vero malum eſt liberos amittere. Malum, niſi hoc pejus ſit, hæc ſufferre et perpeti.* Cic. II. Philip. 15. *At vero Pompeji voluntatem a me abalienabat oratio mea. An ille quenquam plus dilexit?* Id. VII. Verr. 17.

* 3. *At vero* in ratiocinando (ſ. aſſumendo.)

At vero concludentium eſt interdum. Cic. pro Roſc. Am. 40. *Recte majores eum, qui ſocium fefelliſſet, in bonorum virorum numero non putarunt haberi oportere. At vero T. Roſcius non unum rei pecuniariæ ſocium fefellit.*

III. *AT NUNC*, ſo aber, poſt narrationem optationis irritæ, (vel quodlibet, contrarium.)

Cic. X. ep. 28. *Quam vellem ad illas pulcerrimas epulas me invitaſſes, reliquiarum nihil haberemus. At nunc cum iis tantum negotii eſt, ut veſtrum illud divinum in remp. beneficium nonnullam habeat querelam.*

CAPUT XXXVI.

De AT ETIAM et ATTAMEN.

AT ETIAM (ἔτι τε) indignationi ſervit, et irriſioni rerum diſſentanearum. Cic. II. Phil. 34. *Quid indignius, quam vivere Antonium, qui Cæſari impoſuerit diadema. At etiam inſcribi juſſit in faſtis, Cæſari Antonium regnum detuliſſe, Cæſarem uti noluiſſe.* * Terent. Andr. IV, 5. Cic. II. Phil. 34.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0157
DFG

II. ATTAMEN.

Attamen (ἀ μὴν ἀλλὰ †) idem fere, quod *tamen*. Cic. III. de fin. 15. *Sed quanquam Stoici negent nec virtutes nec vitia crescere; attamen utrumque eorum fundi quodammodo et quasi dilatari putant.* Id. Verr. II, 24. *Verres non per præstigias, sed palam per potestatem totum oppidum compilavit. Attamen ut possit se dicere emisse, Artagatho imperat, ut aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummorum dicis causa daret.* * Id. II. Att. 18. et Id. III. ep. 6.

2. P. ** *Attamen* per tmesin disjunctum. Cic. de senect. 18. *At morositas tamen et ea vitia, quæ dixi, habent aliquid excusationis.*

CAPUT XXXVII.

De conjunctione ATQUI.

ATQUI (καί τοι) sæpe continuat orationem, non secus quam *atque etiam*, sed vi quadam majore. Cic. pro Mil. 4. *Atqui si tempus est ullum jure hominis necandi, quæ multa sunt, certe illud est* cet. Nun aber wenn irgends eine Zeit ist, da man einen Menschen mit Recht tödten kann; wie denn solche Zeiten oft vorkommen, ꝛc. †† Id. pro Mil. 15. *Atqui erat id temporis clarissimus et fortissimus consul inimicus Clodio.* * Id. pro Arch. 8. et de Senect. 22.

2. *Atqui* pro *at vero*.

Nonnunquam adversatur similiter, ut *at vero*. Cic. II. Agr. 6. *Hoc animo legem sumsi in manus, ut*

† Hæc formula græca quum tam frequens sit in scriptis græcis, notior est, quam ut exempla subsequentia cum ea consentire possit dici. (In primo exemplo *attamen* potius respondet in græco οὐως: sed in altero *attamen* capere licet pro *enimvero*: quod est sane ἀ μὴν ἀλλὰ)

†† In hoc exemplo *atqui* videtur ratiocinantis esse. (Item in altero.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0158
DFG

ut eam cuperem esse ejusmodi, quam Consul et honeste et libenter posset defendere. Atqui ego a primo capite legis usque ad extremum reperio, Quirites, nihil aliud cogitatum, nisi ut decem reges ærarii constituerentur. Id. Verr. III, 86. et Brut. 15. et I. Parad. 2. et Parad. III, 1. ad Att. VII, 7.

Huc refer eum usum, quum in responsionibus pro *vero*, *enim vero*, ponitur. Vid. Cic. de Orat. I, 36. et II, 14, et 50. Item de senect. 17. (Verr. II, 59. *Modum statuarum haberi nullum placet? atqui habeatur necesse est.)*

3. *Atqui* pro *et tamen*, (*enim vero.*)

Interdum declarat *et tamen* Cic. Verr. I, 42. *Atqui in his rebus multa videmus ita sancita esse legibus, ut ante facta in judicium non vocentur.* Id. pro Sext. 37. *Atqui ne ex eo quidem tempore id egit Sextius.* * Id. VII. Att. 7. et VII. Att. 3.

* 4. *Atqui* ratiocinantis.

Atqui servit assumtioni ratiocinantis. Cic. Parad. III, 1. *Quod si virtutes sunt pares inter se, paria etiam esse vitia necesse est. Atqui pares esse virtutes facile potest perspici.* Id. pro Mil. 12.

* 5. *Atqui* occupationi objectioni servit.

Atqui servit occupationi. Cic. pro Mil. 20. *Atqui excelso loco superiorem se fore putabat Milo, et ob eam causam eum locum ad pugnam potissimum delegerat. At in eo loco potius expectandum ab eo, qui ipsius loci spe facere impetum cogitarat.* Id. in Brut. 83. *Atqui eæ notæ sunt optimæ. Credo: sed nimia vetustas nec habet eam quam quærimus suavitatem, nec est jam sane tolerabilis.*

CAPUT XXXVIII.

De conjunctione AUT.

I. AUT notæ est significationis noti usus. Nonnunquam perspicuitatis causa de industria vel iteratur, vel sæpius repetitur. Cic. I. off. 9. *Sunt etiam qui aut studio rei familiaris tuendæ, aut odio quodam hominum, suum se negotium agere dicant.* Et paulo post: *Magis ea percipimus atque sentimus, quæ nobis ipsis aut prospera, aut adversa eveniunt, quam illa, quæ ceteris.* Vid. præsertim id. pro leg. Man. 11.

Cic. I. offic. 9. *Deserendi officii plures solent esse causae. Nam aut inimicitias, aut laborem, aut sumtus suscipere nolunt, aut etiam negligentia, aut suis studiis quibusdamve occupationibus impediuntur.* Id. III. epist. 10, et Partit. 14. Livius VIII, 16.

2. *Aut - aut* elegans est in dandis optationibus, et conditionibus præscribendis.

Cic. Cluent. 14. *Quum esset haec illi praepositа conditio, aut juste pieque accusaret, aut acerbe indigneque moreretur.*

β. *Aut* pro Germanorum **entweder, oder,** in rebus injucundis.

Sæpi ubi nos malumus ponere entweder, oder, ibi latini solum ponunt *aut*. Cic. II. de Orat. 2. *Omnia quaecunque in hominum disceptationem cadere possunt, bene sunt ei dicenda, qui hoc se posse profitetur, aut eloquentiae nomen relinquendum.* Terent. Hecyr. IV, 4. *Reduc uxorem, aut quamobrem non opus sit, cedo.* Cic. X. Att. 14. Liv. VI, 18. XLII, 42. †

3. *Aut*

† *Aut* solum ponitur, ut ex his apparet exemplis, in rebus ingratis, de quibus indignamur. (Sed ejus rei nulla est necessitas. Nam poterat etiam primo numero *aut* addi: sicut nos illud **entweder** et ponimus et omittimus, ut lubet.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0160
DFG

3. *Aut etiam.*

Cic. II. divin. 26. *Conjectura omnis ingeniis hominum in multas ac diversas, aut etiam contrarias partes sæpe deducitur.* Cic. I. epist. 9. Celsus III, 18. V, 28.

4. *Aut certe.*

Celsus I. Med. 2. *Exercitationis plerumque finis esse debet sudor, aut certe lassitudo, quæ citra fatigationem sit.* Id. III, 6. V. 26. VII. præf.

5. *Aut - aut etiam.*

Cic. V. Tusc. 18. *Quid aut hunc prohibet, aut etiam Xenocratam illum, in virtute vitam beatissimam ponere?* Id. IV. Att. 1.

* 6. *Aut - aut certe.*

Cic. de Orat. 2. *Video hanc primam ingressionem meam cum antiquam, tum subobscuram aut reprehensionis aliquid, aut certe admirationis habituram.* Id. Topic. 17. et IX. ep. 9. Livius II, 1. XL, 46.

* 7. *Aut - aut vero.*

Cic. IV. Verr. 35. *Quem tibi aut hominem, invitis diis immortalibus, aut vero deum, tantis eorum religionibus violatis, auxilio futurum putas?*

* 8. *Aut - aut ne quidem.*

Cic. III. Att. 22. *Ego jam aut rem, aut ne spem quidem expecto.*

* 9. *Aut vel* rarius est.

Tacitus Annal. II, 76, 4. *Non adversus divi Augusti acerrimam mentem, nec contra Caji aut Claudii, vel Neronis fundatam longo imperio domum exurgimus.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0161
DFG

CAPUT XXXIX.

De conjunctione. AUTEM.

Conjunctio *autem* sæpe quidem idem est, quod *sed*: verum plerumque continuat orationem, nec tam significat *sed*, quam *et*. Nihil opus est exemplis, quæ passim occurrunt; satis est monuisse. * Huc pertinet

* 2. *Autem* in enumeratione.

Autem in rebus enumerandis continuationi sermonis servit, uti *vero*. Cic. VII. ep. 12. *Ubi porro illa erit formula fiduciæ: inter bonos bene agier oportet? Quod jus statues communi dividundo? Quomodo autem tibi placebit Jovem lapidem jurare?*

3. *Autem* cum interrogatione * est instantis et urgentis, indignantis cet.

Verum cum interrogatio subjicitur, servit correctioni. Cic. pro Rab. Post. 5. *Num quis testis Posthumum appellavit? testis autem?* Was sag ich), ein Zeuge? Id. XII. Att. 42. *Sed ferendus tibi in hoc meus error: ferendus autem? imo vero etiam adjuvandus.* † Id. V. Att. 13. *Meum est scire et curare; quid in republ. fiat, fiat autem? imo vero etiam quid futurum sit.* Add. VI. Att. 2. et VII. Att. 1. et in Pis. 37. et in Terent. Heaut. II, 3.

* Livius addit *dico* XXI, 44. *Parum est, quod veterrimas provincias nostras Siciliam et Sardiniam ademit, nisi adimat etiam Hispanias? etsi inde cessero, in Africam transcendes? Transcendes autem dico?*

* 4. *Autem* in responsionibus.

Cic. IV. ep. 14. *Ego autem si dignitas est bene de republ. sentire et bonis viris probare quod sentias; obtineo dignitatem meam.*

5. *Autem*

† Lambinus et Sturmius hic non habent *autem*.

5. *Autem* omissum. † Vide Appendicem.

** *Autem* elegantèr omittitur post negativam. Cic. de Senect. 18. *Hæc morum vitia sunt, non senectutis.* Item cum idem verbum repetitur, sed tamen cum aliqua contrarietate. Quint. Decl. 17. *Pro patre mori possum, coram patre non possum.* Linac. libr. VI. pag. 424. Valla II. Eleg. 24. **Consulatum Miloni eripi non posse, vitam posse*, Cic. Milon. 9. extr.

CAPUT XL.

De adverbio BENE et BELLE.

BENE præter vulgarem usum sæpe auget, et pro *valde* ponitur. Cic. XIV. Att. 21. *At cum VIII. Id. literas dederam bene mane*, sehr frühe. Id. II. Orat. 64. *Bene ante lucem*, lange vor Tage. Id. II. Catil. 10. *Quos aut imberbes aut bene barbatos videtis.* Id. II. Agrar. 22. *Adolescens minus bene nummatus, quam bene capillatus.*

2. Item illa apud Ciceronem, aliosve bonos autores *bene doctus; bene peritus; oratio bene longa; bene magna caterva; sermo bene longus* (* II. Orat. 88.) *bene longinquus dolor.* Rursus *bene maturum* (* IX. ep. 5.) *bene firmum* (* XVI. ep. 8.) aliaque ejusmodi.

* 3. *Bene*) (*parum.*

Celsus Med. I, 2. *Qui bene concoxit, mane tuto surget; qui parum, quiescere debet.*

II. 1. *BELLE* a *bene* imminutum est, ut sit *satis bene.* Verum sæpe magis accedit ad *venuste* atque *concinne*, quam ad *bene.* Cic. III. de Orat. 26. Bene *et* præclare *quamvis nobis sæpe dicatur*: belle *et* festive *nimium sæpe nolo.* Mann mag zu uns

ſagen ſo oft als man will: Das iſt gut, das iſt vortrefflich; aber das ſehe ich nicht gerne, daß man gar zu oft ſagt; das iſt ſchön, das iſt artig. Id. III. Qu. fr. 1. *Aquam non longe a villa belle ſane fluentem vidi.* Id. I. Att. 1. *Hermathena tua poſita ita belle eſt, ut totum gymnaſium Hermathena eſſe videatur.*

2. Non raro tamen pro *commode* uſurpatur, quia *commode* eſt *ſatis bene.* Cic. VII. Att. 2. *Belle nobis flavit auſter.* Id. IV. ep. 16. *Ergo hæc quomodo feres? belle hercule; et in eo me valde ama.* Id. II. divin. 31. *Hæc non tam mirabilia ſunt, quam conjecta belle.* Id. V. de fin. 2. *Mihi quidem Antiochum, quem audis, ſatis belle videris attendere.* Idem illa ſatis trita: *belle cecedit* (*XIII. Att. 33.) *belle habere* (*XII. Att. 36.) *minus belle habere* (* IX. ep. 9. Rurſus illa: *belle facere, belle negare, belliſſime ſcribere* (*VIII. Att. 24.) *belliſſime navigare.* (*XVI, 9.)

CAPUT XLI.

De adverbio BREVI † Vide Append.

BREVI adverbium ex eo factum videtur, quod intelligitur *tempore* † aut *oratione.* Duplex inde ejus ſignificatio uſusque manavit. Interdum enim *brevi tempore* declarat. Cic. VIII. Att. 19. *Ille magnas copias habet, et majores brevi habiturus eſt,* in kurzer Zeit, bald. Plaut. Rudent. *Eum brevi fieri divitem.* Liv. XXI, 4. *Annibal brevi effecit, ut pater in ſe minimum momentum ad favorem conciliandum eſſet,* in kurzer Zeit dahin gebracht, daß zu ſeiner Gunſt

† Recte ſentit Autor. Nam ſæpe apponitur *tempore* uti in III. ep. 6. V. ep. 21. VII. ep. 3. Exempla vero Autoris ſatis oſtendunt, *brevi* de futuro, (vide etiam Cic. Marcell. 3. extr.) de præterito et præſenti tempore dici.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0164
DFG

Gunſt bey der Armee dieſes das wenigſte thate, daß Amilcar ſein Vater geweſen. *Cic. IX. ep. 25.

2. Sæpe vero pro *breviter* ac *paucis* uſurpatur. Cic. I. Or. 42. *Nunc complectar, quod propoſui, brevi*, in wenig Worten verfaſſen. Id. de ſenect. 16. *Brevi expediam.* Item illa: *explicabo brevi*, VIII. Att. 3. *Brevi reſpondebo*, III. ep. F. 8. *Dicam brevi; brevi ſic habeto* II. ep. 3. * Add. Charif. Inſt. Gramm. lib. II. p. 176.

** *Breviſſime* pro *brevi admodum tempore.*

Plinius VI. ep. 33. *Quam* (orationem) *ſit licet magna, non deſpero gratiam breviſſime impetraturam.* Buchner. ib. † Vide Append.

CAPUT XLII.

De adverbio CAETERUM et CAETEROQUIN.†

CAETERUM adverbium proprie eſt *de cætero, de reliquo*, übrigens, im übrigen, ſonſt, was das übrige belangt. Cic. II. Qu. fr. 13. *Ego me in Cumano et in Pompejano, præterquam quod ſine te, cæterum ſatis commode me oblectabam*, ich habe mich, außer daß du nicht da wareſt, gar wohl divertiret. *Terent. Adelph. IV, 7. Id. Hecyr. III, 3. Columell. VIII, 8.

2. Uſurpatur ab hiſtoricis paſſim pro *ſed.* Interdum et ab oratoribus ††. *Livius I, 24. II, 3. XXXIX, 15. XLII, 50.

3. *Cætera.*

Cætera pro *cæterum* non poeticum ſolum, ſed etiam hiſtoricum eſt. Horat. I. ep. 10. *Excepto,*

† Alii malunt ſcribere *ceterum, ceteroqui.*
†† An iis quoque, qui aureæ ſunt ætatis?

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0165
DFG

quod non simul esses, cætera lætus. Virgil. IX. Aen. *Cætera parce puer bello.* Livius I, 35. *Ergo virum cætera egregium, secuta, quam in petendo habuerat, etiam regnantem ambitio est.* XXI, 8. *Missile telum hastili oblongo et cætera tereti.* * Tacitus Agric. XVI, 3.

Admonitio.

Orator pro *cætera*, *cæterum* dicit, aut *cæteroqui.* * Palladius etiam *cætera* ponit, pro *cæterum*, libr. III, 29. *Scrofas longi lateris debemus eligere, cætera verribus similes.*

* 4. *Cætera-præter.*

Livius IX, 13. *Præter exiguam deformatam incendio partem, cætera contra spem salva invenit miles,* die Soldaten funden über Vermuthen alles in gutem Stande, einen kleinen Theil ausgenommen, der vom Brande übel zugerichtet war.

II. CAETEROQUI.

Cæteroqui, aut *cæteroquin* eandem originem aut vim habet, (* quam cæterum.) Cic. IX. ep. 10. *Ego cæteroqui æquo animo fero.* † * Id. XVI. Att. 4. *Pauca παρὰ λέξιν, cæteroqui et satis graviter et non contumaciter.*

2. Interdum pro *alioquin* poni videtur. Cic. I. de Nat. D. 22. *Simonides non poëta solum suavis, verum etiam cæteroqui doctus sapiensque traditur.* Id. XIV. Att. 18. *O loca cæteroqui valde expetenda: interpellantium autem multitudine pene fugienda!* Id. Orat. 25. *Quem nisi quod solum, cæteroquin recte quidam vocant Atticum.* ††

CAPUT

† Lambinus recte conjicit, hunc locum ita legendum esse; *cætera qui æquo animo fero, unum vereor.*

†† Hæc exempla probant illa quidem *cæteroqui* poni pro *alioqui*, sed

CAPUT XLIII.

De adverbio CEDO. † Vide Append.

1. *Cedo* pro *Da.*

CEDO ſæpe declarat *da.* Plaut. Amphitr. II, 2. *Cedo mihi pateram.* Id. Capt. IV, 2. *Cedo manum,* reiche die Hand her. Id. Moſtel. I, 3. *Cedo aquam manibus,* gieb Waſſer auf die Hände. Cic. Verr. IV, 20. *Cedo tabulas.* Id. III. Verr. 33. *Cedo mihi ipſius Verris teſtimonium,* gieb das Zeugniß her.

2. *Cedo* pro *dic.*

Alias uſurpatur pro *dic.* Ter. Eun. V, 5. *Quid factum eſt? cedo,* ſage an, ſage her. Cic. II. divin. 71. *Cedo tandem, qui ſit ordo, aut quæ concurſatio ſomniorum?* Id. Verr. IV, 26. *Unum cedo autorem tui facti.* Id. Verr. III, 12. *Cedo mihi unum ex triennio præturæ tuæ, qui* cet. ſage mir einen.

** P. *Cedo* quandoque a veteribus etiam ad plures referebatur. Cic. de ſenect. 6. *Cedo, qui veſtram remp. tantam amiſiſtis tam cito:*

CAPUT XLIV.

De adverbio CERTE.

CERTE, proprie eſt *ſine dubio.* Plaut. Trinum. IV, 3. *Certe is eſt.* Cic. XI. ep. 16. *Si me tanti facis, quanti certe facis, mitte ad Lupum, ut is nobis eas centurias conficiat.* * Id. IV. Catil. 4. Id. III. Att. 18. Hinc fit, ut *certe et fortaſſe* opponantur. Cic. de opt. gen. or. 4. *Ita fit, ut Demoſthenes certe poſſit ſubmiſſe dicere; elate Lyſias fortaſſe nunquam.*

* 2. *Certe*

ſed *alioqui* tum nihil ſignificare videtur, niſi *ceterum*, nec differt a priori ſignificatione.

* 2. *Certe* poſt interrogationem.

Certe interrogationibus ſubjicitur. Cic. IV. Acad. 35. *Quis unquam dixit peripateticorum, ſapientem nihil opinari? certe nemo.* Id. pro Roſc. Com. 14. et pro Cluent. 54. et I. Philip. 15. et I. Tuſc. qu. 5.

3. *Certe* concedentis.

Interdum conceſſioni ſervit. Cic. Orat. 42. *At dignitatem docere non habet: certe, ſi quaſi in ludo*, es iſt wahr, wenn es gleichſam als in einer Schule geſchieht. Id. II. de fin. 28. *Epicurus naturales divitias dixit parabiles eſſe, quod parvo eſſet natura contenta; certe, niſi voluptatem tanti æſtimaretis.*

4. *Certe* pro *ſaltem.*

Quoties antecedit *fortaſſe, ſi non*, aut aliud quippiam quod dubitationem contineat, *certe* pro *ſaltem* ponitur eleganter; nimirum, quia id quod ſubjicitur, tanquam dubio certum opponitur. Cic. IV. de fin. 3. *Res fortaſſe veræ, certe graves*, die Dinge ſind vielleicht wahr, oder doch zum wenigſten wichtig. Id. IV. ep. 7. *Victi ſumus, aut ſi vinci dignitas non poteſt, fracti certe et abjecti.* Id. IV. Philip. 1. *Caeſar hic inſperatum omnibus conſilium, incognitum certe cepit.* Id. I. Tuſc. 49. *Concionandum eſt, ut homines mortem vel optare incipiant, vel certe timere deſiſtant.* Id. IV. de fin. 3. *Totum genus hoc et Zeno, et ab eo qui ſunt, aut non potuerunt, aut non voluerunt, certe reliquerunt.*

* 5. *Certe ſi non.*

Nonnunquam *certe* præcedit particulas *ſi non.* Livius XXII, 34. *Mœnibus ſe certe, ſi non armis, ab hoſte videbantur defenſuri Romani.*

6. Certe

6. *Certe quidem* et *quidem certe.*

Certe quidem et *quidem certe* certi aliquid designant. Sed *certe quidem* in principio ponitur: *quidem certe* subjicitur. Cic. I. Tusc. 20. *Ubi ubi est animus, certe quidem in te est.*

Cic. de Prov. Conc. 17. *Quam sapienter repudiarim, non disputo: constanter quidem et fortiter certe,* zum wenigsten vernünftig. * Id. VI. Att. 3. et III. ep. Quint. fr. 8. Add. Cic. I. ep. 9. et I. ep. 8.

CAPUT XLV.

De adverbio CEU.

1. *Ceu* pro *quasi, tanquam,* pene poëticum est et scriptorum minus probatorum.

Plin. XI. 39 *Ceu vero non crocodilis et duritia tergoris tribuatur et solertia.* Add. id. VII, 55. Silius II, 378. Plin. XVIII, 6.

2. *Ceu* pro *quemadmodum* vel *uti.*

Senec. quæst. natur. VI, 24. *Immo, inquit, ceu cum frigore inhorruimus, tremor sequitur, sic terras quoque spiritus extrinsecus accidens quassat.*

CAPUT XLVI.

De præpositione CIRCA, CIRCITER et CIRCUM.

I. Præpositio CIRCA idem est, quod *circum,* et ad locum aut personam fere refertur. Cic. I. Agr. 7. *Rullus Capuam et urbes circa Capuam occupabit.* *Id. II. Phil. 36, et Colum. XII, 43. Cic. III. Verr. 48. *Verres ajebat, multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se haberet.*

* 2. Cir-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0169
DFG

* 2. *Circa* cum verbis, motum significantibus.

Livius I, 9. *Ex consilio Patrum Romulus legatos circa vicinas gentes misit.* Id. IV. 23. XXVI, 13. XXVIII, 26. Melius erat notare, *circa* in hac forma esse, ad omnes ex ordine, zu allen nach der Reihe. Sic *circa domos mittere* apud eundem.)

* 3. *Circa* de tempore, sequioris ævi est.

Colum. V, 6. *Circa vernum æquinoctium binæ vites scrobibus deponendæ.* Id. V, 10. et V, 12. et VII, 3. et IX, 13. Livius XLII, 57. Sueton. Otton. 11. et Dom. 16. Palladius II, 4. et 7, et 16. III, 8. XIII. 1. Plinius I. ep. 7. Celsus II, 6. Huc refer illud Paterculi I, 17, 1. *In Accio circaque eum Romana tragœdia est.*

* 4. *Circa* metaphorice, pro *quod attinet ad.* (sive, pro *in.*)

Circa accommodatur interdum etiam ad alias res, non solum ad locum. ** Cic. IX. ep. 15. *Intellexi, pergratum tibi esse animum meum perspectum circa curam valetudinis tuæ.* Amerpach ib. pro *de cura.* † * Tacitus XI, 15, 2. *Id nunc segnius fit, publica circa bonas artes socordia,* weil wir mit den guten Künsten gar schläfrig umgehen. Id. XI, 29, 1. XVI, 8. Hist. I, 13, 2. Suet. Claud. 14. Claudius *Consulatum tertium gessit novo circa principem exemplo in locum demortui suffectus.* Neron. 51. (Hanc formam, e Græco sermone sumtam, non imiter.)

* 5. *Circa* de numero, vel mensura, (pro *ad*) rarum est.

Livius XXVII, 42. *Circa quingentos Romanorum Sociorumque victores ceciderunt.*

II. CIR-

† Hic locus, quia singularis est, jure suspectus est. Cicero non solet *circa* de aliis rebus, quam de locis usurpare. Rectius alii legunt: *Pergratam tibi esse curam meam valetudinis tuæ, quam tibi perspectam esse gaudeo.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0170
DFG

II. CIRCITER.

Circiter idem pene significat, (* quod *circa*) sed ad tempus, aut numerum accommodatur. Plaut. Mostel. III. 1. *Redito huc circiter meridiem.* Cic. II. Att. 4. *Nos circiter calendas aut in Formiano erimus, aut in Pompejano.* * Id. XIV. ep. 5. Cæsar I. B. G. 15. *Ita dies circiter quindecim iter fecerunt.* Livius XXVIII. *Cum decem circiter millia passuum ab hoste abessent*, ohngefähr zehen tausend Schritte.

* III. 1. CIRCUM in loco.

Circum significat *in confiniis alicujus loci.* Cic. VIII. Att. 19 *Si Caesar circum istaec loca commoraretur, te ei resistere velle* Id. III. Att. 17.

* 2. *Circum* de personis.

Dicitur etiam de personis. Cic. X. Att. 11. *Eos, qui circum illum sunt, times.* Terent. Eun. III, 5.

* 8. *Circum* de motu ad locum.

Adjicitur interdum verbis motum declarantibus. Cic. VIII. Att. 9. *Ego Arpini volo esse pridie Calendas: deinde circum villulas nostras errare.* Id. IV. Catil. 8. Cæs. B. C. III, 22, 1. (v. in *circa*, n. 2.)

* I. De adverbiis CIRCA, CIRCUM, CIRCITER.

* 1. *Circa* de loco.

** P. *Circa* absolute atque adeo adverbialiter. Livius libr. XXXI. *Hostes, exhausto circa omni agro ad ultimum inopiae venturos sciebat*, rings umher. *Cic. IV. Att. 9. Liv. I. 4. XLII, 64. bis.

* 2. *Circa* de personis.

Nepos in Eum. 10. *Non passi sunt, qui circa erant, quod videbant, Eumene recepto, omnes prae illo parvi futuros.* Livius I, 41. XXII, 30. Tacit. II, 11, 4.

* 3. Cir-

* 3. *Circa* de numero, vel mensura, pro *ad*, rarum est. *Circa* etiam ad numerum accommodatur. Livius XLV, 34. *Muri direptarum urbium diruti sunt: ea fuere oppida circa septuaginta.* Valer. de nomin. ration. *Gentilitia nomina Varro putat fuisse innumera, et prænomina circa triginta.* Petron. Satyr. 97. *Puer in balneo paulo ante aberravit, annorum circa XVI. nomine Giton.* Celsus IV, 19. *Panis circa selibram ex vino Amineo mero sumere oportet,*

* 4. *Circa, qua.*

Celsus V, 28. *Circa, qua tumor ex inflammatione est, imponenda cataplasmata.*

* II. CIRCITER.

Circiter ad tempus accommodatur. Varro III, 10. *Ad saginandum eligunt pullos circiter sesquimense qui nati sunt, eos includunt in saginario.* Et mox: *Sic curati circiter duobus mensibus fiunt pingues, quotcunque sumserunt.*

*2 *Circiter* ad numerum.

Circiter adhibetur ad numeros. Cæsar III. B. G, 32. *Servorum circiter parte tertia celata, portis patefactis, eo die pace sunt usi.* Varro L. L. V, 5. Sic Sallustius Catil. 56. *Ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa.*

* III. *Circum* de loco.

Varro R. R. III, 14. *Idoneus sub dio sumendus est locus cochleariis, quem totum circum aqua claudas.* Id. III, 16. Cæsar B. C. II, 10, 1. Tac. II, 24, 1. IV, 25, 1. IV, 67, 3. XI, 31, 5.

CAPUT

CAPUT XLVII.

De præpositione (*CIS) et CITRA.

*I. CIS sæpe mox respicit appositum *trans*. Livius VIII, 14. *Veliterni jussi trans Tiberim habitare; ut ejus, qui cis Tiberim deprehensus esset, usque ad mille pondo clarigatio esset.* Add. Cic. III. epist. 8.

II. 1. *Citra.*

Citra præpositio contrarium habet *ultra*. Cæsar B. G. VI, 32, 1. *Condrusi legatos ad Cæsarem miserunt oratum, ne omnium Germanorum, qui essent citra Rhenum, causam esse unam judicaret.* Cic. XVI. ep. 4. *Is locus est citra Leucadem stadia CXX.* *Id. XVI. Art. 7.

Adjicitur interdum verbis motum declarantibus. Cic. VI. Philip. 3. *Decretum est, ut exercitum citra flumen Rubiconem educeret.* † Cæsar B. G. VI, 8, 2.

* 2. *Citra* de tempore.

Colum. II, 8. *Locis uliginosis plerumque citra calendas octobris seminare convenit.*

3. *Citra* pro *intra*, vel *sine*.

Citra per translationem declarat interdum *intra*, vel *sine*. Colum. VII, 6. *Citra satietatem data glans*, id est, intra satietatem, ita ut ne satientur. Cels. I, 2. *Exercitationis plerumque finis debet esse sudor, aut certe lassitudo, quæ citra fatigationem sit*, man muß seinen Leib so bewegen, daß er schwitze, oder zum wenigsten müde, aber nicht gar matt werde. Plin. III, 3. *Citra fastidium nominare*, id est, *sine fastidio*. Id. VII, 29. *Citra invidiam.*

* β. *Ci-*

† Hoc exemplum auctoris est, quod nos a superioribus avulsum ac sejunctum huc transtulimus.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0173
DFG

* β. *Citra-quam.*

Ovid. III. A. A. v. 757. *Neve domi præsume dapes, sed desine citra, Quam capies paulo, quam potes esse, minus.*

* III. *CITRA* adverbium.

Tacitus III, hist. 23, 3. *Tela hostium citra cadebant.*

CAPUT XLVIII.

De adverbiis CITIUS, CITO, CITATIM.

Citius pro *potius.*

CITIUS, ut a vulgata significatione discedamus, interdum usurpatur pro *potius.* Cic. II. Phil. 11. *Citius dixerim jactasse se aliquos, ut fuisse in ista societate viderentur, cum socii non fuissent, quam ut quisquam celare vellet.* Id. in Brut. 67. *Eam citius veteratoriam, quam oratoriam diceres,* du könnteſt ſie viel beſſer, viel mehr ꝛc.

* 2. *Cito* pro *bene, fere, facile.*

Cito quoque nonnunquam significationem ejusmodi habet, quæ cum superius annotata conveniat. Cic. Brut. 76. *L. Torquatum tu non tam cito rhetorem dixisses, quam* πολιτικόν. Idem paulo ante: *Neque verbis aptiorem cito alium dixerim, neque sententiis crebiorem.*

3. *Citius* pro *prius.*

Alias pro *prius.* Cic. VI. Verr. 26. *Vox me citius defecerit, quam nomina.* Id. V. ep. 2. *Citius amore tui fratrem odisse desinam, quam illius odio quicquam de benevolentia nostra detrahatur.* † Senect. 2. et III. ep. 10.

4. *Citatim,* pro *subito, celeriter.*

Cic. Att. XIV, 20. *Hæc scripsi citatim.*

CAPUT

† Hoc exemplum aliis ad n. 1. pertinere videatur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0174
DFG

CAPUT XLIX.

De adverbio COMMODE et COMMODUM.

I. COMMODE eben recht. Plaut. Milit. IV, 4. extr. *Commode aperitur foris.*

2. *Commode saltare*, artig, schicklich, ungezwungen. Nepos Epam. I.

(3. Honorifice, bene. Cic. ep. XI, 13. *commode* de aliquo sentire.)

II. *Commodum* adverbium pro *commode* sive *opportune* usurpari solet. Plaut. Merc. I, 2. *Si isthac ibis, commodum obviam ventes patri*, wirst du dem Vater eben recht begegnen.

2. *Commodum* mit Maaße.

Plaut. Milit. III, 1, 154. *Si certum est tibi: commodum obsona, ne magno sumtu.*

3 *Commodum-cum.*

Sæpe assumit *cum*. Cic. XIII. Att. 30. *Commodum ad te miseram Demeam, cum Eros ad me venit*, ich hatte eben den Demeam an dich geschicket. Id. X. Att. 18. *Commodum ad te dederam literas de pluribus rebus, cum ad me bene mane Dionysius fuit.* Id. XIII. Att. 9. *Commodum discesseras heri, cum Trebatius ad me venit.* * Id. XIII. Att. 19.

*CAPUT L.

*De adverbio CONFESTIM, mit gebührender Eil, in einer Reihe fort.

CONFESTIM opponitur ei, quod *ex intervallo* fit. Cic. I. de invent. 28. *Ea factum aliquod confestim, aut ex intervallo solent consequi.* Id. II. in-

vent. 12. *In quarta parte quærentur ea, quæ gestum negotium confestim, aut ex intervallo consequuntur.* †

* 2. *Confestim-ut* rarissimum est.

Sueton. August. 10. *Augustus confestim ut Apollonia rediit, Brutum Cassiumque legibus aggredi reosque cædis absentes deferre statuit.* (Sed dicitur eadem analogia qua *continuo ut*, de quo mox.)

* 3. *Confestim* post duos ablativos consequentiæ.

Cæsar B. G. V, 18, 4. *Cæsar præmisso equitatu, confestim legiones subsequi jussit.* (Ablativi illi non adficiunt particulam *confestim.*)

*CAPUT LI.

De adverbio CONSULTO.

CONSULTO mit allem Bedacht, mit gutem Vorbedacht. Cic. Cluent. 14. *Multa præterea consulto.*

CAPUT LII.

De adverbiis CONTINENTER et CONTINUO.

CONTINENTER est *sine intermissione*, vel *intervallo*. Cic. I. de Nat. Deor. 39. *Quomodo probas, continenter imagines fieri*, daß ohne Unterlaß Bildnisse der Sachen (Ideen) entstehen. Cæs. I. Bel. Civ. 46. *Cum hoc esset modo pugnatum continenter horas quinque; impetum in cohortes faciunt.* Id. I. B. G. 1. *Belgæ cum Germanis continenter bellum gerunt*, id est, assidue.

III. CON-

† Charisius II. instit. Grammat. p. 176. *Confestim ut competenti festinatione.* Et mox: *Confestim pro continuo et sine intervallo sed jugi festinationis studio pergentis.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0176
DFG

II. *CONTINUO* idem est, quod *statim*, alsbald, ohne Verzug. Cic. pro Rosc. Com. 6. *Ignis in aquam conjectus continuo extinguitur.* Terent. Heaut. III, 1. *Continuo hic adero.* Id. Eunuch. III, 2. *Hos prius introducam, postea continuo exeo*, id est, *subito.* Cic. IV. Acad. 1. *Lucullus permultos annos Asiæ præfuit: deinde absens factus ædilis: continuo praetor: post in Africam: inde ad consulatum.*

* 2. *Continuo - cum.*

Cic. IX. ep. 14. *Omnes cum te summis laudibus ad cœlum extulerunt, mihi continuo maximas gratias agunt.* †

* 3. *Continuo - ut*, vel *simul ac*, vel *ubi.*

Cic. VI. Verr. 22. *Iste continuo ut vidit, non dubitavit illud insigne penatium hospitaliumque deorum ex hospitali mensa tollere.* Cic. I. Orat. 26. *Maximus continuo concilium dimisit, simul ac me fractum ac debilitatum metu vidit.* Terent. Hecyr. V, 3. *Aderit continuo, haec ubi ex te audierit.*

4. *Non continuo* pro *non ideo.* ††

Sæpe *non continuo* usurpatur pro *non ideo.* Cic. pro Rosc. Amer. 33. *Non continuo si me in gregem sicariorum contuli, sum sicarius.* (germani similiter: der ist nicht gleich ein Bandit.) Id. de Orat. II, 48. *Si illae seditiones saluti huic civitati fuissent, non continuo, si quis motus populi factus esset, id C. Norbano in nefario crimine atque in fraude capitali esse ponendum.*

Admonitio.

Continuo adverbium pro *assidue* barbarum est.

† Quia particulam *cum* sequitur *continuo*, etiam *continuo* præponi potest particulæ *cum.*

†† Alii *non continuo* pro *non ideo* poni negant, vim particularum linguæque naturam diligentius perpendentes.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0177
DFG

CAPUT LIII.

De adverbio (*et præpositione) CONTRA. † Vid. Append.

* I. *Contra* gegen über.

1. CONTRA proprie videtur usurpari de loco. Cæsar II. B. G. 17, 3. *Galli quidam Nerviis demonstrant, impedimentis direptis, futurum, ut legiones contra consistere non auderent.* Id. VII. B. G. 28, 1. Liv. V, 37. Cels. VIII, 8.

2. *Contra* ganz anders.

Contra adverbium sæpe est, quia sine casu ponitur. Cic. XIII. ep. 18. *Utrumque contra accidit*, in beyden Stücken hat sich das Widerspiel gezeiget. * I. off. 17. Id. II. off 2. et III. off. 19.

3. *Contra* pro *econtra*, ut multi loquuntur.

Contra sæpe usurpatur pro *e contra*. Cic. V. Tuscul. 6. *Uti hi miseri, si contra illi beati*, wie diese armselige Leute sind, also sind jene hingegen glückselig. Id. de Amic. 24. *Ii peccasse se non anguntur, objurgare moleste ferunt: quod contra oportebat, delicto dolere, objurgatione gaudere.* Id. IV. Acad. 32. *Academicis placet, esse rerum ejusmodi dissimilitudines ut aliae probabiles videantur, aliae contra.* * Id. I. off. 27.

4. *Contra, contra atque, contra quam.*

Contra jungitur cum *ac, atque, quam*. Cic. pro Balb. 3. *Si denique aliquid, quod non contra, ac liceret, factum diceretur, sed contra atque oporteret: tamen esset omnis ejusmodi mali reprehensio repudianda*, wenn man endlich sagte, es wäre etwas nicht wider die Gewohnheit, sondern wider die Gesetze geschehen ꝛc. * Cæsar B. C. III, 12, 2. *Illi negabant sibi judicium*

sumturos

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0178
DFG

sumturos contra atque omnis Italia populusque R. judicavisset. Id. B. G. IV, 13, 15. Cic. III. Catil. 8. Cic. pro Dom. 46. *De vestro jure ac religione contra quam proposueram, disputabo*, ich will wider meinen vorgenommenen Zweck. * Id. I. Quint. 1. et II. Leg. 5. et Liv. XXX, 10.

5. *Contra*, pro in contrariam partem, adversus quam vel quid.

Cic. Cluent. 48. *Si quis contra dicere vellet.* Agr. II, 33. *Petere contra*, de competitore.

* II. 1. CONTRA præpos. gegen über,

Contra significat situm locorum. Cæsar III. B. G. 9, 10. *Auxilia e Britannia, quae contra eas regiones posita est, arcessunt.* Id. IV. B. G. 20, 3. *Regiones, quae sunt contra Galliam.* Id. V, 13, 1. Livius III, 26.

* 2. *Contra* de remediis morborum.

Pallad. Octobr. 14. *Vinum, quod salutare contra pestilentiam sit, et stomacho prosit, fieri hoc genere fertur.* Id. Septembr. 3. Plinius V, 1. et XX, 8.

* 3. *Contra* de aliis rebus.

Cic. III. off. 5. *Detrahere aliquid alteri magis est contra naturam, quam mors.* Id. pro Mil. 1. *Praesidia illa, quae pro templis omnibus cernitis, contra vim collata sunt.*

** 4. *Contra ea.*

Contra ea pro adverbio *contra.* Cæs. B. C. III, 74, 3. *Contra ea Cæsar non satis militibus perterritis confidebat.* Nepos Alcibiad. 8. et Conon. 5. Vide indicem Bœcleri et Gebh. ad præf. * Adde Livii II, 60. et IV, 52.

5. *E contra* putatur corruptum ex formula *e contrario*. Victor de Cæsar. 39. *Et e contra supplicis flagitiosi cujusque virtutum studia ungebantur.*

CAPUT LIV.
De adverbio CORAM.

CORAM adverbium persönlich, in Gegenwart. Cic. Manil. 22. *Libenter hæc coram cum G. Catulo disputarem.* Cic. Qu. fr. III. 1. *Cum eo coram Cæsare egit.*

Alias sine casu ponitur. Cic. V. ep. 12. *Coram me tecum eadem hæc agere sæpe conantem deterruit pudor quidam pene subrusticus.*

2. *Coram* pro *juxta, propius.*

Cic. Or. 27. *Nisi coram erit comparatus ille fortior, per se hic probabitur.*

CAPUT LV.
De adverbio CUM.

* 1. *Cum* wenn, *deinde.*

Livius III, 25. *Dum spacium consulibus datum est ad inspiciendam legem, ut cum edocuissent populum, quid fraudis occultæ ferretur, sinerent deinde suffragium inire.*

* 2. *Cum* wenn, sequente *continuo* vel *protinus* vel *subito.*

Cic. XIV. Att. 20. *Omnes cum te summis laudibus in cælum extulerunt, mihi continuo maximas gratias agunt.* Id. X, 12. et pro Rosc. Am. 37. Celsus VI, 9. *Id quum dolorem levavit, protinus submovendum est.* Colum. VI, 30. de R. R. *Jumenta morbos concipiunt lassitudine et æstu; vel si cum diu steterint, subito ad cursum exstimulata sunt.*

* 3. *Cum*

* 3. *Cum* wenn - *ſtatim.*

Cic. II. Orat. 22. *Cum rem penitus cauſamque cognovi: ſtatim occurrit animo, quæ ſit cauſa ambigui.* Id. III. Att. 22. *Idem cum faciemus, ad te ſtatim mittemus, ut ſcias, ubi ſimus.*

* 4 *Cum* wenn - *tunc.*

Cic. I. Fin. 17. *Cum ea, quæ præterierunt, acri animo et attento intuemur; tunc fit ut ægritudo ſequatur.* (Hæc poterant uno numero comprehendi, aut plane omitti, non enim indigent obſervatione, nec hae particulæ afficiunt τὸ *cum.*)

5. *Cum* wenn et *tum* ad tempus futurum relata.† Vide Appendicem.

Cum et *tum* tempus futurum nonnunquam deſignant. Cic. XVI. ep. 11. *Si valebis, cum recte navigari poterit, tum naviges.* Id. XIV. ep. 3. *Cum inimici noſtri venire dicentur, tum in Epirum ibo,* wenn man ſagen wird, daß unſere Feinde kommen, alsdenn will ich ꝛc. Add. I. Catil. 11. et I. Att. 17. et IX. Att. 2.

Interdum additur *denique* majoris explicationis gratia. Cic. pro Quint. 13. *Apud judicem cauſam priore loco dicas Quintius? et cum eam perorarit, tum denique vocem accuſatoris audiat?* * Id. ſenect. 23, et II. Orat. 42, et I. de Invent. 14.

* Interdum adjicitur *demum.* Colum. XI. R. R. 3. *Semen betæ cum ruſticum malum florebit, tum demum optime ſeritur.* Add. Id. XII, 20.

* 6 *Cum* et *tum* ad tempus præteritum relata.

Cum et *tum* tempus præteritum interdum declarat. Cic. III. Catil. 6. *Patres ita cenſuerunt, ut P. Lentulus cum ſe præturae abdicaſſet, tum in cuſtodiam traderetur.*

*7. *Cum* et *tum* ad tempus præsens relata.

Sæpe ad tempus præsens accommodatur. Cic. leg. Manil. 6. *Cæteris in rebus, cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur*, in andern Dingen leidet man sodann erst Schaden, wenn das Unglück kommt.

*β. *Cum-tamen. At.*

Sall. Catil. 20. *Cum tabulas, signa, toreumata emunt-tamen summa libidine divitias suas vincere nequeunt. At nobis est domi inopia.*

*8. *Cum-, Sin.*

Cæsar B. G. V, 35, 3. *Cum in eum locum unde erant, egressi, reverti cuperant, circumveniebantur: sin autem locum tenere vellent, virtuti locus non relinquebatur.*

II. 1. CUM da, als, junctum tempori.

Cum sæpe tempori adhibetur. Cic. X. ep. 3. *Scis profecto fuisse quoddam tempus, cum homines existimarent, te minis servire temporibus.* Id. XV. ep. 14. *Multi anni sunt, cum ille in ære meo est.* Id. pro Cluent. 9. *Dies nondum decem interceſſerant, cum ille alter filius necatur.* Id. III. Att. 1. *Utinam diem illum videam, cum tibi gratias agam.* Id. pro Planc. 42. *Nunquam obliviscar noctis illius, cum tibi vigilanti pollicebar.*

2. *Cum* als-celeriter, *confestim, continuo.*

Cic. Brut. 88. *Hortensius cum admodum adolescens orsus esset in foro dicere, celeriter ad majores causas adhiberi coeptus est.* Nepos Ageſil. 8. Nepos in Pausan. 5. *Pausanias cum semianimis de templo elatus esset, confestim animam efflavit.* Idem Cimon. 3. Cicer. pro Cluent. 9 et 69. Livius II, 15, et IV, 19. Cic. X. ep. 12. *Cum magna multitudo civium*

vium me de domo deduceret, feci continuo omnes participes meae voluptatis. (v. supra ad n. 4.)

* 3. *Cum* als-*deinde, ecce, eodem tempore, extemplo.*

Livius XXXVIII, 39. *Manlius cum inter caetera elephantem quoque accepisset donoque Eumeni omnes dedisset: deinde causas civitatum, multis inter novas res turbatis, cognovit.* Cic. II. Att. 9. *Epistolam cum a te avide expectarem ad vesperum, ut soleo: ecce tibi nuncius, pueros venisse Roma.* Id. II. Att. 15, et pro Cæcin. 7. Livius II, 36. Nepos in Alcib. 10. *Hæc cum moliretur Alcibiades: eodem tempore Critias cetereque tyranni Athenienſium certos homines ad Lysandrum in Asiam miserunt.* Livius XXIV, 40. *Hæc cum Oricum essent nunciata; Valerius classem extemplo ad ostium fluminis duxit.* Id. I, 48. XXIII, 17. XXIV, 40. (v. ibid.)

4. *Cum* als-*jam* relatum ad tempus præteritum.

Cic. X. ep. 10. *Prælium cum hæc legeres, jam decretum arbitrabar fore.* Cic. Brut. 92. Livius XXXVIII, 5. Id. VIII, 23. et XXV, 13.

* 5. *Cum* als-*jam tum*, vel *ibi tum.*

Cic. XV. Att. 12. *Hæc cum scribebam, jam tum existimabam, ad te orationem esse perlatam,* als ich dieſes ſchriebe, hielt ich dafür, daß die Rede dir ſchon überbracht worden. Id. Verr. VII, 29. Cic. pro Cæcin. 10. *Cum Ebutius Cecinæ malum minaretur, ibi tum Cecina postulavit.*

* 6. *Cum* als-*improviso.*

Cic. divin. I. 24. *Quod cum sensissent Syracusani, improviso eo in castra irrupisse, apud Agathoclem scriptum in historia est.*

* 7. *Cum*

* 7. *Cum* als, da-*interea* vel *interim.*

Hirtius Alex. B. XXV, 1. *Cum Alexandrini, duce assumto, nihilo se firmiores factos, aut languidiores Romanos animadverterent: interea commeatum intercipere statuerunt.*

Nepos Themist. 7. *Cum Lacedæmonii quererentur, opus nihilominus fieri: interim reliqui legati sunt consecuti.* Cæsar B. G. II, 19. 5. Liv. VI, 1. et XXI, 49.

* 8. *Cum* als-*nunc.*

Sallust. Catilin. 35. *Plura cum scribere vellem: nunciatum est mihi vim parari. Nunc Orestillam tibi commendo*, also will ich nur kürzlich dir die Orestille befehlen. (*Nunc* hic nihil conjuncti habet cum particula *cum.*)

* 9. *Cum* als-*paulisper, postea, postremo, protinus.*

Livius VIII, 10. *Manlius quum laudibus debitis prosecutus tam memorabilem mortem esset: paulisper addubitavit, an consurgendi jam triariis tempus esset.* Hirtius B. Afr. 25, 3. *Cum conditionem Gætulis ferrent, ut oppido excederent, idque sibi vacuum traderent, conditionemque repudiassent: postea ab eis capti interfectique sunt omnes.* Livius XXXVIII, 9. *Cum per colloquia principum succedens muris parum proficeret: postremo ingressus urbem precibus evicit, ut permitterent se Romanis.* Id. IV, 49. V, 22. VII, 18. Hirt. Bell. Alex. 30, 1. *Cæsar quum subitum adventum suum judicaret magnum terrorem Alexandrinis injecturum: protinus victor ad regis castra pertendit.* Cæsar B. C. III, 68, 3, Celsus de Medicin. præfat. sub fin.

* 10. *Cum* als, da-*repente, statim, subito.*

Cic. I. Att. 3. *Nuper cum te jam adventare arbitrabamur: repente abs te in mensem quintilem rejecti sumus.*

sumus. Id. Catil. III, 5, et XII. ep. 9. et in Verr. VI, 61. Cic. ad. Brut. ep. 14. *Cum ad me de Ciceronis abs te discessu scripsisses: statim extrusi tabellarios literasque ad Ciceronem.* Id. III. Att. 3. et pro Rosc. Amer. 23. Cicero pro Milon. 10. *Cum sciret Clodius iter necessarium Miloni esse Lanuvium: Roma subito ipse profectus pridie est.* Id. I. ep. 5. Cæsar 1. B. G. III, 2, 1. et IV, 28, 2. Livius V, 7. et IX, 4. (ad n. 9. 10. v. notata supra.)

* 11. *Cum* als, da-*tum*†, *tum deinde, tum demum, tum denique.*

Cic. Verr. VII, 57. *Cum completus jam mercatorum carcer esset: tum illa fiebant, quæ Suetium dicere audistis.* Id. I. Orat. 18. Livius XXIII, 22. et XXIV, 16. Livius II, 8. *Cum leges solus pertulisset, ut una unius in his gratia esset: tum deinde comitia collegæ sub rogando habuit.* Livius XXII, 56. *Cum in hanc sententiam pedibus omnes issent, tum demum literæ a Terentio Consule allatæ sunt.* Id. XXII, 59. et XLII, 25.

* 12. *Cum* als-*tum repente, tum vero.*

Cicero pro Cœl. 26. *Cum Licinius pyxidem conaretur tradere, nondum tradidisset: tum repente evolarunt isti præclari testes.* Cic. Verr. II, 15. *Is cum dixisset populatas vexatasque esse provincias: tum vero maximo clamore suam populus Romanus significavit voluntatem.* Id. V. Philipp. 7. Livius XXIX, 9. XXXII, 12. XXXIV, 29.

* 13. *Cum* als-*tunc* vel *tunc demum.*

Cic. Tusc. I, 47. *Cum sacerdotem illam ad solenne sacrificium curri vehi jus esset, morarenturque jumenta-tunc juvenes ii, veste posita, corpora oleo perunxerunt,*

† Vide alium usum harum particularum infra m. III. § 4.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0185
DFG

runt, cet. Livius IV, 14. et XLIV, 28. Suet. Othon. 4. Livius XLIV, 44. *Africani nepos serius cum rediſſet, tunc demum recepto ſoſpite filio, victoriæ tantæ gaudium conſul ſenſit.*

* 14. *Cum* als, da-*tamen*, *tandem*.

Cic. III. ep. 7. *Cum ea conſecutus nondum eram, quæ ſunt hominum opinionibus ampliſſima; tamen iſta veſtra nomina nunquam ſum admiratus.* Id. VIII. Att. 15. et pro Milon. 35. Hirt. B. Alex. 65. Juſtinus XII, 9, 10. *Cum Alexander diu agmen ſuſtinuiſſet: tandem cognito periculo ejus amici ad eum deſiliunt.*

* 15. *Cum* da-*poſtea*-*ad extremum*.

Cic. II. Att. 21. *Cum diu occulte ſuſpiraſſent, poſtea jam gemere, ad extremum vero loqui omnes et clamare cœperunt.*

* 16. *Cum* als-ſequitur præterita, vel vim præteritorum habentia tempora.

Cum als eleganter ſubjicitur præteritis. Cic. pro Seſt. 37. *Venit in templum Caſtoris: obnunciavit Conſuli: cum ſubito manus illa Clodiana exclamat, incitatur, invadit.* Id. XII. Phil. 9. Cæſar B. G. VI, 8, 1. Nepos Eumen. 9. Livius IV, 33. et XXXVIII, 28.

* 17. *Cum primum* als das erſte mahl.

Cic. II. in Verr. 2. *Verres ait, ſemel ſe in vita pertimuiſſe, tum, cum primum reus a me factus ſit.* Id. IV. in Verr. 23.

* 18 *Cumprimum* ſo bald als abſolute.

Cic. I. offic. 32. *Herculem Prodicium dicunt, cum primum pubeſceret, exiſſe in ſolitudinem.* Id. III. ep. 3. Id. XIV. ep. 1. Cic. IV. Att. 1.

* 9. *Cum*-

* 19. *Cum primum extemplo*, vel *tunc.*

Livius XXV, 29. *Cum primum noſtri arbitrii eſſe cœpimus, extemplo venimus ad tradenda arma.* Senec. epiſt. 72. *Cum primum longiorem eodem loco ſperavero moram, tunc iſtud in manus ſumam.* (Caveant tirones ne pro *cum primum* vel *ut primum* cum vulgo dicant *quam primum*, decepti vernacula lingua.)

* 20. *Cum* accipit aliquam vim, cum addatur *quidem.*

Cic. VII. ep. 28. 1. *Erat multo domicilium hujus urbis (quum quidem hæc urbs) aptius humanitati tuæ, quam tota Peloponneſus.* (Hæc obſervatio nihili eſt. Nullam vim *cum* accipit h. l. a *quidem*, quod tantum dicta reſtringit ad certum tempus.)

(21. *Cum maxime* pro *nunc*, *hoc tempore et nunc cum maxime*: *ut cum maxime.* † Vid. App.

Eleganter *cum maxime* dicitur de tempore pro *nunc.* Cic. off. II, 7. *Quæ paret cum maxime mortuo.* Sed proprie eſt compendium loquendi pro *nunc*, *ut cum maxime*: Itaque interdum *nunc* diſerte additur, ut ap. Liv. 29, 17. Cic. Cluent. 5, etc. quod Drakenb. ad Liv. 40, 13. per pleonaſmum fieri non recte putat. Neque vero ſemper ſignificat *nunc*, ſed etiam *ut eo tempore*, *quo maxime*, *ut cum maxime* eſt ap. Cic. ad Q. Fr. II, 9. Etiam Donatus ad Terent. notat poni pro *valde nimis.* Plura in Erneſti Clave Cicer. vide in h. v.)

* III. CUM *præpoſitio.*

Cum præpoſitio abhibetur, quando comitatus ſignificari debet. Sæpe etiam, cum quidam quaſi comitatus ſignificatur. Cic. X. ep. 24. *Jam bellum eſſet in adverſiſſimam illis Hiſpaniam cum detrimento*

mento illorum maximo detrusum. Quæ mens eum ad cogitationem consulatus bimestris summo cum terrore hominum et insulsa cum efflagitatione transtulerit, exputare non possum: Id. III. in Verr. 24. Iter hoc sibi depoposcit, ut veniret Lampsacum, cum magna calamitate et prope pernicie civitatis, zum grossen Leidwesen, und gänzlichen Ruin der Stadt. Idem V. in Verr. 8. et I. Catil. 13. et Catil. II, 9. Colum. R. R. 156. Postea ollam statuito cum aqua.

* 2. *Cum* de vestitu.

Cic. VI. in Verr. 24. In hac officina prætor majorem partem diei cum tunica pulla sedere solebat et pallio, in dieser Werkstatt saß der Richter fast den ganzen Tag in einem schwarzen Trauerkleide und Mantel. Id. in Vatin. 13. Capitolinus in Commodo p. 64. Cic. pro Rabir. Post. 10. bis.

* 3. *Cum* pro *inter-*

Cic. II. Orat, 73. Dixi ego, eum ceteris tuis laudibus hanc esse vel maximam, quod non solum quod opus esset, diceres; sed etiam quod non opus esset, non diceres.

* 4. *Cum - etiam* vel *quoque.*

Cum præpositio sæpe desiderat *etiam* vel *quoque.* Livius II, 52. Urbi cum pace laxior etiam annona rediit. Id. IV, 2. Patribus tribuni, cum jure ac majestate adempta; animos etiam eripuerunt. Cic. I. ep. 9, 63. Id. VI. Verr. 28. Cum ceteris rebus legati illud quoque eximium donum in capitolium afferebant. Id. pro Muren. 19. Honestissimo ordini cum splendore fructus quoque jucunditatis est restitutus.

* 5. *Cum eo tamen* pro *ita tamen - ut* vel *ne.*

Cum eo tamen, pro *ita tamen.* Celsus II, 17. Manentibus adhuc febribus, recte medicina ista tentatur: Cum

Cum eo tamen, ne præcordia dura sint, neve ea tumeant. Id. III, 5. *Satius est instante, quam incipiente febre aliquid offerri cibi: cum eo tamen, ut nullo tempore is, qui deficit, non sit sustinendus.* Id. IV, 6. VII, 22. et præsertim VII, 27. Livius XXX, 10. extr.

* 6. *Cum eo*, pro *ita tamen.*

Celsus III, 22. *Sanguis mittendus est, sed paulatim quotidieque pluribus diebus, cum eo, ut cætera quoque eodem modo serventur.* Id. VI, 2. *Si parum per hæc proficitur, vehementioribus uti licet, cum eo, ut sciamus, utique in recenti vitio id inutile esse.*

* 7. *Cum eo - tum etiam.* † Vide Append.

Scribon. Compos. 60. *Hoc cum eo qui candidos facit dentes, tum etiam confirmat.*

IV. *Cum* so wohl - *tum* als auch, vel *tum vero*, vel *tum etiam*, vel *tum vero etiam.*

Cum et *tum* fere usurpantur, cum duo inter se ita comparantur, ut posterius priori anteponatur: significat autem idem quod *non solum, sed etiam.* Cic. IV. ep. 13. *Cum ceteris, ut quidem videor, tum mihi ipse displiceo*, ich mißfalle nicht nur andern Leuten, sondern auch mir selbsten. * Cic. VI. ep. 6. et IX. Attic. 19. et II, 14.

2. Attamen post *tum* ponitur interdum *vero:* alias *etiam.* Cic. ad Quint. frat. 1. *Quæ cum abhorrent a litteris et ab humanitate, tum vero contraria sunt imperio et dignitati.* * Id. II. ep. 2. Cic. II. Attic. 1.

Cic. III. Attic. 23. *Ut ego perspicio cum tua conjectura, tum etiam mea, spei nihil est*, wie ich nicht nur aus deiner, sondern auch meiner Muthmassung abnehme,

nehme, so haben wir nichts zu hoffen. * Id. III. ep. 4. et IX. Attic. 4.

Cic. I. Quint. fr. 1. *Alienus est noster cum animo et benevolentia, tum vero etiam imitatione vivendi.* * Id. ibid. *Hominis est cum ipsa natura moderati, tum vero etiam doctrina atque optimarum artium studiis eruditi.*

* 3. *Cum - tum quoque.*

Cic. pro Cluent. 42. *A me cum hujusce periculi, tum cæterorum quoque officiorum et amicitiarum ratio conservata esse videtur.* Celsus VII, 29.

* 4. *Cum* †*- tum præterea.*

Cic. II. Verr. 18. *Verres cum multa in Deos hominesque nefarie fecerit; tum præterea* CCCC HS. *ex Sicilia contra leges abstulit.* Id. III. Verr. 24. *Lampsaceni cum summe in omnes cives Romanos officiosi, tum præterea maxime sedati et quieti.*

* 5 *Cum - tum magis*, vel alius comparativus.

Cic. II. offic. 5. *Animi magnitudo cum in utilitatibus comparandis, tum multo magis in his despiciendis elucet.* Id. III. Quint. fratr. 8. *Distentus cum opera, tum animo sum multo magis.* Id. III. Catil. 5. et V. ep. 13.

6. *Cum - tum maxime* aut *vel maxime* aut *præcipue* aut *in primis*, nicht nur, sondern auch vornehmlich

Ut vehementius id, quod secundo loco ponitur, affirmetur: post *tum* adhibetur *maxime* aut *præcipue*, aut *in primis* aut *vel maxime*. Cic. I. offic. 34. *Luxuria cum omni ætati turpis, tum maxime senectuti fœdissima est*, obschon die Schwelgerey allen Menschen, sie mögen alt oder jung seyn, schändlich ist, so

† Hoc *cum* magis est adverbium quam conjunctio. Adde infra §. 12, 13.

so ist sie dennoch den alten Leuten am allermeisten unanständig. Id. XI. Att. 6. *Solicitum esse te cum de tuis communibusque fortunis, tum maxime de me ac dolore meo, sentio.* * Id. III. off. 11. et I I. ep. 11.

Cic. pro Flac. 38. *Cum alia multa certi homines, tum hoc vel maxime moliuntur.* * Id. pro Rosc. Am. 25, et de senect. 2. Colum. IV, 3. †

Cic. I. ad Quint. fr. 1. *Servos cum omnibus in locis, tum præcipue in provinciis regere debemus.* *Id. ad Brut. 4. Id. XIII. ep. 12. et Cæsar B. C. III. 86, 1.

Cic. I. ep. 7. *Lentulum nostrum cum ceteris artibus, tum in primis imitatione tui fac erudias.* Id. XII. ep. 22. *Hoc ego cum reip. causa censui, tum in primis retinendæ dignitatis tuæ.* * Id. Brut. 87.

* 7. *Cum - tum eximie.*

Nepos in Agesi 1. *Agesilaus cum a ceteris scriptoribus, tum eximie a Xenophonte Socratico collaudatus est.*

* 8 *Cum - tum* utrumque superlativo junctum.

Cic. Brut. 88. *Ea erat cum summo ingenio, tum exercitationibus maximis consecutus.* Id. I. Verr. 20. *Cum auctoritas et dignitas Pisonis valebat plurimum, tum ea erat causa justissima, quod eum sibi Achæi patronum adoptarant.* (hoc nihili est.)

* 9. *Cum - tum certe.*

Cic. VI. ep. 10. *Tu es cum omni gradu amplissimo dignissimus, tum certe ordinis tui facile princeps.* Id. VII. ep. 4. *Tecum semper valere cupio, tum certe, dum hic sumus.* Id. VII. ep. 5. *Ex victoria cum multa mala, tum certe tyrannis existit.* Id. I. Orat.

† Nonnunquam pro *maxime* ponitur alius superlativus. Cic. pro Rosc. Am. 3. *Cum multa indigna, tum vel hoc indignissimum est.* Id. Brut. 35, et I. Verr. 11, et pro Muren. 27.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0191
DFG

30. *Sine ardore quodam amoris, cum in vita nihil quicquam egregium, tum certe hoc, quod tu expetis, nemo unquam assequetur.*

* 10. *Cum tum ne quidem*, vel *tum utique.*

Columella VIII, 2. *Evitentur albæ gallinæ, quæ fere cum sint molles, tum ne fœcundæ quidem facile reperiuntur.* Cic. IV. ep. 2.

Varr. III. de R. R. 5. *Omne ornithoboscium cum æstate, tum utique cum tempestas est, molle atque apricum eligi debet.*

* 11. *Cum causa tum quod* vel *tum ut.*

Cic. I. de Leg. 11. *Dolor in maximis malis ducitur, cum sua asperitate, tum quod naturæ interitus videtur sequi.* Cic. de Orat. 52. *Numeris in oratione utimur cum jucunditatis causa, tum ut varietas occurreret satietati.* (n. 10. 11. commode abesse poterant.)

12. *Cum* et *Tum* diversis verbis ejusdem, alias diversi modi copulata.

Cum et *Tum* diversis sæpe verbis ejusdem modi copulantur. Cic. XVI, 6. *Cum tua et mea valde intereste te valere, tum multis est curæ.* Idem II, 9. *Cum gratulor, tum vero quibus verbis tibi gratias agam, non reperio.* * Id. III. ep. 9. Id. VI. ep. 14.

Interdum modus variatur. Cic. de Ar. Resp. 16. *Sic enim, jus legatorum cum hominum præsidio munitum sit, tum etiam divino jure esse vallatum.* Id. VII. Att. 4. *Pompejus cum ante intelligeret, Cæsarem ab se plane alienatum, tum vero proxime judicavit.* * Id. de Amic. 7. Id. IV. ep. 4.

* 13. *Cum - tum tamen.*

Cic. Brut. 64. *Historia ejus cum facile omnes vincat superiores, tum indicat tamen, quantum absit a summo.*

14. *Cum*

14. *Cum-tum-tum.*

Interdum quia plura inter ſe comparantur, *tum* iteratur. Cic. IX. ep. 13. *Velis per te, me hoc muneris cum ipſis amicis hominibus tum municipio Caleno, tum Leptæ, quem omnibus antepono, dare.* * Id. pro Roſc. Am. 22. Id. pro Dom. 26, et pro Muren. 18.

*V. *Cum* weil-*Cur.*

Cic. IV. quæſt. Acad. 35. *Cum ſit campus in quo poſſit exultare oratio; cur eam in tantas anguſtias et in Stoicorum dumeta compellimus?* (*cur* nihil relationis habet ad *cum.*)

* 2. *Cum* weil-*itaque* rariſſimum eſt.

Arbit. Sat. 41. *Hic aper cum heri ſummam cœnam vindicaſſet, a convivis dimiſſus: itaque hodie tanquam libertas in convivium revertitur.*

VI. *Cum* obſchon, pro *etſi-tamen.*

Interdum *cum* deſignat *etſi.* Cic. I. ep. 2. *Ei ſenatus auctoritati cum Cato et Caninius interceſſiſſent; tamen eſt perſcripta*, obſchon Cato und Caninius ſich wider den Rathſchluß ſetzten, ſo wurde er doch niedergeſchrieben. Id. I. ep. 8. *Cum plus etiam contenderimus, quam poſſumus; minus tamen faciemus, quam debemus.* * Adde Cic. IV. ep. 6. extrem. et VI. ep. 19.

* 2. *Cum* obſchon-*nihilominus.*

Nepos Attic. 4. *Cum Atticus rei familiari tantum operæ daret, quantum non indiligens deberet paterfamilias; nihilominus amicis urbana officia præſtitit.* Hirtius B. Alex. L, 2. Livius XXVII, 26. et XXIX, 18. Senec. Quæſt. natur. I, 5.

Huc pertinet illud Varronis VIII. L. L. 13. *In veſtitu cum diſſimillima virilis toga muliebri ſtolæ; tamen inæqualitatem hanc ſequimur nihilominus.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0193
DFG

* 3. *Cum* jungitur etiam indicativo.

Cum obſchon habet etiam indicativum. Cic. IV. in Verr 5. (III. 5.) *Hæc cum omnia facta ſunt; tamen unam ſolam ſcitote eſſe civitatem Mamertinam, quæ publice legatos, qui iſtum laudarent, miſerit.* (at boni libri habent *ſint*, quod verum eſt: etſi qui forte alius locus indicativum in tali contextu habet, eſt emendandus. Tirones autem monendi, ut ab hoc ſolœciſmo, qui hodie valde pervulgatus eſt, ſibi caveant; nam in argumentando et concludendo *cum* ſemper conjunctivum habet. Ubi autem ſimpliciter eſt pro *quod, quoniam, quando*, ſine concluſione, etiam indicativus locum habet: ut in his: Cic. XV. ep. 12. *quam mihi facultatem cum hic - - caſus provinciæ eripuit:* i. e. quando, quoniam. ib. 15. *cum ejus conſilii princeps ego fuiſſe videor, plus fortaſſe tibi ipſe præſtare debeo etc.* ſimilia hæc: ſed, *cum ita accidit: bene facis, cum me adjuvas etc.*)

CAPVT LVI.

De adverbio CUR.

Cur cum *cauſa*.

CUR ſæpe cum *cauſa* conjungitur. Cic. pro Roſc. Com. 16. *Non fuit cauſa, cur tantum laborem caperes et ad me venires.* Idem pro Roſc. Am. 50. *Quodſi tibi cauſa nulla eſt, cur hunc miſerum tanta calamitate affici velis: quæ iſta tanta crudelitas eſt?* Wenn du aber keine Urſache haſt, warum du dieſen elenden Menſchen in ſo großes Elend ſetzen wollteſt ꝛc. Id. pro Cluent. 61. *Quæ cauſa fuit Avito, cur interficere Oppianicum vellet?* Idem pro Flacc. 2. *Quid eſt cauſæ, cur non is pertimeſcat?* Warum ſollte der ſich nicht fürchten?

2. Alias

2. Alias *causa* non exprimitur, sed intelligitur. Cic. pro Cluent. 53. *Quid est, cur tu in isto loco sedeas*, was ist das, daß du an dem Ort sitzest? * Add. Cic. pro Cæl. 20. Id. IX. Att. 7.

* 3. *Cur* cum *argumento* vel *ratione*.

Cur etiam cum *argumento* et *ratione* conjungitur. Cic. I. de Nat. Deor. 2. *Id satis magnum esse argumentum dixisti, cur esse deos confiteremur.* Id. III. N. D. 4. Id. I. divin. 3. Cic. VI. ep. 8. *Affert rationem, cur neget.*

* 4. *Cur* post *miror*, *quæro* cet.

Cic. VII. ep. 28. *Miror, cur me accuses*, es wundert mich, daß du mich schelten magst. Id. II. Philip. 20. et V. ep. 12. Cic. IX. ep. 2. *Quæres fortasse, cur cum hæc in urbe sint, non absim*, du wirst vielleicht fragen, warum, da dieses in der Stadt vorgehet, ich mich nicht wegmache. Id. pro Arch. 6. et pro Sylla 1. et de Nat. Deor. 22.

* 5. *Cur* coarguentis, et instantis.

Cic. VII. Att. 3. *Si Respublica defenditur, cur ea, consule isto ipso, defensa non est? cur ego, in cujus causa Reipublicæ salus consistebat, defensus postero anno non sum? cur imperium illi, aut cur illo modo prorogatum est?* cet. Wenn man für die Freyheit der Republik ficht, warum hat man denn dieselbe nicht damals vor Unfall bewahret, als er selbst Bürgemeister war ꝛc. Id. II. de N. D. 39. et II. de divin. 30. Liv. VI. 15.

*6. *Cur* indignantis.

Terent. Andr. V. 3. *Sed quid ago? cur me excrucio? cur me macero? cur meam senectutem hujus solicito amentia.* Cæsar I. B. G. 40. Cic. VII. Philipp. 4. Livius II, 34.

* 7. *Cur* prohibentis amice.

Cic. II. ep. 18. *Cur ego te velim incidere in terrores tribunitios?*

* 8. *Cur* optantis.

Cic. II. ep. 7. *Dii immortales, cur ego non adsum, vel spectator laudum tuarum, vel particeps, vel socius, vel minister.* Cic. XVI. Attic. 6. Id. II. Att. 19.

* 9. *Cur non* excitantis.

Planc. ad Cic. X. ep. 23. *Pro urbis salute, cur non omnibus facultatibus, quas habemus, utamur?*

* 10. *Cur si.*

Cic. I. de Nat. Deor. 11. *Cur quicquam ignoraret animus hominis, si esset Deus?*

CAPUT LVII.

De præpositione DE.

1. DE ad locum, pro *ex.*

Alias refertur ad locum. Terent. And. III, 2. *Clamat de via*, er schreyet auf der Strasse. Cic. de Orat. 15. *Non declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro quærimus.* Id. II. de Orat. 7. *Hominem audietis de schola.* Id. IV. Verr. 38. *Verres palam de sella ac tribunali pronunciat.* Id. I. Att. 10. *De Phaselo epistolam dedisti.*

Idem illa vulgata: *Exire de navi, de Sicilia abire, de provincia decedere. (de eadem fidelia.* Cic. ep. VII, 29.)

* Huc pertinet illud: *de transverso* Cic. XV. ep. Attic. 4. *De principio* anfangs. Cic. pro Syll. 24.

* Eodem referri videtur posse illa observatio Autoris nostri:

De

De scripto.

De scripto contrarium habet *memoriter*. Cic. X. ep. 13. *A me de scripto dicta sententia est.* Id X. Philip. 2. *Ita dixisti, et quidem de scripto*, aus dem Buch, vom Papier. * Add. IV. Att. 3. Idem in Brut. 12.

3. *De* pro *ex* ad personam relatum.

De pro *ex* sæpe ad personam accommodatur. Cic. pro Balb. 5. *Audivi hoc de parente meo puer*, ich habs als ein Knabe von meinem Vater gehört. Id. I. Att. 11. *Messala consul de Pompejo quæsivit, quid de religione sentiret.* Id. pro Flacc. 20. *Fundum Cymeum Romæ mercatus est de Pupillo Meculaneo.*

Huc refer quando über significat *de* v. g. Livius VIII, 12. *Victoria de tot ac tam potentibus populis.* Sic *triumphatum de Volscis.* quod Cic. II. ep. 10, 2. *triumphum agere*, dicit, *ex dolore inimicorum.*

4. *De* pro *ex* ad gentem, gradum, conditionem, multitudinem.

Persæpe accommodatur ad gentem, gradum, conditionem, multitudinem aliquam. Cic. pro Flac. 4. *Si quis unquam de nostris hominibus a genere isto non abhorrens fuit, me esse arbitror*, wenn jemals jemand von unsern Leuten jenen Leuten nicht abhold gewesen, so bin ich es wohl. * Nepos in Thras. 2.

Cic. de opt. g. orat. 4. *Habeatur sane orator, sed de minoribus*, der soll zwar vor einen Redner gehalten, aber unter die geringen gerechnet werden.

Cic. Brut. 34. *Eodem tempore accusator de plebe fuit L. Cæsulenus*, zu derselbigen Zeit hat auch der Cæsulenus ein gemeiner Mann einen Ankläger abgegeben. Livius VII, 17.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0197
DFG

Cic. pro Mil. 24. *Unus de illis.* * Idem XV. ep. 2. et XVI. ep. 1. Nepos Cat. 3.

Item illa: *Unus de multis; unus de septem; unus de populo.*

5. *De* pro *ex* ad materiam refertur.

Non raro ad materiam Cic. Att. XIII. 37. *De eodem oleo et opera exaravi nescio quid ad te.* Id. II. de Orat. 19. *Cujusmodi artificium de ipso jure civili Crassus componi posse dicebat*, dergleichen Kunststück man bey bürgerlichen Rechten brauchen könnte.

Huc spectant illa. Cic. Parad. I, 2. *Ceteri multa de suis rebus exportabant*, die andern trugen viel von ihren Sachen mit sich weg.

* Eodem spectare mihi quidem videntur observationes illæ auctoris:

6. *De meo. De tuo. De suo. De nostro.* * *De publico.* * *De alieno.*

De meo, de tuo, de suo, de nostro, vulgaria videntur, sed elegantia sunt. Terent. Adelph. I, 2. *Filius tuus obsonat, potat, olet unguenta? de meo*, riecht er von köstlichen Salben, so gehts auf mein Conto, aus meinem Beutel. Plaut. Bacch. I, 1. *Ad eam operam facere sumtum de tuo*, du solltest noch darzu das Geld aus deinem Beutel hergeben. *Senatus decrevit, ut stipendium miles de publico acciperet, cum ante id tempus de suo quisque functus eo munere esset.* Liv. IV, 59. extr. Cic. XVI. Att. 17. Plaut. Trucul. I, 2. *De nostro sæpe edant*, sie zehren auf unsern Beutel los. * Cic. V. Verr. 44. *Apronius quotidie solitus est non modo in publico, sed etiam de publico convivari*, auf Unkosten der Republik. Livius I, 20. Id. II, 16. Livius III, 1. *Possessores et magna pars patrum querebantur, principem civitatis largiendo*

largiendo de alieno popularem fieri, mit Verschenkung anderer Leute Güter.

* Nonnunquam tamen significatio harum locutionum a pecuniis ad alia transfertur. Cic. IV. ep. 3. *Quod exemplo fit, id etiam jure fieri putant, et aliquid, atque adeo multa addunt et afferunt de suo*, sie wissen auch von dem ihrigen dazu zu setzen (etiam sine exemplo multa faciunt.)

* Huc refer cum præpositio *de* substantivo adjungitur, quod propter præcedens substantivum in genitivo poni debebat. Terent. Heaut. IV, 1. *Puella est expers partis de nostris bonis.* Palladius I, 35, et I, 43. (etiam alio modo pro *ex* ponitur, ut in hoc Cic. in Vatin. 15. *intelligo de gestu.*

7. **De* notat partem temporis, quo aliquid fit, et post quod aliquid fit.

Interdum ad tempus. Cic. IV. Attic. 3. *Milo in comitium de nocte venit*, Milo ist des Nachts gekommen. Id. pro Mur. 19. *Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas.* Id. II. ad Q. fr. 1. *Fac, si me amas, ut consideratе diligenterque naviges de mense Decembri.* Cæsar lib. 1. de B. Civ. 63, 3. *Cum de tertia vigilia Petrejus atque Afranius castra movissent, repente sese equites ad novissimum agmen ostendunt*, in der dritten Nachtwache mit dem Lager aufgebrochen. (v. laudatos in Clave Cicer.)

* *De* ad tempus, post quod aliquid fit. Livius V, 48. *Diem de die prospectabat Capitolinus, ecquod auxilium ab dictatore apparet*, einen Tag nach dem andern. Plaut. Most. III, 2. *Non bonus somnus est de prandio.*

De sæpe finem notat et causam impellentem.

8. *De*

8. *De* pro *Super*, ὑπὲρ.

Cum de legatis agitur†, *De* uſurpatur ad ſignificandam materiam aut cauſam legationis. Cic. lib. I. offic. 13. *Regulus de captivis commutandis Romam miſſus eſt.* Id. in Brut. 90. *Dictatore Sylla, Molo legatus ad ſenatum de Rhodiorum præmiis venerat.* Item illa. *Legati de pace.* (Cæſar B. G. II, 6, 4.) *de captivis redimendis.*

9. *De* pro *propter.*

Etiam ad cauſam declarandam adhiberi ſolet. Ter. Hecyr. V, 1. *Non hoc de nihilo eſt, quod Laches me nunc conventam expetit*, das iſt nicht umſonſt, daß Laches ſich um meine converſation bewirbt. Plaut. Truc. IV, 2. *de nihilo iraſci*, vergebens und um nichts zürnen. Cic. III. Verr. 30. *Flebat uterque non de ſuo ſupplicio, ſed pater de filii morte; de patris filius.* Item illa vulgata. *Gravi de cauſa; certis de cauſis; quibus de cauſis; maximis juſtiſſimisque de cauſis.*

10. *De*, pro *quod attinet ad.*

Sæpiſſime uſurpatur pro *quod attinet ad.* Cic. I. ep. 1. *Hortenſii ſententia cedit religioni de exercitu*, des Hortenſii Meynung gehet dahin, daß man, ſo viel es die Mitführung einer Armee betrifft, nicht wider die Sibylliniſchen Bücher handeln ſoll. Id. X. Attic. 1. *De paca, ſentio ſimulationem eſſe apertam*, was den Frieden betrifft; ſo halte ich dafür, daß es nur ein verſtelltes Weſen ſey. Huc revocari poſſunt illa: *De facie novi*, Cic in Piſ. 32. *Virtutem tu ne de facie quidem noſti*, du kenneſt die Tugend nicht einmahl dem Geſichte nach.

* *De*

† Vel etiam aliis rebus ac perſonis, quibus quid committitur et demandatur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0200
DFG

*De cetero im übrigen.

*De pro *secundum.*

11. α. *De consilio. De sententia alicujus.*

Jungitur sæpe cum *consilio et sententia.* Cic. XII. ep. 3. *Non dubitant, quin omnia de meo consilio, et vos feciſſetis, et Canutius faceret.* Id. VI. Attic. 3. *Q. Cicero solet aperire epiſtolas, idque de meo consilio,* auf mein Einrathen. Nach meinem Rath. * Ter. Phorm. III, 1. Cic. pro Roſc. Am. 30. *De amicorum cognatorumque sententia Roſcius Romam confugit.* Idem II. de fin. 31. *Epicurus diligenter sanxit, ut hæredes ſui de Hemarchi sententia dent, quod satis ſit, ad agendum diem natalem ſuum.* Item illa: *De consilii sententia.* Cic IV. Att. 2. *De communi sententia.* Cic. III. offic. 20. Nach dem einhelligen Schluß ihrer aller.

* 12. β. *De more,* nach Gewohnheit.

Sueton. Galb. 18. *Galbæ milites allocuturo caſtrenſis ſella de more poſita pro tribunali, perverſe collocata eſt,* nach dem Gebrauche, wie es gebräuchlich. Id. in Tit. 5. Plinius VII, 30

* 13. γ. *De compacto,* nach der Abrede.

Plaut. captiv. III, 1 *Scivi exemplo, rem de compacto geri,* daß ſie es ſo mit einander abgeredet.

14. *De induſtria,* mit Fleiß.

De induſtria, eſt *dedita opera,* mit Vorſatz, fürſetzlich. Cic. IV. de Finib. 1. *Quædam non obſcure ab illis dicuntur de induſtria, ſed ineſt in rebus ipſis obſcuritas,* ſie reden nicht mit Fleiß dunkel. Id. Orat. 44. *De induſtria id faciendum fuit.* * Add. I. offic. 7. et I. offic. 33. Terent. Andr. IV, 5. Vellejus I, 2, 2.

15. De

15. *De integro* pro *denuo*, aufs neue, vom neuen, wieder zum andern mahl.

De integro idem quod *denuo*. Cic. IV, 56. in Verr. *Metellus dicit de integro sibi creari placere censores.* Id. Attic. XIII, 49. *Gratulari de integro.* Id. XII, 30, 6. *De integro incidere in morbum.* Id. XIII. Att. 27. *Isti ita multa mutari volunt, ut mihi de integro scribendi causa non sit.*

* 16. *De improviso* unversehens.

Cæsar B. Gall. I, 3, 1. *Cæsar eo de improviso celeriusque omnium opinione venit.* Ter. Andr. I, 2. et Heaut. II, 3. Cic. pro Rosc. Am. 52.

* 17. *De* raro ad commutationem conditionis refertur.

Justinus VII, 2, 11. *Macedones miseratio infantis regii tenebant, quem si victi forent, captivum de rege facturi videbantur*, aus einem Könige einen Gefangenen. Sic in illo: *Si fortuna volet, fiet de rhetore Consul.*

* *De* omissum.

** P. *De* dissimulatur in his formulis: Ter. Andr. III, 2. *Quid me fiet.* Cic. Verr. *Quid hoc homine faciatis?* Sed sciamus, etiam hanc loquendi rationem esse latinam: *Quid de me fiet?* Cic. II. Att. 5. *Quid de P. Clodio fiat, rescribe.* * Ellipsis est in illis item: *Mea quidem sententia pari quæ nihil habitura sit insidiarum, semper est consulendum.* Cic. off. I, 11. *Improbior nemo, meo judicio, fuit.* Cic. IX. ep. 21, 10. X. ep. 4 et 5. *Salute gaudemus.* Cic. XII. ep. 13. *Mea causa.* Cic. VII. ep. 27. *Fortassis ea re minucius agis.*

(*De* pro *ab.*)

Reperiuntur etiam loca, in quibus pro *ab* ponitur: quod tamen vix imitandum. Cic. Cæcin.

cin. 36. *ne de eo contemtus esse videatur.* Ad Att. XIII, 31. *de Pilio emit.*)

CAPUT LVIII.

De adverbiis DEHINC, DEIN, DEINCEPS, DEINDE.

I. DEHINC de tempore.

Senec. Quæst. nat. III, 29. *Incipiet terra putrescere, dehinc laxata ire in humorem et assidua tabe defluere.*

II. DEIN.

Præter reliquos usus sæpe solum ponitur, non præmisso *primum.* Sallust. Catil. 59. *Dein exercitum instruit.*

1. -- *Dein* -- *exin.*

Tacitus II. Annal. 16. 3. *Noster exercitus sic incessit: auxiliares Galli Germanique in fronte; post quos pedites sagittarii; dein quatuor legiones et cum duabus prætoriis cohortibus Cæsar; exin totidem aliæ legiones.*

* 2. -- *Dein - postremo* vel *postremum.*

Livius XLV, 1. *Murmur populi tota spectacula pervasit, devictum regem esse. Dein fremitus increbuit: postremo clamor plaususque exortus* Adde Tacit. III. Ann. 66, 5, et Ann. I, 73, 1, et II. Ann. 3, 2. Tacit. II. Annal. 62, 4. *Negotiatores jus commercii, dein cupido augendi pecuniam, postremum oblivio patriæ, suis quemque ab sedibus hostilem in agrum transtulit.*

* 3. -- *Dein - mox - postremo*, rarum.

Tacitus I. Hist. 15, 2. *Augustus sororis filium Marcellum, dein generum Agrippam, mox nepotes suos,*

ſuos, poſtremo Tiberium Neronem privignum, in proximo ſibi faſtigio collocavit. (nil differt a ſuperiori obſervatione.)

* 4. *Dein, poſtquam* vel *ubi*, hiſtoricum eſt.

Dein comitem habet interdum *poſtquam*. Livius VI, 29. *Primo impetu ac clamore diſſipati ordines ſunt Prænestinorum. Dein, poſtquam nullo loco conſtabat acies, terga vertunt.* Id. IX, 31. Salluſt. Jugurth. 68. *Dein, ubi ira et ægritudo permixta ſunt, cum maxima cera ultum ire injurias feſtinat.* Add. 69. Catil. 45. (hæc obſervatio nihili eſt.)

* 5. - *Dein - dein* rariſſimum eſt.

Plinius H. N. V, 32. *Ea appellata eſt Cronia, dein Theſſalis, dein Maliande, et Strymonis.*

* 6. *Dein - tunc - poſtea* rarum eſt.

Plinius XIX. H. N. 8. *Lepidium ſeritur a Favonio, dein, cum fruticavit, juxta terram præciditur: tunc runcatur ſtercoraturque per biennium hoc: poſtea iisdem fruticibus utitur, ſi non ſævitia hiemis ingravat.*

* 7. *Dein* de gradibus præſtantiæ.

Dein rarius deſcenſum a nobilioribus rebus ad ignobiliores ſignificat. Plin. H. N. XXI, 6. *Prima nobilitas Gilicio croco, et ibi in Coryco monte: dein Lycio, monte Olympo: mox Centuripino Siciliæ.* Id. XXI, 18. Id. XXI, 21. Id. XXV, 15. et XXVIII, 9. et XXXVII, 9.

III. DEINCEPS.

Deinceps ex *dein* et *capio* factum, proprie eſt *unus poſt alium*, eines nach dem andern, nach der Reihe fort. Cic. II. ep. 18. *Illos tres fratres ſummo loco natos te nolo habere iratos, quos video deinceps Tribunos plebis per triennium fore.* Id. IV. Tuſc. II.

Cato

Cato dixit, morem apud majores hunc epularum fuisse, ut deinceps, qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes, atque virtutes. Id. VI. de rep. 7. *Etiamsi cupiat proles futurorum hominum deinceps laudes unius cujusque nostrum a patribus acceptas posteris tradere; tamen propter eluviones exustionesque terrarum ne diuturnam quidem gloriam assequi possumus.* * Id. I. Divin. 30. et I. off. 45. Livius XXVI, 20.

* 2. *Deinceps*, post ablativos consequentiæ.

Cic. Offic. II, 15. *Expositis adolescentium officiis, deinceps de beneficentia dicendum est.* (hoc nil differt a n. 3.)

3. *Deinceps* pro *deinde*, (sed cum respectu ordinis plerumque.

Interdum usurpatur pro *deinde*. Hernach, nun ferner. Cic. I. off. 14. *De justitia dictum est; deinceps, ut erat propositum, de liberalitate dicendum.* Id. IV. Philipp. 4. *Deinceps laudatur provincia Gallia.* * Forte hæc etiam exempla referri possunt ad n. 1.

* 4. *Principes - proximi - deinceps.*

Cic. I. off. 17. *Principes sunt patria et parentes: proximi liberi, totaque domus: deinceps bene convenientes propinqui.*

IV. *De adverbio* DEINDE.

1. *Deinde*, hernach, ferner.

Est adverbium ordinis, atque interdum sæpius iteratur. Cic. III. ep. 7. *An ego tibi obviam non prodirem? primum Appio Claudio, deinde imperatori, deinde more majorum, deinde, quod caput est, amico.* * Id. I. Invent. 26.

* 2. *Deinde* non præmisso *primum.*

Sæpe *deinde* ponitur, etiamsi non præmittatur *primum.* Cic. III. Catil. 3. *Horum scelerum machinatorem Cimbrum Gabinium statim ad me vocavi: Deinde item arcessitur Statilius: et post eum Cethegus, tardissime autem Lentulus venit.* Id. VI. ep. 13. IX. ep. 24. Verr. V, 16. Livius IV, 3. Plin. XXV, 11, 15. etc.

* 3. - *Deinde - postea* vel *postremo.*

Sæpe omisso *primum* ponitur *deinde* et mox *postea.* Cic. Brut. 67. *Is cum satis floruisset adolescens, minor haberi est cœptus postea. Deinde ex virginum judicio magnam laudem est adeptus: postea quantum detraxit ex studio, tantum amisit ex gloria.* Tacitus Ann. XIV, 17, 2. *Oppidana lascivia invicem incessentes probra, deinde saxo, postremo ferrum sumsere.*

* 4. - *Deinde - mox.*

Plinius H. N. VI, 30. *Universa gens Aetheria appellata est, deinde Atlantia, mox a Vulcani filio Aethiopia.*

* 5. - *Deinde - deinde. Post - tum.*

Cic. I. leg. Agr. 2. *Tribuni jubent venire agros Attalensium: deinde agros in Macedonia regios: deinde agrum Corinthium; post autem agros in Hispania apud Carthaginem novam; tum ipsum veterem Carthaginem vendunt.*

* 6. - *Deinde - post hæc - novissime.*

Celsus de re med. præfat. *Hi qui rationalem medicinam profitentur, hæc necessaria esse proponunt, abditarum et morbos continentium rerum notitiam, deinde evidentium, post hæc etiam naturalium actionum, novissime partium interiorum.*

* 7. - *De-*

* 7. - *Deinde - tum - tum - post hæc.*

Celsus II, 18. *Aqua levissima pluvialis est, deinde fontana, tum ex flumine, tum ex puteo, post hæc ex nive aut glacie; gravior his ex lacu, gravissima ex palude.*

* Huc pertinet illud Celsi, ib: *Piscium gravissimi sunt, ex quibus salsamenta fieri possunt: deinde, qui quamvis teneriores, tamen duri sunt: tum plani; post quos etiam leviores, lupi mullique et post hos omnes saxatiles.*

* 8 *Deinde - tum* - cet.

Celsus III, 7. *Vomitus post febrem eliciendus est; deinde dandus cibus ex levissimis; tum is dormiat; postero quoque die, si febris manet, abstineat.* Id. VI, 11.

* 9. - - *Deinde* octies repetitum - *postremo.*

Vide Cic. II. de Invent. 49. *Ex quo conficitur, ut, si leges - - - utraque lex conservari videatur.*

* 10. *Deinde - inde.*

Cic. IX. ep. 21. *Hunc secutus est cursor homo valde honoratus: deinde L. Masso ædilitius: inde multi Massones.*

* 11. - *Deinde - mox - exin* cet.

Sueton. August. 19. *Conjurationes alias alio tempore detectas compressit, Lepidi Juvenis, deinde Varronis, mox Egnatii, exin Planci; ac præter has Andasii, Themasini, Epicadi ex gente Parthica Hybridæ, ad extremum Telephi mulieris servi nomenclatoris.*

* 12. *Deinde - post* vel *postea.*

Deinde post et *postea* conjungitur per pleonasmum. Vellejus II, 23, 3. *Major pars nobilitatis ad Sullam in Achaiam ac deinde post in Asiam perfugit.* Livius XLI, 24. *Legati deinde postea missi ab rege, cum*

Megalopoli concilium esset. Celsus III, 4. et III, 20. et V, 28. de Anachord. et VII, 18.

* 13. *Deinde tum. Deinde tunc.*

Deinde tum conjunguntur, per pleonasmum Varro V. L. L. 6. *Actionum trium, primus agitatus mentis: quod primum ea quæsumus acturi*, cogitare *debemus: deinde tum* dicere: *ac postremo* facere. Senec. ep. 74. *Quid adversus hoc pro nobis responderi soleat, ponam deinde, tunc adjiciam, quid præterea respondendum putem.*

* 14. *Deinde, cum.*

Particulam *deinde* nonnunquam proxime sequitur *cum.* Livius III, 47. *Deinde cum Claudius iret ad prehendendam virginem; Virginius intentans in Appium manus, Icilo, inquit, Appi, non tibi filiam despondi.*

* 15. *Deinde, postquam. Deinde, posteaquam.*

Interdum particulæ *deinde* adhæresçit *postquam.* Liv. III, 66. *Latinum primum agrum populati sunt: deinde postquam ibi nemo vindex occurrebat, tum vero ad mœnia ipsa Romæ accessere.* Id. VI, 13. VII, 37. VIII, 8. XLII, 7 et 55. Cels. VII. præf. *Deinde, posteaquam deducta ab aliis habere professores suos cœpit* Chirurgia, *in Aegypto quoque increvit.*

* 16. *Deinde, ubi.*

Livius VII, 14. *Duces Gallorum primo credebant, non descensuros in æquum Romanos; deinde, ubi degressos repente viderunt, et ipsi avidi certaminis in prælium ruunt.* cf. *dein* n. 5. (hi tres numeri n. 14. 15. 16. nihil habent quod proprium sit huic particulæ.)

* 17. *In primis - deinde.*

Palladius I, 12. *In primis studendum est in agresti fabrica*

fabrica, ut multa luce clareſcat: deinde ut partes temporibus diviſas congruis cœli regionibus offeramus. Plin. IX, 18.

* Huic geminum eſt illud Palladii libr. I, 33: *Stercus Aſinorum primum eſt maxime hortis, deinde ovillum et caprinum et jumentorum.*

CAPUT LIX.

De adverb. DEMUM et DENIQUE.

1. DEMUM idem eſt, quod *tandem*, præſertim cum interrogationi jungitur, et vim habet gravius inſtandi. Cic. V. Tuſc. 37. *Jam vero exilium, quantum demum a perpetua peregrinatione differt?* Was iſt denn wohl vor ein Unterſchied?

* *Demum* extra interrogationem pro *tandem.*

Juſtin. I, 7. *Domitis demum plerisque, cum Cyrus adverſus Babylonios bellum gereret, Babyloniis Cræſus in auxilium venit.*

2. Cæteroqui uſurpatur pro *denique.* Cic. XVI. Att. 3. *Nunc demum reſcribo his literis, quas mihi miſiſti,* nun antworte ich erſt auf den Brief. *Terent. Adelph. V, 3. Cic. X. ep. 31. Terent. Heaut. II, 3.

* *Tum demum, nunc demum* cet.

Demum adjunctum eſt nonnunquam particulis temporis, v. g. *nunc, tum,* ut vim addat. Cic. IX. Att. 12. *Si Cnejus Italiam relinquet, faciet omnino male: ſed tum demum conſilia noſtra commutanda erunt.* Plaut. Mil. IV, 8.

** *Demum* pro *duntaxat.* Trajan. ad Plin. X. ep. 33. *Nobis utilitas demum ſpectanda eſt.* Buchn. ibid.

II. DENIQUE.

Denique est *ad extremum* (s. tandem) ac proprie locum habet in extrema parte enumerationis. Cic. post red. ad Quir. 7. *Pompeji oratio fuit tripartita. Primum vos docuit, etc. tum in perorando posuit, etc. Denique ipse ad extremum pro mea vos salute rogavit.*† Id. II. Orat. 78. *Nihil est denique in natura rerum omnium, quod se universum profundat, et quod totum repente evolet.* * Id. IX. Att. 13. et pro Mil. 8. et pro Arch. 6.

* - *Denique - postremo.*

** Aliquando et ante extremam partem occurrit *denique*. Cic. II. Agr. 23. *Omnes urbes, agri, regna denique, postremo etiam vectigalia vestra venierint.* Id. II. ep. 15. *Denique nunc solicitus non sum. Postremo potentissimorum exemplo, adolescentem non tam allicere volui quam alienare nolui.* * Id. III. N. Deor. 9. et II. Catil. 11.

2. Sæpe tamen usurpatur pro *demum* ††. Cic. II. Orat. 77. *Hisce omnibus rebus consideratis, tum denique id, quod primum est dicendum, postremo loco cogitare, quo utar exordio.* Id. IX. ep. 14, 11. *Quis putabat ad eum amorem posse aliquid accedere? tantum accessit, ut nunc denique amare videar, antea dilexisse.* Id. pro Quint. 31. *Obsecrat te, ne is, de cujus officio nemo unquam dubitavit, sexagesimo denique anno macula turpissimaque ignominia notetur.* *Id. IX. Att. 2. et Catil. 2. et X. ep. F. 10. de Fat. 14.

* *Diu-*

† Ergo Autor in hoc exemplo pleonasmum esse putavit. Mihi vero discernendum *denique* a particulis *ad extremum* videtur. (Turs. *ad extremum* dixit pro *tandem*: in Cic. loco autem est *ad extremum* pro *in ultima orationis parte*.)

†† Hoc est, de *tempore* dicitur. (immo etiam ubi nulla temporis significatio, ut *demum*, Ovid. A. III, 4. *ea denique casta est*, Cic. ep. X, 19. *is denique mihi bonus videtur.*)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0210
DFG

* *Diu-denique.*

Cic. V. Att. 20. *Quæ ego diu ignorans ex tuis literis a. d. V. Cal. Jan. denique cognovi.*

* 3. *Denique* pro *omnino*, ja gar, ganz und gar.

Denique sæpiuscule significat *omnino*, gar. Cic. IV. Verr. 23. *De Epicrate, qui antequam in jus aditum esset, antequam denique mentio controversiæ facta esset, discessisset; putabant nihilagi posse;* Weil er ehe als der Proceß angegangen, ja gar ehe man von der streitigen Sache das geringste gemeldet ꝛc. Id. pro Quint. 16. et IV. Verr. 51. IV. Verr. 69. et VII. Verr. 27. et pro Quint. 19, 21.

* 4. *Denique* pro *summum* positum videtur in Or. pro Rosc. Am. 37. *Nonne satis fuit his gratias agi? denique, ut per liberaliter ageretur, honoris aliquid haberi?* Wäre es nicht genug gewesen, wenn man ihnen Dank gesaget? oder zum höchsten, wenn man sehr holdselig hätte seyn wollen, eine Ehre angethan hätte?

(5. *Denique* pro *ut brevi complectar, paucis me expediam.*

Eleganter etiam dicitur, cum abrumpimus orationem, ad summam redigimus omnia. Cic. Verr. II, 51. *negant id Syracusani per religiones sacrorum ullo modo fieri posse, has denique negant esse.* vid. laudatos in Ernesti Clave Ciceron.

CAPUT LX.

De adverbio DESUPER.

DESUPER est *ex alto.* Senec. epist. 74. *Idem in his evenit, quæ fortuna desuper jactat.* Victor Vir. III, 73. *Appulejus quum in curiam fuisset, lapidibus et tegulis desuper interfectus est.*

Animadversio.

Desuper dixi, pro *ea de re dixi*, barbarum est. De particula DISSIMILIS vide infra in SIMILIS.

CAPUT LXI.

De adverbio DIU.

DIU est *per longum tempus.* Cic. I. Verr. 23. *Quæ sigillatim ac diu collecta sunt, uno tempore universa perdimus*, was einzeln und in langer Zeit gesammlet worden, verliehren wir alles zusammen auf einmahl. * Id. V. Att. 20, et pro Milon. 2.

2. *Diu* cum tempore præsenti.

Cum actio adhuc durat, *diu* cum præsenti tempore copulatur. Cic. I. de Orat. 31. *Omnia jam ex ipso, quæ diu cupimus, cognoscemus*, was wir nun schon lange Zeit zu wissen verlangen, werden wir anietzo von ihm selbst vernehmen.

* 3. *Diu - ad postremum* vel *postremo.*

Just. III, 6, 9. *Diu varia victoria fuit, ad postremum æquo Marte utrinque discessum.* Id. IV, 6, 6. et IV, 2, 12. Livius V, 8. *Diu in medio cæsi milites; postremo, desertis munitionibus, perpauci in majora castra pertenderunt*, Id. XXIII, 40. XLIV, 42. Justin. X, 3, 6.

* 4. *Diu - post* vel *tandem.*

Sueton. in August. 98. *Tiberium diu secreto sermone detinuit Augustus, neque post ulli majori negotio animum accommodavit.* Tacit. XI, Ann. 18. 2. Huc pertinet illud Plin. XIII, 1. *Irinum Corinthi diu maxime placuit, postea Cyzici.* Livius III, 50. *Flens Virginius diu vocem non misit: tandem ordine cuncta, ut gesta erant, exposuit.* Adde eund. XXXVIII,

XXXVIII, 11. XXXIX, 12. Sueton. in Claud. 21. et Cæsar. 31. et Tiber. 42.

* 5. *Diu-jam*, vel *nunc jam*, vel *nunc*.

Livius II, 44. *Diu sustentatum id malum Patrum consiliis, jam ad extremum venit.* Cic. III. Philip. 14. *Nimium diu teximus, quid sentiremus; nunc jam apertum est.* Cic. IX. Philip. 15. *Diu legiones Cæsaris viguerunt; nunc vigent Pansæ.* Huc adde, sis, Tacit. Ann. VI, 48, 2.

* 6. *Diu-nunquam. Diu-sæpius. Diu-semper.*

Tacitus IV, 31, 5. *Claudii principis amicitia diu prospere, nunquam bene usus est Suilius.* Suet. Tib. 33. *Tiberius etsi principem varium diu, commodiorem tamen sæpius exercuit.* Cic. I. Tusc. quæst. 31. *Diu mansuros ajunt animos, semper negant*, das sagen sie wohl, daß die Seele lange Zeit bleibe, aber sie geben nicht zu, daß sie ewig daure.

* 7. *Diu-mox* vel *repente*, vel *statim*.

Tacit. XV, 19, 2. *Servilius diu foro, mox tradendis rebus Romanis celebris.* Plinius XIII, 1. Tac. I. hist. 66, 3. *Valens diu sordidus, repente dives, mutationem fortuna male tegebat.* Pallad. Septemb. 10. *Humor nec statim præcipitari cogitur, nec diu debet inhærere.*

* 8. *Diu-dein. Diu-dein-mox.*

Tacit. Ann. II, 74, 1. *Inter Vibium Marsum, et Cnejum Sentium diu quæsitum: dein Marsus seniori et acrius tendenti Sentio concessit.* Tacit. I. Ann. 20, 4. *Rufus diu manipularis, dein centurio, mox Castris præfectus, antiquam diramque militiam revocabat.* (a. n. 3. ad 8. quæ observata sunt, non magnopere pertinent ad institutum, nec ad vim et usum ipsius particulæ *diu.*)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0213
DFG

9. *Diu multumque.*

Diu sæpe jungitur cum *multum*, ut significetur et diuturnitas temporis, et assiduitas vel attentio actionis. Cic. in Orat. 1. *Utrum difficilius aut majus esse negare tibi sæpius idem roganti, an efficere id quod rogares, diu multumque dubitavi.* Id. IV. Att. 12. *Libri Oratorii diu multumque in manibus fuerunt.* Id. de Senect. 3. *Artes in omni ætate cultæ, cum multum diuque vixeris, mirificos afferunt fructus.* Id. pro Sull. II, 26. *Hæc diu, multum et multo labore quæsita, una eripuit hora.*

** 10. Pro hoc Apulejus dixit *diu diuque* XI. Metam. *Hac experrectus imagine diu diuque apud cogitationes meas volvebam, quid rei portenderet.* Quod etsi ab auctore non satis probatæ dictionis dicitur, non asperner. Eadem enim forma *jam jamque, magis magisque, nimium nimiumque* latinissimi dixerunt. Vid. Colv. not. ad Apul. p. 95.

* 11. *Diu est, cum sequente indicativo.*

Plaut. Merc. III, 1. *Illi, haud sane diu est, cum dentes exciderunt*, es ist noch nicht lang, daß ihr die Zähne ausgefallen sind.

* 12. *Diu noctuque.*

Tacitus XV. Annal. 12, 6. *Continuum diu noctuque iter properabant.* Id. II. hist. 5, 1.

* 13. *Diu - donec.*

Diu succinum inter cætera ejectamenta maris jacebat, donec luxuria nostra dedit nomen.

* 14. *Diutius* pro *diu.*

Diutius sæpe et eleganter ponitur pro *diu.* Cic. pro Rosc. Am. 8. *Ne diutius vos teneam, judices, societas*

societas coitur. Id. de Amic. 28. et III. Catil. 12. et XL. Attic. 3.

* 15. *Diutius - donec.*

Tacitus I. hist. 9, 2. *Inferioris Germaniæ legiones diutius sine consulari fuere: donec missu Galbæ, Vitellius aderat.* (hic quoque *diutius* pro *diu.*)

* 24. *Diutius - quam quoad.*

Cic. pro Dom. 53. *An speraſti rempublicam diutius, quam quoad mecum ſimul expulſa careret his mœnibus, id eſſe laturam?*

CAPUT LXII.

De adverbio DONEC et DUM.

I. DONEC.

DONEC eſt *quoad.* Plaut. Amph. II, 1, 50. *Neque credebam primo mihimet Soſiæ, donec Soſia ille, egomet, fecit, ſibi uti crederem.* Ter. Adel. IV, 6. *Domi certum eſt obſidere usque, donec redierit,* ſo lange bis er wieder kömmt.

* β. *Donec* cum verbo *expecto, maneo* cet.

Livius IV, 13. *Increpabant novos Conſules, quod expectaſſent, donec a præfecto annonæ tanta res ad ſenatum deferretur.* Tacit. I. Ann. 67, 1. †

* γ. *Donec prius.*

Livius V, 17. *Nunquam deſitum interim turbari, comitia interpellantibus tribunis plebis, donec conveniſſet prius, ut major pars tribunorum militum ex plebe crearetur.*

2. *Donec* pro *quamdiu.*

Raro uſurpatur pro quamdiu Ovid. I. Triſt. 8. *Donec eris felix, multos numerabis amicos.* * Livius II, 24.

† Ita ſæpius loqui licere puto, etſi pauca exempla proferam. Uſitatius tamen eſt *dum* cum *expecto.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0215
DFG

II, 24. et II, 49. et IV, 60. Tacit. XIV, Annal. 50, 3. et XV, 64, 2.

* β. *Donec - dein postquam.*

Tacitus I, 51, 5. *Hostes, donec agmen per saltus porrigeretur, immoti; dein latera et frontem modice adsultantes, tota vi novissimos incurrere.*

Donec - postquam.

Livius VI, 13. *Donec armati confertique abibant, peditum labor in persequendo fuit: postquam jactari arma passim animadversum est, tum equitum turmæ emissæ* (hæc observatio est aliena, nam in priori *dein* refertur ad *immoti*, in posteriori ad *peditum labor i. p. fuit*, non ad *donec.*)

3. D. * Veteres *donicum* dixerunt. Linac. libr. I. p. 95. Cato: *Sed usque licebit vellas, donicum in semen videris ire.* Pertendit Gifanius etiam Ciceronem hac voce usum. Taubmann. ad Plautum p. 617. Schott. ad Nepot. Hamilc. n. 4. Lambin. ad Lucret. p. 279.

II. DUM.

I. α. *Dum* pro *donec.*

Dum interdum ponitur pro *donec* sive *quoad.* Colum. II, 11. *Cicera paulum aqua maceratur, tum lenteſcat.* Cic. pro Flac. 17. *Flaccus valuit tamdiu, dum huc prodiret*, so lange bis er hieher getreten. * Id. pro Mil. 20. Id. XI. Att. 21.

β. *Dum* cum *usque* et *usque eo.*

Interdum cum *usque* et *usque eo* jungitur. Cic. III. Verr. 5. *Fateatur, se hominem privatum prædonum duces vivos usque, dum per me licuerit, tenuisse*, daß er als eine Privatperſon die Häupter der Straſſenräuber ſo lange aufgehalten habe, als er es vor mir hat

hat thun können. Id. II. N. D. 49. *Platalea usque eo premit earum avium capita mordicus, dum illæ captum amittant, id quod ipsa invadat*, beißt dieselbe Vögel so lange in den Kopf, bis sie ihre Beute fahren lassen, wornach sie sodann selbst schnappet. Lege *usque eo*.

γ. *Dum* bis cum verbo *Expecto, Operior, Moror, Retineo* cet.

Persæpe cum verbo *expecto Dum* jungitur. Cic. VII. Att. 1. *Expecta, amabo te, dum Atticum conveniam.* Id. I. Att. 1. *De Aufidio et Palicano non puto te exspectare, dum scribam.* Id. X. ad Att. 3. *Ego in Arcano operior, dum ista cognosco*, bis ich jene Sachen erfahre. * Cæsar B. G. VIII, 28, 1. Livius XXVII, 42. IV, 21. Terent. Phorm. V, 8. Colum. XII, 9.

* δ. *Dum* bis post *nomina subst.*

Dum sequitur interdum nomina tempus significantia. Cæsar B. C. I, 87, 1. *Cæsar ex eo tempore, dum ad flumen Varum veniatur, se frumentum daturum pollicetur.* Cic. IV. Tusc. 36. *Ulciscendi vim differant in tempus aliud, dum deferveſcat ira.* Terent. Phorm. 3, 2. Livius XXX, 16.

2. *Dum* pro *quamdiu* so lange.

Plerumque vero significat *quamdiu*. Cic. I. de leg. 1. *Dum latinæ loquentur literæ, quercus huic loco non deerit, quæ Mariana dicatur.* Id. pro Rosc. Am. 43. *Dum præsidia ulla fuerunt, in Syllæ præsidiis fuit.* Id. ibid. 32. *Dum hominum genus erit, qui accuset eos, non deerit: dum civitas erit, iudicia fient*, so lang die Welt stehen wird, wird es immer Leute geben, welche ꝛc. * Id. III. Cat. 7.

* β. *Dum* so lange - *postea.*

Cic. pro Muren. 12. *Hæc dum erant occulta, necessario*

ceſſario ab eis, qui ea tenebant, petebantur. Poſtea vero pervulgata inaniſſima prudentiæ reperta ſunt.

* γ. *Dum* ſo lange - *poſtquam.*

Tacit. Annal. III, 21, 4. *Dum ea ratio Tacfarinati fuit, irritum feſſumque romanum impune ludificabatur: Poſtquam deflexit ad maritimos locos, illigatus præda ſtativis caſtris adhærebat.*

* δ. *Dum* ſo lange, - : *nunc*, vel *nunc vero.*

Dum conjungitur interdum cum *nunc*. Cic. XII. Att. 29. *Dum illud tractabam, quaſi fovebam dolores meos: nunc omnia reſpuo.* Terent. Andr. I, 2. Cic. I. Quæſt. Acad. 3.

3. *Dum* noch, pro *adhuc.*

Quoties *non* aut *nihil*, (* aut *neque*, aut *haud*, aut *nullus*, aut *vix*) antecedit, *dum* uſurpatur pro *adhuc*. Cic. II. ep. 6. *Nondum erat auditum te ad Italiam adventare.* Cic. XII, 7. *Quanquam nihil dum audieramus nec ubi eſſes, nec quas copias haberes tamen* cet. wiewohl wir noch nicht gehöret hatten, cet. * Idem III. Catil. 3. et Sueton. in Cæſ. 7. Cic. III. ad Q. Frat. 8. *Ejus rei maturitas neque dum venit, et tamen jam appropinquat.* Id. I. Attic. 4, et pro Cluent. 27. XIV, ad Attic. 10.

* Liv. X, 6. *Samnitem, haud dum fœderis novi pœnitebat.* Idem II, 52, X, 25. XXII, 22. XXVIII, 2. * Livius III, 50 extrem. *Deerat qui daret reſponſum, nullo dum certo duce, nec ſatis audentibus ſingulis invidiæ ſe offerre.* Id. VII, 33. IX, 12. XXIX, 11.

Vix dum vide infra in *Vix.*

Huc fortaſſe pertinet illud Ciceronis XIII. ad Attic. 31. *Cum poteris igitur, quoniam etiam dum abes.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0218
DFG

4. α. *Dum* wenn nur pro *dummode.*

Dum interdum pro *dummodo* usurpatur. Cic. VI. ad Attic. 1. *Tu meministi, nos sic agere, ut, quot vellet, præfecturas sumeret, dum ne negotiatori.* Id. VIII. ad Attic. 13 *Ego si cui adhuc videor segnior fuisse, dum ne tibi, non laboro,* id est, *dummodo non tibi* †. Id. I. de Or. 22. *Id ista conditione, dum mihi liceat confiteri, nescire, quod nesciam, licet vestro arbitratu percontemini,* mit dem Bedinge, daß mir vergönnet sey frey zu bekennen, daß ich das nicht wisse, was ich nicht weiß ꝛc. Id. pro Rosc. Am. 41.

* β. *Dum tamen* pro *dummodo,* doch daß, wenn nur.

Cic. II. de Orat. 77. *Ut in oratore optimus quisque, sic et in oratione firmissimum quodque sit primum: dum illud tamen in utroque teneatur, ut ea, quæ excellant, serventur etiam ad perorandum.* Celsus III, 4. Colum. præfat. libr. I. Id. III. 2. et 6. VIII, 2.

γ. *Dummodo* wenn nur.

Dummodo conditionem significat. Cic. VII. Att. 7. *Agricolæ nunquam, dummodo otiosi essent, recusarent.* * Id. I. Catil. 5. I. Cat. 9, et XV. epist. Att. 6.

δ. *Dummodo, dum, dum.*

Dummodo si propter vim quandam sæpe ponendum est, amittit in posterioribus commatis *modo.* Cic. in Brut. 82. *Si quis jejunitatem et siccitatem et inopiam, dummodo sit polita, dum urbana, dum elegans, in Attico genere ponit, hoc recte duntaxat: sed quia sunt in Atticis alia meliora, videat, ne ignoret varietatem Atticorum.*

ε. *Dum-*

† *Dumne* pro *dummodo ne* frequenter dicitur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0219
DFG

4. *Dummodo ne.*

Cum conditio negans est, dicimus *dummodo ne* potius, quam *dummodo non*. Cic. ad Qu. fr. I. 1. *Sit summa in jure dicendo severitas, dummodo ne ea varietur gratia.* Id. XII. Att. 44. *Id ipsum scribas velim, te nihil habuisse, quod scriberes; dummodo ne his verbis.* Id. X, 25. *Veniendum censeo, dummodo ne quid hæc ambitiosa festinatio imminuat ejus gloriæ, quam consecuti sumus.* Ich halte dafür, daß du kommen müssest. Wenn nur nicht durch diese ehrbegierige Eile der Ruhm, den wir erlanget haben, verringert wird. * Cicer. III. Orat. 48.

5. *Dummodo non* pro *dumne.*

Senec. epist. 54. *Quomodo volet: dummodo non ex animo suspirem.*

* 6. α *Dum* indem, währender Zeit.

Cæsar B. G. IV, 34, 3. *Dum hæc geruntur, reliqui discesserunt.*

β. *Dum* indem, cum *interea*, vel *interim.*

Alias cum *interea* Terent. Eunuch. III, 5. *Hæc dum mecum reputo, arcessitur levatum interea virgo.* Cic. pro Quint. 6. *Hæc dum Romæ geruntur, Quinctius interea de saltu agroque communi a servis communibus vi detruditur.* Indessen da dieses in Rom vorgehet, wird Quinctius von ꝛc. * Adde Cic. pro Rosc. Am. 32. et Terent. Eunuch. II, 2. * Livius III, 23. *Dum ad Antium hæc geruntur, interim æqui arcem capiunt.* Id. V. 47. VI, 28 et 30. XXI, 29. XLIII, 19. XLV, 26. Hirtius B. Afr. 51, 6. †

* γ. *Dum*

† In Ciceronis scriptis *dum* cum *interim* non reperias.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0220
DFG

* γ. *Dum* indem - *interea jam*, vel *jam*.

Cic. VII. Verr. 35. *Dum hæc aguntur; interea Cleomenes jam ad Pelori littus pervenerat.* Livius XXI, 7. *Dum ea Romani parant consultantque, jam Saguntum summa vi oppugnabatur*, indem die Römer hierüber rathschlagen, ward die Stadt Sagunt schon mit der Belagerung aufs höchste geängstiget.

* δ. *Dum* indem - *continuo*, vel *paulatim*, vel *repente*, vel *subito*.

Dum interdum adjunctum habet *continuo*, *paulatim*, *repente*, *subito*. Plaut. Bacchid. III, 3, 25. *Primum dum inficias ire incœpit filio - - - continuo antiquum hospitem nostrum sibi Mnesilachus advocavit.* Liv. XXXIX, 30. *Inter pabulatores pugna orta est, quibus dum utrinque subvenitur a castris, paulatim omnes copiæ in aciem eductæ sunt.* Liv. XXIX, 9. *Dum spoliandis iis tempus teritur, repente, milites feroces recenti victoria ex omnibus locis concurrerunt.* Suet. in August. 99. *Dum advenientes ab urbe de Drusi filia ægra interrogabat, repente in osculis Liviæ defecit.* Cic. VI. Att. 6. *Ego dum in provincia omnibus rebus Appium orno, subito sum factus accusatoris ejus socer.*

* ε. *Dum* - *sic* pessimæ notæ est.

Minut. Felix Octav. *Dum fieri malunt alieni erroris accessio, quam sibi credere: dum nihil ex his, quæ timent, norunt: sic in auro et argento avaritia consecrata est.*

* 6. *Dum* redundare videtur.

** D. P. *Dum* ut πω apud græcos, comicum est παρέλκον in verbis maxime imperativis, et adverbiis quibusdam, atque pronominibus. Terent. in Heaut. III, 2. *Facito dum.* Plaut. in Pœn. *me-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0221
DFG

mora dum. Itera dum apud Poetam antiquum in Lucullo Cicer. 27. extr. Talia sunt *eho dum, etiam dum, ego dum, tudum.* Fabric. ad Terent. p. 56. Colv. ad Apul. p. 249.

(*Dum* pro *cum* vel *quod* sine significatione temporis.

Valde usitatum est vulgo scriptorum *dum* ponere pro *cum*, veluti *dum credunt*, indem sie glauben, pro *quod credunt*, vel *cum credunt*, quod est vitiosum, inprimisque cavendum.)

CAPUT LXIII.

De adverbio DUNTAXAT.

DUNTAXAT sæpissime germanice verti potest nur, aber nur, et valet idem quod latinum *tantum, solummodo, solum.* Cic. Brut. ep. 3. *Consules duos, bonos quidem, sed duntaxat bonos, amisimus.* Id. II. Orat. 27. Add. I. Qu. fr. 1. et præfat. Paradox.

β. *Duntaxat - quidem*, id est, *vero.*

Cic. post. red. ad Quir. 4. *Is inimicus spiritu duntaxat vivebat; re quidem infra omnes mortuos amandatus erat.*

2. *Duntaxat* pro *certe, quidem*, vel *utique.*

Duntaxat sæpe poni videtur pro *certe, quidem*, zum wenigsten. Cic. I. de Orat. 58. *Cur ergo non in jure civili satis instructi esse possimus ad hoc duntaxat, ne in nostra patria peregrinari, atque advenæ esse, videamur*, zum wenigsten, in so weit. Id. XII. ep. 1. *Malum urbanum ita compressum est, ut videamur omne jam ad tempus ab illo duntaxat sordidissimo periculo tuti futuri*, zum wenigsten vor dieser Gefahr. Id. II. Attic. 18. *Attamen in oppressione, sermo in circulis duntaxat et in conviviis est liberior, quam fuit*,

zum

zum wenigsten in kleinen Versammlungen und auf Gastereyen. Id. V. Att. 10. *Valde me Athenæ delectarunt, urbs duntaxat, et urbis ornamentum, et hominum amores in nos quædam benevolentia.* Add. Cic. pro Mil. 2. et Celsus V, 26, 5. Plinius XIX, 11.

β. In hac significatione *duntaxat* sæpe respicit *cæteri.* Vid. Cic. Divin. II, 43. et ad Brut. ep. 15.

(Ad hanc notionem retulerim loca, ubi videtur positum pro *scilicet*, *quidem* (Gloss. δηλαδή) ut in Suet. Aug. 66. *vitia quoque et delicta, duntaxat modica, perpessus*, ubi vid. Casaub. et Gronov.)

γ. *Duntaxat - alioqui.*

Plinius H. N. XVIII, 7. *Aestiva frumenta sunt, quæ æstate ante Vergiliarum exortum seruntur, ut milium, panicum, sesama, Italiæ duntaxat ritu. Alioquin in Græcia et Asia omnia Vergiliarum occasu seruntur.* Ubi *duntaxat* est *quidem, utique.*

* 3. *Duntaxat* pro *hactenus.*

Alias significare videtur so weit. Cic. in Brut. 82. *Si quis siccitatem, dummodo sit polita, in Attico genere ponit; hoc recte duntaxat*, der hat soweit recht. †

CAPUT LXIV.

(De præpositione E vide infra EX.)

De adverbiis EA et EATENUS.

I. EA subintell. *via* per metaph. Seneca Benefic. IV, 33. *Huic respondebimus, nunquam expectare nos certissimam rerum comprehensionem, sed ea ire, qua ducit veri similitudo.* ††

† Hæc significatio et rarissima est, et ex superiore manat.

†† Seneca quidem mox: *Omne hac via procedit officium* Erga *ea* proprie non est adverbium, nec eatenus.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0223
DFG

2. *Ea* omissum.

Seneca Benefic. IV, 33. *Sequimur, qua ratio, non qua veritas trahit.*

II. EATENUS conflatum ex *ea* et *tenus*, significat *usque ad eum terminum*, (* vel ad eam partem.) * Proprie ponit Columel. IV. R. R. 7. *Non eatenus plaga consistit, qua vestigium fecit acies; sed æstivis caloribus falce vulnus penitus impressum, latius inarescit.* Vid. Id. ib. et VII, 9, et de Arbor. 8.

2. *Eatenus - qua.* * *Eatenus - quatenus.*

** S. D. Quintil. I. 11. *Dandum aliquid Comœdo quoque, dum eatenus, qua pronunciandi scientiam futurus orator desiderat.* * Senec. epist. 95.

* Celsus II, 10. *Ex ulterioribus locis eatenus sanguis sequitur, quatenus emittitur.*

3. *Eatenus - quoad.*

Cic. I. Qu. fr. 1. *Quorum si quis esset sordidior, ferres eatenus, quoad per se negligeret eas leges, quibus est adstrictus.* * Id. I. de Leg. 4.

* *Eatenus - donec* vide num. 5.

4. *Eatenus - ut.* ** *Eatenus - ne.*

Cic. de opt. gen. Orat. 7. *Aeschinis et Demosthenis verba persequor eatenus, ut ea non adhorreant a more nostro.* * Columell. V, 1. V, 5. et Celsus V, 26. de implendo vulnere, et VII, 19. extr.

* Sueton. Tib. 33. *Ac primo eatenus interveniebat, ne quid perperam fieret.* Colum. V, 6. Celsus V, 28. et VI, 6. de imbec. oculor.

* 5. *Eatenus* de tempore pessimum est.

Capitolinus in Gordian. Junior. p. 165. *Gordianus adolescens, qui Cæsar eatenus fuerat, a militibus et populo et senatu Augustus est appellatus.* Orosius VI,

VI, 1. *Hoc eatenus factum est, donec fœcunda crudelitas eousque inter tormenta ac per tormenta proficeret, quamdiu* cet.

* 6. *Usque quo - eatenus* pessimæ notæ est.

Orosius VII, 21. *Usque quo ad profligandas ecclesias edicta Decii cucurrerant, eatenus incredibilium morborum pestis interdicitur.*

CAPUT LXV.

De adverbio ECCE.†

ECCE sæpe (s. potius, plerumque) repentinum quid ostendit ac novum. Cic. VIII. Att. 8. *Pompejus omnes nos expertes sui tanti ac tam inusitati consilii relinquebat. Ecce subito literæ Domitii ad illum, ipsius ad consules.* Id. VII. Att. 23. *Ecce postridie ad Cassium literæ Capua a Lucretio familiari ejus.* Livius II, 36.

2. *Ecce autem.*

Sæpe adsciscit *autem.* Cic. Verr. V, 34. *Ecce autem repente, ebrio Cleomene, dormientibus cæteris, nunciatur piratarum naves adesse.* Id. Verr. VI, 66. *Ecce autem nova turba atque rixa.* Id. pro Clu. 5. *Ecce autem subitum divortium.* * Id. I. de Leg. 2. et II. Verr. 6. (v. Gron. ad Liv. VII, 35.)

** 3. *Sed ecce.*

Cum in narrando posterius aliquid opponitur priori, ponitur interdum *sed ecce.* Cic. VIII. Att. 3. *Navis et in Cajeta est parata nobis et Brundisii. Sed ecce nuncii, scribente me hæc ipsa nocte in Caleno, ecce literæ.* Id. in Brut. 33.

† Videtur multis interjectio esse, et nota mentis ob rem subitam exclamantis. Conjungitur enim sæpe cum verbo *video* cet. Ergo vix significare potest sieh̃e da v. Grammat. nostr. p 1088.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0225
DFG

4. *Ecce tibi.*

Assumit interdum pronomen *tibi*, elegantiæ causa. Cic. II. Acad. 38. *Ecce tibi e transverso Lampsacenus Strato.* Id. pro Cluent. 28. *Ecce tibi ejusmodi sortitio, ut* cet. Id. Att. II. 15. *Cum hæc maxime scriberem, ecce tibi Sebosus.* * Add. III. off. 21. et II. Att. 8.

* 5. *Ecce* in enumeratione. (post plura membra inprimis.)

Ecce in enumeratione ponitur admirationis nota, posteaquam alia mirabilia narrata sunt. Cic. I. Quint. fr. 2. *Ecce supra caput homo levis ac sordidus, sed tamen equestri censu, Catienus.* Id. II. de Orat. 22. Id. III. Orat. 8.

* 6. *Ecce* in oppositione.

Cic. in Orat. 16. *Elaborant alii in lenitate. Ecce aliqui duritatem et severitatem quandam verbis, et orationis quasi mœstitiam sequuntur.* Id. IV. Acad. 43, Id. pro Cæcin. 10. Id. I. de finib. 18. (hæc ad numerum superiorem etiam pertinent.

II. EN etiam demonstrantis est, aut repentini quid admirantis.

* 1. *En* admirantis.

En servit admirationi. Varro I. R. R. 2. *Sunt regiones inter circulum septentrionalem et inter cardinem cœli, ubi sol etiam sex mensibus continuis non videtur.* Fundanius. *En ibi tu quicquam nasci putas posse, aut coli natum?* (Sed in libris antiquioribus et melioribus est *em* pro *hem*, quod etiam Gesneriana ed. habet. Etiam I, 56. *em* pro *en* e libro mediceo restituit Victorius.)

2. *En*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0226
DFG

2. *En* irridentis.

En non ſolum demonſtrantis eſt, interdum irridentis. Cic. Verr. I, 37. *Hæc eſt iſtius præclara tutela: en cui tuos liberos committas: en memoriæ mortui ſodalis: en metus vivorum exiſtimationis.* Seht, das iſt der Mann, dem man ſeine Kinder anvertrauen kann: ſeht, wie er ſeines verſtorbenen Freundes eingedenk iſt, wie er ſich vor übler Nachrede der noch lebenden ſcheuet. Id. pro Cluent. 65. *En hoc illud eſt, quod ante dixi, mulier abundat audacia.* Id. III, Philip. 9 *En cur magiſter ejus ex oratore arator factus ſit.* Ey ſeht doch, warum ſein Lehrer aus einem Redner ein Ackermann (immo *arator* eſt, qui prædia ruſtica habet, quod genus hominum dicitur *arare*, etiamſi ruſticum opus non facit. Sed luſus, qui eſt in latino, in vernacula exprimi non poteſt. Verte: ein begüterter Mann geworden ſey. * Livius X. 8.

3. *En* indignantis aut miſerantis.

Alias indignantis aut miſerantis. Cic. pro Dejot. 6. *En crimen, en cauſa, cur regem fugitivus, dominum ſervus accuſet.* Cic. Sext. 27. *En cur cæteri reges ſtabilem eſſe ſuam fortunam arbitrentur, cum hoc illius funeſti anni perdito exemplo videant, per tribunum aliquem ſe fortunis ſpoliari.* Id. Verr. V, 47. *Quas urbes Africanus ornandas eſſe arbitratus eſt, eas Verres ornamentis illis privavit. En quod Tindaritani libenter prædicant; nos in ſeptendecim populis Siciliæ non eramus* cet. * Liv. IV, 3.

* 4. *En tandem* etiam indignantis eſt.

Curt. X, 2, 23. *En tandem Illyriorum paulo ante et Perſarum tributariis Aſia et tot gentium ſpolia faſtidio ſunt.*

* 5. *En age* excitantis, poeticum eſt.

Silius Ital. III, 179. *En age, ſi quid ineſt animo, par fortibus auſis: Fer greſſus agiles mecum et comitare vocantes.*

CAPUT LXVI.

De pronomine ECQUIS, et adverb. ECQUANDO.

ECQUIS ex conjunctione *et* conflatum eſt; † (quippe etiam in antiquiſſimis libris *etquis* ſcriptum reperitur. Pierius ad Virg. Aen. III, 341.) tamen non tam ſignificat *Et quis*, quam *numquis*. Plaut. Rud. II, 3. *Heus ecquis in villa eſt?* Iſt jemand im Haus? Cic. IV. Acad. 26. *Quis ſi in ejusmodi cera centum ſigilla hoc annullo impreſſero, ecquæ poterit in agnoſcendo eſſe diſtinctio?* Id. Verr. III, 57. *Ecquod judicium Romæ tam diſſolutum fore putaſti, quo* cet. Id. I. Catil. 8. *Quid eſt Catilina? ecquid attendis, ecquid animadvertis horum ſilentium?* Merkeſt du auch, daß ſie ſtillſchweigen.

2. Uſurpatur etiam ſine interrogatione. Cic. Verr. I, 24. *Negotium dat comitibus ſuis, ut videant et inveſtigent, ecquæ virgo ſit aut mulier digna, quamobrem Lampſaci diutius moraretur*, ſie ſollten ſich erkundigen, ob eine Jungfer oder Frau wäre, da ſichs der Mühe verlohnete, daß man ihrenthalben länger zu Lampſaco bliebe. * Cic. VII. Att. 8. et IX. Att. 20. et XIV. Att. 24.

3. Adſciſcit interdum *nam* inſtandi cauſa. Cic. X.

† Quid igitur, ſi *ecquis* natum putemus ex *ecce quis? Ecce* enim tantum nota eſt animi perculſi, et admirantis. Talis autem nota quadrat ſæpe ad pronomen *quis*. (Vulgata etymologia melior)

X. Philipp. 8. *Ecquodnam principium putatis libertatis capessendæ?* * Id. Partit. 14.

* 4. Interdum adsciscit *tandem* instandi causa. Cic. pro Rosc. Am. 10. *Ecquid tandem tibi videtur senex ille Cæcilianus minoris facere Eutychum filium rusticum, quam illum alterum Chæreſtratum?*

* 5. *Ecquid* pro *num* eleganter.

Ex proximo superiore exemplo apparet, *Ecquid* interdum esse *num*. Eadem significatio elucet ex Cic. IV. Acad. 36. *Ecquid nos eodem modo rerum naturas perscribere, aperire, dividere possumus?* Können wir auf eben diese Weise die eigentliche Beschaffenheit der Geschöpfe beschreiben, entdecken? Item Cic. VII. ep. 16. *Quid agatis, et ecquid in Italiam venturi sitis hac hieme, sac plane sciam.* Et II. Att. 2. *Heus tu, ecquid vides, Calendas venire, Antonium non venire.* Id. pro Cluent. 26. Liv. IV, 3.

* 6. *Ecquid ita* indignantis.

Livius XLII, 26. *Illyrii vocati in senatum; qui cum legatos se esse missos ab rege dicerent ad purganda crimina, si qua de rege Issenses deferrent: quæsitum, ecquid ita non adissent magistratum, ut ex instituto loca lautia acciperent.*

* 7. *Ecquis ex.*

Ecquis cum *ex* jungitur. Cic. pro Rabir. Post. 17. *Ecquis est ex tanto populo, qui bona Rabirii sibi addici velit?* Ist jemand unter dem Volk?

* 8. *Ecquis - quin Ecquis - qui non.*

Ecquis cum *quin* pro *quin non*. Cic. V. Verr. 32. *Ecquid in Sicilia bellum gessimus, quin Centuripinis uteremur;* In welchen wir nicht die Centuripiner zu getreuen Helffern hatten. Id. V. Verr. 46. *Ecquis*

fuit, quin lacrymaretur? Cic. III. Att. 10. *Ecquod tantum malum est, quod in mea calamitate non sit.* Id. pro Sext. 52. *Ecquæ seditio unquam fuit, in qua non ille princeps? ecquis seditiosus, cui ille non familiaris? ecquæ turbulenta concio, cujus ille non concitator?* Id. in Pisc. II. *Ecquod in hac urbe majus unquam incendium fuit, cui non consul subveniret?* (Hi duo numeri poterant abesse.)

* 9. *Ecquis* cum adjectivo - tamen.

Ecquis cum adjectivo quodam conjunctum comitem trahere potest *tamen.* Cic. pro Font. 7. *Ecquem hominem vidimus parem consilio, gravitate, constantia, rerum gestarum monumentis, M. Scaro? tamen hujus testimonio neque in Fimbriam, neque in Memmium, creditum est.*

* 10 *Ecquisnam* extra interrogationem apertam.

Ecquisnam non semper interrogationi servit. Cic. in Vatin. II. *Interrogabas, ecquosnam alios posset nominare.* Id. IV. de finib. 24. et in Brut. 6. et Topic. 21.

(Reperitur etiam *Ecqui* pro *ecquid* interrogandi vi. Cic. Tusc. I, 8. *ecqui ergo intelligis.* Item *Ecquo* pro *num quo.* Phil. XIII, 11.)

II. ECQUANDO.

Ecquando est *num aliquando.* Cic. IV. Verr. 17. *Ecquando te rationem factorum tuorum redditurum putasti?* Hast du wohl jemals gedacht, daß du von deinem Thun und Rede Antwort geben müßtest? Id. ibid. Id. VII. Verr. 26. et Livius III, 67.

CAPUT

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0230
DFG

CAPUT LXVII.

De particula EIUSMODI.

EJUSMODI sæpissime solum ponitur, nec respicit alias particulas. Cic. I. ep. 5. *In ejusmodi rerum perturbatione quamquam omnia sunt metuenda, nihil magis, quam perfidiam, timemus.* Ob man schon bey einem so verwirrten Zustande sich alles zu fürchten hat. Id. Orat. 32. et I. Quint. Fr. 1.

2. *Ejusmodi, qui.*

Ejusmodi jungitur cum pronomine *qui*, quod tum fere significationem conjunctionis *ut* habet. Cic. I. Off. 8. *Quicquid est ejusmodi, in quo non possint plures excellere, in eo plerumque fit magna contentio*, was so beschaffen ist, daß ihrer viele darbey keinen Vorzug vor andern haben können. Cic. pro leg. Manil. 2. et Cic. VI. ep. 4.

3. *Ejusmodi, qualis.*

Ejusmodi respicit interdum *qualis*. Cic. V. Att. 1. *Quintus dixit, Pomponiam fuisse ejusmodi, qualem ego vidissem;* wäre noch mürrisch und verdrüßlich gewesen, als ich sie gesehen hätte. Id. 4. Acad. 9. Sic etiam *ejusdem modi-qualis*. Cic. 2. de Divin. 13. *An hoc ejusdem modi est, quale Pherecideum illud, quod est a te dictum?*

4. *Ejusmodi, ut.*

Ejusmodi postulat interdum *ut*. Cic. III. Catil. 10. *Illi dissensiones ejusmodi fuerunt, ut non reconciliatione civium dijudicatæ sint.* Id. IV. Cat. 3. et XIII. ep. 20. et VII. ep. 1. XIV. ep. fam. 4.

CAPUT

CAPUT LXVIII.

De conjunct. ENIM et ETENIM.

ENIM et ETENIM, etsi æque reddunt rationem, usu tamen differunt. Namque *Enim*, ut omnes norunt, post unum aut alterum verbum usurpatur. *Etenim* apud oratores semper initio ponitur. † Utrumque autem continuat interdum orationem. Cic. IV. Verr. 33. *Attendite enim diligenter.* * Cæsar II. B. C. 32, 7. Cic. II. Orat. 10. Id. II. Philipp. 12, cet. 13.

Cic. IV. Verr. 69. *Etenim rem totam, judices, breviter cognoscite.* * Id. I. de Nat. D. 32. et 33.

* 2. *Enim* in responsionibus.

Enim ponitur in responsionibus. Cic. I. ep. 10. *Cur enim tibi hoc non gratificer, nescio* ††. Quintilian. VI. 3. Cic. II. Or. 10. Plaut. Bacchid. IV, 4, 51. *Nunc quid nos vis facere?* Ch. *Enim nihil, nisi ut ametis, impero.* Plaut. Mil. II, 4, 19. *Quid metuis.* Ge. *Enim ne nosmet perdiderimus uspiam.* (In responsionibus *enim* modo significat *scilicet, sane*, vid. n. 10, affirmatque: modo rationem reddit ejus, quod per ellipsin omittitur: quia facile intelligi potest: ut in *nam*, de quo suo loco.)

* 3. *Enim* pro *igitur* rarum est.

Quemadmodum sæpe particulam *igitur* ponimus, cum exordimur orationem aliquam; sic aliquando *enim* ponit Cicero, Manil. 2. *Primum mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de*

† *Etenim* tam raro interjicitur orationi, ut auctor recte id in principio poni dicat. Ego quidem pauca reperi exempla, in quibus ipsi sententiæ sit interpositum. Cic. Senect. I. *Libidinosa etenim et intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti.* Id. XI. ep. 21, et pro Cœl. 3. Plin. XVII. 22.

†† Licet tamen etiam paulo aliter interpretari hoc *Enim.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0232
DFG

de imperatore deligendo esse dicendum. Genus est enim ejusmodi, quod maxime vestros animos excitare atque inflammare debeat. (Est hic potius copulativum et transitioni serviens: quo modo sæpe ponitur: huc pertinent n. 4. 9.)

* 4. *Enim* in enumeratione.

Enim in enumeratione locum aliquem obtinet, uti *nam* et similes particulæ. Livius IV, 3. cum de Numa, L. Tarquinio, Servio Tullio dixisset, pergit: *Quid enim de T. Tatio Sabino dicam, quem ipse Romulus parens urbis in societatem regni accepit?* (videtur potius transitioni ab aliud exemplum, argumentum etc. servire ut n. 3.

* 5. *Enim* pro *enimvero* indignantis.

Enim interdum pro *enimvero* ponitur. Livius XXIII, 45. *Romam vos expugnaturos, si quis duceret, fortes lingua jactabatis. Enim nunc minor est res. Sic experimini vim*, nun ist ja dieses wahrlich eine viel geringere Sache. Id. XXXIV, 32. *Enim ut jam ita sint hæc, quid ad vos Romani?* Id. XXI, 25.

* 6. *Enim* pro *vero*.

Enim pro *vero* affirmationi cum indignatione conjunctæ servit. Cæsar V. B. G. 7, 8. *Ille enim revocatus resistere, ac se manu defendere, suorumque fidem implorare cœpit.* Ter. Hecyr. V. 4. Plaut. Epidic. V, 2. Plautus Casin. II, 4. Id. Cas. II, 6.

* 7. *Enim* in Ironia.

Cic. in Brut. 84. *O Dii boni! quid quæso nos aliud agimus, aut quid aliud optamus? at non assequimur. Isti enim videlicet Attici nostri, quod volunt, assequuntur*, aber wir gelangen nicht darzu. Es ist freylich so, denn jene, die allein so, wie die Attici, reden, gelangen zu alle dem, wornach sie verlangen.

* 8 *Enim*

* 8. *Enim* pro *At enim.*

Enim nonnunquam ponitur pro *At enim* in occupationibus. Cic. VI. Verr. 11. *Amicum enim noſtrum in judicium vocabas. Tu quid ego privatim negotii geram, interpretabere in minuendo honore Senatorio?* Id. Verr. III, 9. Cæcin. 3. Liv. XXI, 7.

9. *Nec enim. Neque enim.*

Nec enim, aut *Neque enim*, pro *Non enim* dici ſolet. Cic. de Sen. 10. *Nec enim unquam ſum aſſenſus veteri illi laudatoque proverbio.* Idem I. de Nat. Deor. *Neque enim quod ſentio, libet dicere*, denn ich mag nicht ſagen, was ich denke. *Vid. plura exempla in *Neque.*

(10. *Enim* pro *ſane, ſcilicet.*

Enim etiam dicitur pro *ſane ſcilicet*, præſertim in illo comico: *nihil enim* in reſponſionibus, v. ſupra n. 2.)

CAPUT LXIX.

De adverbio ENIMVERO.

ENIMVERO ex *enim* et *vero* factum, vehementius affirmat aut negat †. Plautus Perſa II, 2. *Ain vero?* Pagn. *Ajo enimvero.* Id. Amph. II, 2. *Tune te abiiſſe hinc negas?* Amph. *nego enimvero*, ja gewiß, ich ſage, daß ich nicht weggegangen bin. Cic. Verr. IV, 66. *Ab eo poſtulo, ut Syracuſanis liceret ſenatus conſultum mihi reddere. Ille enimvero negat, et ait indignum facinus eſſe, quod ego in Senatu Græco verba feciſſem* ††. * Cic. XI. ad Attic. 22.

* 2. *Enim-*

† Nam ut ſimplex *vero* vim cognati ſui *vere* habet, ita etiam compoſitum *enimvero*. Et quoniam *vero* ſignificat idem quod *ſed*: etiam *enimvero* ſignificationem illam retinet, cet.

†† Hoc exemplum per *ſed* explicari poſſit.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0234
DFG

* 2. *Enimvero* pro *ſed.*

Tacitus II. Ann. 64. 6. *Rheſcuporis vertere in ſe Cotyi data, et reſiſtenti vim facere, cunctanter ſub Auguſto, quem vindicem metuebat. Enimvero audita mutatione principis, immittere latronum globos, exſcindere caſtella*, aber nachdem er gehöret, ꝛc.

3. *Enimvero* pro *ſcilicet*, δηλαδή.

Uſurpatur interdum *enimvero* pro *ſcilicet*, cum res, qua de agitur, ita nota eſt. ut quivis per ſe eam intelligere poſſit. Cic. in Verr. V, 39. *Illi enimvero ſe oſtendunt, quod vellet, eſſe facturos*, dieſe nun ſagen, ſie wollten das, was er haben wollte, thun. Idem Verr. III, 25. *Refertur Lollii ſermo Apronio. Enimvero is deridere, ac mirari, Lollium nihil de Matrinio audiſſe*, dieſe Rede wird dem Apronio hinterbracht; dieſer aber lacht darüber, und wundert ſich, daß Lollius noch nicht gehöret, wie er den Matrinium tractirt hätte. Idem Verr. III, 60. *Scandilius poſtulat a te, ut Romam rejicias. Hic enimvero tu exclamas: hominem improbum!* cet.†

4. *Enimvero* indignantis. ††

Alias indignantis eſt. Cic. I. Verr. 26. *Hic tum alias ex alia parte: Enimvero ferendum hoc non eſt*, darauf ſagte einer hier, der andere da: das iſt warlich ein Schimpf, den wir nicht leiden können. (ſ. potius: ey das Ding iſt auch unerträglich.) Id. I. Q. fr. 1. *Quantum illud eſt beneficium tuum, quod iniquo vectigali ædilitiorum Aſiam liberaſti! Enimvero ſi unus homo nobilis quæritur palam, te HS. CC. ſibi eripuiſſe; quanta tandem pecunia penderetur, ſi omnium*

† Hæc tria exempla aliis per *autem* aber, melius declarari poſſe videantur, quam per ſcilicet. (ſed cum aliqua vi.)

†† Vide notam noſtram ad §. 1.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0235
DFG

omnium nomine, quicunque Romæ ludos facerent, erogaretur? † *Terent. Hecyr. IV. 4, et Plaut. Capt. III. 4.

5. *Enimvero* pro *demum.* ††

Nonnunquam pro *demum* usurpatur. Plaut. Captiv. *Nunc enim vero occidi*, nunmehr ists warlich aus mit mir. Liv. II, 36. *Tum enimvero deorum ira admonuit.* *Add. Livius IX, 26.

6. *Enimvero* pro *Nimirum.*

Aliquando pro *nimirum.* Plaut. Capt. prolog. *Enimvero dii nos, quasi pilas, homines habent.* Terent. Andr. I. 3. *Enimvero, Dave, nihil loci est segnitiae.*

(*Admonitio.*

Ceterum non est mirum in hac particula explicanda sæpe aberrasse Tursellinum. Omnino difficile est, ejus vim ubique verbis exprimere. Plus pronunciatio, vocis sonus, et gestus etiam capitis valebit, inprimis in illis generibus, de quibus est n. 3. 4.)

CAPUT LXX

De adverbio EO et EODEM.

** S. *Eo* proprie loci est adverbium dahin, sequentibus particulis *quo, ubi, unde, ut, quod*, et πλεοναστικῶς effertur *eo loci.* *Rarius *in loco* significat. Tacit. Ann. XV, 74, 2. *Templum saluti exstrueretur eo loci, ex quo Sevinus ferrum promserat.*

Tralate

† Exemplum hoc obscurius est. (nempe hic *enimvero* est *nam.*)

†† Multis fortasse vix persuaserit autor, exempla sua satis esse ad probandum accomodata. (Nempe in primo est adfirmantis, *profecto*, sed cum affectu: in altero est pro *tum vero* cum emphasi aliqua.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0236
DFG

Tralate apud eundem est Ann. XIV. 61, 4. *Non eo loci res suas agi dicebat, ut de matrimonio certet.*

2. *Eo* propriæ significationis omittitur interdum. Plaut. Captiv. III, 5, 106. *Reducam te, ubi fuisti.*

* α. *Eo* dahin - *quo.* †

Eo sæpe respicit particulam *quo.* Cic. VIII. Attic. 15. *Eo, quo intenderat, venturus erat* Id. pro Rosc. Am. 30.

* β. *Eo - ubi; eo unde*, dahin wo ꝛc.

Eo jungitur cum *ubi.* Cic. pro Quint. 11. *Hæres ejus Quintius ad te ipsum venit eo, ubi non modo res erat, sed ratio quoque et omnes literae.* Varro R. R. III, 16. *Si apes e bono loco transtuleris eo, ubi idonea pabulatio non est, fugitivae fiunt.* Vellejus II, 108, 3.

* Huc pertinet illud Livii lib. VI, 26. *Bellum eo, sicubi est, avertatis precamur.*

Cic. II. Att. 16. *Eo, unde discedere non oportuit, revertamur.* Id. X. ep. 11. et XII. Att. 22. Livius VI, 35.

* γ. *Eo - ut; eo - usque* dahin, so weit - *ut.*

Eo dahin, etiam assumit *ut.* Cic. pro Rosc. Am. 34. *Eo rem jam adducam, ut nihil divinatione opus sit.* Id. VI. ep. 10. II. de divin. 57. X. ep. 7. Tacitus II. Ann. 55, 5. *Piso eo usque corruptionis provectus est, ut sermone vulgi parens legionum haberetur.*

* δ. *Eo*

† Ne mireris, cur *eo* motum ad locum significet, et tamen sextus casus sit. Scire licet, subintelligi præpositionem *in.* *In* autem antiquissimis temporibus etiam quum motui ad locum serviret, adjunctum habebat sextum casum. Qui mos Gregorii M. temporibus valde revocari cœpit.

* δ. *Eo usque dum*, so weit = bis de loco.

Colum. IV, 30. *Perticae cacuminum modicae plenitudinis optimae panguntur eo usque, dum ad solidum demittantur.* Id. IV, 24. *Ubi majora sunt spatia inter articulos, licet eo usque materiam producere, dum pene terram contingat.*

* ε. *Eo* cum genitivo minus probatur.

Livius XXV, 8. *Eo consuetudinis adducta res est, ut* cet. Tacit. II. Ann. 33, 3. IV, 10, 3 et 14, 5. cf. n. 1.

* 3. *Eo usque*, so weit, so sehr, so viel - *ut*.

Colum. de Arbor. 6. *Si eo usque exaruit, ut curvari non possit, primo anno summatim ablaqueato, et stercus ad radices addito.* Tacit. III. Ann. 13, 3. et Ann. VI, 9, 1. XIII, 33, 3.

* 4. α. *Eo usque - dum*, so lange bis, de tempore, ut ceteræ loci particulæ.

Livius XXIII, 19. *Eone usque, dum ea nascantur, ad Casilinum sessurus sum?* Tacit. IV. Ann. 18, 3. Colum. VI. de R. R. 6. XII. R. R. 20.

* β. *Eo usque - donec. Eousque - quamdiu.*

Livius XL, 8. *Eo usque me vivere vultis, donec alterius vestrum superstes, haud ambiguum regum alterum mea morte faciam.* Pall. Octobr. 14. Tacit. I. Ann. 32, 4.

Oros. VI, 1. *Donec facunda crudelitas eo usque inter tormenta et per tormenta proficeret quam diu ipsum regium culmen, per quod solum prohiberi potuerat, occuparet.*

5. *Eo*

5. *Eo, quo*, pro *tanto, quanto*,† um ſo viel mehr, als, je mehr = je mehr.

Eo, quo pro *tanto, quanto* vulgatiſſimum eſt. Cic. XI. Att. 11. *Quarum rerum eo gravior eſt dolor, quo culpa major.* Id. pro Quinct. 9. *Spes erat ad talem virum judicem veniendi, unde eo plus opis auferret quo minus attuliſſet gratiae.* * Add. Cic. pro Roſc. Am. 31. et II. ep. 19.

* Huc refer exempla, in quibus *eo* prætermittitur. Plinius XXIV, 14. *Vetuſtate et haec maxime nigreſcit, melior, quo candidior.* Idem XXXIV. c. ult. ††. Senec. quæſt. nat. IV, 2. *Major eſt laetitia gentibus, quo minus terrarum ſuarum vident.*

* β. *Eo magis. Et eo magis. Eoque magis. Eo etiam magis*,††† um ſoviel mehr.

Eo magis, et eo magis, eoque magis, eo etiam magis ſæpe in optimis ſcriptoribus continuat orationem. Cic. I. Tuſc. 39. *Ex his beſtiolis quae occidente ſole mortua eſt, decrepita mortua eſt, eo magis ſi etiam ſolſtitiali die.* Celſus VIII, 4. *Eadem, quae in vulneribus praecepi ſervanda ſunt, eo magis, quo periculoſius haec pars afficitur.* Cic. II. Att. 16. *Haec res animos bonorum poteſt incendere, et eo magis, quod* cet. Id. II, 16. *An dubitas. quin ea me*

† Mihi *eo quo* non plane idem videtur ac *tanto quanto*. Ut enim *is* et *tantus* plurimum differunt: ita *eo et tanto* primo ex origine ſua idem ſignificare non poſſunt: deinde etſi in nonnullis locis permutari poſſe videantur: tamen alibi vere diſcrepant, neque confundi debent. (Vellem exempla talia protuliſſet. Etiam pronomen *is* adhibetur ad exprimendam magnitudinis notionem.)

†† Tu cave, imiteris.

††† *Eo etiam magis* rarius reperias. Similiter continuat orationem *eoque major*, inſequente *ſi*; quod fit etiam poſt *eo magis*. Cicero offic. II, 14. *Maxima et gloria paritur et gratia defenſionibus, eoque major, ſi quando accidit, ut* cet. Id. ibid. *Nihil admirabilius fieri poteſt, eoque magis, ſi ea ſunt in adoleſcente.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0239
DFG

cura vehementissime solicitet? et eo magis, quod in communibus miseriis hac tantum oblectabar specula. Id. IX. Attic. 12. et IX. Attic. 15.

Cic. IV. Tusc. 33. *Soliciti sunt et anxii, eoque magis, quod se ipsi continent et coercent.* Id. III. Offic. 22. et V. Att. 6 et 8. Id. Offic. II, 14. Sallust. Catil. 48.

Cic. X. Att. 7. *Ego fortasse discedens dabo ad te aliquid; eo etiam magis, quod Tullia te non putabat ex Italia hoc tempore.*

* 7. *Et eo minus. Eoque minus*, und zwar um so viel weniger.

Et eo minus etiam servit continuationi sermonis. Cic. Att. IX, 16 *Ego non adducor, quemquam bonum ullam salutem putare mihi tanti fuisse, ut eam peterem ab ullo, et eo minus, quod hujus consilii jam ne socium quidem habeo quemquam.* Varin. V. ep. Cic. 10, 1.

Cic. XV. Attic. 10. *Hoc tempore quod scriberem nihil erat, eoque minus quod dubitabam* cet. add. Celsus II, 8.

* 8. *Eo* cum comparativo - *quo* cum positivo rarissimum est.

Eo cum comparativo positum sequitur interdum *quo* cum positivo Liv. I, 25. *Romani gratulantes Horatium accipiunt, eo majore cum gaudio, quo prope metum res fuerat.* Add. Cic. III. ep. 11. (nempe intelligendum est *magis* ex *majore:* v. Periz. ad Sanctii Minerv. IV, 7. et Gron. et Drakenb. ad Livium, qui plura exempla congessere, unde pateret non esse rarissimum hoc genus loquendi.)

* 6. *e.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0240
DFG

* 6. α. *Eo* pro *ideo* †, um deswillen.

Eo pro *ideo* nonnunquam solum ponitur. Cic. VI. ep. 21. *Dederam triduo ante pueris Planci literas ad te: eo nunc ero brevior.* Livius VIII, 8. et XXIII, 19. et libr. III, 71. Tacit. Ann. IV. 24, 1. Cic. XI. ep. 5.

β. *Eo-quod; eo-quia*, darum-weil.

Eo quod et *eo quia*, idem declarant quod *propterea quia.* Cic. III. ep. 6. *Eo tardius ad te scripsi, quod quotidie te ipsum expectabam*, ich habe um deswillen etwas langsam an dich geschrieben, weil ich täglich deiner selbst gewärtig war. * Id. XIII. Attic. 35. et de Senect. 21, et pro Milon. 7.

Cic. XII. ep. 5. *Id eo facilius credebatur, qui simile vero videbatur.* * Idem II. Offic. 13. et IX. ep. 16. et Terent. Eunuch. III, 1.

* γ. *Eo maxime, quod*, vornehmlich darum, daß.

Eo maxime, ad propagandam orationem adhibetur. Cic. IX. Att. 12. *Lectis tuis literis, putavi aliquid rescribendum esse, eo maxime, quod ostendis, te pendere animi* cet. Livius IX, 2.

δ. *Eo-quo*, pro *Eo-quod* darum weil.

Interdum *Eo quo* usurpatur pro *Eo quod.* Cic. III. Att. 15. *Non haec eo scribo, quo te meo casu non maximo dolore esse affectum sciam.* Id. pro Quint. 2. *Non eo dico, C. Aquili, quo mihi veniat in dubium tua fides et constantia*, ich sage es nicht darum (in der Meynung) als ob ich an deiner Treue

† Ratio est, quia *eo* est pro *ea re*, subintellecta præpositione *de.* Id quod ex particula *quare* perspicuum est. Potest etiam subintelligi *nomine* vel simile quiddam. Dicere licet *et eo*, uti *et idcirco.* Vellejus II, 115, 2, etsi non liceat dicere *et igitur, et itaque.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0241
DFG

zweiffelte. * Id. pro Rosc. Am. 18. Terent. Heaut. III, 2.

*ε. *Eo quo* pro *Eo-ut*, darum=daß.

Cic. VIII. Att. 9. *Id eo scripsi, quo in suadendo plus autoritatis haberem.* Sallust. Catil. 22.

ζ. *Eo-ut. Eo-utne*, um deswillen=daß ꝛc.

Jungitur etiam nonnunquam cum *ut*, vel *utne*. Cic. XIII. ep. 70. *Haec ad te eo pluribus scripsi, ut intelligeres, me* cet. id est, *propterea ut.* * Cic. XVI. ep. 1. et VIII. Att. 5. et III. de Orat. 49.

Cic. pro Rabir. 3. *Suspicor, eo mihi semihoram a Labieno praestitutam esse, ut ne plura de pudicitia dicerem.*

*η. *Eo-Ne*, um so viel mehr, damit nicht.

Eo jungitur cum particula *ne*. Cic. I. de invent. 4. *Eo vehementius eloquentiae studendum est, ne mali magno cum detrimento bonorum plurimum possint.* Terent. Phorm. V, 1. Cic. Orat. III, 49. et IX. Att. 2.

II. EODEM.

*1. *Eodem loci*, an eben dem Ort rarius est.

Cic. I. Att. 10. *Res eodem est loci, quo reliquisti.* Tacit. Ann. IV, 4, 2. Suet. Calig. 53. (vid. in *eo* n. 1. ε.)

*2. α. *Eodem* pro *in eundem locum*, eben dahin usitatissimum.

Nepos in Pausan. 4. *Nemo eorum rediit, qui super tali causa eodem missi erant.*

*β. *Eodem-quo. Eodem-unde.*

Corn. Nep. Pausan. 5. *Ejus mortui corpus eodem inferri oportere nonnulli dicebant, quo hi, qui ad supplicium essent dati.* Cæsar B. G. IV, 28, 2.

Tanta

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0242
DFG

Tanta tempestas subito coorta est, ut nulla navis cursum tenere posset, sed aliae eodem, unde erant profectae, referrentur, aliae ad inferiorem partem insulae dejicerentur. Id. B. G. V, 11, 7.

* γ. *Eodem* pro *ad eadem.*

Cic. de Am. 18. *Addendum eodem est, ut ne criminibus inferendis delectetur amicus.* Cic. I. Att. 11.

CAPUT LXXI.

De conjunctione EQUIDEM.

Equidem, ich zum wenigsten, ich gewißlich, (ich für meine Person.)

EQUIDEM saepe signare videtur idem quod *ego quidem*, uti ex *ego* et *quidem* compositum esse videtur †. Usitatissime quidem cum verborum prima persona singularis numeri ponitur. Cic. IV. ep. 8. *Equidem etiamsi oppetenda mors esset, domi atque in patria mallem, quam in externis atque alienis locis.* Id. XVI. epist. 5, et II. ep. 10. et II. ep. 1. Livius V, 53. (Exempla pauca quae e Sallustio et aliis (v. Cort. ad Sall. Catil. XV.) proferuntur in contrarium, ut etiam cum secunda et tertia persona dicatur, non debent eo valere, ut non semper cum prima persona dicamus. Cetera loca, quae e Cicerone v. c. proferuntur, aut corrupta sunt et in melioribus edd. mutata, aut non recte explicantur, ut monitum est in Ernesti Clave Cic. ubi v. Add. Gronov. ad Liv. 35, 33.(

2. *Equidem* pro *quidem* rarius est.

Cic. II. Divin. 70. *Huic equidem Antipho, Baro, inquit, te victum esse non vides?* (Hic lectio suspecta

† Non obstat Sall. Cat. 51. *Equidem ego sic existimo.* (Ex e et *quidem* componi placet Drakenb. ad Liv. V, 54. Burm. ad Virg. Aen. II, 77. ubi vid.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0243
DFG

ɛta est Manutio.) Id. III. fin. 2. *Sic equidem diligentius saepiusque ista loquemur inter nos, agemusque communiter.* (Hic libri meliores *et quidem.*) Id. pro Planc. 12. *Emissus aliquis e carcere. Equidem emissus, ut cognostis, necessarii hominis rogatu.* (Hic pariter libri meliores *et quidem*)

3. *Equidem - autem.*

Cic. Somn. Scip. 3. *Paulum ut vidi, equidem vim lacrymarum profudi. Ille autem me complexus flere prohibebat.*

4. *Equidem - sed* vel *tamen*, vel *sed tamen.*

Cic. II. epist. Att. 5. *Cupio equidem Alexandriam visere, sed hoc tempore αἰδέομαι τρῶας.* Id. Somn. Scip. 1, et I. Att. 10. et VII. Att. 1. XV. ep. 13, et XII. ad fam. 30, 8.

Equidem adsciscit interdum *tamen.* Liv. IV, 3. *Saepe equidem et ante videor animadvertisse; nunc tamen maxime.*

Cic. XI. ep. 14. *Habes, ut scribis, obtrectatores; quos equidem facillime sustineo, sed impediunt tamen.* Id. III. Qu. fr. 5, et IX. ep. 13, et de senect. 10.

5. *Equidem - verum*, vel *verum tamen.*

Equidem etiam cum *verum* consociatur. Cic. XVI. ep. 16. *Amo te omnibus equidem maximis de causis, verum etiam propter hanc, quod mihi sic, ut debuisti, nunciasti.*

Cic. XII. ep. ult. *Non dubitabam equidem, verumtamen multo mihi notiorem amorem tuum effecit Cherippus.*

CAPUT

CAPUT LXXII.

De præpositione ERGA.

ERGA fere de affectibus dicitur. Cic. III. epist. 12. extr. *Affinitas novam curam mihi affert cavendi, ne quid de summo meo erga te amore detractum esse videatur.* Et sic sæpissime invenitur.

2. Interdum de rebus ex affectione quadam animi proficiscentibus. Cic. I. epist. 9, 1. *Nomen pietatis levius mihi meritis erga me tuis esse videtur.* Id. ib. 9. *Animum aliquo erga me singulari beneficio debitum præstiti.*

3. *Erga* pro *adversus* rarius est.

Corn. Nepos in Datam. 10. *Odio communi, quod erga regem susceperant, contineri videbantur.* (Sicut *adversus* in bonam partem dicitur, sic *erga* in malam.)

CAPUT LXXIII.

De conjunctione ERGO.

*1. ERGO est *revera* in der That. Nam videtur vetus ablativus esse nominis Ἔργον. Construitur quidem cum genitivo, uti nomina solent.

2. *Ergo* pro *causa* ἕνεκα.

Ergo in medio sumitur pro causa. Cic. III. Att. 23. *Alterum caput rogationis tralatitium de impunitate, si quid contra alias leges ejus legis ergo factum sit*, wenn etwas dieses Gesetzes wegen den andern Gesetzen zuwider geschehen. Id. de opt. gen. Orat. 7. *Ctesiphon scitum fecit, ut prædicaretur; eum donari virtutis ergo benevolentiæque quam erga populum Atheniensem haberet*, wegen seiner guten Conduite und Wohlgewogenheit. Id. II. de leg. 25. *Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento.*

3. *Ergo* pro *igitur* cum interrogatione.

Ergo, ut vulgarem usum omittamus, interdum usurpatur cum interrogatione pro *igitur*, Cic. pro Quint. 2. *Quid ergo est? primum magnitudo periculi* cet. Id. IV. Acad. 23. *Num ergo Empedocles excæcat nos, aut orbat sensibus?* Plaut. Trin. IV, 2. *Ipsus, inquam, Charmides sum.* Sy. *ergo ipsus ne es?* Bist du es wirklich selbst? IX. Att. 20.

* 9. *Ergo* in interrogatione obliqua.

Ergo interdum ponitur in interrogatione, quæ tantam vim non habet, ad quam responderi possit. Livius II, 28. *Correpti consules, cum quid ergo se facere vellent patres, percunctarentur; decernunt, ut delectum quam accerrimum habeant*, als nun die Bürgermeister, nachdem man sie gescholten hatte, fragten, was denn der Rath von ihnen gethan haben wollte; so beschließt er ꝛc.

5. *Ergo* pro *itaque*, ἄρα. †

In principiis sæpe usurpatur pro *itaque*. Cic. de Amic. 13. *Ergo hoc est proprium animi bene constituti.* Livius IV. 3. *Ergo dum nullum fastiditur genus, in quo eniteret virtus, crevit imperium Romanum*, gewiß, indem man niemand, wer der auch seyn mag, verschmähet ꝛc.

* 6. *Ergo* indignantis.

Servit interdum indignationi. Liv. II, 40. *Ergo ego nisi peperissem, Roma non oppugnaretur?* Cic. II. Tusc. 17. Tacit. III. Ann. 17, 3.

* 7. *Ergo*

† *Ergo* hic declarari rectius posse videtur per *omnino*, *nimirum*, *sane*. Quod etiam locum habet in locis iis, ubi *ergo* pro *tum* positum videtur Guil. Cantero Nov. Lection. IV, 26. Item apud Sammonic. 31.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0246
DFG

*7. *Ergo* occupantis.

Servit item occupationi. Livius XXI, 10. *Dedemus ergo Annibalem? dicet aliquis. Scio meam levem esse in eo autoritatem, propter paternas inimicitias. Sed* cet.

* 8. *Ergo* exorditur orationem.

Ergo sæpe ingressum orationis declarat, sicut *igitur*. Cic. Topic. 19. *Quoniam ita a principio divisimus, ut alios locos diceremus in eo ipso, de quo ambigitur, hærere, alios assumi extrinsecus, de iis pauca dicamus. --- Hæc ergo argumentatio, quæ dicitur artis expers, in testimonio posita est.* Id. Partit. 13. Cic. II. off. 3. Id. I. Acad. 6 et 24. Cic. de fin. V, 9. Colum. XI, 3. Add. Virgil. I. Georg. 63. et Plinius XVII, 14.

* 9. *Ergo* sequitur parénthesin eleganter, pro *inquam*.

Ergo pro *inquam* ponitur, cum sententia longior comprehensioni cuidam interjecta est. Cic. XV. ep. 10. *Quando id accidit, quod maxime mihi fuit optatum, ut omnium Marcellorum, Marcellinorum etiam (mirificus enim nominis ac generis vestri fuit erga me semper animus) quando ergo ita accidit, ut omnium vestrum studio tuus consulatus satisfacere posset: peto a te, ut quam honorificentissimum SCtum faciendum cures.* Id. Philipp. XII, 9. et I. Tusc. 7.

** 10. *Ergo* in responsione. †

D. *Ergo* in responsione pro *inquam*, affirmantis est. Terent. Andr. V, 2. *Quid istic tibi negotii est?* DA. *Mihine?* Si. *Ita.* DA. *Mihine?* Si. *Tibi ergo*, freylich dir.

CAPUT

† Potest ita adhiberi propter significationem propriam.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0247
DFG

CAPUT LXXIV.

De conjunctione ET.

* 1. ET eandem vim habet, quam *ac*. Sed præterea tum usu, tum aliis significationibus multum ab *ac* differt. Nam sæpe perspicuitatis causa scienter et curate iteratur.

2. *Et - et*, nicht nur - sondern auch.

Cic. de amic. 29. *Omnino amicitiæ corroboratis jam confirmatisque et ingeniis et ætatibus judicandæ sunt* Et paulo post: *Eas res qui impedire vult, is et infirmus est mollisque natura, et ob eam ipsam causam in amicitia parum justus.* Id. III. Quint. fr. 8, et III. Qu. fr. 9.

* 3. *Et - et - et.*

Cic. XII. Att. 2. *Cato ea, quæ nunc sunt, et futura vidit, et ne fierent, contendit, et facta ne videret, vitam reliquit.* Id. III. Quint. fr. 9. extr. Id. pro Rosc. Am. 5. extr. et II. ep. 3. Livius XXXIX, 40.

* 4. *Et* sæpe iteratum.

Cic. Mil. 11. *Hoc et ratio doctis, et necessitas barbaris, et mos gentibus, et feris natura ipsa præscripsit.* Id. I. Orat. 20.

* 5. *Et - et - et - postremo*, cet.

Cic. de amic. 23. *De amicitia omnes ad unum idem sentiunt, et ii qui ad remp. se contulerunt: et ii qui rerum cognitione doctrinaque delectantur: et ii qui suum negotium gerunt otiose; postremo ii, qui se totos tradiderunt voluptatibus.* Ita Quintil. II, 15. *Et pecunia persuadet et gratia, et autoritas dicentis, et dignitas, et postremo aspectus etiam ipse sine voce.*

* *Animadversio.*

Cum *et - et*, ponitur pro *cum - tum*; tunc, si con-

conjunctio copulativa, ad partes minores majoribus jungendas, requiritur, non *et*, sed *que*, vel *ac*, vel *atque* ponendum est, perspicuitatis causa. Cic. XIII. ep. 23. *Manlius et semper me coluit diligentissimeque observavit, et a studiis nostris non abhorret.* Id. I. de Orat. 21. *Ego non despero, fore aliquem aliquando, qui et studio acriore, quam nos sumus atque fuimus, et otio ac facultate discendi majore ac maturiore, et labore atque industria superiore, existat talis orator qualem quærimus.* Id. I. Orat. 17. et XIII. ep. 22. Cæsar. II. B. G. 3, 3. et III. B. G. 8, 1.

* Interdum tamen tantam diligentiam non adhibent, ut minora membra per *ac*, vel *atque*, vel *que* conjungant cum majoribus, quæ per *et-et* juncta sunt. Cic. I. Orat. 37. *Crassum illum divitem et multis aliis in rebus elegantem hominem et ornatum, et præcipue in hoc ferendum et laudandum puto, quod solitus est dicere* cet. Id. XIII. ep. 30.

* 6. *Et-et-etiam; et-et-quoque.*

Cum *et* geminatur, tum alterum *et* sæpiuscule adsciscit *etiam*. Cic. II. Att. 1. *Oratiunculas et quas postulas, et plures etiam mittam.* Id. I. Att. 14. Id in Brut. 82. Celsus VIII, 1.

Quintil. 7. *Hoc modo et Ciceronem et Virgilium quoque scripsisse, manus eorum docent.*

* 7. *Et-et maxime*, vel *præcipue.*

Cic. II. offic. 11. *Et hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit, et maxime justitia.* Id. I. Or. 9. *Semproniorum pater et sæpe alias et maxime censor saluti reip. fuit.* Cic. I. Orat. 37. *Equidem Crassum illum divitem et multis aliis in rebus elegantem*

tem hominem, et præcipue in hoc ferendum et laudandum puto, quod cet. Celsus III, 18. *Omnibus sic affectis somnus et difficilis et præcipue necessarius est.*

* 8. *Et-et non; et non-et.*

Aliquando *et-et non* ponitur pro *et nec.* Cic. XIII. ep. 23. *Manlius et semper me coluit, et a studiis nostris non abhorret.* Livius XXXI, 23. *Quod si tantum militum Romanorum fuisset, ut et Chalcis teneri, et non deseri præsidium Athenarum potuisset: Chalcis et Euripus ademta regi forent.* Palladius VI. 7. *Ea res et sanguinis nimietatem prohibet, et non omnino juvencos, subducto robore virilitatis, effœminat.* Cic. II. Att. 4. *Id et nobis erit perjucundum, et tibi non sane devium.* Add. Celsus VII, 7. de ung. ocul. Columell. II. 15. Varro de R. R. III, 14. *Is locus melior: quem et non coquit sol, et tangit ros.*

* 9. *Et-certe.*

Cic. de Orat. 12. *Hæc in veritate causarum et varius multo facimus, et certe occultius.*

* 10. *Et-et nihilominus*, vel *et tamen.*

Celsus V, 26. *Venæ et in se ipsæ cocunt, et nihilominus ora præcluſa habent.*

Quintil. IV, 1. *Id et fieri cum modo debet, et est tamen parti utrique commune.*

* 11. *Et* pro non modo-*sed et* rarum est

Columell. III, 2. *Id tamen incommodum repensant uvarum multitudine, quas et in jugo, sed et in arbore milius exhibent.*

* 12. *Et-que; et-et-que.*

Pro *et-et* ponitur interdum *et-que.* Cic. V. Verr. 54. *Pro eo ut et temporis difficultas, aratorumque penuria tulit.* Id. III. Tusc. 3. *At et morbi*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0250
DFG

bi perniciosiores, pluresque sunt animi quam corporis. Livius IV, 2. Plin. XI, 16. Tacitus Agric. II, 3. Vellejus II, 72, 3. *Ad quem et e Brutianis castris et ex Italia, aliisque terrarum partibus præscripti confluebant.*

* 13. *Et - nec; et - neque* usitatissima sunt.

Cic. X. Att. 1. *Hoc, quod agimus, et turpe, nec tamen tutum.* Id. VII. Att. 1. XII. Att. 32, et XIII. II, et I. Nat. D. 38, et XIII. Philipp. 6.

Cic. III. Cat. 8. *Tunc et ludi decem per dies facti sunt, neque res ulla, quæ ad placandum Deos pertineret, prætermissa est.* Id. pro Flac. 20. *Sextus et rem agnoscit, neque hominem ignorat.* Id. Brut. 4.

* 14. *Et - aut* rarissimum est.

Cic. in Brut. 48. *Omnium oratorum, sive rabularum, qui et plane indocti, aut inurbani, aut rustici etiam fuerunt, solutissimum in dicendo et acutissimum judicio Sertorium.*

* 15. *Et etiam,* auch gar, ja auch, usitatissimum est.

Cic. XVI. Att. 18. *Mi Plance, rogo te, et etiam oro, sic medius fidius, ut majore studio magisque ex animo agere non possim.* Id. pro Cœl. 6, et de Orat. 12. Varro lib. II. de re rust. præfat. et lib. II, 4, et 7. item III, 9. Livius XXXIX, 37. Colum. XII, 3. Liv. VIII, 2.

* 16. *Et quoque* rarius est.

Interdum particulæ *et* adhæresçit *quoque.* Nepos in Agesil. 6. *Agesilaus laudavit consilium adolescentulorum, et se id quoque fieri debere, animadvertisse.* Celsus de Med. præfat. *Et causæ quoque æstimatio sæpe morbum solvit.* Livius XLI, 24. Colum. XII, præfat.

17. *Et*

17. *Et autem* rariſſimum eſt.

Plinius XV, 13. *Et hæc autem et perſica et cerina ac ſylveſtria autumno cadis condita usque ad alia naſcentia ætatem ſibi prorogant.* Id. XV, 22. extr. et XVI, 27. *Et caprifici autem ab adverſis foliis naſcuntur.* Id. XVII, 10. Senec. epiſt. 58. Plaut. Mercat. I, 2, 9.

* 18. *Et eo magis*, vide *magis*, item *eo.*

* 19. *Et maxime, et ita*, ſimilesque particulæ continuant orationem.

Cic. XI. Att. 16. *De omnibus rebus velim ad me ſcribas, et maxime, quid ſcias de eo, in quo tuo conſilio egeo.* Id. Partit. 14.

Cic. pro Leg. Manil. 3. *Mithridates ab illo tempore annum jam tertium et vigeſimum regnat, et ita regnat, ut ſe Ponto occultare nolit, ſed emergere e patrio regno.* Id. I. Catil. 2.

* 20. *Et non.*

Pro germanico und nicht, latini fere ponunt *nec.* Sed ſunt loci quidam, ubi fortaſſe non liceat ponere *nec*, ſed *et non* (nempe, ubi intelligi poteſt *potius.*) Cic. II. Invent. 47. extr. *Nulla res ne in ſermone quidem quotidiano recte poteſt adminiſtrari, ſi unusquisque velit verba ſpectare, et non ad voluntatem ejus, qui verba habuerit, accedere.* Wenn jeder nur auf die bloßen Worte, und nicht auf die Meynung und Willen des Redenden ſehen wollte. Id. V. Verr. 9. extr. *Niſi vero exiſtimatis, hoc prædandi genus ab iſto in illo uno adhibitum ac tentatum, et non per illum omnibus pecunioſis Siculis metum propoſitum et injectum.* Id. pro Dom. 20. Id. de Aruſp. reſp. 12. Liv. X, 8. XXI, 41. XLV, 38. bis.

* 21. *Et*

* 21. *Et non* pro *nequidem.*

Senec. ep. 54. *Ego vero et in ipsa suffocatione non desii cogitationibus lætis ac fortibus acquiescere.*

*22. *Et* inter præpositiones diversum casum regentes.

Diligenter observandus est usus particulæ *et* duabus præpositionibus diversum casum regentibus interjectæ. Nam interdum nomen idem bis ponitur; interdum pro altero nomine ponitur pronomen; nonnunquam altera præpositio mutatur in adverbium. Cic. IV. ep. 1. *Defensor pacis in consulatu tuo et post consulatum fuisti.* Cic. II. orat. 27. *Pro tabulis et contra tabulas, pro testibus et contra testes, pro quæstionibus et contra quæstiones dicere solemus.* Id. post red. in Senat. 13. Livius XXXI, 29. et XXXIV, 8.

Liv. X, 7. *Eadem pro lege Licinia quondam contraque eam dicta erant.* Celsus III, 6. *Potio esse debet magis liberalis, et ante cibum, et post hunc et cum hoc ultra quam sitis coget.*

Cic. II. fin. 21. *Et in corpore et extra sunt quaedam bona.* Celsus III, 23. *Ferro candente in occipitio et infra adurere.* Varrô I. R. R. 35. *Vineas arbustumque putare oportet, dum in XV. diebus ante et post brumam ne facias.*

* 23. *Et* inter præpositiones eundem casum habentes.

Et præpositionibus eundum casum habentibus interpositum, interdum pro nomine bis ponendo adsciscit pronomen; interdum alteram præpositionem convertit in adverbium; interdum inter idem nomen intercedit. Celsus III, 6. *Potio esse debet magis liberalis et ante cibum, et post hunc, et cum hoc ultra quam sitis coget.* Id. III, 22. VII, 20.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0253
DFG

Celsus VII, 14. *Excidunt et in posteriorem partem et in priorem et supra septum transversum et infra.* Quintilian. I, 7. *Usque ad Atticum et ultra porrectas syllabas vocalibus scripserunt.* Livius VIII, 11. *Strages et ante signa et post signa facta.* (Has duas observationes abesse malim; sunt enim nihili: si talia pertinerent ad vim et usum copulæ *et* declarandum, quæ ad positum ejus varium inter varias orationis partes pertinent, innumerabiles observationes essent.)

24. *Et quidem, et vero* affirmantis καὶ δή.

Et quidem, et vero gravius affirmant. Cic. de Amic. 21. *Rarum genus: et quidem omnia præclara rara.* Id. X. Att. 17. et XII, 4.

Cic. I. Qu. fr. 1. *Tibi et fuit hoc semper facillimum, et vero esse debuit.*

* Cic. XVI. Att. 18. *Ea de voluntate esse erga Atticum sæpe præsens et illi ostendisti et vero etiam mihi.* Cic. Brut. 44, et 58.

* 25. *Et* pro *et quidem* affirmantis vel declarantis.

Nonnunquam pro *et quidem* solum *Et* ponitur. Cic. pro Milon. 23. *Magna vis est conscientiæ, judices, et magna in utramque partem, ut* cet. Id. II. Catil. 8. *Sed cur tamdiu de uno hoste loquimur? et de eo hoste, qui jam fatetur, se esse hostem?* Id. Verr. II. 21. *Hostis, et hostis in ceteris rebus nimis ferus et immanis, tamen honorem hominis deorum religione consecratum violare noluit.* Id. pro Sext. 36.

* 26. *Et quidem* indignantis.

Cic. II. Philip. 3. *Quid dictum a me cum contumelia? et quidem cujus temperantiæ fuit, de M. Antonio querenteni abstinere maledicto.* (immo *et quidem*

h. l.

h. l. est *enimvero*: sensus est: quantæ vero t. f. Nulla hic indignatio.)

* 27. *Et quidem* declarantis.

Et quidem sæpe declarat proxime superiora. Cic. XIV. Att. 11. *Modo venit Octavius, et quidem in proximam villam Philippi.* Id. XV. Att. 18. *Mihi res ad cædem, et eam quidem propinquam spectare videtur.* Celsus III, 24. *Æsclepiades aquam salsam, et quidem per biduum, purgationis causa bibere cogebat.* Cic. XII. ep. 4.

28. *Et quidem* amplificantis.

Interdum *et quidem* vim habet augendi. Cic. 2. Philipp. 17. *Duo millia jugerum et adsignasti, et quidem immunia.* Id. 2. Divin. 68. *Alexander draconem loquentem visus est audire. Et quidem, quo majus sit, cum rudicem ore reiteret, locutus est.* Id. II. Philipp. 31. *At enim adspicis me, et quidem, ut videris, iratus.*

29. *Et quidem* pro *quid mirum? etiam.* †

Cic. XI. Philipp. 4. *Cruciatus est a Dolabella Trebonius: et quidem a Carthaginensibus Regulus.* Id. III. Leg. 10. *ut aliquando incenditur; et quidem sæpe sedatur.* Id. I. N. Deor. 8 et 29. Id. pro Cæl. 5. *Catilina utebatur hominibus improbis multis; et quidem optimis se viris deditum esse simulabat.* Id. III. N. Deor. 6. Id. III. Tusc. 5. (Mihi his in locis *et quidem* fere pro *atqui, enimvero etiam* positum videtur.

† Possis etiam declarare hoc *et quidem* per *similiter atque, perinde ut*, vel potius *etiam certe*. Id enim propius et ad vim verborum accedere videtur, et ad exemplorum, quæ attulimus, declarationem. Nam *et* sæpe pro *etiam* ponitur, et *quidem* vim affirmandi, valetque idem quod *certe*.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0255
DFG

* 30. *Et tamen.*

Cic. III. off. 10. *Omisit Romulus et pietatem et humanitatem, ut id, quod utile videbatur, assequi posset: et tamen muri causam opposuit.* Id. de senect. 10. et Or. 51. extr. et de Invent. 9.

31. *Et tamen* indignantis.

Cic. Rosc. Am. 28. *Nihil horum ne confingi quidem potest: et tamen causa de parricidio dicitur?*

32. *Et* pro *etiam.*

** *Et* pro *etiam* apud Ciceronem nusquam reperiri, sicut in ceteris illo posterioribus, Valla annotavit II. eleg. 58. Quintil. *Tamen si quid adversus te ipse commisit adolescens, sit hostis et meus.*

* Sed tamen ipse quoque Cicero *et* pro *etiam* usurpatur interdum. Cic. III. off. 6. *Verum est primum; verum igitur et extremum.* Id. I. off. 41. et I. Nat. Deor. 26. et III. Tusc. 19. Id. VII. Att. ult.

*33. *Et* pro *etiam* cum superlativo rarum est.

Senec. ep. 91. *Quid enim est, quod non fortuna quum voluit et florentissimo detrahat,* (mira observatio! tu refer ad numerum præcedentem.)

34. *Et* pro *et tamen*, hortantis, *etc.*

Conjunctio *et* in principiis comprehensionum mirificos usus habet. Sæpe declarat *et tamen*, et vim habet hortandi. Cic. pro Leg. Manil. 14. *Et quisquam dubitabit, quin huic tantum bellum transmittendum sit?* und dennoch will jemand sich besinnen, ob ꝛc. Virgil. VI. Aeneid. *Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?* †

35 *Et*

† Aliis in his exemplis admiratio indignantis potius ineſſe videtur, quam cohortatio.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0256
DFG

35. *Et* indignantis εἶτα.

Et quoque indignationem designat. Cic. I. Philip. 8. *Et vos acta Cæsaris defenditis, qui leges evertitis?* εἶθ' ὑμεῖς. Und doch haltet ihr über dem, was Cæsar geordnet, da ihr seine Gesetze über den Hauffen werfet? Id. II. Philipp. 43. *Et in publicis et in privatis rebus acta Cæsaris rescidisti: Et tu in Cæsaris memoria diligens?* Id. pro Sext. 37. *Et causam dicit Sextius de vi? quid ita? quia vivit.* * Id. pro Milon. 33. Ovid. XIII. Metam. 338.

36. *Et* mirantis.

Petron. Saytr. cap. 96. *O poëtarum, inquit, disertissime, tu eras? et non discedunt ocyus servi nequissimi, manusque continent a rixa.*

* 37. *Et* pro *tum.*

In continuandis narrationibus sæpe *et* pro *tum* ponitur. Cic. V. Fin. 28. *Et ille ridens, video, inquit, quid agas: ne discipulum abducam, times.* Id. III. Nat. Deor. 3. Idem II. Orat. 10. Idem II. Orat. 57. Boëthii Consol. 1. Prof. 6. Add. id. III. Consolat. Prof. 10. Cic. III. Orat. ult. et in Brut. 41, et 46.

* 38 *Et* omittitur interdum.

Cic. Mil. 23. *Cum res ipsa tot, tam claris argumentis signisque luceat.*

CAPUT LXXV.

De conjunctione ETIAM * cum compositis ETIAMNE, ETIAMNUM, ETIAMNUNC et ETIAMSI.

Etiam pro *insuper*, gar, noch darzu.

ETIAM ex *Et* et *jam* conflatum esse apparet;

proinde conjunctio *et* præponi ei non solet †, sed pro *et etiam* dicimus *atque etiam*. Plerumque vim habet augendi ††. Cic. in Brut. 75. *Cæsar splendidam quandam minimeque veteratoriam rationem dicendi tenet, voce, motu, forma etiam magnifica et generosa quodammodo.* Id. VII. Verr. 39. *Derisum credo esse hominem amentem a suis consiliariis, et admonitum, hæsce ei tabulas nihil profuturas; etiam plus ex nimia Prætoris diligentia suspicionis in eo crimine futurum*, daß ihm diese Rolle nichts helfen, ja noch darzu, weil er so gar behutsam gehen wollte, das Verbrechen verdächtig machen würde. Id. in Brut. 76. *Sicinius quæstorius mortuus est probabilis orator; jam vero etiam probatus, ex hac inopi ad ornandum, sed ad inveniendum expedita, Hermagoræ disciplina.*

2. P. ** Semel tamen *et etiam* apud Ciceronem reperitur IX. ep. f. 25. *Auctoritate tua nobis opus est, et consilio, et etiam gratia.* * Vid. LXII. n. 6, ubi crebro *et* cum *etiam* jungi docetur.

3. *Etiam* redarguentis εἶτα.

Nonnunquam vim habet redarguendi. Cic. Verr. I, 60. *Is mihi etiam queritur, quod a nobis octo solis diebus prima actio sui judicii transacta sit; cum apud ipsum tribus horis Opimius bona, fortunas, ornamenta omnia amiserit*, will sich nun dieser noch beschweren, daß wir in einzigen acht Tagen ꝛc. Id. II. Phil. 30. *At etiam adspicis me, et quidem, ut videris*

† Vide supra *ET* sect. 15.

†† Ideo eleganter et sæpissime pro germanico noch adjungitur comparativis. Cæsar B. G. IV, 30. *Castra hoc erant etiam angustiora, quod sine impedimentis Cæsar legiones transportaverat*, das Lager war um deßwillen noch viel kleiner als sonst, weil ꝛc. Cic. offic. II, 15. Καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ τὸ κυτίσου μήτρα. Theophr. de Plaut. V, 4. Cic. XIII, ep. 16, 3.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0258
DFG

videris iratus, und darfst mich dennoch noch ansehen. Lege *et etiam* * Id. Verr. II, 42. extr.

4. *Etiam* affirmantis.

Non raro vim habet affirmandi. Cic. IV Acad. 32. *Sapiens probabilitatem sequens, ubicunque hæc occurrit aut deficit, aut etiam, aut non respondet.* Id. pro Rosc. Com. 3. *Utrum in codicem accepti et expensi cetera nomina digesta habes, annon? Si non, quomodo tabulas conficis? Si etiam, quamobrem hoc nomen triennio amplius in adversariis relinquebas?* So du sagest: Ja, was ist denn die Ursache, daß du ꝛc. * Id. I. Nat. Deor. 25. et in Verr. III, 29.

5. *Etiam atque etiam*, einmahl nach dem andern mahl.

Etiam atque etiam est *iterum atque iterum*, Cic. I. Quint. fr. 1. *Te prorsus vehementer etiam atque etiam rogo*, ich bitte dich inständigst. Id. pro leg. Manil. 10. *Etiam atque etiam qui id liceat, considerabunt ii, qui minantur*, werden es noch ferner und mehr als bisher überlegen. Id. in Caecil. 12. *Tu quemadmodum existimes, vide etiam atque etiam.* * Add. III. ep. 1. et VI. ep. 23. inprimis Cic. Tusc. III, 28. et XIII. ep. 28. §. 3.

* 6. *Etiam* pro *etiamsi*.

Etiam ponitur pro *etiamsi*, quum ablativis, consequentiam designantibus additur vel participiis. Cic. IX. ep. 10. *De eo, etiam nihil scribente me, te non dubitare certo scio*, et pro Mil. 26. Plin. H. N. VIII, 39. *Cochleæ etiam injuria resupinatæ avulsæque, non tamen exeunt.* Cic. V. ep. 2, 27. *In te animo fui ita stabili, ut in mea ergo te voluntate, etiam desertus ab officiis tuis, permanerem.*

* 7. *Etiam non* pro *ne quidem* rariſſimum.

Plin. H. N. XXV, 2. *Id Cato paucis duntaxat attigit, boum etiam medicina non omiſſa.*

* 8. *Etiam-ſed; etiam-quidem; etiam-tamen.*

Interdum mutuus quidam reſpectus inter *etiam* et *ſed* intercedere videtur. Cic. Brut. 90. *Commentabar declamitans ſæpe cum aliquo quotidie: idque faciebam multum etiam latine, ſed græce ſæpius.* (Immo *ſed* reſpicit *multum.*)

Interdum reſpicit *quidem*, quod tum conjunctionis *vero* ſignificationem habet. Cic. Partit. 8. *Amplificatio quamquam habet proprium locum, ſæpe etiam primum, poſtremum quidem fere ſemper; tamen reliquo in curſu orationis adhibenda eſt.*

Nexus quidam videtur eſſe nonnunquam conjunctionis *etiam* cum *tamen*. Varr. L. L. VIII, 22. *Etiam ubi diſſimilis fœtus, ut ex equa et aſino mulus: tamen tibi analogia.*

*8. *Etiam-non modo; etiam-non ſolum.*

Cic. II. off. 19. *Huic viro bono, quem Fimbria etiam, non modo Socrates noverat, nullo modo videri poteſt quicquam eſſe utile, quod honeſtum ſit.* Lege *non modo.* Id. II. Att. 21. *Ut demiſſus erat! ut ipſe etiam ſibi, non iis ſolum, qui aderant, diſplicebat.* Lege *non ſolum.*

* *Admonitio.*

Etiam ſæpe deſideratur, ſi *non ſolum*, *non modo* ſequatur. Exempla multa ſuggeret lectio præſtantiſſimorum ſcriptorum.

* 10. *Etiam-nedum* rariſſimum eſt.

Etiam interdum adjunctum habet *nedum*. Liv. VII, 40. *Quintius, quem armorum etiam pro patria ſatietas*

satietas teneret, nedum adversus patriam, ad colloquium processit. Suet. Claud. 40. *Talia etiam privatis deformia, nedum principi.* Tacit. Orat. 25, 3. Colum. VIII, 11. Senec. ep. 53. p. 252. (Ceterum recte sic dicitur.)

II. *Etiamne.*

Etiamne cum admirationi servit, tum etiam amplificationi. Plaut. Amphitr. II, 2. *Obsecro te, etiamne hoc negabis, te auream pateram mihi dedisse?* Cic. X. Att. 13. *Etiamne Balbus in Senatum venire cogitet?* Id. Verr. III, 98. *Quodsi haec feruntur omnia: si vobis potius ac populo Romano, quam sibi et suis commodis, opere, sumtu, labore deserviunt: etiamne haec nova debent edicta rapinasque perferre? etiamne frumentum pro emto gratis dare? etiamne in cellam, cum cupiunt, gratis dare ultro, pecuniam grandem dare? etiamne haec tot detrimenta atque damna cum maximis injuriis contumeliisque perferre?* Id. de Amic. 11. *Blossius hanc, ut sibi ignoscerem, causam afferebat, quod tanti Gracchum feciisset, ut, quicquid ille vellet, sibi faciendum putaret. Tum ego: etiamne, inquam, si te in Capitolium faces ferre vellet?*

* 2. *Etiamne* servit ἀνθυποφορᾷ.

Quintil. IV, 1. *Demus aliquas; etiamne potentissimas omnes, id est, totam causam.* Plinius XXXVI, 2. *Verum esto, indulserint publicis voluptatibus: etiamne tacuerunt maximas earum?*

III. *Etiamnum, etiam nunc* pro *adhuc*, quod barbari dicunt *usque nunc.*

Etiamnum sive *etiam nunc* pro *adhuc* usurpari solet. Pompejus VIII. Att. 20. *Da operam, si ulla*

ratione etiamnunc efficere potes, ut te explices. Id. pro Rosc. Am. 52. *Si pristinæ bonitas et misericordia manent, salvi etiamnunc esse possumus.* Id. ib. 37. *Quæritur etiamnunc, quis eum nuncium miserit.* Id. pro Muren. 12. *Illud mihi mirum videri solet, tot homines tam ingeniosos per tot annos etiamnunc statuere non potuisse*, bis auf dieſe Stunde. Ter. Eun. II, 2. *Etiamnunc his stas, Parmeno?* ſtehſt du noch da? * Add. Id. Eun. IV, 4.

*2. *Etiamnunc* vel *etiamnum* pro *præterea* ferner, *etiam* noch, noch darzu varius eſt in ſcriptis aureæ ætatis. Celſus V, 26. *His cognitis, etiam nunc quædam alia noscenda sunt ad omnia vulnera pertinentia.* Senec. ep. 113. p. 503. *Si has quoque corrotundaverint: etiamnum interrogabo, an prudens ambulatis animal sit, necne.* Celſus V, 19. extr. et V, 26. *Si carnis plus est, quod tolli opus est, adhibenda sunt etiamnum vehementiora, quæ corpus excedant.* Id. V, 28. de impetig. *Tertia species etiamnum deterior est*, iſt noch ſchlimmer. Add. Id. VI, 6. VII, 7. extr. VII, 29. extr. Colum. V, 4, princ. Senec. epiſt. 102. bis. et ep. 110, et de benefic. V, 6. et 10.

* 3. Exempla ultima docent, *etiamnum* cum comparativo poni pro ſimplici *etiam.* Senec. epiſt. 87. *Etiamnum facere id planius volo*, noch deutlicher. Id. paulo poſt: *Hanc interrogationem magis etiamnum hoc modo intendit.* Celſus V, 26, 30. *Adhibenda sunt etiamnum vehementiora.*

IV. *Etiam tum* pro *etiam tunc*, ſive ut barbari *usque tunc.* *Etiam tum* pro *etiam tunc* dici ſolet. Terent. Hecyr. I. 2. *Me seducit foras, narratque, ut virgo ab se integra etiam siet*, bis auf dieſe Stunde. Cic. II. Orat. 3. *Hora fere secunda, cum etiam tum in lecto*

Crassus

Crassus esset repente eo Catulus cum Julio venit. Id. II. Orat. 22. *Consecuti sunt hos Critias, Theramenes, Lysias. Omnes etiamtum retinebant illum Periclis succum, sed erant paulo uberiore filo.* Id. II. Verr. 39. *Veniunt ad istum nuntii, cum isti etiamtum de Sthenio integra tota res esset* da er noch in des Sthenii Sache thun konnte, was er wollte.

*Pro *etiamtum* Tacitus ponit *tum etiam* lib. III. Ann. 61, 2. *Ephesii memorarunt, esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam partu gravidam, et oleæ, quæ tum etiam maneat, adnisam, edidisse ea nuntia.*

V. *Etiamsi* absolute, wenn auch schon.

Etiamsi vim habet augendi, (cum conjunctivo.) Cic. de Amic. 27. *Omnia brevia tolerabilia esse debent, etiamsi maxima sint,* müssen uns leidlich seyn, und sollten sie auch noch so groß seyn. * Id. senect. 22, et pro Mil. 8, et I. Catil. 8.

* 2. *Etiamsi* subintellecto *tamen.*

Cic. II. Catil. 10. *Ii ni exeunt, ni pereunt, etiamsi Catilina perierit, scitote, hac in republ. seminarium Catilinarum futurum.* Id. I. Nat. D. 39. Colum. IX, 8. extr. Livius XLI, 24. extr. Add. III. 70. extr.

* 3. *Etiamsi* divellitur.

Etiamsi nonnunquam dirimitur, ut vocabula quædam intercedant. Cic. I. Orat. 33. *Qui a scribendi consuetudine ad dicendum venit, hanc affert facultatem, ut etiam subito si dicat, tamen illa, quæ dicantur, similia scriptorum videantur.* Id. VIII. Att. 2. *Significas aliquando serius, quam solebas, ut etiam Italia si ille cedat, cedendum putes,* daß, wenn er

er auch gleich aus Italien gienge, du dennoch auch uns zu weichen rathen wolltest. †

4. *Etiamsi* pro *etsi* cum *tamen* aut *certe*.

Etiamsi pro *etsi* usitatum est. Cic. lib. I. ep. 9. *Etiamsi non is esset Cæsar, qui est; tamen ornandus videretur.* Id. de Amic. 27. *Quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiamsi tu eam minus secutus sis,* * Cic. III. Qu. fr. 9.

Cic. de opt. gen. orat. 2. *Etiamsi is est in genere tolerabili, certe non est in optimo.* *Livius XL, 15. Cic. II. Orat. 54, et pro Cæl. 29.

* 5. *Etiamsi - at certe, certe, attamen,* vel *at non,* vel *nihilominus,* vel *nihilominus tamen.*

Seneca de ira III, 1. *Ceteris etiamsi resistere contra affectus suos non licet: at certe affectibus ipsis licet stare.* Seneca de consolat. I, 1. *Lacrimas tuas etiamsi supprimere non potuissem, interim certe abstersissem.* Cic. Brut. 84. *Quid procul hæc videt, etiamsi quid agatur, nesciat: at placere tamen et in scena esse Roscium intelligit.* Valer. Max. IX, 8. n. 2. Cic. pro Cæl. 3. *Quis est, cui via ista non pateat? qui isti ætati non possit, quam velit petulanter, etiamsi sine ulla suspicione, at non sine argumento maledicere?* Livius XXVI, 48. *Etiamsi vis absit, nihilominus detestabili exemplo res agitur.* Boëthius V. Consol. prof. 3. *Etiamsi iccirco, quoniam futura sunt, providentur; non vero ideo, quoniam providentur, eveniunt: niholominus tamen adeo vel futura provideri, vel provisa evenire necesse est.* Hoc exemplum nolito imitari.

6. *Etiamsi*

† Potest tamen hoc exemplum etiam aliter declarari, hunc in modum: Daß du meinest, ich müsse auch gar aus Italien gehen, wenn er sich von dar weggemacht.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0264
DFG

6. *Etiamsi minus - tamen.*

Etiamsi minus pro *si non* cum *tamen* jungitur. Cic. Orat. 31. extr. *Hunc librum etiamsi minus nostra commendatione, tuo tamen nomine divulgari necesse est.* Id. I. Philipp. 7. Id. 3. Nat. D. 1.

Interdum omittitur *tamen*. Cic. pro Flacc. 27. *Vestrum est, judices, etiamsi a me minus dicuntur omnia, vestris animis et cogitatione comprehendere.*

* 7. *Etiamsi - tamen; - nunc vero*, wenn auch gleich - so - dennoch, nun aber, oder: da aber.

Notanda est etiam cohærentia particularum *etiamsi* et *tamen* cum *nunc vero*. Cic. II. Agr. 31. *Etiamsi ad vos singulos esset aliquid ex hoc agro perventurum; tamen honestius eum vos universi quam singuli possideretis. Nunc vero cum ad vos nihil pertineat, sed paretur aliis, eripiatur vobis, nonne acerrime huic legi resistetis?* Id. V. Philipp. 6.

* 8. *Etiamsi* adjectum nominibus.

Quintil. procem. libr. I. *Nullam ingenii sperant gratiam circa res, etiamsi necessarias, procul tamen ab ostentatione positas*, die zwar unentbehrlich, aber doch nicht prahlerisch sind. Id. V, 10. Id. V, 12.

* 9. *Etiamsi - nunc utique.*

Livius V, 53. *Vos etiamsi tunc faciendum fuerit, nunc utique faciendum putatis.* (pertinet hic locus ad n. 6. propter omissum *tamen*. *nunc utique* refertur ad *tunc*, non ad *etiamsi*.)

CAPUT LXXVI.

De conjunctione ETSI, εἰ καί.

* 1. *Etsi* adjectivis adjectum.

ETSI adhæret adjectivis. Livius III, 56. *Superbiæ crudelitatique, etsi seras, non leves tamen venire*

nire pœnas. Id. XXXIX, 54. Id. XXXVIII, 41. bis. (Eleganter pro *quidem-sed.*

2. *Etsi* in fine, sine *tamen*, καὶ τοι.

Cic. VI. ep. 4. *Nunc tantum videmur intelligere, non diuturnum bellum: etsi et ipsam nonnullis videatur secus*, es dünkt uns, wir können so viel sehen, daß der Krieg nicht lange währen werde: wiewohl einige anderer Meynung sind. Id. VII. Art. 3. *Habet res deliberationem; etsi ex parte magna tibi assentior.* Id. XI. Art. 32. *Do, do pœnas temeritatis meæ; etsi, quæ fuit illa temeritas?* Wiewohl, was ist dieses für eine Unbesonnenheit?

* 3. *Etsi* in initio prætermisso *tamen.*

Etsi nonnunquam *tamen* desiderat, etiam in media vel prima oratione positum. Liv. XXXIX, 8. *Scipio dixit illud se satis scire, etsi Locrenses male de populo Romano meriti essent, in meliore statu sub iratis Romanis futuros, quam sub amicis Carthaginensibus fuerint.*

4. *Etsi* cum *tamen*, *at*, *at tamen.*

Etsi non solum *tamen* adsciscit, sed interdum *at* vel *attamen.* Cic. VII. ep. 19. *Etsi abest maturitas ætatis; jam tamen personare aures ejus hujusmodi vocibus non est inutile.* * Exemplorum pleni sunt omnes libri.

Cic. in Orat. 44. *Etsi id fugerit magister ejus Isocrates, at non Thucydides.* †

* Huc refer *etsi non* cum nominibus, sequente *at.* Cic. I. off. 11. *Si mihi obtemperatum esset, etsi non optimam, at aliquam reip. haberemus.* Varro V. de ling. Lat. 1. Suet. Neron. 33. Cic. VI. ep. 6. Orat.

† Hic locus in multis edd. obscurior est. Forte desideret manum Critici.

Orat. 4. *Etsi nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam debitamque referamus.*

* 5. *Etsi non - at certe.*

Tacit. Or. 19, 6. *Vix in cortina quisquam assistit, qui elementis studiorum etsi non instructus, at certe imbutus sit.* Suet. Calig. 12.

* 6. *Etsi - certe, etsi non - certe.*

Cic. Marcell. 5. *Etsi aliqua culpa tenemur erroris humani, a scelere certe liberati sumus.* Livius III, 8. *Etsi adjectum aliquid numero sit, magna certe cædes fuit.* Livius XXV, 6. *De nobis etsi non iniquum, certe triste senatus consultum factum est.*

* 7. *Etsi - saltem.*

Liv. II. 43. *Nec illos, etsi non adhortatio invisi ducis, suum saltem flagitium et publicum dedecus cogere potuit, accelerare gradum.*

8. *Etsi* cum *sed, sed tamen, verum tamen* rariora sunt.

Etsi jungitur interdum cum *sed, sed tamen, verum tamen.* Cic. IX. ep. 16. *Etsi posuisti loco versus Accianos, sed quæ est invidia?* (in. h. l. *etsi* refertur ad præcedentia pertinetque, locus ad n. 2.) Id. ibid. *Etsi non facile diiudicatur amor verus - - Sed ego uno utor argumento.*

Cic. XV. epist. 17. *Etsi me quidem tabellarii non offendunt, sed tamen cum a me discedunt, flagitant literas.* * Id. Tropic. 19.

Cic. XIII. Att. 42. *Suaves tuas literas, etsi acerba pompa, verum tamen scire omnia non acerbum est.* * Terent. Phorm. II. 3.

* 9. *Non*

* 9. *Non-etsi-iccirco.* †

Cic. I. Orat. 50. *Quare non, etsi eloquentissimus Athenis Pericles, idemque in ea civitate plurimos annos princeps consilii publici fuit, iccirco ejusdem hominis atque artis utraque facultas existimanda est.*

CAPUT LXXVII.

De præpositione E vel EX.

I. *E* vel *Ex* loco juncta

Sæpissime E vel EX loco serviunt. Cic. I. Nat. D. 21. *Paucos tecum Epicureos ex Græcia comparat.* Sed exempla passim occurrunt.

2. ** *Ex* pro *in*, ut *ex vinculis causam dicere* (*Cæsar I. B. G. 4.) *ex quo pugnare.* Valla 5. Eleg. 19. Lin. libr. I. p. 77. Huc refero familiares illas medicis formulas *ægroto aliquid dare ex aceto, ex melle, ex vino, ex aqua*, de quibus Victor. XXXII. Var. lect. 4. Non quo *ex* idem sit quod *in*, sed quod, qui *ex vinculis dicit*, etiam *in vinculis* est ac dicit, ut qui *ex equo* pugnat, idem *in equo* pugnat. Quod si dicit in Admonitione seq. durius est. Nostra ratio est simplicior et verior.)

* *Admonitio.*

Ex ponendum est pro *in*, si in loco aliquo ita fiat aliquid, ut simul alius locus respiciatur. Cæsar I. B. G. 43. *Arioviſtus, ut ex equis colloquerentur, postulavit*, auf den Pferden mit einander redeten. Id. II. B. G. 13, 3. *Pueri mulieresque ex muro passis manibus pacem a Romanis petierunt.* Id. II. B. G. 26, 4. *Labienus ex loco superiore, quæ res in castris nostris*

† Sed Lambinus jubet pro *etsi* legere *si*. Et hoc quidem usitatius est. Sed libris repugnari nolim.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0268
DFG

noſtris gererentur, conſpicatus, decimam legionem ſubſidio noſtris miſit. Id. II. B. G. 27, 3. bis, et II. B. G. 30, 3. Cic. VII. Verr. 66. Nepos Pauſan. 4. Cic. Manil. 8.

* Huc pertinet formula.

* 3. *Ex itinere* unter wegs.

Cic. III. ep. 9. *Quas ex itinere ad me literas miſiſti, legi perinvitus.*

* 4. *E regione; ex adverſo*, gegen über.

Cæſar VII. B. G. 35, 1. *Cum uterque utrique eſſet exercitui in conſpectu, fereque e regione caſtris caſtra poneret; erat in magnis Cæſari difficultatibus res.* Id. ib. *E regione unius eorum pontium cum duabus legionibus in occulto reſtitit Cæſar.* Id. VII. B. G. 36, 5. *Erat e regione oppidi collis.* Livius XXI, 27. *Terrebant ex adverſo hoſtes.* Id. XXII, 4. Sueton. Cæſ. 39. Livius XLV, 10. *Portus is viginti paulo amplius millia ab Rhodo abeſt ex adverſo urbi ipſi poſitus.*

* 5. *Ex propinquo*) (*E longinquo.*

Livius XXVIII, 44. *Major rerum ignotarum eſt terror, bona malaque hoſtium ex propinquo ingreſſus fines adſpicias.* Plinius XXI, 11. *Vocatur ab aliquibus nyctilops, quoniam e longinquo noctu fulget.* Idem XXXVII, 5. Idem XXXVII, 8.

*6. *Ex transverſo.*

Liv. I, 113. *Mulieres auſæ ſe inter tela volantia inferre, ex transverſo impetu facto, dirimere infeſtas acies cœperunt.* Id. II, 20.

* 7. *Ex* cum ſubſtantivo pro adjectivo.

Ex adjungit nominibus quibusdam alia nomina ſubſtantiva, pro adjectivis. Cæſar. I. B. G. 18, 7. *Dumnorix ex Helvetiis uxorem habet*, pro *Helvetiam.*

am. Cic. Verr. I, 5. *Herennius negotiator ex Africa.* Varro III. R. R. 16. Cæsar B. G. V, 27, 1, (In qua forma præpositio etiam omittitur, ut cum nomen tribus additur nomini civis romani, Coelius in Cic. ep. VIII, 8.)

* Tale videtur etiam illud Cæsaris III. B. C. 58, 7. *non modo hordeum, sed etiam frons ex arboribus deficiebat.* It. aliud III. B. G. 14. n. 4.

* β. *Ex* patriam notat.

Cic. pro Cluent. 5. *Homo municipii Larinatis, ex quo erat, nobilitate facile princeps.* Id. ib. 17.

8. *E* et *Ex*, materiæ copulata. †

Sæpe materiam designat. Cic. Verr. IV, 27. *Erat etiam vas vinarium ex una gemma pergrandi trulla excavata*, ein Weingeschirr aus einem ganzen grossen Edelgestein. Id. pro Arch. 9. *Ennius in sepulcro Scipionum putatur esse constitutus e marmore.* Id. Verr. IV, 33. *Simulacrum ex ære.* Ibid. 27. *Poculum ex auro.* * Varr. R. R. III, 10. Curt. X, 2, 23.

* Huc fortasse pertinet illud Ciceronis Topicor. 8. Ἐτυμολογία, id est, *verbum ex verbo, veriloquium.*

9. *E* et *Ex* ad multitudinem aut numerum relata, (pro *inter*.)

Non raro ad multitudinem aut numerum refertur. Cic. II. Philipp. 3. *Ipse victor tibi ex latronibus suis detulerat principatum*, unter seinen Räubern die Oberstelle gegeben. Id. I. Orat. 30. *Homo ex numero disertorum postulabat*, cet. Id. XIII. ep. 3. *Aulum Fusium, unum ex meis intimis, velim ita tractes*

† Hæc significatio cum ea, quæ observatione nona continetur, sæpe convenit.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0270
DFG

Ctes, ut mihi coram recepisti. It. illa: *unus e plebe, unus e multis vel ex omnibus.* * Cæs. I. B. G. 41, 4. Cic. VII. ep. 30. X. ep. 5.

*10. *E medio*, id est, *ex usu quotidiano hominum.*

Senec. ep. 100. *Verba sunt splendida tamen, quamvis sumantur e medio.*

11. *E* vel *ex* causam a qua vel propter quam res est.

E vel *ex* causam sæpe declarat efficientem. Terent. Andr. III, 2. *Gravida e Pamphilo est.* Id. ib. III, 2. *Credone tibi, Dave, hoc, nunc peperisse hanc e Pamphilo.* Cic. XVI. ep. 21. *Quando igitur tum ex me doluisti, nunc ut duplicetur tuum ex me gaudium, præstabo,* weil du nun meinetwegen Verdrüßlichkeit gehabt. Id. in Brut. 97. *Ex te duplex nos afficit solicitudo, quod et ipse republica careas, et illa te.* Id. I. Att. 2. *Nos hic te ad mensem Januarium expectamus, ex quodam rumore, an ex literis tuis ad alios missis?* Id. I. Philipp. 5. *Cum è via languerem,* als ich von der Reise matt war. Id. de Arusp. Resp. 7. *Domus mea ædificatur ex autoritate Senatus pecunia publica.*

Huc referenda sunt etiam illa: *ex lege, ex decreto, ex testamento, ex formula,* Kraft oder vermöge des Gesetzes, des Schlusses, des Testaments, nach der Vorschrift.

β. *Ex hoc* pro *propterea.*

Quæ (salutatio) *fit ex hoc etiam frequentius, quodquod avem albam videntur bene sentientem civem videre.* Cic. VII. ep. 28, 4.

12. *E* et *ex* parti juncta.

Interdum parti adhibetur. Cic. II. Tuscul. 25. *Laborat e renibus.* Id. IX. ep. 23. *Laborare ex pedibus.* Item *ex oculis, ex capite.*

* *Admonitio.*

Si *ex* jungitur ipsi nomini *partis*, tum magis significat *in*, vel *quod attinet ad*, quam causam vel originem alicujus rei. Cic. de Amic. 21. *Nec quicquam difficilius, quam reperire, quod si omni ex parte in suo genere perfectum.* Id. II. ep. 18. *Tua laus ex aliqua parte fuerit.* Id. Att. 22. *Rempub. nulla ex parte attingimus*, im geringsten nichts. Id. XI. Att. 6. *Omnino hæc eodem modo ex hac parte fiunt*, auf dieser Seite eben so. Cæsar VI. B. G. 34, 3. *Quæ ex parte res ad salutem exercitus pertinebat*, welche Sache einiger maaßen zur Erhaltung der Armee dienete. Cic. X. ep. 5.

13 *E* vel *Ex* tempori juncta.

Ex sæpe ad tempus præteritum accommodatur. Cic. I. Philipp. 1. *Nec vero usquam discedebam ex eo die, quo ad ædem telluris convocati sumus.* Id. Verr. I, 12. *Ex ea die ad hanc diem quæ feci*sti, *in judicium voco*, was du von der Zeit an bis auf diesen Tag gethan hast. * V. ep. 8. Add. Achill. Statii Observat. c. 20. tom. II. Lampad. Critic. p. 889.

Alias ad futurum. Cic. XVI. ep. 9. *Vereor, ne Romæ ex Calendis Januariis magni tumultus sint.* * Id. Act. I. in Verr. 10, et IV. epist. Att. ult.

* 14. *Ex adolescentia.*

Cic. VII. ep. 17. *Ex adolescentia tua in amicitiam et fidem meam te contuli*sti.

15. *Ex intervallo*, von ferne, nach einiger Zeit.

Ex intervallo tum ad locum, tum ad tempus refertur. Liv. XXVIII, 44. *Multa, quæ nunc ex intervallo non apparent, bellum aperiet.* * Livius X, 43. XXVIII, 3. XXXVIII, 29.

Cic.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0272
DFG

Cic. IV. ep. Att. 16. *Ille latinus Atticissimus ex intervallo reqvistandus*, nach einiger Zeit, dann und wann. Id. I. invent. 28. Sueton. Claud. 41.

Huc referenda sunt illa *ex improviso, ex tempore.* Cic. Verr. I, 43. *Voluisti ex improviso, si quæ res natæ essent, ex urbano edicto decernere.* Cic. II. Orat. 60. *Illud egregium Sextii et ex tempore, manus lava, inquit, et cœna.* Add. X. Att. 1. et Arch. 8. et III. Orat. 50.

* 16. *Ex quo.*

Ex quo ponitur sæpe, a Livio præsertim, pro *ab eo tempore, quo.* Livius I, 35. *Dixit, se ex quo sui potens fuerit, Romam cum conjuge ac fortunis omnibus commigrasse.* Id. XL, 5. *Demetrii, ex quo obses Romæ fuit, corpus nobis reddiderunt Romani, animum ipsi habent.* Id. III, 24. et XXVIII, 39. XXXIX, 12.

17. *Ex* pro *post.*

Aliquando usurpatur pro *post.* Cic. pro Sext. 1. *Si quis antea mirabatur - - - ex hoc tempore miretur potius.* Ἐκ τῦ νῦν, von nun an. Id. in Brut. 92. *Cotta ex consulatu profectus est in Galliam*, ist nach abgelegtem Bürgermeisteramte in Gallien gereiset. *Id. pro leg. Manil. 15. Id. X. Att. ult.

*Huc fortasse referri potest illud Senec. Quæst. nat. III, 30. *Ad quæ non subito, sed ex denunciato venit*, in quo tamen *ex* possis etiam interpretari *propter.* (pertinet ad n. 11, vel 19.)

18. *Ex* ad priorem statum.

Nonnunquam ad priorem statum aut conditionem refertur. Terent. Andr. I, 1. *Feci e servo ut esses libertus mihi*, aus einem Knechte ein freyer Mensch. Cic. Partit. 16. *Nihil est tam miserabile, quam ex*

beato miser. Id. in Cæcil. 17. *Sed repente Verres ex homine tanquam aliquo Circeo poculo factus est Verres.* Id. III. Philipp. 9. *Cur magister ejus ex oratore arator factus sit.*

19. *E* et *ex* modus.

Alias modum declarant. Cic. I. off. 30. *Sunt alii simplices et aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidiis agendum putent,* heimlich und hinterlistig. Id. Cluent. 16. *Multi viri boni cum ex occulto interveniissent, pecunia in manibus Scamandri deprehenditur.* Id. Verr. I, 43. *Voluisti ex improviso, si quæ res natæ essent, ex urbano edicto decernere,* unversehens, urplötzlich. Livius XXVIII, 39. *Ex insperato repente missis nobis Publium hunc Scipionem,* unverhoft. Suet. in Galb. 10. *Repente ex inopinato prope cuncta turbata sunt,* Quintil. V, 6. *Præter alia causæ instrumenta adjicit ex abundanti hanc quoque conscientiæ suæ fiduciam.* Colum. VI, 31. *Ex æquo miscentur radices agrestis herbæ sulfurque.* Tacit. hist. II, 97, 3. Sic Senec. ep. 88. *Protagoras ait, te omni re in utramque partem disputari posse ex æquo.* Senec. quæst. nat. IV. præfat. *Alius adulatione clam utetur parce: alius ex aperto palam, rusticitate simulata.* Senec. quæst. nat. V, 18. *Emetiri cuique annos suos ex commodo licet.* Suet. Cæs. 20. *Autores ex compacto nominat,* wie es mit ihm angeleget war. Liv. I, 9. *Ex composito orta vis,* wie man es abgeredet hatte. Id. I, 28. V, 40. I, 53. Senec. ep. 76. *Si quis alia omnia habeat, sed malus ex confesso sit.* Vellej. II, 110, 2. *Pannonia ex constituto arma corripuit.* Justin. I, 9, 19. *Ex continenti ad regiam pergunt,* ohne Verzug. Id. V, 3, 9.

Opp.

Opp. IX. Att. 10. *Si ex contrario putaremus Cæsarem id non facturum, nunquam tibi suaderemus*, wenn wir hingegen meineten ꝛc. Adde Cæsar. VII. B. G. 30, 3. Nepos Hamil. 1. Colum. II, 9. Senec. qu. nat. IV. præf. *Plancus ajebat non esse occulte nec ex dissimulato blandiendum.* Suet. Domit. 9. *Avaritiæ Domitianus vix suspicionem ullam privatus dedit: imo e diverso magnæ sæpe liberalitatis experimenta.* Cl. Cæsar. 36. et August. 27. Colum. VI. 1. princip. *Quæ in emendis bubus sequenda, quæque vitanda sint, non ex facili dixerim.* Id. XII, 44. Celsi. I, 2. Liv. I, 9. *Romulus ludos ex industria parat Neptuno Equestri solennes*, mit Fleiß. Id. I, 56. Sueton. Claud. 38. Vespas. 16. et Tit. 9. Fabius I, 5. Colum. IX, 13. *Cibus ex integro recens ponatur.* Add. Suet. Aug. 34. Justin. II, 15, 17. Senec. quæst. nat. III, 20. Senec. ep. 59. *Sapiens cum diis ex pari vivit.* Liv. XXVIII, 29. *Ex præparato simul omnium rerum terror oculis auribusque est offusus.* Senec. ep. 74. *Hæ viles ex professo artes*, nach aller Geständniß. Liv. II, 37. *Auctor magis quam res ad præcavendum vel ex supervacaneo movit*, zum Ueberfluß, da, wenn es nichts hülfe, doch nichts schaden könnte. Colum. V, 8. *Creta ex toto repudianda est*, ganz und gar. VI, 14. Celsus I, 2. Plinius XI, 17. Ovid. Pont. IV. ep. 8. Senec. ep. 75. Cæs. B. G. IV, 5. *Consiliorum eos e vestigio pœnitere necesse est*, auf der Stelle, alsobald.

* 20. *E* et *ex* de mistura colorum et saporum.

Plinius XV, 30. *Hic frutex est ramosus, baccis e nigro rufis.* Id. XXI, 21. *Hemerocalles pallidum e viridi et molle folium habet.* Id. XXXVII, 5. XXXVII, 5 et 8. *E viridi pallens.* Id. XXXVII, 11.

et XII, 13. et 14. et XIII, 9. Plin. XXI, 8. *Chrysocome est radice nigra, ex austero dulci.* Id. XI, 15. *Ex dulci ære.*

21. *E* vel *ex* pro *secundum*, κατά.

E et *ex* aliquando ponitur pro *secundum*. Cic. V. de fin. 17. *Hunc statum corporis per se ipsum expetit natura, qui est maxime e natura*, der Natur gemäß. Id. II. Philipp. *Quid unquam domus illa viderat, nisi pudicum, nisi ex optimo more et sanctissima disciplina.* Id. V. Tusc. 2. *Unus dies ex præceptis philosophiæ actus est pene toti immortalitati anteponendus*, wenn man einen Tag so lebet, wie es die Philosophie haben will, (wenn man einen Tag nach der Vorschrift der Philosophie zubringt.) Item illa: *Ex constitutione, ex instituto, ex merito.* Ovid. de Ponto IV, 4, 7. v. 16.

* 22. *Ex consuetudine. E more.*

Cæsar B. G. I, 52, 4. *Germani celeriter ex consuetudine sua phalange facta, impetus gladiorum exceperunt*, nach ihrer Gewohnheit. Add. Suet. Vespas. 42. et in Claud. 7. et in Domit. 9. Celsus I, 3. et II, 4. Cæsar B. G. IV. 32, 1. Cic. Cluent. 13. Sueton. in Cæsar. 6. *Quæstor Juliam amitam uxoremque Corneliam defunctas laudavit e more pro rostris.*

* 23. *Ex persona.*

Vellejus I, 3, 2. *Nihil ex persona poëtæ, sed omnia sub eorum, qui illo tempore vixerunt, dixerunt.* Id. ibid. *Ex persona poëtæ et hanc urbem et quasdam Ionum colonias iis nominibus appellat.*

24. *Ex animo.*

Ex animo simulationi opponitur. Cic. in Pison. 33. *Equidem dicam ex animo, quod sentio.* Id. I.

Qu.

Qu. fr. 1. *Te alienum hominem ament ex animo*, vom Herzen, ohne Heucheley. * Add. Cic. XII, ep. 26. et XIII. ep. 9.

25. *Ex animo*)(*gratiæ causa*, nach Herzens Meynung)(zu Gefallen.

Cic. XII. ep. 17. *Huic tu libro maxime velim ex animo, si minus gratiæ causa suffragere.*

26. *Ex sententia.*

Ex sententia idem est, quod *ex voluntate*, id est, *ut volumus.* Plaut. Menæch. II, 2. *Bene obsonavi, et ex mea sententia*, ich habe wohl und nach Herzens Wunsch eingekauft. Ter. Hecyr. V, 4. *Spero, hanc rem esse eventuram nobis ex sententia*, Cic. V. Att. 21. *Te ex sententia navigasse gaudeo*, ich bin sehr erfreuet, daß du nach Herzens Wunsch geschiffet. Id. XII. ep. 10. *Hæc ex sententia confecta sunt.*

27. *Ex sententia* pro *de sententia.*

Ex sententia nonnunquam vim eandem habet, quam *de sententia* auf Einrathen, auf Gutbefinden. Cic. Cluent. 63. *Hoc postquam ceteri comprobarunt, ex omnium sententia constitutum est, satis videri esse quaesitum.* Id. Verr. II, 16. *Rupilius praetor ex legatorum sententia leges in Sicilia constituerat.* Livius XL, 29. et XLV, 29. Cic. XII, ep. 4, 2.

* 28 *Ex voluntate*, nach dem Willen.

Cic. XIII. ep. 5. *Te non impedio, quo minus negotium ex voluntate Caesaris gerere possis*, wie es Cæsar haben will.

* 29. *Ex ordine.*

Cic. Verr. IV, 64. *Ut quisque aetate et honore antecedebat, ita sententiam dixit ex ordine*, nach der Reihe. Id. I. Agr. 2. *Vendit Italiae possessiones ex ordine omnes.* Livius XLVI, 5. Sueton. Neron. 1.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0277
DFG

30. *E* vel *ex*, ad utilitatem, κατά, * seu *pro*. †

Interdum designat utilitatem. Cic. III. Philipp. 12. *Duobus aut tribus SCtis bene et e republica factis, reliquas res ad lucrum praedamque revocavit*, κατὰ τὴν πόλιν, dem gemeinen Wesen zum Nutzen, zum besten. Id. ad Brut. ep. 2. *Facis e tua dignitate et e republica*, damit thust du das, was deiner Reputation anständig und der Republik nützlich ist. Id. V. Att. 8. *Statues, ut ex fide, fama, reque mea videbitur.* Id. V. ep. 8. *Quantum tuo judicio tribuendum nobis esse putes, statues ipse, et, ut spero, statues ex nostra dignitate*, wie es unserm Ansehen gemäß ist. * Cæs. B. G. I, 30, 2.

* Sic *ex tempore* apud Cicer. lib. XII, 1, 19. videtur sæpe signare *ut tempus fert, postulat etc.* Cic. III. Orat. 58.

* 31. *Exante.*

Ex et *ante* interdum in unum verbum coalescunt, et significant idem, quod *ante* sive *ab eo tempore.* Cic. III. Att. ep. 17. *De Q. Fratre nuncii nobis tristes nec varii venerant exante diem non. Jun. usque ad pridie Cal. Septembr.* vid. supra in *ante.*

* 32. *Ex* omissum.

Cic. VII. ep. 27. *Tribunatum plebis dicis te mea causa petisse.* Sed plene Seneca Quæst. Nat. I, 1. *Sereno quoque cœlo aliquando tonat, ex eadem causa, qua nubilo.*

CAPUT LXXVIII.

De adverbio EXINDE.

EXINDE proprie de loco dici posse videtur.

2. De tempore.

Livius XXXI, 4. *Praetores exinde facti Minutius, Furius,*

† Charisius declarat lib. II. p. 209.

Furius, *Fulvius Gillo*. Id. XXXI, 6. *Praetores exinde sortiti Sergius et Fulvius.*

CAPUT LXXIX.

De adverbio EXTEMPLO.

EXTEMPLO significationis et originis est notissimæ. Origo est ab auspiciis. Auspicantes enim, auspicio impetrato, consurgebant ad auguris dictum *ex templo*, et abibant.

2. *Extemplo - mox.*

Extemplo interdum opponitur particulæ *mox*. Livius XXXIX, 48. *Haec quae augendae amplitudinis ejus causa facta erant, extemplo in invidiam, mox etiam in perniciem adolescenti verterunt.*

3. *Extemplo, antequam.*

Liv. XLI, 1. *Alii gerendum bellum extemplo, antequam contrahere copias hostes possent, alii consulendum prius Senatum censebant.*

4. *Extemplo* post duos ablativos consequentiæ.

Liv. VII, 39. *Nomine Quintii audito, extemplo agnovere virum.* Id. XXIII, 23. Id. XXIV, 6. Id. XL, 24. Add. IV, 6.

5. *Extemplo - mox - postremo.*

Livius XL, 48. *Hostes extemplo fusi; mox intra vallum paventes compulsi; postremo exuuntur castris.*

CAPUT LXXX.

De adverbio EXTRA.

I. EXTRA contrarium habet *intra* † (vel *intus*, vel *in*. Cic. II. Nat. D. 59. *Sensibus et animo ea, quæ extra sunt, percipimus.* * Colum. VIII, 15.

* Varro

† Vel *prope*. Seneca ep. 75. *Tamen etiam quod prope est, extra est.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0279
DFG

* Varro III. R. R. 16. *Alvos fictiles fimo bubulo oblinunt intus et extra, ne apes asperitate absterreantur.* Cæsar III. B. C. 69, 4. Celsi. VI, 18. de Rhagad. Et mox de Hæmorrh. Id. VIII, 16.

* Cic. Partit. 11. *Res bonæ et malæ aut in corporibus, aut in animis, aut extra esse possunt.* Id. II. finib. 21. *Et in corpore et extra sunt quædam bona.*

* 2. *Extra* pro *præterea.*

Senec. Benefic. VI, 15. *Ob hoc aliquid mihi extra pro illis, quamvis emta sint, debes.*

* 3. *Extra intra* pro *usque quaque, omnibus in partibus,* rarissimum est.

Plinius H. N. VI, 32. *At abunde orbe terrarum extra intra indicato, colligenda in arctum mensura æquorum videtur.*

* 4. *Extra quam* pro *præterquam.*

Extra quam ponitur pro *præterquam.* Cic. I. Invent. 33. *Si quis adscribat ad legem et addat exceptionem hanc: Extra quam si quis reipublicæ causa exercitum non tradiderit, patiemini, judices?* Livius XXVI, 34. XXXVIII, 38, et XXXIX. 18.

II. *De præpositione EXTRA.*

**Extra* contrarium habet *intra*, (*sive proprie sive improprie sumatur.) Cic. V. Tusc. 5. *Solane beata vita relinquitur extra ostium limenque carceris.* Celsi. de Med. præf. *Apud Empiricum morbi cognitio extra artem; medicina intra usum est.* *Hirtius B. Afr. 24, 2. *Equitatus eos qui pabulandi gratia extra vallum progressi essent, excipere: ita omnes adversarios intra munitiones continere.*

* 2. *Extra-infra.*

Extra et *infra* raro opponuntur. Pallad. in febr.

13.

13. *Hoc autem noveris; quia palmes, quod extra ligaturam pendens habuerit, fructum induet, quod infra ligaturam, materiæ sequentis anni deputabit.*

*3. *Extra* in translatione.

* *Extra* de tempore.

Extra raro de tempore dicitur. Sueton in Claud. 14. *Claudius jus et Consul et extra honorem laboriosissime dixit*, id est, *cum honores non gereret.*

4. *Extra* translate de aliis rebus.

Illa translata. Cic. de univ. *Se extra omnem culpam et causam posuit.* Id. pro Syll. 13. *Eadem vis hujus negationis est, ac si extra conjurationem hanc esse dixisset.* Id. I. off. 39. *Ne extra modum sumtu et magnificentia prodeas*, mit Unkosten und Pracht die Maaße überschreitest. Id. VII. ep. 16. *Sed extra jocum homo bellus est*, ohne Scherz, er ist ein artiger Mensch. Id. pro Dejot. *Extra ordinem bellum cum Mithridate Tigraneque*, ausserordentlich. Id. in Cæc. 12. *De te, Cæcili, jam hoc extra hanc contentionem certamenque nostrum familiariter tecum loquar.*

5. *Extra* pro *præter.*

Non raro usurpatur pro *præter.* Cic. II. de leg. 12. *Ea quæ suspecta publice sunt, nemo extra collegium novit*, niemand, als die Collegen sind. Id. VII. ep. 3. *Extra ducem paucosque præterea*, ausser dem General, den General und sonst einige wenige ausgenommen. Id. pro Dom. 41. *Civis est nemo in tanto populo extra contaminatam illam P. Clodii manum, qui rem ullam de meis bonis attigerit.* *Terent. Phorm. I. 2. Sallust. Catil. 39.

*6. *Extra* de motu, in significatione propria.

Extra conjungitur etiam cum verbis motum signifi-

significantibus. Cic. Quint. 10. *Extra hos cancellos egredi conabor.* Livius XXXVIII, 8. Columell. VI, 2. Id. IX, 15. bis.

* 7. *Extra* von auſſen, peſſimæ notæ eſt.

Boëthius Conſolat. II. proſ. 4. *Quid igitur, o mortales, extra petitis intra vos poſitam felicitatem?*

CAPVT LXXXI.

De nomine EXTREMUS.

1. EXTREMUS contrarium habet *primus*, vel *iniens*. Cic. X. ep. 14. *Eſt non minus gratum extrema delere, quam prima depellere.* Id. III. off. 6. *Verum autem primum; verum igitur et extremum.* Cic. pro leg. Manil. 12. *Tantum bellum Cn. Pompejus extrema hieme apparavit, ineunte vere ſuſcepit, media æſtate confecit.*

* 2. *Extremus* am Ende, gegen das Ende.

(ſeu adjectivum elegantius accommodatur ſubſtantivo, quam ſeparatim dicitur.

Extremus ſæpe eſt *ſub finem*, gegen das Ende, am Ende. Cic. XIII. Att. 43. *Lamia ad me epiſtolam attulit, in qua extrema ſcriptum erat, ut is ad ludos omnia pararet.* (pro in cujus extremo.) Id. III. off. 2. *Panætius in extremo libro tertio de hac parte pollicetur ſe deinceps eſſe dicturum*, im dritten Buche gegen das Ende. (pro in extremo libri.) Id. XIV. Att. 8. Livius II, 64. Cæſar VI. B. G. 29, 3.

* 6. *Extremus* pro *pene deſperatus.*

Cæſar II. B. G. 25, 3. *Cum pro ſe quisque in conſpectu imperatoris etiam in extremis ſuis rebus operam navare cuperet.* Salluſt. B. Catil. 26. *Extrema omnia experiri.*

* 4. Ex-

* 4. *Extremum est, ut.*

Cic. IV. ep. 13. *Extremum illud est, ut te horter et obsecrem, animo ut maximo sis.*

CAPUT LXXXII.

De adverbio EXTRINSECUS.

EXTRINSECUS adverbium contrarium habet *intrinsecus.* Cic. II. Nat. D. 54. *Pulmones et cor extrinsecus spiritum ducunt*, von auſſen. Id. I. Divin. 32. *Cratippus* dicit, *animos hominum quadam ex parte extrinsecus esse tractos et haustos.* Id. II. Acad. 40. *Imagines extrinsecus in animos nostros per corpus irrumpunt.* Id. I Div. 24. *Cum Annibal columnam auream vellet auferre, dubitavit, utrum ea solida esset, an extrinsecus inaurata*, nur auswendig vergüldet. Id. IV. Tusc. 27. *Corporum adjumenta adhibentur extrinsecus, animorum salus inclusa in his ipsis est.*

* 2. *Extrinsecus*)(*intrinsecus.*

Celsus IV, 1. *Jecur intrinsecus cavum, extrinsecus gibbum.*

* 3. *Extrinsecus*)(*intus*, vel *intra se.*

Columell. II, 9. *Quod extrinsecus albidum, intus etiam conspicitur candidum, leve ac vanum intelligi debet.* Celsus V, 26. *Quinque noxæ genera sunt. Cum quid extrinsecus læsit, ut in vulneribus: Cum quid intra se ipsum corruptum est, ut in cancro* cet.

* 4. *Extrinsecus* tralate, nicht zur Sache gehörig.

Colum. I. 6. *Hæc etsi extrinsecus, non tamen intempestive videor hoc loco retulisse.*

* 5. *Extrinsecus*)(*introrsus*, tralate.

Seneca tranquill. anim. 10 *Sciamus omnia aeque leviâ*

levia esse, extrinsecus diversas facies habentia, introrsus pariter vana.

(*Extrinsecus* opp. *animo.*)

Est etiam elegans, cum *extrinsecus* dicitur de bonis et malis externis, fortuna. Cic. V. ep. 13. *non aliunde pendere, nec extrinsecus suspensas habere rationes bene maleque vivendi.*

CAPUT LXXXIII.

De adverbio FACILE.

FACILE, ut vulgatam ejus significationem taceamus, interdum usurpatur pro *sine controversia*, † gar wohl, wohl. Cic. pro Rosc. Am. 6. *Non solum sui municipii, sed etiam illius vicinitatis facile primus.* Id. II. Divin. 42. *Eudoxus Platonis auditor in Astrologia, judicio doctissimorum hominum facile princeps.* *Id. II. de orat. 13, et IV, in Verr. 14. et pro Flacc. 33.

2 *Facile* cum superlativo.

Jungitur etiam cum superlativo. Cic. pro Rabir. Post. 9. *Virum unum totius Graeciae facile doctissimum Platonem, in maximis periculis esse versatum accepimus.* Id. I. Tusc. 33. *Africani fratris nepos vita omnium perditorum ita similis, ut esset facile deterrimus.*

* 3. *Non facile.*

Cic. in Brut. 67. *Erat in inveniendis componendisque rebus mira accuratio, ut non facile in ullo diligentiorem majoremque cognoverim.*

** 4. *Fa-*

† Aliis *facile* videtur significare *nemine magnopere reclamante, non valde dubie*, germanice wohl, leichtlich. Nam quum non audemus principatum alicujus rei tribuere alicui personæ, cui solent alii eum vindicare: tum nos dicimus, welcher leicht der vornehmste seyn mag. Atque huic formulæ respondet latinum *facile.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0284
DFG

4. ** *Facile* pro *libenter.*

Cic. XIII. Att. *Locum habeo nullum, ubi facilius esse possim, quam Asturae*, Victor. Castig. in Cic. pag. 583.

CAPUT LXXXIV.

De adverbio FERE et FERME.

1. FERE et FERME pro *quasi*, fast, beynahe. *Fere* ac *ferme* imminuunt non nihil rem aut numerum. Cic. I. off. 18. *Atque ab iis rebus, quae sunt in jure societatis humanae, quemadmodum ducatur honestum, ex quo ortum est officium, satis fere diximus*, fast gnug gesagt. Id. VI. ep. 10. *Omnes fere familiarissimi Caesaris me colunt*, fast alle halten mich in Ehren. Id. VII. epist. 16. *Literas tuas hora fere nona accepi.*

Cic. in Brut. 43. *Hoc idcirco posui, ut intelligeretur, latine dicendi maturitatem jam ad summum pene esse perductam, ut ei nemo ferme quicquam addere posset, nisi qui a philosophia fuisset instructior.* *Liv. XL, 58, et XII, 51.

2. Interdum *fere* videtur aliquid addere. Cic. III. Nat. Deor. 39. *Haec fere habui dicere de natura Deorum*, so viel habe ich ohngefehr zu sagen gehabt, das wäre es nun, was ich zu sagen gewust habe. Id. XII. ep. 5. *Haec erant fere, quae tibi nota esse vellem.* Significat enim, pauca quædam praeterea fuisse. *Add. XII. ep. 29, et I. Att. 5.

(Admonitio.)

Hæc particula, quantum observavimus, non semper minuit, sed modestiæ causa additur, si forte erremus, aliquid obliti simus, prætermiserimus,

idemque etiam interdum est, quod, *ni fallor*, *ut opinor*: ut in hoc: *satis fere diximus*.

3. *Fere* et *ferme* pro *plerumque*, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. †

Alias usurpatur pro *plerumque*. Cic. Man. 9. *Hoc jam fere sic fieri solere accepimus*, gemeiniglich, insgemein. Id. I. ep. 9. *Nunc ab orationibus disjungo me fere, referoque ad mansuetiores musas*. Id. V. Tusc. 38. *Sapientis cogitatio non ferme ad investigandum adhibet oculos advocatos*. Add. Liv. XLV, 35. Tacit. II. Annal. 2, 2. et II, 54, 4.

*4. *Fere* (*raro*; *fere*) (*sæpe*, meistentheils, gemeiniglich.

Fere opponitur particulæ *raro*, interdum *sæpe*. Columell. IV, 17. *Fere prædicta ætas læto solo truncoque tres materias, raro quatuor desiderat*. Sueton. in Aug. 53. *In consulatu pedibus fere, extra consulatum sæpe adaperta sella per publicum incessit*.

* 5. *Fere* - *varius* - *aliquando*.

Celsus VI, 2. *Fere id in capillo fit, varius in barba, aliquando etiam in supercilio*.

* 6. *Non fere*, (*non facile*.)

Fere pro *plerumque*, si cum *non* conjungendum est, *non* ei præmittitur. Cic. Topic. 16. *Atque illud quidem genus causarum errorem afferre non fere solet*. Id. I. Tusc. 17. princ. *Pythagoræi rationem sententiæ suæ non fere reddebant*. Id. II. Tusc. 3. *Epicurum et Medrotorum non fere præter suos quisquam in manus sumit*. Id. III. off. 3. et Brut. 40. extrem.

* 7. *Non ferme* (*non facile*.)

Livius XXII, 9. *Id non ferme decernitur, nisi cum tetra prodigia nunciata sunt*. *8. Sic

† An ellipsis est particulæ *plerumque*? Ter. Phorm. I, 2. *his fabulamus fere plerumque eam opperiri* (immo hic est pleonasmus.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0286
DFG

* 8. Sic *Nec fere* apud Cic. in Topic. 21. *Illud intelligendum est, nec ullam esse disputationem, in quam non aliquis locus incurrat, nec fere omnes locos incidere in omnem quæstionem.* †

CAPUT LXXXV.

De adverbio FORIS.

FORIS notæ est significationis. Est enim *extra, exterius.* Interdum tamen significat *extra domum propriam.* Cic. IX. ep. 24. *Cura ut valeas. Id foris cœnitando facillime consequeris.* Id. VII. ep. 16. *Ego si foris cœnitarem, Octavio familiari tuo non defuissem.* Id. II. Philipp. 11. Colum. VII, 11. extr. Id. libr. XII. præf. Cic. Qu. fr. III. ep. 1.

2. *Foris*, id est, *in* vel *extra fines imperii.*

Cic. I. off. 22. *Parva sunt foris arma, nisi est consilium domi.* Id. Rosc. Am. 47. *In eo certamine perditi civis erat non se ad eos jungere, quibus incolumibus et domi dignitas, et foris* (apud exteros) *auctoritas retineretur.* Id. II. Philipp. 27. Tacitus XIII. Ann. 25, 1, 2.

3. *Foris*, id est, *ex loco exteriore*, vel *extrinsecus*, von auſſen.

Nepos in Dion. 9. *Illi inermes, telum foris flagitantes, Dionem vivum tenebant.*

† Lambinus hunc usum et positionem particulæ *fere* non satis perspexerat, quare ad hunc locum nostrum sic adscribit: *Suspectus mihi locus est: quid enim sibi hæc volunt:* nec fere omnes locos, cet. *malim sic legi*, nec temere omnes locos, *vel* nec omnes locos *deleto* fere. Sed sententia Ciceronis facile apparet, quæ hæc est: *Nullam esse quæstionem, ad quam loci Dialectici non queant adhiberi, plerumque tamen fieri, ut non omnes loci ad omnes quæstiones accommodari queant.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0287
DFG

4. *Foris*, pro *ex aliis rebus* vel *aliunde*.

Cic. II. Orat. 39. *Quid est, in quo hæreat, qui viderit, omne, quod sumatur in oratione aut ad probandum aut ad refellendum, aut ex sua sumi vi atque natura, aut assumi foris.* Id. II. Orat. 40. *Foris assumuntur ea, quæ non sua vi, sed extranea sublevantur.* Id. Partit. 14, et 1. Invent. 11, et Invent. II, 24.

5. *Foris* (*intra; foris*) (*intus*.

Foris habet opposita *intra et intus*. Nep. Datam. 6. *Adversarii non poterant resistere, cum et intra vallum et foris cæderentur.*

Varro R. R. III, 16. *Foris pascuntur, intus favos melle farciunt.* Columell. XII. præf. Plin. XV, 28. Plin. XXII, 24. Id. XXVII, 13.

(*Admonitio.*)

Plures sunt hujus verbi significationes. Iis reperiendis proderit hoc, ut observemus, cui rei illud *foris* opponatur. Sic ep. Cic. ad Q. Fr. II, 8. in *foris valde plauditur*, contextus doceat, foris esse *ab ordinibus reliquis, equestri et plebejo*, opponitur senatui. Verr. V, 90. (III, 90.) est *extra judicium*, pro Arch. 7. est *in provinciis aut in bello* etc. Pis. 6. *foris esse* dicuntur, qui sunt in ære alieno: item alibi, qui extrinsecus suspensas habent rationes bene vivendi.

CAPUT LXXXVI.

De adverbio FORTE et FORTASSE.

FORTE et FORTASSE non tamen origine, quam significatione et usu differunt. *Forte* enim idem est, quod *casu* eben. Cic. II. Orat. 55. *Forte evenit, ut in Privernati essemus.* Id. Planc. 26. *Cum Puteolos*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0288
DFG

Puteolos forte veniſſem, concidi pene, ohngefehr gekommen war. * Livius XXXII, 11. XL, 59.

*2. Forte)(*conſilio, providentia.*

Livius IX, 31. *Captivi pars forte, pars conſilio oblati.* Id. XXV, 49. Vellejus II, 66, 5. *Dum hoc vel forte vel providentia vel utcunque conſtitutum rerum naturæ corpus manebit incolume.*

3. *Sin forte; niſi forte; ne forte*; (**Sin forte,*) ἄρα.

Quoties antecedit *Si, niſi*, vel *ne* (*vel *Sin*) *forte* dicitur, non *fortaſſe* neque *forſitan*. Cic. in Cæc. 1. *Si quis veſtrum, judices, aut eorum qui adſunt: forte miratur.* Idem II. Qu. fr. 14, et Nat. Deor. II, 35. Exempla crebro legentibus occurſant. Cic. pro Mil. 7. *Niſi forte magis erit parricida, ſi quis conſularem patrem, quam ſi quis humilem necaverit.* * Id. VII. ep. 34.

Cic. II. Orat. 46. *Ne forte hoc magnum ac miſerabile videatur.* * Id. IX. ep. 8. et II. Att. 18. et pro leg. Manil. 8.

Cic. XI. ep. 18. *Sin aliquid virium forte collegerit, ſentiet, nec Senatui conſilium, nec populo Rom. virtutem deeſſe.* Id. XII. ep. 10.

Admonitio.

Si fortaſſe, ſi fortaſſis, ſi forſitan; item *niſi fortaſſe, niſi fortaſſis, niſi forſitan; ne fortaſſe, ne fortaſſis, ne forſitan* † vitioſa cenſentur, niſi quando multa verba interponuntur.

* *Niſi fortaſſe* habet epiſt. XV. ad Brutum; ſed unum exemplum nos deterrere non debet, quo minus autoritatem Turſellini noſtri ſequamur.

† Caſſiodorus Variar. V. ep. 34. habet *ne forſitan*: Sed ejus autoritas hic eſt nulla.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0289
DFG

4. FORTASSE.

Fortasse (idem de *fortassis* et *forsitan* dicendum est) dubitationem continet. Cic. VII. ep. 3. *Habes epistolam verbosiorem fortasse, quam velles.* * Add. idem pro leg. Manil. 9. VI. ep. 1. et IX. ep. 1.

* 5. *Fortasse - tamen.*

Fortasse dubitantis adjunctum habet interdum *tamen.* Plin. I. ep. 5. *Nec fauam meam aliquo responso, utili fortasse, inhonesto tamen, læseram: nec me laqueis tam insidiosæ interrogationis involveram.*

*6. *Fortasse - sed; fortasse - sed tamen; fortasse - verum tamen.*

Cic. II. div. 22. *Conceptio contra naturam fortasse, sed partus prope necessarius.* Id. I. div. 33. Cic. III. off. 21. *Eos versus dicam, ut potero: incondite fortasse, sed tamen ut res possit intelligi.* Cic. pro Arch. 11. *De meo quodam amore gloriæ, nimis acri fortasse, verum tamen honesto, vobis confitebor.* Id. II. Verr. 12.

* 7. *Fortasse - certe; fortasse - quidem.*

Cic. IV. finib. 3. *Res fortasse veræ, certe graves, non ita tractantur, ut debent.* Cic. Orat. 62. *Id nos fortasse non perficimus, conati quidem sæpissime sumus.* Id. II. Tuscul. 17. extr. *Auribus fortasse multae, oculis quidem nulla poterat esse fortior contra dolorem et mortem disciplina.*

*8. *Fortassis - sed tamen.*

Cic. pro Sext. 5. *Quot stimulos admoverit homini fortassis studioso victoriae, sed tamen nimium communem mortem bellique casum metuenti?*

*9. *Forsitan - sed.*

Cic. XII. Att. 19. *Quae res forsitan sit refricatura vulnus meum, sed jam quasi voto quodam et promisso me teneri puto.* Liv. III, 25.

10. *Forsi-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0290
DFG

10. *Forsitan, fortasse* occupant.

Forsitan et *fortasse* nonnunquam occupationi serviunt. Cic. Orat. *Forsitan quispiam dixerit, numne igitur* cet. Id. Rosc. Am. 2. *Forsitan quaeratis, qui iste terror sit, et quae tanta formido, quae tot ac tales viros impediat?* * Id. III. offic. 8. Cic. in Cæc. 12. *Fortasse dices: quid ergo? haec in te sunt omnia?* * Id. senect. 3. et Manil. 9.

Admonitio I.

Quoties accedit interrogatio, non solet usurpari *forte*, aut *fortasse*, aut *forsitan*, sed *an*, vel *ne*. *An credis? credisne?*

* *Admonitio II.*

Charisius lib. II. instit. Grammat. p. 165. *Fors quoque variarum figurarum adverbia facit: Dicimus enim forsitan, fortasse, fortassis: et consuetudine quidem obtinuit, ut fortasse libenter diceretur, quam fortassis, quoniam fortassis auribus nostris absurdius videtur. Forsan et forsitan poëtis relinquemus, quae latina esse nemo dubitabit* cet.

(11. *Fortasse* cum infinitivo.)

Fortasse etiam infinitivo jungitur. Causa est, quod corruptum est ex *fortassis*, hoc autem ex *forte an sit*. Plaut. Mercat. IV, 4. *Fortasse te istum mirari coquum* cf. Poenul. V, 2. et alibi. v. Gron. obs. III, 9.

CAPUT LXXXVII.

FUNDITUS.

FUNDITUS est *e fundo, ex imo*. v. g. *Funditus canos puella, nigros anus evellerat*. Phædr. II, 2, 9.

II. Pro *omnino*.

Cic. Or. III, 50. *Neque earum rerum quenquam funditus natura voluit esse expertem.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0291
DFG

CAPUT LXXXVIII.

De adverbio GRATIS.

GRATIS videtur ex *gratiis* factum esse, unde supereſt *ingratiis*. Ergo signat proprie umsonſt, ohne Entgeld, aus bloßer Gunſt. Cic. Cluent. 41. *Si hic gratis condemnavit, quis accepit?* Sic ibid. 45. ad Q. Fr. III, 1.

2. *Gratis* ohne Urſache. Cic. Cluent. 29. *Neque gratis id ab eo factum esse, quod hominem norant, judicabant*, es müßte eine Urſache ſeyn, warum er ihn verdammet hätte. Sermo autem est de Stalleno, qui nihil pecuniæ acceperat, quam accepisse suspicabantur omnes.

CAPUT LXXXIX.

De adverbiis HAC et HACTENUS.

* 1. *Hac.*

HAC eſt *hac via*. Nepos Annib. 3. *Hac copias traduxit, in Italiamque pervenit.*

* 2. *Hac* id eſt *hoc modo*, tralate.

Terent. Heaut. III, 2. *Hac non succeſſit*, es hat ſo nicht angehen wollen.

3. *Hac illac*, quo libet, ubique.

Terent. Heaut. III, 2. *Hac illac circumcurſa, inveniendum eſt tamen argentum*, lauf hin und her, du muſt noch Geld auftreiben. Huc pertinet illud Terent. Eunuch. I, 2. *Plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo.* (v. et *hinc*, *illinc* n. 5.)

HACTENUS, ſo weit.

* 2. *Hactenus* ex *hac* et *tenus* factum, *usque ad hunc locum* ſeu *terminum* ſignificat. Virgil. VI. Aen. 62. *Hac Trojana tenus fuerit fortuna ſecunda.*

* 2. Ple-

* 2. Plerumque usurpatur per translationem pro *usque ad hunc locum carminis* vel *orationis*. Virgil. II. Georg. 1. *Hactenus arvorum cultus et sidera cœli Nunc te, Bacche, canam.* Cic. de Amic. 7. *Hactenus mihi videor, de amicitia quid sentirem, potuisse dicere.* Id. VI. ep. 2. *Sed haec hactenus*, aber so weit hiervon. Id. XI Att. 4. *Hactenus fuit, quod caute a me scribi posset*, so viel habe ich schreiben können.

* 3. *Hactenus -- amplius*, opponuntur.

Cic. Verr. IV, 25. *Nimium fortasse dicet aliquis hunc diligentem. Hactenus reprehendat, si quis volet, nihil amplius.* (hoc nomine.)

4. *Hactenus, ut; hactenus - quo; hactenus - quoad; hactenus - quod*: plerumque pro propter.

Interdum adsciscit *ut*, *quoad*, *quod*. Cic. II. Orat. 27. *Hæc artem et præcepta duntaxat hactenus requirunt, ut certis dicendi liminibus ornentur*, brauchen nur in so weit Kunst und Unterweisung. * Id. I. divin. 8. et pro Flacc. 15. et Tacitus II. Ann. 34, 4. Suet. in Neron. 31.

* Celsus V, 16. *Sed ea hactenus utilis est, qua cutis ducentem quasi sua sponte subsequitur.*

Cic. IV. ep. 3. *Hactenus existimo consolationem nostram recte adhibitam esse, quoad certior ab homine amicissimo fieres his de rebus.*

Cic. I. Nat. D. 10. *De eo dicam paulo post. Nunc autem hactenus admirabor eorum tarditatem, qui mundum animantem esse velint, quod ea forma ullam neget esse pulcriorem Plato.* * Plinius IX. ep. 15, 3.

* 5 *Hactenus - ne.*

Cic. V. Att. 4. *Etiamne hic mihi curandus est? curandus autem? hactenus, ne quid ad senatum.* Quintilian. VI, 2. Tacitus XIV. Ann. 7, 1.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0293
DFG

Admonitio.

Cum *usque ad hoc tempus* significatur, non solet *hactenus* usurpari, sed *adhuc*. Lege *adhuc*.

** Confirmat hanc admonitionem Manutius ad Cic. II. ep. fam. 1. Quanquam autem Pareus duo loca objicit, alterum Ciceronis modo positum: *Hactenus existimo nostram consolationem* cet. Virgilii alterum X. Aen. 625. *Hactenus indulsisse vacat:* neutro tamen evincet, *hactenus* poni pro *usque ad hoc tempus*. In Cicerone enim *hactenus* est *usque ad hunc locum epistolæ:* in Virgilio conditionem designat, so fern möcht ich dich deiner Bitte gewähren, de qua significatione mox. Nihilominus Erasmum et Scaligerum, aliosque recentiores *hactenus* de tempore usurpasse Goclenius annotavit II. Probl. Gramm. 22.

** *Hactenus* pro *eatenus* conditionalis est particula, so fern, so weit; ut: *Hactenus tibi assentior.* Goclen. d. l.

* 6. *Hactenus* pro *adhuc.*

Liv. VII, 26. *Valerius Gallum obtruncat. Corvus e conspectu elatus orientem petit. Hactenus quietæ utrinque stationes fuere. Postquam spoliare corpus cæsi hostis tribunus cœpit. nec Galli se statione tenuerunt, et Romanorum cursus ad victoriam etiam ocior fuit.* Boethius Consol. V. prof. 4. *Vetus hæc est de providentia querela a M. Tullio vehementer agitata, tibique ipsi res diu prorsus multumque quæsita: sed haudquaquam ab ullo vestrum hactenus satis diligenter ac firmiter expedita.* Silius Italic. IV, 266. *Vulgum Martemque minorem hactenus et leto dedimus sine nomine gentem: Mox, Gergane, vocant superi ad majora.* Virg. Aen. V, 603. Lamprid. in Alexandro

andro p. 141. b. Symnach. VIII. ep. 25 et 70. IX. ep. 8. Ovid. Art. amand. I, 263. Id. Heroid. ep. 6, 63, et Metamorph. V, 250. et Heroid. epist. 17, 265.

*7. *Hactenus - deinde.*

Celsus VI, 6, de oculorum grav. morb. *Hactenus oculorum morbi lenibus medicamentis curantur. Genera deinde alia sunt quæ diversam curationem desiderant.* Id. VII, 18.

* 8. *Hactenus jam; hactenus - nunc.*

Plinius XIV. procem. *Externæ arbores hactenus fere sunt. Licet jam de communibus loqui quarum omnium peculiaris parens videri potest Italia.* Plinius XXVIII, 8. *Hactenus de externis: nunc revertemur ad nostrum orbem.* Id. XXXI, 6. *Hactenus de aquis: nunc de aquatilibus.*

CAPUT XC.

De adverbio HAUD. †

HAUD idem est, quod *non.* Cic. pro Cluent. 60. *Haud hæres est Cluentius.*

2. *Haudquaquam; haud sane.*

Haud si adsciscat *quaquam* aut *sane*, vehementius negat. Cic. II. Orat. 33. *Haudquaquam id est difficile Crasso*, ist gar nicht schwer. Id. Or. 9. *Quorum pater homo prudens et gravis, haudquaquam eloquens, saluti reipubl. fuit.* Id. de Amic. 18. *Accedat huc suavitas quædam oportet sermonum atque morum, haudquaquam mediocre condimentum amicitiæ.* * Livius III, 7.

Cic. de senect. 2. *Rem haud sane difficilem admirari videmini*, sehr leichte Sache. Id. III. Tuscul. *Haud*

† Ex græco οὐδὲ ducunt plerique.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0295
DFG

Haud erat ſane, quod quisquam ratione ac doctrina requireret. Id. de ſenect. 23. *Eo me proficiſcentem haud ſane quis facile retraxerit.*

3. *Haud ſcio an* pro *fortaſſe.*

Haud ſcio an uſurpatur pro *fortaſſe*, cum verecunde aliquid, quod dubium eſſe poſſit, affirmare volumus. Cic. II. N. D. 4. *Vir ſapientiſſimus, atque haud ſcio, an omnium præſtantiſſimus.* Id. IX. ep. 15. *Eſt id quidem magnum, atque haud ſcio an maximum.* Id. I. Off. 22. *Capeſſentibus rempubl. nihilominus quam philoſophis, haud ſcio an multo magis etiam deſpicientia adhibenda ſit rerum humanarum.* Id. de Amic. 14. *Atque haud ſcio, an ne opus ſit quidem, nihil nunquam omnino deeſſe amicis.*

4. *Admonitio.*

Haud ſcio an plerumque ponitur pro *haud ſcio an non*, vel *fortaſſe;* ſed nonnunquam idem eſt, quod *dubito, non liquet, an.* Cic. I. off. 11. *Haud ſcio, an ſatis ſit eum qui laceſſierit, injuriæ ſuæ pœnitere. Ut et ipſe ne quid tale poſthac committat, et ceteri ſint ad injuriam tardiores*, ich weiß nicht, ob das gnug iſt. Add. id. in Piſon. 17. (Sed vide dicta in *an:* ubi monuimus, hanc formulam affirmative capiendam eſſe. Cicero quidem, off. I, 11. haud dubie vult dicere, ſatis eſſe, ſi qui nos laceſſierit, eum pœniteat injuriæ, nec de eo dubitavit.)

5. *Haud paulo* pro *multo.*

Haud paulo idem eſt, quod *multo.* Cic. VIII. ep. 1. *Næ tu haud paulo plus, quam quisquam noſtrum, delectationis habuiſti.* Id. II. Att. 8. *Luculentus homo eſt et civis haud paulo melior, quam iſti noſtri.* * Id. V. ep. 20, et Orat. 44.

* 6. *Haud*

*6. *Haud-nisi* elegans est.

Cic. IX. ep. 26. *Haud possem vivere, nisi in literis viverem.* Tacit. II. Ann. 35, 1.

*7. *Haud sed.*

Livius XXI, 1. *Haud ignotas belli artes inter se, sed expertas primo Punico bello conferebant Romani et Carthaginenses.* (Sed h. l. non pendet ab *haud*, sed ab omisso *quidem.*)

*8. *Haud quaquam - sed; haudquaquam - ceterum.*

Livius I, 57. *Lucretiam haudquaquam ut regias nurus, quas in convivio luxuque cum æqualibus viderant tempus terentes, sed nocte sera deditam lanæ inter lucubrantes ancillas inveniunt.* Liv. VIII, 8. *Romanus, corpore haudquaquam satis validus, ceterum strenuus vir peritusque militiæ.*

*9. *Haudquaquam aut - aut.*

Livius XXXI, 1. *Pacem Punicam bellum Macedonicum excepit, periculo haudquaquam comparandum aut virtute ducis, aut militum robore.* (*aut* non refertur ad *haudquaquam* sed ad *comparandum.*)

*10. *Haud minus - quam.*

Livius II, 60. *Addebantur et laudes, quibus haud minus, quam præmio, gaudent militum animi.* Vellejus II, 82, 3.

CAPUT XCI.

De conjunctione HEUS.

Heus tu, expostulantis.

HEUS *tu*, etsi proprie vocantis est, tamen interdum est expostulantis, aut reprehendentis, aut vehementius aliquid commonentis, aut declarantis. Cic. II, 6. ad Qu. fr. *Sed heus tu, celari videor a te*, aber höre, mich dünkt du wolleſt uns verhelen.

helen. Id. XVI. ep. 17. *Sed heus tu, qui κανὼν esse meorum scriptorum soles.* Id. I. Att. 13. *Sed heus tu, videsne consulatum illum nostrum, quem Curio antea ἀποθέωσιν vocabat, si hic factus erit, Fabam mimum futurum.*

CAPUT XCII.

*De pronomine HIC.

HIC pronomen et sequentia respicit et superiora. Cic. I. off. 5. *His rebus, quæ tractantur in vita, modum adhibentes, honestatem conservabimus.* Id. III. off. 9 et 10, et de Amic. 3.

Cic. III. off. 6. *Quid? si Philarin vir bonus, ne ipse frigore conficiatur, vestitu spoliare possit, nonne faciat? Hæc ad judicandum sunt facillima.* Id. Amic. 18 et 22. et I. off. 19.

* 2. *Hic*) *ille.*

Vid. infra in *ille*, et hoc capite n. 6.

* 3. *Hic - ut; hic ne.*

Cic. III. off. 5. *Si unumquodque membrum sensum hunc haberet, ut posse putaret se valere, si proximi membri valetudinem ad se traduxisset* cet. Id. Amic. 21. et II. ep. 1. et VI. ep. 15.

Cic. II. off. 14. *Atque etiam hoc præceptum officii diligenter tenendum est, ne quem unquam innocentem judicio capitis arcessas.* Id. de Prov. Cons. 16.

* 4. *Hic - qui*, pro *ut*, rarum est.

Cic. Rep. 3. *Homines sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quæ terra dicitur*, daß sie die Erde anbauen sollen.

* 5. *Hic*, quum vim addit, rarius est, quam *is*.

Hic sæpe propter vim quandam interponitur orationi

orationi. Hirt. B. G. VIII, 20, 2. *Bellovaci repente ex fuga paucis, atque his vulneratis receptis, --- conclamant, ut legati obsidesque ad Cæsarem mittantur.* Cæs. B. G. V, 18, 1. Senec. ep. 18. p. 286.

* 6. *Hic* abundat, eleganter.

Cic. XV. ep. 16. *Nam Catius Insuber, Epicureus, quæ ille Gargettius, etiam ante Democritus εἴδωλα, hic spectra nominat.*

* 7. *Hic* in principio.

Hic in principio periodorum ponendum est sæpe perspicuitatis causa. Cic. III. off. 19. *Homo justus nihil cuiquam, quod in se transferat, detrahet. Hoc qui admiratur, is se, quid sit vir bonus, nescire fatetur.* Id. III. off. 21. bis, et Amic. 36.

* 8. *Hic* demonstrat præsentia: *ille* absentia.

Cic. pro Mil. 10. *Video adhuc constare omnia*, etc. Id. IV. Tusc. 21.

* 9. *Hic - alius.*

Senec. ep. 120. *Hunc vidimus in bello fortem: alium vidimus adversus amicos benignum* cet. Livius III, 63. *Tantum hos pudor, quantum alios laudes excitabant.* Plinius XXIX, 5. *Lacertæ, quam hi sepa, alii chalcidicen vocant, in vino pota morsus sanat*, cet. Tacit. Annal. IV, 49. 5.

* 10. *Hic - ille - alius* pro *alius, alius, alius* rarissimum. (Sed rectum tamen atque idem de sequentibus tenendum.)

Tacitus IV. Ann. 63, 3. *Jam ceteri fama exciti; hic fratrem, propinquum ille, alius parentes lamentari.*

* 11. *Hi - illi - plurimi* rarissimum est.

Tacitus I. Ann. 18, 1. *Astrepebat vulgus diversis incitamentis. Hi verberum notas, illi canitiem, plurimi detrita tegmina et nudum corpus exprobrantes.*

* 12. *Hic*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0299
DFG

* 12. *Hic - alius - plurimi.* raro junguntur.

Tacitus II. Ann. 13, 2. *Hi nobilitatem ducis, decorem alius, plurimi patientiam laudibus ferebant.*

* 13. *Hi - hi - alii, quidam*, raro junguntur.

Tacitus XIV, 8, 1. *Hi molium objectus, hi proximas scaphas scandere: Alii quantum corpus sinebat, vadere in mare: Quidam manus protendere.*

* 14. *Hic - hic*, pro *hic ille.*

Cic. IX. ep. 16 *Servius frater tuus facile diceret, hic versus Plauti non est, hic est.* Seneca de ira III, 10.

* 15. *Hic et hic; hic et ille.*

Cic. I. invent. 53. *Quidnam amplius desideratis, judices, cum vobis hoc et hoc planum factum sit?* Add. Quintil. VI, 1. Cic. Verr. IV, 63. *Perscripta autem hoc modo: quod ex aede Minervae hoc et illud abesset; quod ex aede Jovis, quod ex aede Liberi.*

* 16. *Hic talis.*

Cic. XVI. ep. 21. *Da operam, ut hunc talem, tam jucundum, tam excellentem virum videas.*

* 17. *Hic* pro *talis.*

Cic. IV. ep. 2, 4. *Sin hi sumus, qui profecto esse debemus: non potest esse dubium, quid faciendum nobis sit.* Brut. ad Cic. ep. 16. *Nos hi sumus, de quorum salute unus homo rogandus videatur?* Cic. Verr. I, 24. *Miro artificio, quocunque venerat, haec investigare omnia solebat*, alle dergleichen Sachen.

* 18. *Hic* complectitur res ante narratas †, aut respicit rem hominemve ante nominatum, per pleonasmum.

Cic. Marcell. 3. *Animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, adversarium nobilitare, ingenio, virtute praestantem non modo extollere jacentem,*

† Vel emphaseos causa repetit. Vid. Cic. pro Milon. 26.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0300
DFG

centem, sed etiam amplificare ejus pristinam dignitatem, haec qui faciat, non ego cum summis viris comparo, sed simillimum Deo judico. Plaut. Asin. I, 3, 46. *Diem, aquam, solem, lunam, noctem, haec argento non emo.* Add. IV. Catil. 2. Cæsar. Germ. Arat. Phænom. 15. Plin. XXVIII, 19. med. et XVII, 9. extr. Vide Cic. pro Milon. 26. pro Cluent. 44. Cic. Catilin. IV. ult. pro Sextio 19. *Haec cum viderem.* Cic. Cluent. 44.

* 19. *Hic* pro *hujus temporis, præsens.*

Vellejus II, 33, 4. *Lucullus, summus alioqui vir, profusae hujus in aedificiis convictibusque et apparatibus luxuriae primus auctor fuit.* Id. II, 43, 4. Liv. I, 55. VI, 4. Cic. Orat. I, 1. Cluent. 35. *His moribus.* (elegans hic usus est et frequens Ciceroni: *in hac improbitate hominum:* bey der gegenwärtigen, jetzigen Bosheit der Leute.

* 20. *Hoc dico* in præteritione.

Cic. Cluent. 36. *Omitto et haec et alia permulta. Hoc dico, eandem tum fuisse controversiam.*

* 21. *Hic* cum genitivo.

Hic apponitur genitivis, quum substantivum unde genitivus pendet, omittitur. Cic. Arch. 11. *Nullam virtus aliam mercedem laborum periculorumque desiderat, praeter hanc laudis et gloriae.* (Sed hic Genitivus pendet a verbo *mercedis.)*

(*Admonitio* 1.)

Cum junguntur *hic* et *ille*, *hic* ad proximum, *ille* ad remotius refertur. Sed interdum tamen ab hac ratione discedunt optimi scriptores, et *hic* referunt ad remotius, *ille* ad proximum, ut apud Cic. pro Rosc. 2. *adversaria, tabulas,* ponit: dein subjicit:

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0301
DFG

quia haec sunt menstrua, illae sunt aeternae. v. qui laudantur in Ernesti Clave Cicer. in h. v. c. infr. in *ille* n. 5.

(*Admonitio* 2.)

Nec ab re fuerit monere tirones hoc pronomen, ita ut *ille, is*, in omni genere respondere germanico, das, dieß et genus ponendum esse id, quod sequens proxime substantivum requirat, ut *hic labor est, haec est virtus longe pulcherrima:* das ist eine schöne Tugend.

II. *Hiccine, hæccine, hoccine.*

Hiccine, haeccine, hoccine admirationem fere continent, aut indignationem aut irrisionem. Cic. III. Tusc. 18. *Hiccine est Telamon ille, modo quem gloria ad cœlum extulit?* Id. Mil. 38. *Hiccine vir patriae natus usquam nisi in patria morietur?* Ter. Andr. IV, 1. *Hoccine credibile est, aut memorabile?*

* 2. *Hiccine* pro *an hic* extra interrogationem directam.

Livius I, 3. *Haud nihil ambigam, hiccine fuerit Ascanius, an major quam hic.*

III. *HIC* adverbium.

* *Hic* adverbium loci est, et valet idem ac *hoc loco.* Exempla obvia sunt crebro.

* 2. *Hic*)(*istic; hic*)(*illic.*

Cic. III. ep. 10, 11. *Ut, cum hic tibi satisfecerimus, istic quoque nostram in te benevolentiam novare possimus.* Id. IV. ep. 19. Colum. I, 16. *Illic per hiemem, hic per æstatem sine violentia ferarum conquiescunt.*

* 3. *Hic-ubicunque.*

Cic. V. in Verr. 55. *Retineri putatis oportere jura libertatis non modo hic, ubi tribuni plebis sunt, sed ubicunque terrarum.*

* 4. *Hic*

* 4. *Hic-alibi* pro *alibi-alibi* rarum eſt.

Plinius H. N. X, 50. *Nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet; hic clune, alibi pectore tantum laudatis.*

* 5. *Hic* pro *in hac re.*

Terent. Andr. IV, 1. *Hic, ubi opus eſt, non verentur; illic, ubi nihil opus eſt, ibi verentur.* Cic. Act. I. in Verr. 16.

6. *Hic* pro *cum ita res ſe habeat.*

Hic etſi proprie adverbium eſt loci, tamen per translationem ad res alias accommodatur, ac ſæpe ſignificat, *cum ita ſe res habeat, cum res eo loco ſit.* Cic. Verr. II, 44. *Hic vos dubitatis, judices, tantam iſtius audaciam, tantam crudelitatem, tantam injuriam vindicare?* Id. VIII. Philipp. 4. *Hic mihi etiam Q. Fuſius vir fortis ac ſtrenuus, amicus meus, pacis commoda commemorat?* Id. Man. 13. *Hic miramur, tantum hunc hominem, tantum excellere cæteris?* da es nun alſo ſtehet, ſo wundern wir uns. * Add. Cic. VII. ep. 13.

* 7. *Hic-cum.*

Hic ego quum ad reſpondendum ſurrexi: qua cura cet. Cic. pro Cluent. 18.

8. *Hic, hic jam* pro *nunc.* (*hoc in loco.*)

Nonnunquam ponitur pro *nunc*, præſertim cum *jam* adſciſcitur. Cic. pro Sext. 5. *Hic ego quid prædicem, quibus rebus hic conſulem ad rem gerendam excitarit.* * Add. I. Cat. 10, et III. Cat. 9.

Cic. Man. 9. *Hic jam plura non dicam: Fuit enim illud extremum.* Id. pro Sext. 36. *Hic jam de ipſo accuſatore quæro*, itzt frage ich den Ankläger ſelbſt.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0303
DFG

* 9. *Hic nunc.* (v. n. 8.)

Hic nunc idem significat, quod *hic jam.* Cic. Verr. II, 25. *Hic nunc de miseria Siculorum, judices, audite.* Id. Verr. IV, 47. *Hic nunc aut iste reus, aut ego accusator, aut hoc judicium appellabitur?* Id. Planc. 41. *Hic ego nunc de prætore Macedoniæ nihil dicam amplius, nisi eum civem optimum semper fuisse.*

10. *Hic; hic tum*, pro *tum.*

Interdum usurpatur pro *tum;* nimirum cum ad tempus præteritum refertur. Cic. Verr. III, 28. *Hic illi flentes rogare atque orare cœperunt*, da haben sie mit weinenden Augen zu bitten angefangen. Id. II. Acad. 4. *Hic Catulus etsi heri, inquit, id, quod quærebatur, pene explicatum est, tamen expecto ea, quæ te pollicitus es dicturum.* * Id. II. Orat. 50. Cic. Cluent. 20. *Hic tum Fabricius non modo ad me meos vicinos et amicos non adduxit, sed ipse iis neque defensoribus uti postea, neque laudatoribus potuit*, bey so gestallten Sachen hat gleich. Cic. Cluentio 17. Id. Verr. I, 26. *Hic tum alius ex alia parte, enimvero, inquit* cet. * Add. id. Cluent. 27. et Sext. 11.

* 11. *Hic* pro *tum* cum futuro tempore.

Cic. de Republ. 2. *Hic tu, Africane, ostendas oportebit patriæ lumen animi, ingenii, consilii tui.* (immo *hac in re, hoc loco)*

12. *Hic etiam* indignantis.

Hic etiam indignationem designat. Cic. III. Verr. 57. *Hic etiam priore actione Hortensius pupillum Junium venisse prætextatum in vestrum conspectum questus est*, da hat sich Hortensius in der vori-

gen

gen Rede noch darzu beklagen dürfen. (manifestum est, hic quoque τὸ *hic* habere hanc vim, ut sit, *hoc loco*, *hac in parte causæ*)

CAPUT XCIII.

De HOC.

* 1. HOC præparat animum legentis vel audientis ad insequentia. Cic. XIV. ep. 4, 10. *Sed si hoc fuit liberis nostris gratius nos vivere.*

* 2. *Hoc est* exprobrantis et expostulantis.

Cic. III. Verr. 14. *Hoc est rationes referre?* heißt das Rechnungen ablegen? Livius III, 19. *Hoc est, tribuni, auxilium plebi ferre?* Ihr Worthalter, heißt das dem Volke helfen? Add. Virgil. II, 663.

* 3. *Hoc ætatis.*

Plaut. Bacchid. II, 3, 109. *Ne navigarem tandem hoc ætatis senex.* Plaut. Bacch. V, 1, 14. Senec. de Clement. I, 9. *Cum hoc ætatis esset, quod tu nunc es.*

* 4. *Hoc est dicere*, es ist eben so viel, als ob man sagte.

Cic. II. Philipp. 28. *At quam crebro usurpat et Consul et Antonius? Hoc est dicere, et Consul et impudicissimus, et Consul et homo nequissimus.* Idem Verr. IV, 20.

* 5. *Hoc dico* post *nihil* vel *non*, præsertim in præteritionis fine.

Cic. Verr. II, 45. *De isto scelere tuo nihil queror. Hoc dico, non his, qui Sthenium norunt* cet. Id. Muren. 16. *Sed non id agimus. Hoc dico, si bellum hoc contemnendum fuisset, non tanta cura populus Romanus suscipiendum putasset.* Id. pro Dom. 7. et V. Philipp. 6.

6. *Hoc-quo* pro *eo-quo*, seu *tanto-quanto*.

Hoc-quo pro *tanto-quanto* usitatum est, cum duobus comparativis, Cic. XIII. Att. 35. *Hoc audio libentius, quo sæpius.* Planc. ad Cic. X. ep. 9. *Certe hoc majus habes testimonium amoris mei, quo maturius tibi, quam cæteris, consilia mea volui esse nota.* Add. Cic. V. ep. 12. et XIII. ep. 15.

7. *Hoc-quod*; *Hoc-quia* pro *eo-quod*, *eo quia*.

Hoc-quod et *hoc-quia* pro *eo-quod*, *eo-quia*, eleganter usurpatur, cum intercedit comparativus. Cic. VIII. Att. 8. *Consilio vestro utar libenter, et hoc libentius, quod mea sponte facere constitueram.* Id. Flacc. *Hoc vehementius lætor, quod ex ipso Messinio cer.* * Add. XI. Att. 7. et IV. ep. 13.

Id. I. de Orat. 3. *Quod hoc etiam admirabilius debet videri, quia cæterarum artium studia fere reconditis e fontibus hauriuntur.* * Id. II. Orat. 2.

D. ** *Hoc* pro *ideo* vel *propterea*. Taub. ad Plaut. p. 26. Virgil. II. Georg. 425. *Hoc pinguem et placitam paci nutritor olivam.* Horat. I. Sat. I. *Non tuus hoc capiet venter plus quam meus.* Ubi Xylander: *hoc, ob hoc, ea de causa, ablativus causæ,* τούτῳ. Refer huc et exempla antecedentis observationis, cum *eo quod* valet *propterea quod*.

CAPUT XCIV.

De adverbio HINC, ἐντεῦθεν.

HINC proprie de loco dicitur, sed ad alias res transfertur. Cic. II. Agr. 34. *Nos autem hinc Roma qui veneramus, jam non hospites, sed peregrini atque advenæ numerabamur*, von hier aus Rom. Id. I. Tusc. 13. *Ipsi majorum gentium dii hinc a nobis in cælum*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0306
DFG

cœlum profecti reperiuntur. Id. III. de fin. 14. *Via, quæ est hinc in Indiam*, der mit mir nach Indien gehet. Add. IX. Att. 12. Livius VII, 34. extr.

2. Hæc, inquam, proprie dicta: illa translate. Cic. Flac. 23. *Hinc totum odium, hinc omnis offensa.* Id. III. off. 8. *Hinc sicæ, hinc venena, hinc falsa testamenta nascuntur, hinc expilationes direptionesque sociorum.* * Add. III. off. 9. et de senect. 12. †

* 3. *Hinc* de tempore, pro *postea*, rarissimum.

Tacitus Agric. XIV, 4. *Didium Veranius excepit, isque intra annum extinctus est. Suetonius hinc Paulinus biennio prosperas res habuit.*

* 4. *Hinc* abundare videtur.

Livius VIII, 12. *Qua cupiditate offensis Patribus, negantibusque, nisi Pedo capto, triumphum, hinc alienatus ab Senatu Æmilius seditiosis tribunatibus similem deinde consulatum gessit.* (est *propterea, ea de causa.*)

5. *Hinc et illinc* pro *hinc et inde hinc; illincque; hinc atque illinc.*

Hinc et illinc pro *hinc inde* eleganter dicitur. Plaut. Mostell. III, 1. *Næ ego homo sum miser. Ita et hinc et illinc exhibent mihi negotium*, sie machen mir allenthalben, von allen Orten her, Verdruß. Add. id. Amphitr. I, 1. Cic. de Univ. 14. *Id fit, cum specularum lævitas hinc illincque altitudinem assumsit.* Livius XXXII, 10. extr. *Multis hinc atque illinc vulneribus acceptis, nox pugnæ finem fecit.* Senec. ep. 120.

* 6. *Hinc vel illinc: hinc aut illinc.*

Tacitus II. Ann. 6, 2. *Appositis utrinque gubernaculis,*

† Vulgo *hinc* pro daher sæpe temere ponitur, cum tamen nusquam commode ponatur, nisi ubi verbum adsit, quod sextum casum postulat.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0307
DFG

naculis, converso ut repente remigio hinc vel illinc appellerent. Livius VII, 8. *Quicquid hinc aut illinc communis mars belli aufert, multiplex quam pro numero damnum est.*

Admonitio.

Hinc et hinc poëticum magis, quam oratorium est. Virgil. I. Æneid. 166. *Hinc atque hinc vastæ rupes.* Plinius IX. ep. 39, 5. *Solum templi hinc flumine et abruptissimis ripis, hinc via cingitur.* Seneca ep. 89. extr. et ep. 92. p. 349.

7. *Hinc inde* minime usitata sunt apud bonos latinitatis autores.

* De Cicerone, Cæsare, et similibus loqui auctor videtur. Sed Plin. IX. ep. 13, 9. *Longum est omnia quæ tunc hinc inde jactata sunt, recensere.* Suetonius Neron. 27. *Matronæ hinc inde orabant, ut appelleret Nero.* Id. ib. 49, et in Cæs. 39. Tacitus IV. hist. 62, 5. Palladius I, 18 et 20. et III, 25. et IX, 9. ** Pareus tamen Plinium, Quintilianum et Martialem *hinc inde* dixisse affirmat. Idemque Livii hæc verba producit e lib. XXX. *Circumventos Romanos hinc pedes, hinc eques, urgebant,* auf einer Seite die Reuterey, auf der andern das Fußvolk. * Plura exempla, ubi *hinc - hinc* reperitur, vide in Liv. I, 13. II, 46. III, 23 et 28. VI, 15. VIII, 35. XXI, 8. XLIV, 11.

* 8. *Hinc - hinc - hinc.*

Seneca epist. 108. *Cum Ciceronis libros de republica prehendit hinc philologus aliquis, hinc grammaticus, hinc philosophiæ deditus: alius alio curam suam mittit.*

* 9. *Hinc - hinc - inde.*

Tacitus II. hist. 70, 3. *Aderant Valens et Cæcina, mon-*

monstrabantque pugnæ locos: hinc irrupisse legionum agmen, hinc equites coortos, inde circumfusas auxiliorum manus.

* 10. *Hinc-illinc-binc.*

Senec. ep. 115. *Hinc justitia, illinc fortitudine, hinc temperantia prudentiaque lucentibus.*

* 11. *Hinc-inde*, pro *hic-ibi* † vel *alibi-alibi.*

Tacit. I. hist. 84, 6. *Hinc respubl. inde hostes reipubl. constiterunt.* Id. VI. Ann. 36, 6. et XV. 11, 1. et XV, 42, 1.

* 12. *Hinc-inde* pro *hinc-illinc* rarissimum.

Tacitus XII. Ann. 28, 2. *Catti metu ne hinc Romanus, inde Cherusci circumgrederentur, legatos in urbem et obsides misere.*

* 13. *Hinc-illinc.*

Cic. II. Catil. 11. *Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia; hinc pudicitia, illinc stuprum; hinc fides, illinc fraudatio; hinc pietas, illinc scelus; hinc constantia, illinc furor; hinc honestas, illinc turpitudo; hinc continentia, illinc libido.* Id. Quint. 25. Colum. III, 10. Livius II, 29.

* 14 *Hinc-altera fronte* raro junguntur. (recte tamen.)

Livius IV, 39. *Diversi Volsci, hinc consulem ac legiones sustinere: altera fronte instare Tempanio atque equitibus.*

* 15. Hinc, *unde.*

Terent. Phorm. IV, 2. *Petam hinc, unde a primo institui.*

CAPUT XCV.

De adverb. HODIE et HODIEQUE.

1. HODIE est interdum *hodierno die*, heute. Cic. Verr. II, 1.

† Uti 4 sæpe, cum res se dat, *in loco* significat, sic *hic* et *inde* pariter

2. *Hodie* anjetzo, heut zu Tage, *his temporibus*, Cic. IX. ep. 22. *Hodie penis est in obscenis.*

3. *Hodie* bis auf dieſe Stunde, noch ietzo. Cic. Cæl. 2. *Quæcunque in equite romano dignitas esse possit, ea semper in M. Caelio habita est summa hodieque habetur.*

Hodieque præsertim e Paterculo ponitur pro *usque ad haec tempora*, vel *etiam his temporibus.*

CAPUT XCVI.

De adverbio HUC.

*Huc illuc; huc atque illuc; * huc et illuc; huc et illo.*

Cic. IX. ep. Att. 11. *Arpinum cogito, ne forte aut absim, cum veniet, aut cursem huc illuc via deterrima.* * Livius VII, 34.

Cic. I. Orat. 40. *Alacri et promto ore ac vultu huc atque illuc intuentem, vagari foro, nonne inprimis flagitiosum putandum est?* * Liv. V, 8. VI, 25. VII, 34.

* Celsus II, 15. *Lectus huc et illuc manu impellendus est.* Id. VIII, 1. *Alter processus huc et illuc se inclinat.*

Jam duo ista sidera huc et illo diducit velocitas sua. Senec. Benef. V, 6.

* 2. *Huc illucque.*

Plinius XXXVI, 1. *Huc illucque portantur juga montium.* Id. XXXVII, 6. *Veri opali fulgor subinde variat, et plus huc illucque spargit.*

3. *Illuc* per translationem.

Cic. I. off. 28. *Duplex est vis animorum atque naturae. Una pars in appetitu posita est, quae hominem huc et illuc rapit*, reißt ihn hin und her. *Id. pro Cælio 6. *Id.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0310
DFG

* Id. V. finib. 28. *In quo utrum respondebo, versesne huc atque illuc necesse est.*

* Terent. Andr. I, 5. *Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur.* Tac. III. hist. 3, 2.

* 4. *Huc-illucve*, proprie et tralate.

Celsus VI, 6. de resolutione oculorum. *Oculus huc illucve sine ratione movetur.* Id. VII, 18. et VIII, 16.

Celsus VII, 3. *Ut hæc ipsa fortuna huc illucve decernit, sic medici partium est, eniti ad recipiendam sanitatem.*

* 5. *Huc vel illuc.*

Celsus VII, 7. de Chalaz. *Eo digito huc vel illuc impelluntur.*

* 6. *Tum huc-tum illuc.*

Cic. I. divin. 53. *Eadem efficit in avibus divina mens, ut tum huc, tum illuc volant alites.*

* 7. *Huc* pro *ad hoc, ad hæc* cet.

Cic. Amic. 18. *Accedat huc suavitas quædam oportet sermonum atque morum, haudquaquam mediocre condimentum amicitiæ.* Cæsar I. B. C. 56, 2. Cic. II. Nat. D. 39. Celsus V, 19. *Rubrum quoque emplastrum, quod Ephesium vocatur, huc aptum est*, id est, *ad hæc vulnera.*

8. *Huc, ut; huccine, ut.*

Huc proprie ad hunc locum. Sed interdum per metaphoram usurpatur. Cic. II. Catil. 2. *Rem huc deduxi, ut tum palam pugnare possemus, cum hostem aperte videretis*, ich habe es so weit gebracht, dahin gebracht. * Cæsar I. B. C. 62, 1. Cic. Cœl. 20. et Tacit. III, Ann. 73, 1. et IV. Ann. 41, 2.

Cic.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0311
DFG

Cic. V. Verr. 63. *Huccine tandem omnia recide-runt, ut civis Romanus in provincia populi Romani deligatus in foro virgis cæderetur*, iſt es nun ſo weit gekommen, daß.

CAPUT XCVII.

De (*adverbio et) conjunct. JAM.

* I. JAM eſt adverbium temporis, et reſpondet Germanico ietzo, ietzund.

* II. *Sæpe* eſt adverbium temporis, et verti debet ſchon, nunmehr, allbereit. Cic. I. off. 15. *Colendus eſt ita quisque maxime, modeſtia, temperantia, ac ipſa, de qua jam multa dicta ſunt, juſtitia ornatus erit.* Id. VII. Att. 2. et III. Qu. fr. 5. et Leg. Manil. 17.

2. *Jam a, jam ab* præterito tempori juncta.

Jam tempori præterito junctum, ſæpe præpoſitioni *a* vel *ab* copulatur. Cic. I. ep. 9 *Muſæ me jam a prima adoleſcentia delectarunt.* Id. Balb. 13. *Jam a principio nominis Romani*, vom Urſprunge des Röm. Volks. † Id. II. ep. 16. *Sententiam meam tu facillime perſpicere potuiſti jam ab illo tempore, cum in Cumanum mihi obviam veniſti.* * Add. IV. ep. 7. et pro Mil. 8.

3. *Jam inde a* vel *ab* pro *inde usque.*

Jam inde a vel *ab* eſt *inde usque a* vel *ab.* Cic. XIV. Philipp. 6. *Apulejus meorum omnium conſiliorum jam inde a conſulatu meo teſtis, et adjutor dolorem ferre non potuit.* Id. Balb. 13. *O jura præclara, atque divinitus jam inde a principio Romani nominis a ma-*

† Quædam exemplaria habent: *O jura præclara, atque divinitus jam inde a principio Romani nominis majoribus noſtris comparata.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0312
DFG

a majoribus noſtris comparata. Id. XIII. epiſt. 39. *Ejus cum patre magna mihi fuit amicitia jam inde a quæſtura mea Sicilienſi,* ſchon von der Zeit an, da ich in Sicilien Rentmeiſter geweſen. *Terent. Adelph. I, 1.

* 4. *Jam inde usque a.*

Terent. Heaut. I, 1. *Mihi magna cum eo jam inde usque a puero ſemper fuit familiaritas.*

* 5. *Jam inde antiquitus.*

Livius IX, 29. *Appius jam inde antiquitus inſitam pertinaciam familiæ gerendo, ſolus cenſuram obtinuit.*

* 6 *Jam inde* abſolute.

Livius XXIV, ult. *Statum civitatis ea victoria movit: ut jam inde haud ſecus quam in pace, res inter ſe contrahere vendendo emendo auderent.*

* 7. *Jam inde, cum.*

Sueton. Tiber. 11. *Amœnitate et ſalubritate inſulæ jam inde captus, cum ad eam ab Armenia rediens appuliſſet.*

* 8. *Jam inde ante.*

Livius XXVII, 47. *Deſtinatis jam inde ante animo latebris ſubſedit.*

* 9. *Jam usque a.*

Jam usque a idem quod *jam inde.* Cic. I. Divin. 1. *Vetus opinio eſt jam usque ab Heroicis ducta temporibus,* ſchon von den Zeiten der Halbgötter.

* 10. *Jam) (nondum.*

Liv. I, 25. *Romanas legiones jam ſpes tota, nondum tamen cura deſeruerat.*

* 11. *Jam* cum numeralibus cardinalibus.

Jam jungitur cum nominibus numeralibus cardinalibus. Cic. Cluent. 3. *Cauſa jam per annos octo continuos ex contraria parte auditur.* Id. Flacc. 20.

Annos

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0313
DFG

Annos jam triginta in foro versaris. Id. Flacc, 26. Id. VI. Philipp. 6. Cic. II. Verr. 16.

* 12. *Jam* cum numeralibus ordinalibus.

Jam sæpissime cum numeralibus ordinalibus jungitur. Cic. II. ep. 10. *Quintum et vigesimum jam diem aggeribus, vineis, turribus, oppugnabam oppidum munitissimum Pindenissum.* Id. VII. ep. 27. *Cum decimum jam diem graviter ex intestinis laborarem; fugi in Tusculanum.* Id. V. Att. 8. Id. IX. Att. 12. Id. Manil. 3. Id. I. Catil. 2. Cæs. B. G. V, 25, 3. Id. VI. B. G. 38, 1. Cic. 2. fin. 29.

* 13. *Jam jam* schon, allbereit.

Cæsar. B. G. VII, 1, 3. *Galli, hac impulsi occasione, qui jamjam ante se populi Romani imperio subjectos dolerent, liberius atque audacius de bello consilia inire incipiunt.* Cic. in Brut. 14.

* 14 *Jam nunc* pro *jam ex hoc tempore.*

Jam nunc pro *jam ex hoc tempore*, seu pro eo, quod barbari dicunt *ex nunc*, elegantissime dicitur. Cic. in Cæcil. 13. *Quod cum cogito, jam nunc timeo, quidnam eloqui possim*, ich fürchte schon jetzo. Id. I. Attic. 6. *Hermæ tui jam nunc me admodum delectant.* Id. in Cæcil. 13. *Jam nunc mente et cogitatione prospicio, quæ tum studia hominum, qui concursus futuri sint.*

15. *Jam tum*, pro *jam ex eo tempore.* †

Jam tum est, quod barbari dicunt *ex tunc.* Cic. Cluent. 38. *Qui omnes in judiciis publicis jam tum florente republ. floruerunt.* Id. Arch. 12. *Census non jus civitatis confirmat, at tantummodo indicat, eum*

† Nonnunquam *jam tum* est idem, quod *jam eo tempore.* (Immo hoc est etiam in exemplis allatis, et ceteris omnibus.)

eum qui sit census, ita se jam tum gessisse pro cive. Nepos Caton. 2.

* 16. *Jam tum - postmodo.*

Livius XXIX, 1. Scipio dixit, *si qui ita animati essent, malle eos sibi jam tum fateri, quam postmodum querentes, segnes atque inutiles milites reipubl. esse.*

* 17. *Jam tum - cum; jam tum - dum.*

Jam tum sæpe adsciscit *cum.* Cic. III. ep. 17. *Ejus libertum Apollonium jam tum equidem, cum ille viveret, et magni faciebam et probabam.* Id. I. Att. 9. *Jactat ea, quae jam tum, cum aderas, offendere ejus animum intelligebam,* schon damals als du wareſt. * Add. Somn. Scipion. 8. Id. VII. ep. 2. et VII. ep. 12.

Liv. XLV, 6. *Oroandes jam tum, dum pecunia deferretur, primis tenebris solverat navem.*

* 18. *Jam tunc* pro *eo tempore.*

Nepos Timoth. 3. *Philippus jam tunc valens Macedo multa moliebatur.* Tacitus IV. hist. 51, 4. Sueton. Neron. 7. Justin. II, 9, 15.

* 19. *Jam aliquoties; jam ante; jam antea.*

Cic. III. Att. 22. *Me adhuc Plancius liberalitate sua retinet, jam aliquoties conatum ire in Epirum.* Cic. VII. Att. 4. *Id mihi jam ante erat notum.* Id. Brut. 17. Id. II. invent. 22. Cic. III. ep. 10. *Ejus sermo stultus et puerilis erat jam antea ad me a M. Caelio perscriptus.* Sallust. Catil. 20 et 29.

20. *Jamdiu* præterito tempori junctum.

Jamdiu plerumque præterito tempori adjungitur. Cic. II. ep. 14. *Jamdiu propter hiemis magnitudinem nihil novi ad nos afferebatur.* Id. I. Att. 16. *Conventus, qui initio celebrabantur, jamdiu fieri desierunt,* schon vor langer Zeit. * Add. IX. ep. 8.

21. *Jam-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0315
DFG

21. *Jamdiu* præsenti tempori copulatum.

Quoties actio adhuc durat, *jamdiu* præsenti tempori jungitur. Cic. Verr. IV, 47. *Respicite hos, judices, per eos ipsos deos, de quorum religione jamdiu dicimus.* Id. XV. ep. 14. *Vellem, tu me convenire potuisses, ut te, quem jamdiu plurimi facio, tanto intervallo viderem.* Id. in Cæcil. 8. *Populus R. jamdiu flagitat*, eine geraume Zeit her. Id. I. Acad. *A Graecis haec jamdiu tractantur*, schon lange.

22. *Admonitio.*

Jamdiu cum *est*, *quod* conjungi non solet: Itaque pro *jamdiu est, quod studet*, aut *quod venit*, dicendum est *jamdiu studet, jamdiu venit*, er studiert schon lange, er ist schon lange gekommen. (Sive, *jamdiu est cum studet* etc.)

23. **S. D. P. Plautus tamen ita locutus est, cum alibi, tum Amphitr. I, 1. *Agite pugni, jamdiu est, quod ventri victum non datis.*

24.* Huc pertinent hæ quoque rariores loquendi rationes. Cic. XII. Att. 22. *Jampridem scito esse, cum unum te pluris, quam omnes illos putem.* Plaut. Asinar. II, 1. *Jam diu est factum, cum discesti ab hero atque abiisti ad forum.* Id. Trinum. IV, 1. et Asinar. V, 2. et Pers. V, 2. *Jamdiu factum est, postquam bibimus; nimis diu sicci sumus.*

* 25. *Jam dudum*, quasi *jam diu dum.*

Plaut. Amphitr. II, 2, 60. *Quam dudum istuc factum est?* Al. *tentas jam dudum, pridem, modo.*

26. *Jamdudum* et *jampridem.*

Jamdudum longius spatium designat, quam *dudum*; et *jampridem* quam *pridem*. Similiter ut *jamdiu*, quam *diu*. Atque etiam hæc, item ut *jamdiu* et ad præsens tempus et ad præteritum accom-

accommodantur. Cic. II. Orat. 7. *Antonium jamdudum Cotta et Sulpitius expectant.* Id. Amic. 22. *Ea, quam jamdudum tractamus, ſtabilitas amicitiæ,* ſchon ſo lange. * Add. I. Catil. 5. extr. et III. Att. 13.

27. *Jampridem* ad præſens tempus.

Cic. Marc. 9. *Quæ miretur, jampridem multa habet: nunc etiam quæ laudet, expectat.* Id. II. Att. 5. *Cupio equidem et jampridem cupio Alexandriam viſere.*

28. *Jampridem* ad præteritum tempus.

Cic. XI. Att. 13. *De fundo Fruſinati redimendo jampridem intellexiſti voluntatem meam.* Id. Or. 31. *In me quidem jampridem effectum eſt, quod futurum fuit.* * Id. III. ep. 12. et II. Cat. 2.

* 29. *Jampridem*) (*celeriter*, vel *repente.*

Cic. III. ep. 11. *Brutus jampridem juventutis, celeriter, ut ſpero, civitatis princeps.* Id. Verr. III, 28. *Græci ſacrilegi, jampridem improbi, repente Cornelii.*

* 30. *Jampridem*) (*nunc.*

Cic. II. Att. 7. *Jampridem gubernare me tædebat, etiam cum licebat: nunc vero, cum cogar exire de navi, cupio iſtorum naufragia ex terra intueri.* Livius XXXIX, 15.

* 31. *Jampridem*) (*nondum.*

Cic. de Prov. Conſ. 14. *Illæ gloriæ ſuæ jampridem, reipublicæ nondum ſatisfecit.*

* 32. *Jam olim.*

Ter. Eun. III, 5. *Quia Jupiter conſimilem luſerat jam olim ludum, impendio magis animus gaudebat mihi.* Virgil. II. Georg. 403.

* 33. *Jam-neque* pro *jam-necdum tamen.*

Cæſar III. B. C. 25, 1. *Multa jam menſes tranſierant,*

sierant, et hiems jam præcipitaverat, neque Brundusio naves legionesque ad Cæsarem veniebant.

* III. JAM nunmehr.

* 1. *Jam jam.*

Cic. II. Philipp. 34. *Jamjam minime miror, te etium perturbare.*

2. *Jam - cum* nunmehr, schon - da.

Jam quoties tempus declarat, *cum* libenter adsciscit. Cæsar VI. B. G. 7, 2. *Jam Treviri ab Labieno non longius bidui viæ aberant, cum duas venisse legiones missu Cæsaris cognoscunt.* * Cic. III. Att. 22. et Orat. 51. et V. Att. 19.

* Sic *Nihil jam - sed*, apud Cæsar. B. G. II, 20, 4. *Milites Cæsaris nihil jam Cæsaris imperium expectabant, sed per se, quæ videbantur, administrabant.*

* 3. *Non jam solum* vel *modo - sed etiam.*

Nepos Miltiad. I. *Miltiades ea erat ætate, ut non jam solum de eo bene sperare, sed etiam confidere cives possent, talem futurum, qualem cognitum judicarunt.* Liv. VII, 19. et XXI, 7.

** 4. *Non jam - sed* pro *non tam - quam.* †

Sueton. Tiber. 13. *Quo præcipue non jam metu, sed discrimine coactus est.* Senec. II. de Clem. 9. *Et cum defixum videret, nec ex conventione jam, sed ex conscientia tacentem,* nicht sowohl vermöge der Abrede, als aus bösem Gewissen. * Conjunctio particularum *non jam* cum *sed*, melioribus etiam autoribus probari potest. Cic. in Cæcil. 1. *Siculi venisse tempus ajebant, non jam ut commoda sua, sed ut vitam salutemque totius provinciæ defenderem.* Id. I. Verr. 3. *Socii populi Romani afflicti, miseri non jam*

† Equidem hoc *jam* per *tam* reddere nolim.

jam salutis, sed exitii solatium quærunt. Tacitus Annal. XI, 28, 1. Id. Act. I. Verr. 16. et II. Acad. 47. Hirtius B. Alex. XII, 1. Livius II, 23. Vellejus II, 115, 4.

* 5. *Non jam-sed vero.*

Cic. Verr. V, 6. *O præclarum imperatorem, nec jam cum M. Aquilio fortissimo viro, sed vero cum Paulis, Scipionibus, Mariis conferendum.*

* *Jam* nun-*cum* wenn.

Cic. Brut. 25. *De iis jam dicendi locus erit, cum de senioribus pauca dixero.* Ibid. 46. *Id tu, Brute, jam intelliges, cum in Galliam veneris.*

* 7. *Jam primum-postremo*, pro *primum* Sallust. Catil. 14, princip.

* 8. *Jam aliquando.*

Cic. I. Att. 3. *Putamus utile esse, te aliquando jam rem transigere*, nun endlich einmal.

9. *Jam tandem.*

Jam tandem est *nunc tandem.* Cic. XIV. ep. 23. *Redditæ mihi jam tandem sunt a Cæsare literæ*, nun endlich einmal. *Virg. VI. Aeneid. 61. Liv. XXII, 12.

*IV. 1. *Jam* post imperativum vel conjunctivum pro *tum.*

Cic. Brut. 17. *Ipsa verba compone et quasi coagmenta; jam neminem antepones Catoni.* Id. IV. Tusc. 24. *Remove perturbationes, maximeque iracundiam; jam videbuntur monstra dicere.* Id. Verr. II, 62. Liv. VI, 15. Cic. de Arusp. resp. 25. *Tollatur hæc e civitate discordia: jam omnes isti qui portenduntur metus, extinguentur.*

* V. 1. *Jam* pro *mox* vel *statim.*

D. ** *Jam* futuro tempori junctum magnam celeritatem promittit. Terent. Eunuch. IV, 6, 1.

Credo equidem illum jam affuturum esse, ut illam a me eripiat. Et paulo post: Th. *Mane*, Ch. *Omitte, jam adero*, laß mich gehen, ich will alsobald wieder da seyn. Terent. Andr. IV, 5.

* 2. *Jamjam* et *jam jamque.*

D. P. ** *Jamjam* et *jam jamque* similem habent significationem celebritatis aut propinquitatis potius rei futuræ, atque jam imminentis. Cic. Brut. 14. *Appius Claudius Senatum jamjam inclinatam a Pyrrhi pace revocavit*, da er schon anfienge zu wanken. Terent. Andr. IV, 5. *Ni puerum tollis, jamjam ego hunc provolvam mediam in viam.* Cic. I. Tuscul. 7. *Dies noctesque cogitandum est, jamjamque moriendum*, iezt in dieser Stunde, in diesem Augenblick. Alias per indignationem quoque, miserationem et exhortationem *jamjam* profertur: de quo vide Vallam II. eleg. 47.

* VI. *Jam-jam* pro *modo-modo.*

Livius VII, 40. *Itaque jam duces, jam milites utrinque congressus quærere ad colloquia.* Ovid. Metam. I, 111. Vellejus II, 114, 2. *Jam medici, jam apparatus cibi, jam in hoc solum importatum instrumentum balinei, nullius non succurrit valetudini.*

2. *Jam hoc quoque prope iniquissime comparatum est, quod.* Cic. pro Cluent. 21.

VII. *Jam*, et *jam vero* transitioni juncta; fere idem quod *porro.*

Jam et *jam vero* sæpe transitioni serviunt. Cic. Manil. 14. *Jam, quantum consilio, quantum dicendi gravitate et copia valeat, vos sæpius cognovistis.* *Id. II. Orat. 41. Or. III. Cat. 7. et I. offic. 42.

Cic. Manil. 14. *Jam vero ita faciles aditus ad eum privatorum, ita liberæ querimoniæ de aliorum injuriis esse*

esse dicuntur, ut facilitate par infimis videatur. *Id. III. Catil. 9. et II. offic. 3. et pro leg. Manil. 11.

2. *Jam* in responsionibus ad concessionem.

Esto, potuit esse innocens Falcula. Jam ergo aliquis Oppianicum gratis condemnavit. Cic. Cluent.

* 3. *Jam porro* transitioni servit.

Cic. Rosc. Amer. 40. *Videte jam porro cætera, judices, ut intelligatis, fingi maleficium nullum posse, quo ille se non contaminarit.* Id. V. Verr. 50. *Jam id porro utrum libentes, an inviti dabant?*

* *Jam* ratiocinantis.

Cic. Cluent. 16. *His Fabriciis semper usus est Oppianicus familiarissime. Jam hoc fere scitis omnes, quantam vim habeat ad conjungendas amicitias studiorum ac naturæ similitudo.* Cic. Orat. 27. *Diserti deformitate agendi multi infantes putati sunt; ut jam non sine causa Demosthenes tribuerit et primas et secundas et tertias partes.*

CAPUT XCVIII.

De adverbio IBI (et IBIDEM.)

I. IBI significat *in eo loco* daselbst, et sæpe solum ponitur.

* 2 *Ibi ubi; ibi-unde.*

Cic. III. ep. 6. *Ibi non fuisti, ubi me quamprimum videre posses.* Id. XI. Att. 2. Id. XII. Att. 39. Terent. Heaut. I, 1. Quintil. III, 9. *Non ars ulla consummatur ibi, unde ordiendum est.* Senec. ep. 75. Liv. I, 24. *Ibi imperium fore, unde victoria fuerit.*

* 3. *Ibi) (extra.*

Plin. H. N. II, 96. *In Crustumino natum fœnum ibi noxium, extra salubre est.*

* 4. *Ibi* pro *in eo*, vel *in ea re.*

Cic. Rosc. Am. 29. *Si quid est, quod Erucius ad testes reservet, ibi nos quoque, ut in ipsa causa, paratiores reperiet, quam putabat.* Id. Offic. III, 9. Livius XL, 46.

* 5. *Ibi esse* pro *id agere*, rarissimum est.

Terent. Heaut. II, 2. Clit. *Irrides in re tanta, neque me quicquam consilio adjuvas?* Sy. *Imo et ibi nunc sum, et usque dudum id egi, dum loquitur pater.* et alibi.

* 6. *Ibi*, de tempore, pro *tum.*

** Terent. Eunuch. II, 2. *Ubi miser ille videt me esse in tantum honorem: ibi homo cœpit me obsecrare, ut sibi liceret discedere id de me.* Linac. libr. II. p. 133. Vid. Livius III, 71. et XXV, 10.

(7. *Ibi tum* per pleonasmum.)

Interdum etiam conjunguntur per pleonasmum *ibi tum*, pro *tum.* Terent. Andr. I, 1, 79. *ibi tum filius meus una aderat frequens.* Sic etiam Cicero non uno loco.

(8. *Ibi*, de hominibus, pro, apud eos.)

Ibi etiam de personis dicitur, pro *apud eos*, ut *unde* pro *a quo*, *ubi* pro *apud quem.* Livius I, 24. *Ibi imperium fore, unde victoria fuerit.*

(II. *Ibidem.*)

1. *Ibidem* dicitur iisdem modis, quibus *ibi*, pro, *in eodem loco, in eadem re, apud eosdem homines.* Cic. Cæcin. 23. *Læsit in eo Cæcinnam, sublevavit ibidem* etc.

2. *Jungitur etiam genitivo*, cum pleonasmo. Plaut. Cist. II, 1. *Ibidem loci res erit.*

CAPUT

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0322
DFG

CAPUT XCIX.

De conjunctione IDCIRCO.

Idcirco - quod; idcirco - quia.

IDCIRCO idem est, quod *ideo*; sæpe conjungitur cum *quod*, interdum cum *quia*, ac tum præcedit, tum subsequitur. Cic. IX. ep. 2. *Qui leuissime suspicaretur, putaret, me idcirco discedere, quod quosdam homines oculi mei ferre non possunt.* (Id. IX. ep. 1. XI. ep. 9 et alia.) Cic. VIII. Att. 17. *Ego quod existimabam dispersos nos reipubl. utiles esse non posse, idcirco ad Domitium literas misi, ut ad vos veniret.* Cic. I. de invent. 3. *Idcirco, judices, quia veram causam habebam* cet. * Id. III. off. 7, et pro Milon. 31, et II. Divin. 10, et I. de fin. 11.

Cic. de Amic. 9. *Quia natura mutari non potest, idcirco veræ amicitiæ sempiternæ sunt.*

* Huc refer *idcirco, non quia - sed quoniam.* Columell. VII, 5. *Idcirco enumerabimus, non quia cunctis uti necesse sit, sed quoniam nonnullis regionibus quaedam reperiri nequeunt.*

* 2. *Idcirco - quo*, cum comparativo.

Cæsar B. G. V, 3, 6. *Sese idcirco a suis discedere noluisse, quo facilius civitatem in officio contineret.* (Comparativus nihil commune habet cum *quo*: intelligitur *eo.*)

3. *Idcirco - ut; idcirco - ne.*

Alias cum *ut* aut *ne*. Cic. VI. ep. Att. 1. *Qui me idcirco putant bene audire velle, ut ille male audiat*, sie meinen, ich bemühe mich um deswillen von den Leuten gelobet zu werden, damit jener gescholten werde. * Id. Rosc. Am. 47. et Rosc. Am. 49. et I. ep. ad Qu. fr. 2.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0323
DFG

Cic. libr. XIII. ep. 8. *Quos idcirco non commemoravi, ne.* Id. Rosc. Com. 7. Id. Planc. 34. Hirtius B. Afr. 9, 3.

* 4. *Idcirco* interrogantis.

Cic. Rabir. 8. *Idcircone oportuit Rabirium desciscere a republica?*

* 5. *Et idcirco.* †

Cic. I. invent. 8. *Id, quod factum est, aliud alii videtur esse, et idcirco alius alio nomine id appellat.* Uterque numerus omitti poterat: nec enim *idcirco* interrogat, aut *et* conjunctionem habet cum *idcirco*.

CAPUT C.

De pronomine IDEM.

Idem - ac; idem - atque; idem - et.

IDEM sæpe cum *ac, atque, et, ut* copulatur. Cic. pro Syll. 18. *Idem valere debet, ac si pater judicaret* ††. Terent. Heaut. II, 3. *Vita est eadem, et animus erga te idem, ac fuit.* Livius VIII, 32. Cic. pro Dom. 20. *Unum et idem videtur esse atque id, quod de me ipso nominatim tulisti.* Ter. Heaut. III, 1. Cæs. B. G. II, 6, 2.

Cic. III. off. 6. *Unum debet omnibus esse propositum, ut eadem sit utilitas unius cujusque et universorum.* Id. Rosc. Am. 29. et III. Catil. 12. et IX. ep. 6.

2. *Idem - ut; idem - ut si.*

* Cic. IV. Acad. 15. *Animi inaniter moventur eodem modo rebus his, quæ nullæ sunt, ut his, quæ sint.* Id. II. Tusc. 3. *Disputationem habitam non quasi*

† Non dicimus *et igitur, et itaque, et quare, et quapropter.* Cav *et ideo, et propterea etc.*

†† Plura exempla, in quibus *idem* cum *acsi* jungitur, vide in Livii XXXV, 42. Cæs. B. C. 1, 24.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0324
DFG

quasi narrantes exponimus, sed iisdem fere verbis, ut actum disputatumque est. Cic. I. off. 14. *Qui aliis nocent, ut in alios liberales sint, in eadem sunt injustitia, ut si in suam rem aliena convertant.* *Id. IV. fin. 14.

** 3. *Idem - que; idem et - et.*

Cic. Cœl. 28. *Non idem judicum commissatorumque conspectus:* *Id. de prov. Cons. 13. Livius I, 58. Tibull. IV, 1, 136.

Cic. Verr. IV, 33. *Idem monumentum et domesticæ crudelitatis et nostræ mansuetudinis habebant.* Livius V, 26. Id. XLII, 41.

* 4. *Non idem - quam.*

Col. III, 2. extr. *Ubi nihil erit, quod proritet, ferocitatem potius sequemur, quae non eadem portione vincitur pretio, quam vincit abundantia.* Plinius XIII, 9. *Simulacra ex ea arbore factitavere, non eadem gratia, quam fideli materia.*

Admonitio.

Idem cum barbarum est. Ergo non dices *idem cum illo, idem tecum, idem cum Francisco;* sed *idem atque ille, idem ac tu, idem et Franciscus.* * Sed si Taciti nos non exemplum moverit XV. Ann. 2, 1. *Hunc ego eodem mecum patre genitum in possessionem Armeniæ deduxi.* At moveat Cic. Catilin. I, 8. *Responsum tulisti, me nullo modo posse iisdem parietibus tuto esse tecum.* Livius XXX, 12. *In eadem mecum Africa geniti.* (Ubi v. Drakenb. et Perizon. ad Sanct. Min. IV, 6. p. 683.)

5. *Idem - qui.* * *Idem - quicunque.*

Idem persæpe assumit *qui, quae, quod.* Cic. Verr. I. *Verres idem est, qui fuit semper.* Id. I. ep. 9. *Non offendes eundem bonorum sensum, quem*

reliquisti. Id. VI. ep. 14. *Eadem causa opes meas fregit, quae tuam salutem in id discrimen adduxit.* Id. II. divin. 41. *Quid enim sors est? idem propemodum, quod micare.* Id. I. Att. 13. *Apud bonos iidem sumus, quos reliquisti.*

Cæsar B. C. III, 14, 3. *Labienus jurat, se eundem casum subiturum, quemcunque Pompejo Fortuna tribuisset.*

* 6. *Idem qui-praeterquam quod.*

Si quid excipiendum est ex similitudine summa, tum additur *praeterquam quod.* Livius XXXI, 9. *Vovit in eadem verba consul, quibus antea quinquennalia vota suscipi solita erant. praeterquam quod tanta pecunia, quantam Senatus censuisset, ludos donaque facturum vovit.*

* 7. *Damocritus qui-idem.*

Sæpe nomen quoddam, cum *qui* junctum excipitur a pronomine *idem.* Liv. XXXI, 40. *Aetolos Damocritus praetor, qui morae ad decernendum bellum ad Naupactum autor fuerat, idem proximo concilio ad arma conciverat.* Cic. pro Muren. 18. *Luculli exercitus, qui ad triumphum convenerat, idem comes L. Murenae praesto fuit.* Id. Muren. 41, et de senect. 15. Cic. ep. Quint. fr. I, 1. Columell. VIII, 11. f. f. et de Arbor. 18. extr. Cic. Cluent. 40.

Huc pertinet usus ille *nos qui-iidem.* (Nempe simpliciter dicendum erat: *qui* excipit *idem.*) Cic. Manil. 18. *Nos quoque, qui non modo Italiam tutum habebamus, sed omnes socios in ultimis oris autoritate nostri imperii salvos praestare poteramus -: iidem oris Italiae maritimis ac portubus nostris carebamus,* wir, die wir sonst: wir (sage ich) konnten uns nun nicht einmal der Seeküsten und der Häfen Italiens bedienen.

* 11. *Asia*

* 11. *Asia referta et eadem.* (s. potius: *idemque et idem* inter duo nomina, pro *atque etiam* vel *sed etiam.*)

Sæpe nomini adjectivum comitem habenti adjungitur *idem* cum *et*, *que*. Cic. Muren. 9. *Asiam istam refertam et eandem delicatam* (h. e. non modo refertam sed etiam delicatam) *sic obiit, ut in ea neque avaritiae neque luxuriae vestigium reliquerit.* Id. X. Phil. 8. *Igitur illi certissimi iidemque accerrimi Caesaris actorum patroni pro Bruti salute bellum gerunt.* Cic. IX. ep. 17, 5. *Ego vir fortis idemque philosophus vivere pulcerrimum duxi.* Id. II. finib. 3. *Cum ageremus vitae beatum et eundem supremum diem, scribebamus haec.*

* Huc pertinent illa: Cic. II. finib. 20. *Thorius Balbus utebatur eo cibo, qui et suavissimus, et idem facillimus ad concoquendum.*

* Eodem spectant ista. Cic. XIII. Philipp. 14. *Eorum princeps M. Cato, idemque omnium gentium virtute princeps.*

* 12. *Idem - quasi; idem - quam si.*

Cic. de Amic. 4. *Sensu amisso, sit idem, quasi natus non esset omnino.* Id. VI. Att. ult. *Eadem omnia, quasi collocuti essemus, vidimus.* Id. II. de leg. 21. *Eodem loco res est, quasi ea pecunia legata non esset.*

** S. D. P. Cic. II. Agr. *Hic, qui vetat intercedere, potestatem, etiamsi intercessum sit, tamen eandem constituit, quam si lata esset lex.* †

* 13. *Idem* repetitur, vario sensu.

Cic. IX. ep. 2. *Caninius idem tuus, et idem noster perveſperi ad me venit.* h. e. et meus et tuus, non modo tuus sed etiam noster. Id. II. Philipp. 16. Cic. Or. 7. Cic. II. divin. 36. et off. II, 15. extr. Liv.

† Hoc exemplum dubium esse puto.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0327
DFG

Liv. XXXI, 11. Quintil. IX, 4. *Nec idem signorum concentus est, procedente ad praelium exercitu, idem receptui carmen par, simile.* Ovid. XII. Metam. 614.

* 14. *Qui idem*, pro *qui etiam.*

Cic. I. offic. 7. *Justitiae conjuncta est beneficentia, quam eandem vel benignitatem vel liberalitatem appellari licet.* Id. de amic. 18. *Est viri boni, quem eundem sapientem licet dicere, haec tenere in amicitia.* Id. de amic. 21. et offic. II, 10.

* 15. *Alter idem*, das andere ich.

Cic. de amic. 21. *Est amicus tanquam alter idem*, ein guter Freund ist gleichsam das andere Ich.

* 16. *Idem* differt a nomine *par* vel *similis.*

Cic. I. Orat. 16. *Est finitimus oratori poëta, multis ornandi generibus socius ac pene par, in hoc quidem certe prope idem, nullis ut terminis circumscribat jus suum.* Cic. V. fin. 9. *Necesse est, omnium rerum, quae natura vigeant, similem esse finem, non eundem.* Id. V. fin. 41. *Ita similis erit finis boni, atque antea fuerat, nec idem tamen.* Id. in Brut. 94. *Ad causas simillimas inter se, vel potius easdem novi veniebamus.* Senec. ep. 120.

* 17. *Idem*)(*praecipuus*; *idem*)(*proximus.* (pro *par.*)

Idem et *praecipuus* opponuntur. Cic. VI. ep. Att. 2. *Syngrapha ista habet juris idem quod caeterae: nihil praecipui.* Plinius XIII, 4. *Adelphides proximam suavitatem habent, non tamen eandem.*

* 18. *Idem* et *alius*, vel *contrarius*, vel *diversus* opponuntur.

Varro L. L. IX. pag. 98. *In articulis quaedam eadem, quaedam alia.* Id. pag. 99. l. 41. Cic. Topic. 23. *Idemne, an aliud est?* Id. Cluent. 29. Tacit. Ann. II, 63, 6. Cic. in Cæcil. 14. *Saepe in iisdem,*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0328
DFG

iisdem, saepe in contrariis causis versati sumus. Tacitus II. Ann. 29, 1. *Abnuentibus cunctis, cum diversa praetenderent, eadem formidine.*

* 8. *Idem* post *Ego.* (pro *etiam, atque.)*

Cum periodus vel membrum superius de prima persona egit; tum posterior, si eandem spectet personam, saepe connectitur per *idem.* Cic. IX. ep. 15. *Non ego aliter accepi. Intellexi tamen idem, quod his intelligo literis, non existimasse te, mihi licere, res has relinquere.* Cic. XII. ep. 15. *Cum a Rhodo navibus in Lyciam veniissemus, naves onerarias recepimus, dominisque restituimus. Iidemque, quod maxime verebamur, timere desiimus.* Cic. I. Quint. fr. 3. et Catil. III, 1. et IV. ep. 7. V. ep. 21. Nepos Themist. 9. Saepe tamen additur particula *ego.* Cicero pro Archia 7. L. XIII. ep. 28, 10.

* 9. *Idem* post *tu.* (eodem sensu.)

Similiter pronomini *tu* vel expresso vel intellecto subjicitur *idem*, vel in commate, vel in periodo proxima. Cic. III. Att. 12. *Tu quidem sedulo argumentaris, quid sit sperandum, et maxime per Senatum; idemque caput rogationis proponis.* Id. II. Philipp. 36. *Tu, tu illas faces incendisti, quibus incensa Bellieni domus deflagravit. Idem tamen, quasi fuligine absterssa, reliquis diebus in Capitolio praeclara Senatus consulta fecisti.* Id. post red. in sen. 7.

* 10. *Idem* post *ille* vel *hic.*

Cic. VIII. Att. 3. *Ille in adoptando Clodio augur; ille restituendi mei quam retinendi studiosior; ille absentis in omnibus adjutor. Idem etiam tertio consulatu contendit, ut absentis ratio haberetur.* Cic. pro Milon. 14. *Haec (sica) intentata nobis est; haec insidiata*

fidiata Pompejo est; haec istam Appiam viam eruentavit: haec eadem longo intervallo conversa rursus est in me. Id. de Amic. 27. *In hac (amicitia Scipionis) de R. P. fuit consensus, in hac rerum privatarum consilium; in eadem requies plena oblectationis fuit.*

** 19. *Idem* pro *etiam*, auch, zugleich auch.

Valla II. Eleg. 5. Linac. libr. 2. pag. 101. Quint. V, 11. *M. Catonis judicio, qui nullam adulteram non eandem esse veneficam dicit.* * Cic. Orat. III. 15. et 44. Brut. 84, et 85. (vid. n. 8. sqq.

* 20. *Idem* sæpe verti debet einerley, gleich.

Cic. Top. 23. *Ex quovis horum id idemne an aliud sit, inveniri potest*, ob es einerley, oder was anders sey. Cic. I. off. 10. *Ea cum tempore commutantur, commutatur officium, ut non semper sit idem*, daß es nicht allemal einerley ist. Id. I. off. 17. et Rosc. Am. 40. et Muren. 19. et III. Att. 5.

* 21. *Eodem tempore* pro *simul.*

Cic. XI. epist. 6. *Quod mihi tuam dignitatem commendas, eodem tempore existimo te mihi meam dignitatem commendare.*

* 22. *Hic idem; is idem, idem ille.*

Cic. I. ep. 9, 58. *Sic velim statuas, haec eadem sensurum fuisse, si mihi libera omnia fuissent*, Id. IV. ep. 7. Vellejus II, 31, 3. Cic. IV. Att. 2.. *Iidem illi, quos ne tu quidem ignoras, qui mihi pennas inciderant, nolunt easdem renasci.* Cic. II. off. 15. extr. Arbit. Sat. 31. Exempla ubivis obvia.

(23. *Idem* neutr. cum genitivo.)

Idem etiam genitivo jungitur. Tacit. A. XIII, 13. *ceteri idem aetatis nobiles.* Cic. Att. VI, 2. *idem juris etc.*

(24. cum

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0330
DFG

(24. cum dativo per græciſmum.)

Idem adſciſcit etiam dativum more Græco. Horat. A. P. 467. *idem facit occidenti.* idem quod occidens, ac ſi occideret. Salluſt. Catil. 20. *quia vobis eadem mihi bona malaque intellexi:* pro, eadem, quæ mihi. ubi v. ortius et quos ibi laudat. Uſus eſt etiam Cicero IX. ep. 6. *quod non idem illis cenſuiſſemus.*

CAPUT CI.

De adverbio IDENTIDEM.

IDENTIDEM eſt *ſaepius, per intervalla,* aut *frequenter.* Cic. III. Nat. D. 9. *Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri poſſe conſtantius?* Id. Dom. 55. *Omnium ſermone celebratum, quemadmodum iſte praepoſteris verbis, omnibus obſcenis, identidem ſeipſe revocando, dubitans, timens, haeſitans pronunciarit omnia et fecerit.* Id. XIII. Att. 26. *Revolvor identidem in Tuſculanum,* einmal nach dem andern mal. Id. I. finib. 23. *Hoc identidem dicitis, non intelligere nos voluptatem, quam dicatis.*

CAPUT CII.

De conjunctione IDEO.

1. *Ideo quod; ideo-quia.*

IDEO eandem vim, quam *idcirco*, et eosdem uſus habet. Cic. III. Agr. 2. *Neque vero nunc ideo diſputabo, quod hunc ſtatum reip. non magnopere defendendum putem; ſed ut doceam, Rullum poſt hac in his ſaltem tacere rebus.* Id. I. Att. 13. *Ad te ideo antea rarius ſcripſi, quod non habebam idoneum, cui darem.* * Add. Cic. pro Roſc. Am. 30, et ep. 8.

Cic.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0331
DFG

Cic. I. off. 31. *Ex quo magis emergit, quale sit decorum illud; ideo quia nihil decet invita, ut ajunt, Minerva.* Id. II. Att. 1. *Mulieres ideo bene olere, quia nihil olebant, videbantur.* Livius XLV, 22. *Ideo felicia bella vestra esse, quia justa sint, prae vobis fertis.* Add. Colum. V, 6.

* 2. *Ideo - quoniam* rarius junguntur.

Celsus de R. M. praefat. *Naturalium actionum quaestionem ideo supervacaneam esse contendunt, quoniam incomprehensibilis natura sit.* Id. II. 19. Plinius XV, 29. Id. XX, 5 et 18. Senec. ep. 76.

* 3. *Ideo - non quod - sed quod.*

Cic. I. invent. 8. *Quo in genere necesse est ideo nominis esse controversiam, non quod de re ipsa non conveniat, sed quod id, quod factum sit, alius alii videatur esse.*

* 4. *Non ideo* post duos ablativos consequentiae. †

Tacitus XIV. Ann. 49, 5. *His atque talibus recitatis, et offensione manifesta, non ideo aut consules mutavere relationem, aut Thrasia decessit sententia.* Id. XV. Ann. 4, 1.

* 5. *Ideoque; ideo; neque ideo.*

Et igitur, et quare dicere non licet; *et ideo, ideoque* dicere licet. Nepos Alcibiad. 9. *Alcibiades videbat, id sine rege Persarum non posse fieri: ideoque eum amicum sibi cupiebat adjungi.* Celsus II. praef. et lib. II, 1. et II, 2. *Saepe horum aliquid evenit, neque ideo corporis ulla difficultas subsequitur.* VII, 26. de cur. calc. *Et ideo dixi, non curandum esse.* Plinius II, 8. *Inferior Jovis circulus, et ideo motu celeriori*

† Potest hoc *ideo* declarari per *tamen*, vel *ea re*. Etiam libr. XII. Ann. 39, 1. pro *tamen* Tacitus *ideo* posuisse videtur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0332
DFG

celeriori duodenis circumagitur annis. Senec. Quæst. natur. I, 2.

6. *Ideo - ut; ideo - ne.*

Cic. Verr. IV, 4. *Ideo Claudius pulcer retulit, ut C. Verres posset auferre.* * Id. de Invent. II, 23. Verr. I, 41. *An ideo aliquid contra mulieres fecit, ne totum edictum ad Chelidonis arbitrium scriptum videretur.* Livius IV, 6. Add. Pallad. VI, 2.

CAPUT CIII.

De conjunctione IGITUR.

IGITUR notæ est significationis. Sæpius a Cicerone uni aut duobus verbis subjicitur, quam capiti comprehensionum præponitur. *Non tamen dici potest *et igitur.* Cave ergo pro Germanico, und daher, ponas *et igitur.* Licet tamen dicere *et proinde, et idcirco.*

2. *Igitur* ingressum disputationis declarat.

** D. *Igitur* præter vulgarem usum interdum sermonis ingressum declarat, sicut Græcum ἄρα. Solent enim oratores, cum proposuerunt, mox subjungere: *Principio igitur* cet. Goclen. p. 149. observ. * Exempla habeto ista. Cic. III. off. 8. *Cum igitur aliqua species utilitatis objecta est, nos commoveri necesse est.* Id. IV. ep. 9, et XIII. ep. 28. Id. Rosc. Amer. 33, et Orat. III, 5. et Tusc. IV, 18.

* 3. *Igitur* in interrogationibus occupationum.

Cic. IV. Att. 2. *Dices, quid igitur causæ fuit?* cet. Id. VIII. Att. 22. *Totiesne igitur sententiam mutas? Ego tecum tanquam mecum loquor. Quis autem est, tanta quidem de re quin varie secum ipse disputet?* Id. Cœl. 17, et Philipp. 12. Id. IX. ep. 10, 4.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0333
DFG

* 4. *Igitur* post parenthesin.

** *Igitur*, pro *inquam*, post longiorem ἐπεμβολὴν ac suspensionem cœptæ narrationis. Bœcl. Ind. Nep. Vall. II. Eleg. 43. Cic. I. Tusc. 36. *Confirmato illo, de quo, si mortales animi sunt, dubitare non possumus, quin tantus interitus in morte sit, ut ne minima quidem suspicio sensus relinquatur: Hoc igitur probe stabilito et fixo, illud excutiendum est, ut sciatur* cet. * Cic. IV. fin. 20. *Postea tuus ille pœnulus (scis enim, Citiæos clientes tuos e Phœnicia profectos) homo igitur acutus causam non obtinens, repugnante natura, verba versare cœpit.* Id. IV. Tuscul. 15. et Nat. Deor. I, 17. et X. Att. 3. III. fin. 14, et IV. fin. 14, et II. fin. 22. Cic. I. epist. 9, 67, et Milon. 29 et 31.

* 5. *Igitur* pro *inquam*, complexione rerum enarratarum. Cic. IV. Catil. 11. *Pro imperio, pro exercitu, pro provincia, pro triumpho, pro clientelis hospitiisque provincialibus, quæ tamen urbanis opibus non minore labore tueor, quam comparo, pro his igitur omnibus rebus nihil aliud a vobis nisi Consulatus mei memoriam postulo.*

* 6. *Igitur* pro *tum*.

Plautus Amphitr. I, 54. *Sin aliter fient animati, neque dent quæ petant: sese igitur summa vi virisque eorum oppidum expugnascere.* Id. in Casin. II, 2, 39. *Mox magis, cum otium mihi et tibi erit, igitur tecum loquar.* Id. in Mostell. II, 1, 32. *Miserum est opus, igitur demum fodere puteum, ubi sitis fauces tenet.* Guil. Canter. Nov. Lect. IV, 26. Exempla suppeditabit etiam Sammonicus de re med.

CAPUT

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0334
DFG

CAPUT CIV.

De adverbio ILICET.

ILICET vocabulum usitatum in dimittendo.

Ilicet cum accusativo.

Plaut. Cistell. IV, 2, 17. *Ilicet me infelicem et sceleſtam*: quasi *ire licet* dictum esset.

CAPUT CV.

De pronomine ILLE.

* 1. *Ille* vim addit, seu demonstrat.

ILLE vim addit nominibus, quæ distincte appellare cupimus. (immo demonstrat distinguendo.) Cic. in Brut. 26. *Alii a C. Persio, literato homine, orationem scriptam esse ajebant, illo, quem significat valde doctum esse Lucilius.* Id. III. Orat. 50. *Antipater ille Sidonius, ille quem tu probe meministi.* Cic. Cluent. 9.

** 2. D. Ut *iste* ad contemtum, sic *ille* ad dignitatem valet, cum de celeberrimis viris loquimur. Cic. I. Tusc. 9. *Nasica ille prudens.* Linac. libr. III. p. 216. Valla II. Eleg. 4. Vict. Castig. in Cic. p. 58. Bœcl. Ind. Nep. Aliquando ad odium Cic. Flac. 25. *Cappadocem autem illum non modo recipiebat suis urbibus, verum etiam ultro vocabat.* Camerar. p. 89. ad 1. Tusc.

* *Ille* interdum in hoc usu scite iteratur. Cic. III. Orat. 50. *Quodsi Antipater ille Sidonius, ille quem tu probe, Catule, meministi; solitus est versus hexametros fundere ex tempore.*

Sæpe etiam accommodatur ad res laudabiles et illaudabiles atque insigniter malas. Cic. Orat. I, 22. *Longe Academiæ illi ac Lyceo tuum hoc suburbanum*

Gymnasium antepono. Id. IV. epist. Att. 1. *Nos adhuc splendorem illum nostrum forensem consecuti sumus.* Cic. Philipp. II, 35. *Si inter cœnam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset, quis non turpe diceret?* Cic. Pison. 33.

(*Ille* auget.)

Universe dici potest, *ille* habere vim quandam augendi, ut interdum explicari possit *magnus, illustris etc.* item speciali verbo, ut *verissimus, sapientissimus, doctissimus*, ut in hoc Virgiliano: *Sic Jupiter ille canebat*, possis interpretari, *falli nescius:* item denique ut sit pro *adeo, tantopere*, velut in hoc Ciceronis Catil. IV, 2. *neque ego sum ille ferreus.*

*3. *Ille* additur particulæ *quidem*, elegantissime.

Ille adjicitur particulæ *quidem* sine ulla pene, ut videri possit, necessitate, sed propter vim, quam postulat quidem, necessarium tamen est. † Cic. de amic. 18. *Tristitia et in omni re severitas, habet illa quidem gravitatem, sed amicitia remissior esse debet, et liberior.* Ib. 19. *Novitates non sunt illæ quidem repudiandæ; vetustas tamen suo loco conservanda est.* Id. III. off. 33. *Si Epicurum audiam de continentia et temperantia, dicit ille quidem multa multis locis, sed aqua hæret, ut ajunt.* Id. de senect. 18. V. ep. 15. XII. ep. 9 et 10 et 29. XIII. ep. 17 et 70. IV. Att. 3. X. Att. 4, et ad Brut. 15, et II. Cat. 5.

* 4. *Ille*

† ** *Ille* eleganter abundat junctum particulæ *quidem* Cic. offic. I, 29. *Ludo autem et joco uti illis quidem licet, sed sicut somno.* Camer. p. 89. ad 1. Tuscul. Non infrequens hoc Ciceroni est. Camerario vero adeo frequens, ut si nomen ejus sublatum sit e scriptis, vel hoc indicio autorem divinare possis. * Camerario, qui latinitatis gnarus erat in primis, *ille* prætermitti non posse videbatur iis in locis, ubi necessarium esset.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0336
DFG

* 4. *Ille* cum *ipse* et *idem*.

** *Ille* eleganter abundat junctum particulis *ipse* et *idem*. Corn. Nepos Dion. 9. *Namque illi ipsi custodes servare eum potuissent*, cet. (*Add. in Alcib. 11. et Cic. off. II, 16. et II. ep. 9.)

Corn. Nepos de Regib. 3. *Ab illo eodem vita privatus dicitur*. Et Milt. 6. *Idem ille populus*. Quo exemplo augeri potest index Bæclerianus. Quomodo alias abundet hoc pronomen, vid. apud Linac. libr. VI. pag. 472, et Popm. II. de usu antiq. loc. 10.

** 5. *Ille - hic*.

D. ** *Ille* et *hic* cum ad duo anteposita referuntur, *hic* ad propius, *ille* ad remotius pertinet. Lin. lib. 4. p. 218. Sylv. 1. progr. 86. Corn. Cels. I, 1. *Ignavia corpus hebetat, labor firmat: Illa* (ignavia) *maturam senectutem, hic* (labor) *longam adolescentiam reddit*. Sylvius hoc discrimen a Valerio Maximo ejus alioqui satis observante neglectum agnovit: Nos etiam a Seneca ep. 14. *Non potest alius esse ingenio, alius animo color. Si ille* (animus) *sanus est, si compositus, gravis, temperans, ingenium quoque siccum ac sobrium est; illo* (animo) *vitiato, hoc* (ingenium) *quoque afflatur*. Ubi *ille* propius, *hic* remotius respicit. Puto Senecam quia de ingenii corruptione ex instituto differebat, pronomen *hic* applicare ei, ut rei præsenti, atque adeo propiori, maluisse quam *ille*. (at vid. potius supra in *hic* extr.)

Cicero etiam alterum sine altero adhibuit XVI. ep. 1. *Nos ita te desideramus, ut amemus: amor, ut valentem videamus, hortatur; desiderium, ut quam primum. Illud igitur potius, cura potissimum ut valeas*. Observat Schorus p. 64. rat. disc. Virgilius

hoc in casu bis posuit *hic*, ut græci ὁ μὲν, ὁ δὲ. Eclog. 4. *Non me carminibus vincat nec Thracius Orpheus, nec Linus; huic* (pro *illi*, nempe Orpheo) *mater quamvis, atque huic* (Lino) *pater adsit, Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.* Bis, inquam, dixit *huic*, ut si usitato more bis dicas *alteri.*

* 6. *Ille - hic* in media oratione.

** At si *hic* et *ille* medio loco duabus sententiis interserantur; *hic* ad dicta spectat et præmittitur; *ille* ad dicenda et subjicitur. Sylv. I. progr. 87. Valer. Max. IX, 12. *Fortis hujus* (de quo dictum est) *mors; illorum* (de quibus jam sequetur) *perridicula.* Hujus generis et illa sunt, cum sententiam aliquam subjecturi, pronomine *illud* eam demonstramus. Corn. Nep. Thrasyb. 2. *Quo magis præceptum illud omnium in animis esse debet, nihil in bello oportere contemni.*

* 7. Nonnunquam utrumque et *ille* et *hic* sequentia spectat. Cic. Parad. 2. *Exilium est terribile illis, quibus quasi circumscriptus est habitandi locus; non his, qui omnem orbem terrarum unam urbem esse ducunt.* Id. III. off. 10. *Incidunt sæpe multæ causæ, quæ conturbant animos utilitatis specie, non cum hoc deliberetur, relinquendane sit honestas, sed illud, possit ne id, quod utile videatur, fieri non turpiter.*

* 8. *Illud* transitioni servit.

Cic. II. ep. 12. *Illud molestе fero, nihil me adhuc his de rebus habere tuarum literarum.* Id. III. off. 5. *Ubi sibi quisque malit, quod ad usum vitæ pertineat, quam alteri acquirere concessum est, non repugnante natura. Illud quidem natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates augeamus.* Id. III. off. 6. *Id si ita est, certe violare alterum naturæ lege prohibemur.*

bemur. *Nam illud quidem absurdum est, quod quidam dicunt, parenti se aut fratri nihil detracturos, sed aliam rationem esse civium reliquorum.* Id. I. off. 26.

* 9. *Illud horæ* pro *ea hora* non imitandum est.

Sueton. Neron. 26. *Nunquam postea se publico illud horæ sine tribunis commisit Nero.* Plaut. Milit. III, 1. *Illud ætatis qui sit.* (at si *id ætatis* et similia bene dicuntur quidni et hoc.)

* 10. *Ille* cum genitivis, ubi Germani der Leute ihres, des Catuli seiner cet.

Ille additur eleganter genitivis. Cic. III. Orat. 48. *Neque vero hæc tam acrem curam diligentiamque desiderant, quam est illa poëtarum, quos* cet. Id. in Cæcil. 11. *Cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii atque eloquentiæ multo molestissima.* Cic. IX. ep. 15, 4. Ellipsis hæc intellectu est proclivis.

Constructio pronominis *ILLE.*

* 11. *Ille* sæpe genere consentit cum eo substantivo, cui cohæret, non cum eo, quod respicit. Cic. V. ep. 16. *Nihil mali est in morte, in qua si resideat sensus, immortalitas illa potius, quam mors ducenda sit.* Id. IV. fin. 19. *Quia nulla sit in dolore fraus, non esse* dicunt *illud* (pro *illum*) *malum.* Id. Clu. 35. Sed Senec. tranq. anim. 9. *Non fuit elegantia illud, sed studiosa luxuria.*

12. ** *Ille* ἐμφατικῶς geminatur. Cic. I. ad Att. 16. *Nosti Calvum ex Nannejanis illum, illum laudatorem nostrum.* Vict. Castig. in Cic. p. 338.

13. ** *Ille* pro *talis.* Plaut. Trin. *Quid illum putas natura illa* (i. e. tali) *atque ingenio.*

* 14. *Ille - ille - ille - alius* et *illi hi - hi - hi* pro *alii - alii - alii - alii* - deterioris notæ sunt.

Omnes illi tendunt ad gaudium. - - Ille ex conviviis

luxuria: ille ex ambitione - -: ille ex amica: alius ex studiorum liberalium vana ostentatione. Senec. ep. 59.

Livius XXXVII, 54. *Alia aliis et honesta et probabilis est causa armorum. Ille agrum, hi vicos, hi oppida, hi portus oramque aliquam maris ut possideant.*

* 15. *Ille* ornatus duntaxat gratia adjicitur, non demonstrandi causa. Virgil. X. Aen. 707.

Ac velut ille canum morsu de montibus altis,
Actus aper cet.

Id. XI. Aen. 809.

Ac velut ille, prius quam tela inimica sequantur,
Continuo in montes se avius abdidit altos,
Occiso pastore, lupus.

Plura exempla congessit Guil. Canterus Nov. lection. III, 26. Cicer. de Offic. II, 20. duo egregia exempla itidem suppeditat.

CAPUT CVI.

De adverbio ILLICO.

ILLICO dictum quasi *illo loco*, id est, in eodem loco, usurpatur pro *statim*. Cic. II. Att. 8. *Emerseram commode ex Antio in Appiam ad tres tabernas, cum in me incurrit Roma veniens Curio meus: ibidem illico puer abs te cum epistolis.* Id. Mur. 10. *Simul atque increbuit suspicio tumultus, artes illico nostræ conticescunt.* Id. pro Quinct. 15. *Illicone ad prætorem ire convenit?* (Etiam *de loco*. Terent. Adelph. II, 1, 2. *otiose nunc illico hic consiste.* Ubi v. Donatus, qui et ex Ennio exemplum affert. Sed et archaismus.

CAPUT

CAPUT CVII.

De adverbio ILLO.

Illo dahin pro *illuc*.

Senec. ep. 120. *Ille unde nobis cadendum est, hora nos omnis impellit.* Senec. Qu. Nat. I, 11. *Cujus positiones huc aut illo versæ.* Id. IV, 2. *Aqua illo incumbit, quo vis caloris et terræ æstuantis arcessit.* Id. VII, 21. *Quo illum vena pabuli sui duxit, illo repit cometes.*

*CAPUT CVIII.

De adverbio IMMO.

* 1. IMMO fere præmittitur reliquis verbis ejusdem comprehensionis: raro interponitur. Tacit. XII. Ann. 6, 3. *Statueretur immo exemplum, quo uxorem Imperator acciperet.*

*2. *Immo* pro *quin potius*, vel *potius* in responsionibus, s. ἀνθυποφορᾷ, cum correctione.

Cic. III. off. 19. *Non igitur faciat hic (dixerit quis) quod utile sit, quodque expediat? immo intelligat, nihil nec expedire, nec utile esse, quod sit injustum.* Id. X. Att. 14. *Sine dubio erravisse nos confitendum est. At semel? at una in re? immo omnia quo diligentius cogitata, eo facta sunt imprudentius.* Ter. Eunuch. III, 1. Colum. III, 3.

*3. *Immo vero* pro *quin potius* ja vielmehr. Gall. *au contraire.*

Cic. III. off. 4. *Vicit igitur utilitas honestatem? immo vero honestas utilitatem secuta est.* Id. III. off. 23. *Si tyrannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater, silebitne filius? immo vero obsecrabit patrem, ne id faciat.* Id. XVI. ep. Att. 15. Id. ep. ad Brut. 14. I. ep. Qu. fr. 3.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0341
DFG

* 4. *Imo vero* pro *certe*, ja allerdings.

Cic. III. off. 12. *Non quicquid tibi audire utile est, id mihi dicere necesse est. Immo vero inquiet ille, necesse est, siquidem meministi, esse inter homines natura conjunctam societatem*, ja es muß allerdings seyn, wenn du dich anders erinnerst ꝛc. Id. III. off. 23. *Non igitur patria præstat omnibus officiis. Immo vero. Sed ipsi patriæ conducit, pios habere cives in parentes*, ja allerdings, aber es ist dem Vaterland selbst nützlich, daß es solche Bürger habe, die ihre Eltern in Ehren halten. Id. Somn. Scip. 3. *Quæsivi, viveretne pater Paulus, et alii, quos nos extinctos arbitraremur. Immo vero, inquit, hi vivunt.* Id. XII. Att. 42. *Ferendus tibi in hoc meus error, ferendus? immo vero etiam adjuvandus.* Id. Rosc. Am. 18, et Partit. Orat 3. (Omnia hæc exempla ad significationem superiorem n. 3. referri possunt, etiam ex Somn. Sc. 3. quod maxime favere sententiæ propositæ videtur. Nam *immo vero* non refertur ad *viveretne pater:* quod si esset, necessaria significaret *certe:* sed ad *quos nos extinctos arbitraremur.)*

* 5. *Imo enim vero.*

Terent. Phorm. III, 2. *Siccine hunc decipis? Da. imo enim vero Antipho hic me decipit.*

De particula *IMPRIMIS*, vide infra *IN PRIMIS*, sub *in* §. 27.

CAPUT CIX.

De præpositione IN.

* IN construitur vel cum Accusativo, vel cum Ablativo. Utrobive suas habet proprias significationes.

In

In eum quarto casu, significat * I. motum ad locum. Cæsar B. G. IV, 11, 2. *Legati petebant, uti Cæsar sibi potestatem faceret, in Ubios legatos mittendi.* Id. I. B. G. 54, 2. Cic. VII. ep. 10. Nepos Alcibiad. 4.

(Significat tamen etiam *in loco.*)

Cic. L. Manil. 12. *In potestatem prædonum fuisse.* Arch. 5. *Lituram in nomen A. Licinii videtis.* v. plura exempla in Ernesti Clave Ciceron. Ad quos genus tamen non pertinent formulæ in quibus et motus in locum et in loco intelligi potest, ut *cadere in terram*, et *in terra*, *volvi in terram* et *terra.*

2. *In manus sumere.*

Cic. Verr. IV, 27. *Iste unumquodque vas in manus sumere.* Id. pro Planc. 12. *Procul apparet, non excutitur, non in manus sumitur.* * Add. I I. Orat. 4.

* 3. Motum quasi ad insequens tempus.

Præpositio *in* præter vulgatos usus alios quosdam magis reconditos habet. Cic. III. off. 14. *Pythius ad cœnam hominem in hortos invitavit in posterum diem*, auf den andern nächstfolgenden Tag. Id. XIV. Philipp. 1. *In hodiernum diem vestitus mutetur?* auf heute, auf den heutigen Tage. Id. II. Agr. 2. *Auctio constituta in mensem Januarium.* Id. Sext. 8. *Habebit Senatus in hunc annum, quem sequatur.* Id. VI. Verr. 51. *Syracusis lex est de religione, quæ in annos singulos Jovis sacerdotem sortito capi jubeat*, alle Jahre durchs Looß ein Priester erwehlet werden soll. Id. II. Divin. 6. *Solis defectiones itemque Lunæ prædicuntur in multos annos.* Ita *in paucos dies*, *in multos menses*, auf wenig Tage, auf viele Monate.

4. *In*

4. *In dies; In singulos dies.*

In dies et *in singulos dies* significationem eandem habent. Hoc differunt, quod alterum imminutum est, alterum plenum. Cic. Topic. 16. *Vitium in dies crescit*, das Laster nimmt täglich, von Tage zu Tage, mehr überhand. *Id. de senect. 14. Trebon. XII. ep. Cic. 16. Cic. II. ep. 18.

Cic. I. Catil. 3. *Crescit in dies singulos hostium numerus.* Id. VI. ep. 4. *Illa in dies singulos magis magisque opinio hominum confirmatur.* Id. II. Att. 22. *Nunc ita nos gerimus, ut in dies singulos et studia in nos hominum et opes nostræ augeantur.*

* Ex allatis exemplis satis apparet, Latinos his verbis *in dies*, et *in singulos dies* libenter addere comparativos. Vid. Livius I, 2. Sallust. Catil. 1.

* 5. *In horas* †. *In singulas horas.*

** Sic *in horas* von Stunden zu Stunden. Horat. in arte 160. *Mutatur in horas.* Idem utrumque conjunxit, et quidem (quod observes) numero singulari. II. Sat. 6, 47. *Subjectior in idem et horam invidia.* Nam alioqui aliud multo est *in diem* quam *in dies*, ut probe explicat Valla III. Eleg. 68. et Linac. lib. 1. p. 81. patebitque e sequentibus. Sallust. *Panem in diem mercari*, nur von einem Tage zum andern. Apud. Ovid. II. Metam. 48. *Phaëthon currus paternos in diem petit*, nur auf einen Tag. Plinius lib. XXI, 1. *Flores in diem gignit natura*, daß sie nur einen Tag währen. †† Aliter Nepos usurpat. Cic. IX. Att. *Cum fundum emisset in diem,* auf

† Cic. XIV. Att. 23. *Consilia temporum sunt, quæ in horas commutari vides.* Hirtius Bell. Afric. I, 5. 2. *Hoc eo consilio fecit Cæsar, ut omnes in dies horasque parati essent.*

†† Potest tamen etiam breve tempus intelligi. Nam diutius flores, quam unum diem florent.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0344
DFG

auf einen gewissen Termin zu bezahlen. Quid Ter. sit *in diem* Eunuch. V, 7, et Phorm. V, 2. in commentariis ad eum legatur.

*Livius II, 12. *Proinde in hoc discrimen accingere, ut in singulas horas capite dimices duo.*

*6. *In diem vivere.*

Cic. II. Orat. 40. *Si barbarorum est in diem vivere; nostra consilia sempiternum tempus spectare debent*, in Tag hinein leben, nur für den gegenwärtigen Tag sorgen, ohne auf das Künftige zu sehen. Id. II. Philip. 34. *Jam minime miror, te cum perditissimis latronibus non solum de die, sed etiam in diem vivere.*

*7. *In dies - donec.*

Tacitus Ann. II, 13, 3. *Unus hostium conjuges, et agros, et stipendii in dies, donec bellaretur, sestertios centenos, pollicetur.*

*8. *In tempus*, auf einige Zeit.

Tacitus IV. Ann. 66. *Senatus operiendum Imperatorem censuit, quod unum urgentium malorum suffugium in tempus erat.*

9. *In futurum; in posterum; in reliquum tempus; in reliquum*; ins künftige.

Livius XXXIII, 27. *Id ægre et in præsentia hi passi, et in futurum etiam metum ceperunt.* Id. XXX, 17. Columell. III, 10. Tacit. Annal. IV, 37, 3. et histor. I, 72, 4.

Cic. pro Cluent. 44. *Videte, ne Censoribus in posterum potestatem regiam permittatis*, ins künftige, mit der Zeit. Id. Nat. D. II. 61. *Defectiones Solis et Lunæ cognitæ prædictæque sunt in omne posterum tempus.* Id. epist. Brut. 15, et Catil. IV, 5. †

Cæsar

† *Inposterum* sæpe etiam idem est, quod *in proximum diem.* Vid. Cic. X. ep. 12, et Cæs. VII. B. G. 11, 6. Nam vel *dies* vel *tempus* subintelligitur. Hinc significationis varietas existit.

Cæsar B. G. I, 20, 6. *Cæsar Dumnorigem monet, ut in reliquum tempus omnes suspiciones vitet.* Id. B. G. III, 16, 4.

Livius XXXVI, 10. *Appius Lariſſam ad confirmandos in reliquum ſociorum animos deſcendit.* Id. XXVI, 32. Senec. ep. 99. extr.

* 10. *In æternum; in omne tempus; in perpetuum int. tempus*, auf ewig.

Livius VI, 21. *Hoſtes novi, præter Volſcos, velut ſorte quadam prope in æternum exercendo Romano militi datos, Lanuvini etiam ſubito exorti.* Id. XXXIV, 6. Cic. V. ep. 15. *Id verbum in omne tempus perdidi.* Ovid. de Pont. IV. ep. 5, 40. Cic. Act. I. in Verr. 30. *Quod eum tibi Quæſtoris in locum conſtitueras: iccirco tibi amicum in perpetuum fore putaſti.* Id. XII. Att. 16, et XIII. ep. 4. X. ep. 24.

* 11. *In præſens; in præſens tempus*, vor jetzo, vor dieſes mahl.

Cic. ad. Brut. 15. *Dixi ſententias in Lepidum ſeveras: ut in præſens ſceleratos cives timore impugnanda patria deterrerem.* Livius XXX, 17. *Lælius omnia expoſuit ordine patribus, ingenti omnium et in præſens lætitia, et in futurum ſpe.* Cic. I. Catil 9. *Tempeſtas invidiæ nobis ſi minus in præſens tempus, at in poſteritatem impendet.*

* 12. *In ſerum* pro *in noctem usque*, bis an den ſpäten Abend.

Sueton. Aug. 16. *Navali prælio apud Actium vicit, in ſerum dimicatione protracta.* Id. Oth. 11. *In ſerum usque patente cubiculo, ſi quis adire vellet, poteſtatem ſui præbuit.*

* 13. *In præteritum*, in den vergangenen Zeiten.

Quintil. VII, 4. *Quanto magis mores in præteritum laudaverit orator, tanto facilius probabit, morbo eſſe mutatos.*

* 14. *In*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0346
DFG

* 14. *In* pro *usque ad*, de tempore, bis an, bis gegen.

Columell. II, 10. *Lini semen seritur a calendis octobris in ortum aquilae, qui est VII. Idus Decembris.* Et mox: *Sesama, quae carent humore, ab aequinoctio autumnali serenda sunt in Idus Octobris.* Cic. II. ep. 3. *Omnem hanc disputationem in adventum tuum differo.* Columell. III, 14.

* 15. *In* cum nomine *partis*, auf.

Cic. I. off. 23. *Ingenii magni est, praecipere cogitatione futura, et aliquanto ante constituere, quid accidere possit in utramque partem.* Id. II. off. 6. *Magna vis est in fortuna in utramque partem, vel ad secundas res, vel adversas.* Id. II. off. 10. Id. III. off. 23. Id. II. off. 13. *Facillime et in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros et sapientes viros contulerunt.* Id. XIII. ep. 1. *Quod tua nullam in partem interesse intelliges, id mihi des.* Id. XI. Att. 6. *Brunduſii jacere in omnes partes est molestum.* Id. III. Att. 21. *Te oro, ut, si quid erit, quod perspicias quamcunque in partem, quam plenissime ad me scribas.* Vatin. ap. Cic. V. ep. 10. extr.

* 16. *In vulgus* pro *vulgo*, *apud vulgus*, allen Leuten, den meiſten Leuten.

Cic. Parad. I, 1. *Cato ea sentit, quae non sane probantur in vulgus.* Id. II. Att. 22. *Id egregie non modo iis, qui utuntur opera, sed etiam in vulgus gratum esse sentimus.* Id. IX. Att. 4. *Alter religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus.* Livius IX, 33. Tacitus II. Ann. 59, 2.

* 17. *In* uſum declarat zu.

Cic. IV. Verr. 55. *Haec denarium XXXIX. millia palam salvis legibus contulerunt in statuam.* Id. IV. Verr. 59. *Ut pecuniam conferrent in eas statuas, quae*

quae Romae ponerentur, imperasti. Id. Flacc. 14. *Negas fratrem meum pecuniam ullam in remiges imperasse.* Liv. I, 53. XXXVIII, 14. Vellej. II, 13, 1, et II, 41, 5.

* 18. *In rem esse* nützlich seyn.

Ter. Hecyr. II, 2. *Quodsi tu idem faceres, magis in rem et nostram et vestram id esset.* Id. Hecyr. III, 3. Livius XXII, 3.

* 19. *In* eventum declarat, zu.

** D. *In* pro *ad* Plin. XVI, 1. *Multis fortuna parcit in pœnam.* Linac. lib. V. *Cic. de fat. *Haec commutari ex veris in falsa non possunt.* Livius III, 36, et XXXVIII, 43. Plin. XXXIII, 7. *Exusti tunduntur in farinam.* Id. XVII. ult. Tacit. Ann. IV, 45.

* 20. *In* finem notat, zu, daß zu dem Ende das geschehe.

Cic. de Prov. Consul. 3. *Is imperator in pœnam exercitus expetitus esse videtur.* Vellej. II. 41. *Uxorem in Sullae dimisit gratiam.* Id. II. 41. *Caesar apud piratas ita se gessit, ut nunquam aut nocte aut die excalcearetur aut discingeretur, in hoc scilicet, ne suspectus foret.* Id. II, 114, 2. Tacit. Ann. XIV, 8. et Ann. IV, 11.

* 21. *In* pro *quod attinet ad.* (Immo pro *de* et in bonam partem.)

Cic. offic. I, 9. *Itaque videndum est, ut non satis sit id quod apud Platonem est in philosophos dictum: quod in veri investigatione versentur, quodque ea quae plerique vehementer expetunt, contemnant, propterea justos esse.* (cf. in ablativo n. 24.)

22. *In* distributioni serviens, auf jeden.

In saepe distributioni servit. Livius XXXIV, 50. *Polybius scribit, centum talentis eam rem Achaeis stetisse, quum*

quum quingenos denarios pretium in capita, quod redderetur dominis, statuissent, da sie zur Ranzion auf ieden Kopf 62. und einen halben Thaler geseßet haben. Id. IX, 43. *Trium mensium frumento imperato, et annuo stipendio ac singulis in militem tunicis, ad Senatum pacis oratores missi.* Cic. Verr. II, 53. *Timarchides describebat censores binos in singulas civitates*, auf iede Stadt zwey. Id. Balb. 21. *Qua lege Saturninus C. Mario tulerat, ut in singulas colonias ternos cives Romanos facere posset.*

Huc revocanda sunt illa, quæ ad pretium pertinent. Cic. in Cæcil. 10. *Queritur Sicilia tota, Verrem ab aratoribus pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exegisse.* Idem Font. 5. *Titurius quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegit*, von iedem Eymer Wein 12 Groschen gefordert. Id. III. ep. Quint. fr. 1. *Is ternis nummis in pedem tecum transegisse dicebat.* * Cæsar I. B. C. 52, 2.

* Sic Plancus ap. Cic. X. ep. 24. *Facere non possum, quin in singulas res meritaque tua tibi gratias agam.*

23. *In modum.* †

In modum elegantes ac varios usus habet. Plaut. Trin. III, 3. *Is homo exornetur in peregrinum modum*, auf fremde Art und Weise. Cic. II. Verr. 5. *Cives Romani servilem in modum cruciati sunt*, als Sclaven. Id. Prov. Cons. 3. *Milites populi Romani miserandum in modum necati sunt*, jämmerlich, erbärm-

† *Jacens asinus in mortuum*, id est pro mortuo. Apulej. IV. Metamorph. p. 122, als wäre er todt. *In lemures reformati.* Id. IV. Metam. p. 131. Ex hoc usu natum videtur gallicum *en prince, en philosophe.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0349
DFG

erbärmlich). Id. Verr. V, 28. *In piratarum locum cives Romani hostilem in modum cruciati et necati sunt.* Livius V, 15. *Senior quidam Vejens vaticinantis in modum cecinit, priusquam ex lacu Albano aqua emissa foret, nunquam potiturum Vejis Romanum.* Cic. I. Att. 2. *Amicus noster mirandum in modum est animo abalienato.* Id. XV. ep. 9. *Mirum in modum gaudeo.* Item *mirabilem in modum.* XV. Att. 13. wunderbar. *Cic. XI. ep. 22. Id. V. Att. 16.

* 24. *In* sæpe modum quendam significat, cum aliis quoque nominibus junctum. Cæsar B. C. II, 38. n. 3. *Quintilius obsecrare milites cœpit, ne pro iis pugnarent, a quibus in contumeliam perfugæ appellarentur.* Tacitus XIV. Ann. 39, 4. *Bene credi tibi scio. Itaque in antecessum dabo.* Senec. epist. 118. zum voraus. *Quoties aliquid inveni, non expecto donec dicas: in commune.* Senec. ep. 119. halb part. * Potest autem hoc exemplum etiam ad n. 23. referri, prius ad n. 3.

** *In* quoque significat ad *similitudinem* vel *in formam.* Virgil. III. Aen. 533. *Portus ab Eoo fluctu curvatur in arcum.* Linac. d. Colv. ad Apul. p. 36.

*β *In universum* pro *generaliter* vel *generatim*)(*per partes.*

Livius IX, 26. *Non nominatim qui Capuæ, sed in universum, qui usquam coissent conjurassentve adversus rempubl. quæri senatus jussit.* Columell. III, 12. *Nobis in universum præcipere optimum visum est, ut in locis frigidis meridiano vineta subjiciantur, tepidis orienti advertantur.* Id. IV, 24. *Hæc in universum, illa per partes custodienda sunt.* Id. V, 8. Tac. Germ. 5. n. 1. Ibid. 6. n. 6.

* β. In

* γ. *In commune* opponitur *singulis*, vel *dispersis*, et est magis posterioris ævi.

Tacitus hist. I, 25, 3. *Erant, quos memoria Neronis ac desiderium prioris licentiæ accenderet. In commune omnes metu mutandæ militiæ exterrebantur*, alle zusammen. Id. hist. I, 36, 5. *Quos adhuc singulos exstimulaverat, accendendos in commune ratus est Otho.* Id. hist. I, 85, 2. Id. hist. II, 54, 3.

* δ. *In totum* pro *universe.*

Columell. II, 1. *Quod ipse quoque confiterer, si in totum nullæ fruges provenirent.* Id. II, 12. *Atque in totum hiberna sarritio plurimum juvat divbus serenis.* Id. II, 13 et 18. VII, 5. XII. præf. extr.

* ε. *In* cum aliis adjectivis.

Celsus II, 2. *Aliter se corpus habet, atque consuevit, neque in pejus tantum, sed etiam in melius.* Sallust. Jugurth. 73. *Marii virtutem in majus celebrare*, i. e. *celebrando augere.* *Plinius VII, 30. *Plus est ingenii Romani terminos in tantum promovisse, quam imperii.* Id. VIII, 16. *Male credi Hannoni libertas videbatur, cui in tantum cessisset etiam feritas.* Add. XVI, 42. Vellejus I, 9, 3. *Vir in tantum laudandus, in quantum intelligi virtus potest.* Id. II, 30, et 33. Senec. ep. 95. Seneca quæst. nat. VI, 29. *Lenissima fere ingenia in tantum venere formidinis, ut sibi exciderent*, sind so erschrocken. Sed potest hoc exemplum etiam n. 23. annumerari. * Plinius XVI, 40. *In plenum dici potest, utique quæ odore præcellant, ea æternitate præstare*, id est, *in totum, omnino.* Add. XXIII, 1. *Plinius XVI, 42. *Abies, larix in transversum positæ.* Senec. epist. 95. *In supervacuum præcepta jactavimus*, id est, *frustra.*

ε. *In hanc, in eam, in eandem sententiam.*

Cic. II. Divin. 10. *Hoc idem significat Græcus ille (scriptus) in hanc sententiam versus.* * Id. II. ep. 4. Cic. II. Att. 22. *Hæc et in eam sententiam cum multa dixisset, ajebat illum ad extremum manus dedisse*, als er dieſes und vieles andere mehr auf dieſen Schlag geſagt hatte. Id. XII. Att. 22.

* ζ. *In hæc verba, in eadem verba* cet.

Cic. Quint. 20. *Judicium quin acciperet in ea ipsa verba, quæ Nævius edebat, non recusavit Alphenus.* Livius XXXVIII, 38. *Fœdus in hæc verba fere cum Antiocho conscriptum est.* Id. XXXI, 9. Petron. Sat. 117.

* η. *In hanc formulam.*

Cic. Rosc. Am. 5. *Perinde acsi in hanc formulam omnia judicia legitima conclusa et comprehensa sint.*

* θ. Tacitus ſæpe dicit *in hanc formam* cet. XV. Ann. 24. *Legati Parthorum mandata regis Vologesis literasque in eandem formam attulere.* Id. XVI, 1. *Specu magna vis auri continetur, non in formam pecuniæ sed rudi et antiquo pondere.* Sueton. Calig. 19. * Huc pertinent illa Tacit. V. hist. 23, 7. *Palustrem humilemque insulam in faciem stagni implevit.* Apul. III. Metam. extr. *In asini faciem fœna rodebam.* Sueton. Claud. 20. *Congestis pilis superposuit altissimam turrim in exemplum Alexandrini Phari.*

* *In has leges, in easdem leges.*

Livius XXIII, 34. *In has ferme leges inter Pœnum ducem legatosque Macedonum ictum fœdus.* Id. XLII, 62. *Fœdus in easdem leges renovarent.*

β. *In speciem*, dem Schein nach, zum Schein.

In speciem. Cic. Verr. V, 33. *Præclara classis in speciem, sed inops et infirma*, dem äußerlichen Anſehen

hen nach. Livius XXX, 16. Carthaginenſes *mittunt legatos Romam, ducentes paucos in ſpeciem captivos*, zum Schein der Freygebigkeit. Id. IV, 42. *Non precibus tribunorum, quæ in ſpeciem modo jactantur, ſed auxilio confidit reus.* Id. XXXVIII, 21. *Aculeus ſagittæ introrſus tenui vulnere in ſpeciem urit.* Id. III, 9. *Dilata in ſpeciem actione, re ipſa ſublata.*

* *In ſpeciem* pro *in modum*, wie.

Columell. IX, 19. *Totum examen in ſpeciem unius uvæ dependet.* Scribon. Compoſ. 190. *Bupreſtis facit tumorem, ſtomachique infinitum dolorem, et inflat totum corpus in ſpeciem hydropici*, als eines Waſſerſüchtigen.

γ. *In orbem*, pro *per vices.*

Livius V, 19. *Senæ horae in orbem operi attributae ſunt*, ieder Parthey der Minirer hat man die Reihe herum ſechs Stunden zu arbeiten gegeben. Id. I, 17. *Decem imperitabant, unus cum inſignibus imperii et lictoribus erat, quinque dierum ſpatio finiebatur imperium ac per omnes in orbem ibat*, das Regiment gieng die Reihe herum. * Id. III, 36.

*Proprie magis poſitum videtur a Livio IV, 39. *Equites cum ſaepe conati nequiſſent perrumpere ad ſuos, tumulo quodam occupato, in orbem ſe tutabantur, nequaquam inulti*, auf allen Seiten, ringsumher. Plinius XVII, 19. extr.

* 25. *In vicem* pro *viciſſim*, vel *alternis vicibus*, hinwiederum, wechſels weiſe.

Livius I, 22. *Forte evenit, ut agreſtes Romani ex Albano agro, Albani ex Romano praedas in vicem agerent.* Id. II, 46. extr. *Hae ſpes Etruſcos armaverant; multis in vicem caſibus victos victoresque.* Id. II, 57. *Timor atque ira in vicem ſententias variaverant.*

verant. Id. XXIX, 1. Id. XXXIV, 33. Id. XLII, 54. Col. IV, 26.

* *In vicem* pro *loco*, an ſtatt.

Celſus IV, 6. *Hic vinum ſorbere morbus ipſe non patitur: in vicem ejus cremor ptiſanae ſumendus eſt.* Plinius XXXIII, 8. *Ex ſecundario minio invenit vita et hydrargyrum in vicem argenti vivi.* Capitolinus in Vero p. 56. *Cui quidem* (equo) *paſſas uvas et nucleos in vicem hordei in praeſepe ponebat.*

* *In vicem* pro *inter ſe*, gegen einander, unter einander, ſequiorum temporum eſt. Boëthius Conſolat. III. proſ. 12. *Visne rationes ipſas in vicem collidamus.*

* 26. *In vicem modo-modo*, wechſels weiſe bald-bald.

Celſus VII, 7. de ungu. ocul. *In vicem modo remittere, modo retrahere oportet.* Id. III, 2. *Bibenda aqua, poſtera die etiam vinum, deinde in vicem alternis diebus, modo aqua modo vinum, donec omnis cauſa metus finiatur.* Id. III, 21. *In vicem biduo triduove modo aqua, modo id bibatur.* Id. III, 22. *In vicem modo his cibis, modo illis utendum eſt.* Add. id. IV, 24.

** 27. *In* pro *erga.*

P. Linac. libr. V. Cic. ad Brut. *In duces vehemens, in milites liberalis.* * Exempla infinita ſuppeditat uſus.

D. P. ** 28. *In* pro *contra.*

Linac. Cic. III. Att. *In aliquem peccare.* * Exempla innumerabilia facile reperias.

** 29. *In* pro *loco.*

Nonnunquam *in* idem eſt atque *loco* vel *vice.* Curt. V, 1. *In praeſidem eſſe juſſit.* Linac. lib. V. p. 296. (ſed hodie legitur *Agathone praeſidere juſſo.*)

* 30. *In*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0354
DFG

* 30. *In* pro *ſuper.*

Varro R. R. II, 10. Cic. I. Orat. 53. *Galba propinqui ſui pupillum filium ipſe pene in humeros ſuos extulit.* hoc referam potius ad eam rationem de qua diximus n. 1.)

IN cum Ablativo.

* 1. Significat *in loco:* ita dicimus *in Hiſpania, in Gallia, in Italia, in foro*, cet. Sed hoc de aurea ætate accipiendum. Nam vetuſtiſſimis et poſterioribus temporibus promiſcue uſurpabantur. vid. infr. obſerv. ult.

* 2. *In principio*, pro *ſupra*, oben.

Cic. offic. I, 10. *Referri enim debet ad ea, quæ poſui in principio, fundamenta juſtitiæ.*

3. *In manu tenere.*

Cic. Cæl. 26. *Cum Licinius pyxidem teneret in manu.* Id. I. Tuſc. 29. *Cum pene in manu mortiferum illud poculum teneret Socrates, loeutus ita eſt, ut in cælum videretur adſcendere.* *Id. XII. Philip. 4. Livius XL, 37.

4. *In manibus eſſe.*

In manibus eſſe per translationem multa ſignificat. Cic. Att. VI, 3. *Res eſt in manibus*, id eſt, *jam agitur.* Liv. IV, 57. *Hæc contencio minime idoneo tempore, cum tantum belli in manibus eſſet, occupaverat cogitationes hominum*, als ein groſſer Krieg vorhanden, im Werke, war. Cic. IV. Att. 12. *De libris oratoriis factum eſt a me diligenter, diu multumque in manibus fuerunt*, id eſt, *expoliti ſunt.* Id. de amic. 25. *Sed audiviſtis et eſt in manibus oratio*, id eſt, *vulgo habetur*, iedermann hat die Rede, iſt iedermann bekannt. Id. Act. I. in Verr. 6. *Libelli*

nominum vestrorum in manibus erant omnium, waren iedermann bekannt, giengen allenthalben unter den Leuten herum. Liv. V, 2. *Victoria est in manibus*, der Sieg ist in der Hand, man ist des Siegs gewiß.

5. *In manibus habere*, in Händen haben.

Cic. Act. I. in Verr. 6. *Quam spem nunc habeat in manibus, et quid moliatur, breviter jam exponam*, worauf er sich Hoffnung mache, was vor eine gewisse Hoffnung er in seiner Hand habe. Id. IV. Att. 13. *Mihi utendum quibusdam rebus ex iis libris, quos in manibus habeo.* Id. XIII. ep. 45. *Omisi ea quæ in manibus habebam: quod jusseras* cet. Id V. Tusc. 7. *Philosophi quamcunque rem habent in manibus, in eam quæ conveniunt, congerunt omnia.*

* *In* pro *super*, über, auf.

Cæsar II. B. G. 5. *In eo flumine pons erat, ibi præsidium ponit Cæsar*, über dem Fluß war eine Brücke. Livius I, 33. *Janiculum ponte sublicio, tum primum in Tiberi facto, conjungi urbi placuit.*

* 6. *In eo est, ut*, pro *parum abest, quin*, es ist an dem, daß.

Nepos Milt. 7. *Cum jam in eo esset, ut oppido potiretur; lucus nescio quo casu incensus est.* Id. Pausan. 5. *Cum jam in eo esset, ut Pausanias comprehenderetur, e vultu cujusdam ephori insidias sibi fieri intellexit.* Livius II, 17, et XXVIII, 22.

* 7. *In* cum nomine vestimenti †, ein Kleid.

Sueton. Calig. 52. *Caligula modo in crepidis, vel cothurnis, modo in speculatoria caliga, nonnunquam socco muliebri conspectus est*, id est, *crepidatus vel cothurnatus* cet.

* 8. *In*

† Cicero hujusmodi temporibus *cum* dicere mavult. Exempla vide in *cum* et Cic. II. Philipp. 30.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0356
DFG

* 8. *In* de tempore, pro *circiter* vel *intra*, *per*.

Varro R. R. I, 34. *Faba optime seritur in vergiliarum occasu.*

Cic. Rosc. Am. 46. *Inde vix ter in anno audire nuncium possunt*, dreymahl des Jahrs. Varro II. R. R. 11. *Quidam oves hirtas in anno bis tondent.* Id. III. R. R. 10. *Singulæ anseres non plus quater in anno pariunt.* Id. III. R. R. 16. *Verno tempore et æstivo fere ter in mense mellarius inspicere debet apes.* Columell. II. 11. Id. XII, 30. Livius XXXIX, 13. Add. Cic. V. Tusc. 3. *Bis in die fatur fit.* Cato 104.

* 9. *In paucis diebus - quam.*

Sueton. Tiber. 60. *Tiberius in paucis diebus, quam Capreas attigit, piscatori, qui grandem mulum obtulerat, perfricari eodem pisce faciem jussit.*

* 10. *In tempore* pro *opportuno tempore*, eben zu rechter Zeit.

Cic. I. Catil. 6. *Nihil moliris, quod mihi latere valeat in tempore: neque tamen conari ac velle desistis?* Terent. Phorm. II, 4. *Sed eccum ipsum video in tempore huc se recipere.* Id. Heaut. II, 3. Tacitus XII. Ann. 50, 3.

* 11. *In vita*, pro *per omnem vitam*, lebenslang.

Cic. II. Verr. 2. *Semel ait Verres se in vita pertimuisse, tum cum primum reus a me factus sit.* Id. Cluent. 6. *Nihil in vita vidit calamitatis A. Cluentius.* Id. pro Muren. 6. Id. Sext. 21. Id. V. fin. 30. Id. X. Tusc. 20. (Hæc referri poterant ad n. 8.

* 12. *In* de tempore cum aliis nominibus, pro *interea dum*, vel *cum*.

Cæsar II. B. G. 21, 6. *Quæ quisque prima signa conspexit, ad hæc constitit, ne in quærendo suos pu-*

gnandi tempus dimitteret, id est, *interea dum quæreret*. Brutus ad Cic. ep. 16. *Cicero judicium suum magna firmitate direxit in exturbando Antonio*, id est, *cum exturbaret*.

* 13. *In* statum quendam significat. (nostri bey.)

Cæsar B. G. VI, 12, 9. *Hæc quoque per exploratores ante lucem in tanta propinquitate castrorum deferuntur*. Cic. II. ep. 16. *Nosti non modo stomachi mei, sed etiam oculorum in hominum insolentium indignitate fastidium*. Et paulo infra: *Hæc asperſi, ut scires, me tamen in stomacho solere ridere*, id est, *etiam cum stomachor*. Celsus IV, 5. *Eodem fere facienda sunt, quæ in faucibus exulceratis præcepta sunt*, Livius II, 46. Id. IV, 17. (add. n. 23.)

* 14. *In* cum *quoque*.

In cum statum quendam significat, interdum adsciscit *quoque*. Livius XXII, 10. *Agrestes in aliqua sua fortuna publica quoque contingebat cura*. (quasi *quoque* h. l. ullo modo ad *in* referretur.)

* 15. *In quo* servit progressui orationis.

Cic. II. ep. 9. *Repente incessi omnibus lætitiis. In quo cum objurgarer, quod nimio gaudio pene desiperem, ita me defendebam*. Id. I. offic. 11. *Mea quidem sententia, paci semper est consulendum. In quo si mihi obtemperatum esset, etsi non optimam, at aliquam rempubl. haberemus*. Et mox: *In quo tanopere apud nostros justitia culta est, ut* cet.

* 16. *In præsenti; in præsentia; inpræsentiarum*, anjetzo, bey ietziger Zeit.

Cic. II. ep. 10. *Hæc ad te in præsenti scripsi, ut sperares te assequi id, quod optasses*. Nepos Alcib. 4. *Inimici ejus quiescendum in præsenti, et illud tempus expectan-*

expectandum decreverunt, quo exisset. Id. Attic. 12. Cic. VII. Att. 14. *Spero in praesentia pacem nos habere.* Id. VIII. Att. 19. *Tu debes illud animadvertere, quot in praesentia cohortes contra te habeat Caesar.* Id. X. ep. 33. *Si qui laetantur in praesentia, tamen post modum necesse est doleant.* Livius II, 43. Id. VIII, 7. extr. Tacitus IV. Ann. 59, 4. *Inspectabantur Neronem proximum successioni, et plerumque, quid in praesentiarum conduceret, oblitum.* (In verbo *inpraesentiarum* nota raritatis et insolentiæ adponenda erat. v. Perizon. ad Sanctii Min. p. 171. et alios. Vossius non damnat eos, qui utuntur, ceterum ipse mavult *in praesenti* et *in praesentia* dicere.)

* 17. *In* modum signat. Quo pertinent formulæ illæ:

* *In summa,* überhaupt.

Hirtius B. Alex. 71. *Pharnaces lentius agere, decedendi diem postulare longiorem, pactiones interponere; in summa, frustrari cœpit.* Celsus II, 20. *In summa omnis pinguis caro, omne jecur medii succi est,* Plinius VII, 34. Id. VII, 45.

* 18. *In integro,* es ist an der Sache noch nichts verdorben, man kan noch machen was man will.

Cic. V. ep. 20. *De centurionibus res est in integro.* Id. XI, Att. 15. *Suspicor rem in integro esse.* Id. XV. ep. 16, et III. Or. 4. Id. Verr. II, 40.

* Hujus generis sunt illa:

Livius III, 65. *Moderatio tuendae libertatis in difficili est.* Hirtius Bell. Alex. 16. *Victoribus omnia erant futura in incerto,* Liv. VII, 17. *Id vero patribus indignum videri, etiam dictaturam jam in promiscuo esse.* Tacit. II. Ann. 44. *Virtus ducum in aequo*

aequo. Id. II. hist. 45. *Spes et praemia in ambiguo; certa funera et luctus.* Celsus V, 27. *Eo morbo oppressis in angusto spes est*, id est, parva spes recuperandæ valetudinis. Plin. XVII, 22. *In confesso est.* Senec. ep. 94. *Quae incipiunt in expedito esse, quum dicta sunt.*

* 19. *In medio esse*, pro *adesse*, ist vorhanden.

Cic. Verr. II, 42. *Quid a nobis, judices, expectatis argumenta hujus criminis? nihil dicimus: tabulae sunt in medio, quae se corruptas atque interlitas esse clamant.*

* 20. *In medio est* pro *notum est*,

Cic. in Cæcil. 11. *Quae in medio posita sunt, commemoro.*

* 21. *In ordine* pro *ordine*, ordentlich.

Cato R. R. 46. *Eum locum bipalio vertito, delapidato, circumque sepito bene, et in ordine serito.*

* 22. *In expectatione, in timore esse* cet. (periphrasis verbi in passivo aut adjectivi etc.) (i. e. exspectari.

In cum variis nominibus jungunt latini cum quibus Germani suum in jungere non solent. Cic. II ep. 3. *Summa scito in expectatione te esse.* Id. II. ep. 10. *Aestas ea, quae sequitur, magno est in timore.* Cic. XIV. ep. 3. *In spe esse.* Cæsar B. G. II, 14. *Bellovaci omni tempore in fide atque amicitia civitatis Aeduae fuerunt.* (i. e. fideles et amici) Livius I, 59. *In eo tum magistratu forte Brutus erat*, Brutus hatte eben damals dieses Amt. Celsus V, 26. *Sponte vomere non alienum est, praecipue his, quibus in consuetudine fuit.* Plin. VIII, 16. *Quibus vivaria, armenta, piscinae, aviaria in cura erant.* Id. XI, 43. *Trans maria Bithynus caseus fere in gloria est.* Plin. XVII,

XVII, 21. *Quondam in observatione erat, ut defringerentur ex imputata buxo.* Id. XVIII, 6. *In invidia magna erat Furius.* Id. XIX 4. *Gari desideria etiam in exprobratione erant.* Plin. XXXV, 4. *Ea res in risu et contumelia erat.* man verlachte und spottete sie.

* 23. *In* cum nomine pro *etsi* cum verbo, subsequente *tamen.*

Cic. III. ep. 11. *Respublica etiam in summa bonorum civium copiam tueri tales viros deberet: nunc vero eo magis* cet. Et mox: *Mirificam cepi voluptatem ex hac tua diligentia, quod in summis tuis occupationibus, mihi tamen reip. statum per te notum esse voluisti.* Id. II. off. 2, et V. ep. 2, et de Provinc. Cons. 5. Livius I, 17, et 28. Id. V, 47. (hæc non differunt admodum a n. 3. Germ. bey.)

* Huc pertinent ea exempla, in quibus *in* prætermissum, tamen significationem particulæ *etsi* retinet. Cic. XII. ep. 13. *Delectum remigum, magna contumacia civitatum, tamen satis celeriter habuimus.*

24. *In* pro *quod attinet ad. (de)*

Cic. VI. Att. 1. *Praefecturam negotiatori denegatam queritur, quod ego Torquato nostro in T. Levino, Pompejo ipsi in Sexto Statio negavi.* Et paulo inferius: *Alter, uti dixit Isocrates in Ephoro et Theopompo, frenis eget, alter calcaribus.* Id. Cæl. 6. extr. Cæs. B. G. VII, 21. Cels. III, 6. (adde supra in accus. n. 21. item de abl. Cic. off. I, 39. Or. II, 61.)

* 25. *In* pro *ob.*

Cic. III. ep. 8, 23. *Ne in quo te objurgem, id ipsum videar imitari.* Potest. tamen etiam *in* verti *de.*

* 26. *In*

* 26. *In* pro *ante*, vor.

Curt. IX, 4. *In oculis duo majora omnium navigia submersa sunt.* Cic. Act. I. in Verr. 3, et Rosc. Am. 6. Liv. XXII, 12. Vellej. II, 84.

** 27. *In* pro *inter*.

D. P. *In* pro *inter*. Cic. XIII. ep. 78. *Peto ut eum complectare, diligas, in tuis habeas.*

* Huc pertinet *in primis* vel destitutum genitivo, vel cum eo junctum. Cic. Verr. II, 36. *Himera oppidum fuerat in primis Siciliae clarum et ornatum.* Ibid. 36. *Stenius multa, ut in primis Siculorum in dicendo copiosus est, commemoravit.* Livius XXII, 3. *Regio erat in primis Italiae fertilis.*

Sic dicimus item *in primis doctus, in primis honestus.*

* 28. *In* pro *apud*.

Quae erant in nobis superiora. Cic. IV. ep. 7. bey uns, auf unserer Seite.

* 29. *In* pro *adversus* vel *erga*. †

Cic. I. ep. 7. *Non ut antehac putabam, novitati esse invisum meae; in te enim homine omnium nobilissimo similia invidorum vitia perspexi*, id est, *adversus te hominem* cet. Id. III. ep. 8. *Dixi studia mihi eorum placere, quod in te bene merito grati essent.* Cæsar I. B. G. 47. *In eo peccandi Germanis causa non erat.* Nepos Phocion. 4. extr. et Att. 2. Plinius XXXV, 10. Add. id. XXXVI, 9. Ovid. IX. Metam. 273.

* 30. *In* pro *ad*.

Liv. XXXIX, 25. *Philippus quingentos principes juventutis in Macedoniam adduxit, et opera eorum in servilibus abutitur ministeriis.*

* 31. *In*

† Raro *in* pro *adversus* ablativum habet. Et potest hæc loquendi ratio explicari per eam, qua *in* significat *quod attinet ad*.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0362
DFG

*31. *In* abundare videtur.

Omnes quantum ad brevitatem aevi, si universo compares, et juvenes et senes in aequo sunus. Senec. epist. 49. extr. Cic. I. ep. 1. *In causa haec sunt.* Plin. XIX, 8. *Betas appositas non memini, degustare etiam religio est, ut validis potius in cibo sint.* Cic. XIII. ep. 57, 1. Plaut. Casin. Prol. 14. *Quam vos probastis, qui estis in senioribus*, id est, *seniores.* (hæc fere poterant referri ad n. 18. ubi quæ ponuntur formulæ, omnes possunt per adjectiva exprimi. Abundare in his formulis *in*, dici non potest.)

*32. *In* deest sæpe.

Livius XXVIII, 44. *Id, cum victor tota Italia volitaret Annibal, tu potuisti praestare.* Id. ibid. *Priore Punico bello, Africa ab nostris exercitibus et classibus est oppugnata.*

*33. *In)(ante.*

In sæpe oppositum est præpositioni *ante.* Plinius XI, 51. *Aliis in pugna vox, ut coturnicibus: aliis ante pugnam, ut perdicibus: aliis cum vicere, ut gallinaceis,*

*34. *In)(extra.*

Plin. XIX, 4. *Aliorum fructus in terra est, aliorum et extra, aliorum non nisi extra.*

** 35. D. *In* veteres promiscue, vel cum accusandi, vel cum auferendi casu jungebant. Dicebant igitur: *in mentem, in potestatem esse*, pro *in mente, in potestate.* Et viciissim *in Senatu venire* pro *in Senatum.* Linac. lib. 6. p. 531. Sylv. III. prog. 99. Colv. ad Apul. p. 58. *Schottus Nodorum Cicer. lib. I, 6. p. 284. (vid. notata ab init.)

(In

(*In* servit variis periphrasibus.)

In etiam servit variis elegantibus periphrasibus, cujusmodi sunt in exemplis n. 18, 31. quæ omnia uno titulo comprehendi poterant. Sed sunt etiam aliæ, ut ap. Cicer. de Fin. I, 20. *Potare in rosa*, i. e. coronatum serto e rosis. v. Drakenb. ad Sil. II, 232.

CAPUT CX.

De adverbio INDE et INDIDEM.

* *Inde* de loco.

INDE proprie ad locum pertinere videtur. Cic. XII. Att. 16. *Cum mane me in sylvam abstrusi densam, non exeo inde ante vesperam*, Id. I. ad Qu. fr. 2. Id. Milon. 20. Livius V, 43. Id. VIII, 6. Add. Livius XXII, 4.

2. *Inde-unde.*

Inde-unde et ad locum et ad alia per translationem accommodatur. Cic. XIII. Att. 38. *Nec inde venit, unde mallem*, Id. I. Invent. 20. *Brevis erit oratio, si unde necesse est, inde initium sumetur.* *Liv. III, 37.

* 3. *Inde-quo; inde-ubi.*

Cæsar B. C. III, 45, 6. *Si sine maximo detrimento legiones Caesaris sese recepissent inde, quo temere essent progressae.* Cic. Cæcin. 12. *Caecina nullo modo dejectus est inde, ubi non fuit.* Liv. VIII, 22. *Palaepolis fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis sita est.*

* 4. *Inde-hinc.*

Tacit. II. Ann. 80. *Hinc militum, inde locorum asperitas.* Quintil. V, 7. *Saepe inter se collidi solent, inde testatio, hinc testes, locus utrinque.*

* 5. *Inde*

*5. *Inde* repetitum.

Sueton. Tiber. 9. *Tiberius exhinc Rhæticum, Vindelicumque bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit.*

* 6. *Inde* tralate pro *ex eo, ex ea re.*

Cic. Rosc. Am. 27. *Ex avaritia erumpat audacia necesse est. Inde omnia scelera ac maleficia gignuntur.* Tacit. III. Ann. 55, 4. Quintil. V, 7. Cic. Manil. 2.

* 7. *Inde* de gradibus præstantiæ.

Plinius H. N. XIX, 5. *Palma Romæ Amiterninis datur, inde Nursinis, tertia nostratibus.*

8. *Inde* pro *deinde.*

Sæpe *inde* ponitur pro *deinde.* Liv. I, 3. *Agrippa inde Tiberini filius: post Agrippam Romulus Silvius a patre accepto imperio regnat.* Cic. Brut. 90. *Nulla causa erat, quæ non nostro digna patrocinio videretur. Deinceps inde multæ, quas non minus diligenter elaboratas afferebamus,* viele nachgehends eine nach der andern. Id. pro Mur. *Quid tum inde?* * Cæsar III. B. C. 9.

* 9. *Inde, cum.*

Sallust. Catil. 22. *Inde, cum post exercitationem omnes degustavissent,* hernach als alle ꝛc.

10. *Inde* ad tempus relatum.

Nec ad locum solum, sed etiam ad tempus refertur. Cic. de prov. Cons. 13. *Jam inde a principio hujus imperii,* vom Anfange dieser Oberherrschafft. Id. II. N. Deor. 48. *In quo admirandum est, congressune aliquo inter se, an jam inde ab ortu naturæ ipsæ congregatæ sint.* Id. pro Arch. 1. *Quoad longissime potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, inde usque repetens hunc video mihi princi-*

pem ad suscipiendam rationem horum studiorum. * Plaut. Capr. III, 4.

(II. *Inde* de personis, pro *a quo*, *ex quo*.)

Eleganter *inde*, ut cetera adverbia loci, *hinc*, *ibi*, *unde* etc. de personis dicitur, pro *a quo*, *ex quo*. Ter. Adelph. I, 1. *nati filii duo: inde ego hanc majorem adoptavi mihi:* atque similiter multis aliis locis.

II. *Indidem* pro *ex eodem loco.*

Indidem est *ex eodem loco.* Cic. Rosc. Am. 27. *Si Roscium per alios feciſſe dicis, quæro servosne, an liberos? quos homines? indidemne Ameria, an hosce ex urbe sicarios;* ebenfalls daher, nemlich aus Ameria, oder. Id. I. Divin. *Indidem eadem, quæ oriuntur de integro, atque eodem occidunt.* * Add. Livius XXVIII, 1.

* 2. *Indidem* pro *ex eadem re.*

Livius XXXIX, 8. *Falsi testes, falsa indicia ex eadem officina exibant. Venena indidem, inteſtinæque cædes.*

* 3. *Unde-indidem.*

Cic. III. Orat. 40. *Unde simile duci potest, indidem verbum unum, quod similitudinem continet, translatum lumen affert orationi.*

CAPUT CXI.

De adverbio INDIGNE.

INDIGNE schmählich, so daß man ein besseres Tractament verdienet hätte. Cic. Cluent. 14. *Acerbe indigneque moreretur.*

(Hoc capitulum vellem omissum esse, iis de causis, quæ in præfatione commemoratæ sunt. Itaque nec addere hic aliquid libuit, cum facile possemus.)

CAPUT

CAPUT CXII.

De adverbio (* et præpositi) INFRA.

INFRA contrarium habet *supra*. Cic. VI. Republ. 4. *Supra lunam sunt omnia æterna; infra autem nihil est, nisi mortale et caducum.* Id. IX. ep. 26. *Accubueram apud Volumnium: et quidem supra me Atticus, infra Verrius, familiares tui.* *Pallad. V, 8. Cic. VI. ep. 8. extr.

** *Infra* pro *inferius*, sine casu, adverbialiter. Plin. VIII. ep. 8. *In superiore parte navigare tantum, infra etiam natare concessum.* Cic. II. N. D. 54. *Stomachi autem partes, quæ sunt infra quam cibus devoratur.* Linac. libr. 2. p. 108.

* 2. *Infra qua; infra quam.*

Celsus III, 23. *Ferro caudente in occipitio quoque, et infra, qua summa vertebra cum capite committitur, adurere. qua* proprie hic non refertur ad *infra*, sed determinat locum accuratius.) Varro I. R. R. 41. *In qua arbore inserunt, in ea paulo infra, quam insitum est, incidunt, unde humor adventitius effluere possit.* Cic. Nat. D. II, 54. Plinius XVI, 30.

* 3. *Infra*, tralate, de gradu dignitatis.

Tacitus II. Ann. 43. *Vix Tiberio concedere Piso, liberos ejus, ut multum infra, despectare.*

* 4. *Infra*, de situ regionum.

Plinius H. N. VI, 27. *Infra est Susiana.* Cæsar B. G. IV, 36. extr. *Onerariæ naves duæ paulo infra delatæ sunt.*

(* II. *Infra* præpositio.)

Infra contrarium habet *supra*. Cic. VI. Verr. 23. *Verres Artagathum ad mare infra oppidum expectabat.* Id. Orat. 1. *In poëtis non Homero soli aut*

Pindaro locus est, sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos. † Id. Quint. 15. *Non modo ex numero vivorum exturbatur, sed, si fieri potest, etiam infra mortuos amandatur.*

* 2. *Infra* cum verbis motum significantibus.

Livius II, 7. *Delata confestim materia omnis infra Veliam.*

* 3. *Infra* tralate de rebus.

Plinius I. ep. 20. *Non minus non servat modum, qui infra rem, quam qui supra; qui astrictius, quam qui effusius dicit.* Plinius H. N. XVIII, 26. Id. XX, 1. Quintil. I, 7. *Id infra Grammatici officium est.* Vellej. II, 83, 1.

4. *Infra se judicare, ducere, arbitrari, * jacere, esse.*

Illa tralata. Cic. III. finib. 7. *Omnia, quæ homini accidant, infoa se judicat.* Id: III. fin. 8. *Vir excellens et infra se omnia humana ducens.* Id. III. Tusc. 7. *Humanas res infra se positas arbitrari.* *Tacit. Ann. XIV, 54. *Invidia, ut omnia mortalia, infra tuam magnitudinem jacet.* *Terent. Eun. III, 2. *Tace tu, quam ego esse infra infimos omnes puto homines.* Cæsar VI. B. G. 28. *Uri sunt magnitudine paulo infra elephantos.* Hirtius Bell. Alex. 13.

5. *Infra* pro *post*, de tempore.

Interdum pro *post* usurpatur. Cic. Brut. 10. *Homerus non infra superiorem Lycurgum fuit.*

* 6. *Infra* de situ terrarum.

Plinius H. N. VI, 20. *Infra deserta hæc Malteorum.* Ibid. 27. *Infra Eulæum Elymais est.*

CAPUT

† Hoc exemplum tralatum est, non proprium.

CAPUT CXIII.

De adverbio INIBI.

INIBI ex *in* et *ibi* factum, est *in eodem loco*. Cic. I. Agr. 7. *Luxuries Annibalem Capuæ corruptt. Superbia nata inibi esse ex Campanorum fastidio videtur.*

*CAPUT CXIV.

De INITIO.

*1. *Initio* pro *supra*.

INITIO sæpe non est *statim a principio* vel *inde a principio*. sed *paulo ante* vel *supra*. Cic. de Amic. 18. *Ita sit verum illud, quod initio dixi, amicitiam nisi inter bonos esse non posse.* Id. I. ep. 7. II. Tusc. 34.

*2. *Initio-dein. Initio-deinde.*

Plinius H. N. XXVII, 12. *Semen in ramulis nigrum initio, dein colore mutato rubescens.* Cic. XV. ep. 2. *Hæc cum essem cum rege locutus, initio ille orationis suæ vobis maximas, deinde etiam mihi, gratias egit.* Id. Clu. 25. *Stalenus initio permagnam pecuniam poposcit; deinde ad id pervenit, quod confici potuit.* Id. Rosc. Am. 40. Livius XXII, 43. Senec. quæst. nat. IV, 2.

*3. *Initio-post; initio-postea.*

Cic. X. Phil. 4. *Quo consilio redierim initio audistis, post estis experti.* Id. VII. ep. 5, et Muren. 13. Cic. VI. ep. 6. *Plurimi sunt testes, me et initio ne conjungeret se cum Cæsare, monuisse Pompejum, et postea, ne sejungeret.* Id. II. off. 4.

*4. *Initio-nuper.*

Cic. XIII. ep. 1. *Patro et initio Romæ me coluit inprimis, et nuper me habuit defensorum suorum principem.*

* 5. *Initio - mox.*

Sueton. Cæs. 22. *Initio Galliam Cisalpinam accepit Cæsar; mox per Senatum Comatam quoque.* Plin. H. N. XX, 7. Id. XXV, 9, et XXIX, 1.

* 6. *Initio - tum.*

Celsus IV, 8. *Initio sanguinem mittere optimum est; tum venter solvendus est.*

* 7. *Initio dein - mox.*

Plinius H. N. XXII, 22. *Origo prima causaque e limo, et acescente succo madentis terræ aut radicis fere glandiferæ: initioque spuma lentior, dein corpus membranæ simile, mox partus.*

* 8. *Initio - mox - novissime.*

Suet. Aug. 50. *Augustus in epistolis signandis initio sphinge usus est, mox imagine Magni Alexandri: novissime sua.*

* 9 *Initio - deinde - postea, tum, post, extremus.*

Cic. I. Orat. 31. *Etiam illa cognoram et acceperam, initio conciliandos eorum esse animos, qui audirent: deinde rem demonstrandam: postea controversiam constituendam: tum id quod nos intenderemus, confirmandum: post, quæ contra dicerentur, refellenda: extrema autem oratione, ea quæ pro nobis essent, amplificanda.*

* 10. *Initium - deinde - postea.*

Cic. II. Inv. 53. *Ejus initium est ab natura profectum; deinde quaedam in consuetudinem ex utilitatis ratione venerunt; postea res et ab natura profectas et ab consuetudine probatas legum metus et religio sanxit.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0370
DFG

*CAPUT CXV.

De verbo INQUAM.

* *Inquam* in Epizeuxi.

Cic. Mil. 31. *Vos enim Albani tumuli atque luci, vos inquam, imploro atque obtestor.* Id. I. Phil. 22. *Tu, tu, inquam, Antoni, princeps C. Caesari perturbare omnia cupienti causam belli dedisti.* Id. Flacc. 30. Id. III. Att. 15.

* 2. *Inquam* post parenthesin.

Cic. I. Att. 13. *Idem ego ille, (non enim mihi videor insolenter gloriari, cum de me apud te loquor) idem, inquam, ego recreavi afflictos animos bonorum.* Id. III. Orat. 31.

Huic usui similis est ille:

* 3. *Inquam* in repetendis verbis quibusdam.

Inquam saepe ponitur, cum repetuntur verba quædam jam antea posita. Cic. X. Attic. 6. *Magnum opus est; mirabilia multa; nihil simplex; nihil sincerum - - - magnum, inquam, opus est.* Id. Mil. 29. *Quid? si ipse Pompejus, qui ea virtute ac fortuna est, ut ea potuerit semper, quae nemo praeter illum; si is, inquam, potuisset ut quaestionem de morte Clodii ferre, sic ipsum ab inferis excitare, utrum putatis potius facturum fuisse?* Ibid. 31, et Marc. 2, et VII. Att. 2, et VI. Att. 2. Vellej. II, 66. Cic. Verr. IV, 74.

* 4. *Inquam* pro *id est.*

Inquam adhibetur ad ea declaranda, quæ obscuritatem aliquam habere videri poterant. Cic. II. Phil. 12. *Constitue hoc, Consul, aliquando, Brutorum, Cassii, Domitii, Trebonii, reliquorum, quam velis causam esse: edormi crapulam, inquam, et exhala.* Id. VIII. Att. 3. *Age jam has compedes, fa-*

ſces, inquam, hos laureatos, hæc ferre ex Italia quam moleſtum eſt. Id. III. ep. Qu. fr. 8. extr. Cic. Brut. 49.

*5. *Inquam* reſponſionibus additur.

Cic. V. Att. 2. *Itane, cum Hortenſius veniret infirmus, cum maxima praeterea multitudine, ille non venit? non, inquam.*

*6. *Animadverſio.*

1. *Inquit* et *inquam*, cum aliorum orationem referunt †, uni aut duobus aut pluribus verbis orationis poſtponuntur. Vid. Liv. XXII, 3.

(2. *Inquit* non modo de tertia perſona dicitur, ſed etiam de ſecunda, ut Græcorum Φησί. Cic. Fin. I, 2. *Synephebos ego, inquit, potius - - legam.* v. Gron. et Drakenb. ad Liv. XXXIV, 3. Sic uſus eſt alicubi etiam in Sermonibus Horatius.)

*CAPUT CXVI.

De adverbio INSUPER.

INSUPER proprie loci eſt. Livius XX, 2. *Cumulatis in aquas ſarcinis, inſuper incumbebant Galli.*

*2. *Inſuper* pro *praeterea*, vel *etiam*.

(Etiam per pleonaſmum, ut Gr. ἔτι.)

Livius XXII, 3. *Territis omnibus, qui circa erant, velut fœdo omne incipiendae rei, inſuper nunciatur* etc. Id. III, 38. *Deſtitutis inter patrum et plebis odia addit terrorem inſuper alium fortuna.* Id. III, 67. *Si id parum eſt, inſuper pœnas expetite.* Id. IV, 58, et XVII, 22.

CAPUT

† Alias etiam præponuntur. Vide Petron. cap. 69. extrem.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0372
DFG

CAPUT CXVII.

De præpositione INTER.

*INTER proprie de spatio dici videtur. Nep. Ages. 8. *Cum Agesilaus venisset in portum, qui Menelai vocatur, jacens inter Cyrenas et Aegyptum, in morbum implicatus decessit.* Livius II, 5, et IV, 18. V, 35.

* 2. *Inter* de tempore. (pro *per.*)

Cic. Man. 23. *Qui inter annos tot unus inventus sit, quem socii in urbes suas cum exercitu venisse gaudeant.* Id. Quint. 14. *Is inter tot annos ne appellavit quidem Quintium.* Liv. II, 5. Colum. V, 10. Vellejus I, 7. (v. Drak. ad Liv. I, 10. Huc pertinent ista: *inter moras.* Plin. ep. IX, 13. *Inter opus.* Tibull. II, 6. *Inter pœnam.* Suet. Tib. 60. *Inter cœnam*, Aug. 71. Nam in his omnibus est significatio temporis: dum opus fit, pœna sumitur etc.)

* 3. *Inter* cum participio passivo.

Recte conjungitur cum participio præteriti temporis. Livius I, 3. *Inter Lavinium et Albam longam coloniam deductam triginta ferme interfuere anni.* Sallust. Catil. 43. *Inter hæc parata atque decreta Cethegus semper querebatur de ignavia sociorum.*

* 4. *Inter* cum aliis nominibus.

Cic. Mil. 1. *Si præsidia illa opppsita Miloni putarem, cederem tempori, nec inter tantam vim armorum existimarem oratori locum esse.* Id. Mil. 4. *Silent leges inter arma, nec se expectari jubent.* Id. II. off. 11. Cic. V. Philipp. 6. Id. VII. ep. 23. Livius I, 59, et II, 5, et XXXVI, 10. Plinius XXXVI, 10. (In his quoque est significatio temporis. Itaque hæc debebant referri ad n. 2.).

* 5. *Inter hæc* pro *interea.*

Livius I, 29. *Inter hæc jam præmissi Albani erant equites, qui multitudinem traducerent Romam.* Id. II, 23. *Inter hæc major alius terror.* Id. III, 57. VII, 25. XLIV, 10. Id. XXXI, 19. Celsus III, 25.

*6 *Inter quæ*, pro *interea*, non est aurei sæculi.

Celsus IV, 2. *Inter quæ unctione et assueto cibo nihilominus uti licet.* Tacitus II. Ann. 34, 1. *Inter quæ Piso ambitum fori increpans, abire se et cedere urbe testabatur.* Id. II, 58, 1. *Inter quæ ab rege Parthorum legati venere.* Id. III, 33, 1. Id. I. hist. 78, 2. Sed eadem analogia dicitur, qua *inter hæc.*

* 7. *Inter* de personis pluribus.

Livius II, 46. *Inter primores genus Fabium insigne spectaculo exemploque civibus erat.* Id. IV, 18. *Inter hostes fuere variae sententiae.* Id. VI, 35. Id. II, 16 et 17. IV, 44.

8 *Inter* cum superlativis rarius.

Cic. Rosc. Amer. 6. *Propter quos ipse honestissimus inter suos numerabatur.*

* 9. *Inter nos, inter se*, pro *mutuo, invicem*, mit einander, unter einander.

Cic. I. Orat. 8. *Hoc uno praestamus vel maxime feris, quod colloquimur inter nos.* Id. VI. ep. 22. *Utinam liceat aliquando inter nos conferre sollicitudines nostras, quas pertulimus.* Ita crebro loquitur Cicero.

Cic. I. off. 9. *Philosophi ea, de quibus plerique inter se digladiari solent, contemnunt et pro nihilo ducunt.* Nepos Dion. 4. *Inter se timent.* Exempla crebra sunt ubivis.

* 10. *Inter initia* et *inter principia*, pro *ab initio*, gleich im Anfange.

Celsus III, 25. *Protinus inter initia sanguis mittendus*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0374
DFG

tendus est. Id. III, 22. *Quodsi verâ phthisis est, inter initia protinus occurrere necessarium est.* Id. IV, 12 et 24. Plin. XXI, 2.

Celsus III, 22. *Fere id inter principia corpus pati debet.* Id. VII, 27. *Cibus inter principia non nisi humidus dari debet.*

* 11. *Inter initia-tum.*

Inter initia sanguis mitti debet, tum dari cibus. Celsus III, 8. extr.

* 12. *Inter pauca,* pro *valde, inprimis, præcipue.*

Plinius H.N. XXXV, 11. *Pingunt et vestes in Aegypto inter pauca mirabili genere.* Id. XX, 17. *Anisum adversus scorpiones ex vino bibitur, Pythagorae inter pauca laudatum.* Id. XX, 22. et XXVII, 7.

* 13. *Inter* de numero rerum. (f. pro *cum.*)

Liv. II, 14. *Mos traditus ab antiquis, usque ad nostram aetatem inter caetera solennia manet.* Id. III, 10. *Inter alia prodigia et carne pluit.* Id. IV, 33. Id. XL, 42. (Plin. X. ep. 18. *Probum, integrum, industrium,* et *inter ista reverentissimum mei.*)

* 14. *Inter* cum *etiam* vel *quoque.*

Livius XLII, 49. *Persi regi famam Philippus pater inter multa prospere gesta, Romano etiam nobilitatus bello praebebat.* Id. VII, 25. Livius VII, 2. extr. *Inter aliarum parva principia rerum, ludorum quoque prima origo ponenda visa est.* Id. XL, 27. LX, 42. XXXVIII, 39.

* 15. *Inter - tamen.*

Cic. XVI. ep. 10. *Nolis inter has turbas Senatus tamen frequens flagitavit triumphum.* Celsus R.M. præfat. *Verisimile est, inter nonnulla auxilia adversæ valetudinis, plerumque tamen eam bonam contigisse*

ob

ob bonos mores. (In his *tamen* nullo modo pendet ab *inter*, sed ab substantivis, ut a *turbis*, *auxiliis adversæ valetudinis.*)

* 16. *Inter* nonnunquam interponitur duobus substantivis, quæ regit.

Livius XXII, 3. *Regio erat inprimis Italiæ fertilis, Etrusci campi, qui Fæsulas inter Arretiumque jacent.* Tacitus IV. Ann. 55, 6. IV. Ann. 59, 2. IV. Ann. 69. 2. II. hist. 78, 4.

* 17. *Inter* postponitur nomini, quod regit.

Tacitus VI. Ann. 41, 3. *Artabanum Scythas inter eductum.*

(18. *Inter* antique pro *de* etc.)

Cic. Rosc. Am. 5. *Judicium inter sicarios.* i. e. de sicariis, aut contra sicarios. Sæpe est apud veteres *reus inter sicarios*, h. e. ut sicarius etc.

(19. *Inter* duplicatum.)

Cic. Fat. 9. *Interest inter causas fortuito antegressas, et inter causas cohibentes intra se efficientiam naturalem.* Eaque ratione locis aliquot utitur Cicero, sæpe Poëtæ, ut inanis sit Bentleji dubitatio ad Hor. S. 1, 7.

(20. *Inter* pro *in.*)

Suet. Cæs. 39. *Ut plerique inter vices, aut inter vias, tabernaculis positis, manerent.* Aug. 71. *Inter cœnam*, quod tamen et esse potest, *dum cœnatur.* Galb. 5. *inter conventum* etc.

CAPUT CXVIII.

De adverbio INTERDUM.

* 1. *Interdum - interdum.*

Cic. XII. Att. 15. *Id faciens interdum mihi peccare videor; interdum peccaturus esse, nisi faciam.* Id. Orat.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0376
DFG

Orat. 59. *Interdum cursus est in oratione incitatior; interdum moderata ingressio.* Celsus I. Med. 1. Vellejus II, 110.

*2. *Interdum - alias.*

Cic. III. Orat. 54. *Geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias.* Suet. Cæs. 81.

* 3. *Interdum - nonnumquam.*

Cic. pro Sext. 54. *Comitiorum et concionum significationes interdum veræ sunt, nonnunquam vitiatæ atque corruptæ.* Columell. III, 10. Sueton. Aug. 24. Celsus IV, 4.

* 4. *Interdum)(frequentius*, vel *sæpius.*

Celsus libr. I, 1. *Sanus quiescere interdum, sed frequentius se exercere debet.* Id. VI, 2. *Squamulæ interdum madent, multo saepius siccae sunt.*

* 5. *Interdum, donec.*

Tacit. Ann. I, 5, 5. *Laeti interdum nuncii vulgabantur, donec praevisis, quae tempus monebat, simul excessisse Augustum, et rerum potiri Neronem fama eadem tulit.* (*Donec* in h. l. non refertur ad *interdum*, sed ad *laeti n. v.*)

* 6. *Interdum - interdum - interdum.*

Celsus IV, 2. *Destillat humor ex capite interdum in nares; interdum in fauces: interdum etiam in pulmonem.*

* 7. *Interdum - interdum - nonnunquam etiam* cet.

Celsus VI, 6. *Hanc inflammatio oculorum fere sequitur, interdum major, interdum levior, nonnunquam etiam ex aspritudine lippitudo fit.* Id. VII, 27. *Id interdum tertio mense, interdum non ante sextum, nonnunquam exacto quoque anno fit.*

* 8. *Inter-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0377
DFG

* 8. *Interdum - interdum - ſæpe - nonnunquam.*

Celſ. V, 27. *Sequitur, ut de his dicam; quae morſu fiunt, interdum hominis, interdum ſimiae, ſaepe canis, nonnunquam ferorum animalium.*

CAPUT CXIX.

De adverbio INTEREA et INTERIM.

INTERIM *et* INTEREA vim habent eandem, ſed *interim* fere abſolute ponitur. Cic. Ligar. 1. *Interim Varus Uticam venit.* Id. II. Orat. 86. *Simonides prodiit. Hoc interim ſpatio conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidit.*

2. Raro *dum* adſciſcit †. Cæſar V. B. G. 37, 2. *Interim, dum de conditionibus inter ſe agunt*, unterdeſſen da ſie. * Terent. Eunuch. V, 2. Livius XXVIII, 44. Id. XXXV, 24.

* 3. *Interim, cum*, vel *donec*, vel *poſtquam.*

Suet. Tiber. 73. *Interim, cum in actis Senatus legiſſet.* Tacitus XV, 11, 4. *Se fidem interim, donec vita ſuppeditet, retenturos.* Salluſt. Jugurth. 66. *Interim Jugurtha, poſtquam bellum incipit, cum magna cura parare omnia.*

* 4. *Interim - mox; interim - quandoque.*

Tacitus XIV, 41, 2. *Pari ignominia Valerius Pouticus afficitur, interim ſpecie legum, mox praevaricando ultionem eluſurus.* Id. I. Ann. 4, 5. *Serviendum eſſe fœminae dicebant, duobusque inſuper adoleſcentibus, qui remp. interim premant, quandoque diſtrahant.*

* 5. *Interim* poſt duos ablativos conſequentiæ.

Cæſar III. B. G. 3, 4. *Majori parti placuit, hoc reſervato ad extremum conſilio, interim rei eventum experiri*

† In ſcriptis quidem Ciceronis. Alibi non item.

experiri et castra defendere. Livius V, 19. Tacit. XII, 46, 3. Suet. Vespas. 7. princ.

** D. 6. *Interim* pro *interdum* Quintiliani seculo natum est. Erasm. I. de cop. 12. Goclen. p. 151. Observ. Buchn. ad Plin. n. 638. Quintil. XI, 3. *Interim concitatus, interim lenis est.* Contraria ratione *interdum* Apulejo pro *interim* ponitur. Colv. ad eum pag. 43. quod nollem imitari.

II. *Interea dum.* †

Interea sæpe quidem absolute ponitur, frequentius tamen, quam *interim* assumit *dum.* Cic. II. Philipp. 42. *Interea dum tu abes, qui dies ille collegae tui?* Id. I. Orat. 42. extr. *Interea dum haec, quae dispersa sunt, coguntur.* Cæsar III. B. C. 16. *Interea manerent induciae, dum ab illo rediri posset.* *Ter. Eun. V, 2.

2. Interdum *dum* antecedit. Cic. Quint. 6. *Haec dum Romae geruntur, Quintius interea de saltu vi detruditur.*

3. *Interea quoad.*

Nonnunquam pro *dum* reponitur *quoad.* †† Cæsar I. B. C. 10. *Mandatorum haec erat summa: Caesar in Galliam reverteretur, exercitus dimitteret. Interea, quoad fides esset data, Caesarem facturum, quae polliceretur.*

* 4. *Interea cum.*

Cic. Cluent. 62. *Interea Oppianicus, cum jam convalescceret, concidisse ex equo dicitur.*

CAPUT

† Est elliptica locutio. Subintelliguntur *tempora* Livius V, 54

†† Si scilicet sententia postulet particulam, quæ idem valeat, quod *donec* bis.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0379
DFG

CAPUT CXX.

De præpositione INTRA et adverbiis INTRA et INTUS.

INTRA contrarium habet *extra*, ac sæpe statum in loco declarat. Cic. de Univ. *Intra cœlum geniti dii.* Id. III. Att. 10. *Quod facile fuisset, nisi intra parietes meos de mea pernicie consilia inirentur.* Id. I. ad Brut. 18. *Quid dicam in tanto Senatus populique consensu, cum tantum resideat intra muros mali?* *Id. II. Catil. 1. (In his intra fere est *in* ut Suet. Galb. 8. *Cum intra aedem publicam sacrificaret.* Quin Calig. 27. *Pars intra porticum mediam.*

2. Alias motum ad locum. Cic. VIII. Att. 15. *Eos arbitrabamur capi, qui regionibus excluſi, intra praesidia atque intra arma aliena veniſſent.* Id. II. Orat. 34. *Artis est, nosse regiones, intra quas venire debeas, ut pervestiges, quod quaeras.* * Id. I. Att. ult. Cæsar B. G. II, 4, 2. Nepos Ages. 5.

3. *Admonitio.*

Quoties *intus* vel *intro* significandum est, si casus accedat, *intra* dici oportet, quia *intus* et *intro* cum adverbia sint, casum non admittunt. *Nam imitandum non est illud Scribonii Compos. 46. *Trajicere intus nares oportebit cochleae vivae carnem,* (cf. infr. n. II, 1.)

4. *Intra* pro *circa.*

Sæpe *intra* usurpatur pro *citra*, Cic. Sext. 27. *Majores nostri Antiochum intra montem Taurum regnare jusserunt*, nicht weiter als bis an den Berg. Id. V. Verr. 89. *Locus intra oceanum jam nullus est, quo non nostrorum hominum libido iniquitasque pervaserit.* Id. Man. 12. *Nullam intra oceanum praedonum*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0380
DFG

donum navem esse auditis. (v. Gell. XII, 13.) Livius V, 35.

5. *Intra* tralate, id est, *minus quam.*

Illa per translationem dicta. Cic. IX. ep. 26. *Epulamur una non modo non contra legem, sed etiam intra legem.* Id. IV. ep. 4. *Modice hoc faciam, aut etiam intra modum*, ich will es weniger thun, als es vergönnt ist. Livius I, 43. Tacitus Annal. III, 72, 3. Celsus III, 18.

6. *Intra* de tempore.

Interdum ad tempus accomodatur. Cic. Act. I, in Verr. 13. *Omnia commemorabuntur, quæ intra decem annos, posteaquam judicia ad Senatum translata sunt, in rebus judicandis nefarie flagitioseque facta sunt.* * Cæs. I. B. G. 36, 7. Liv. II, 8. IX, 33. XL, 49. (Cum de tempore dicitur *intra*, significat mox *per*, ut in exemplo laudato Ciceronis, mox *antequam illud tempus exisset*, ut in exemplis sub n. 7.)

* 7. *Intra* paucos dies *quam.*

Liv. XXXVI, 10. princ. *Intra decimum diem quam Pheras venerat, Cranonem cepit.* Id. XLIII, 9. *Consul milites duarum legionum intra dies sexaginta, quam in provinciam venit, dimisit.* Colum. XII, 23. Suet. Cæs. 35. Seneca de Consol. I, 2.

* 8. *Intra* raro nomini suo postponitur.

Tacitus IV. Ann. 48, 2. *Lucem intra.*

* 9. *Intra* adverb.

Celsus V, 28, 13. *Si inciditur* (sc. ulcus, μελιχηρὶς) *viridis intra caro apparet.*

* 10. *Intra*)(*extra.* *Intra*)(*foris.*

Celsus VII, 15. *Hujus ea pars, quæ intra, paulo longior esse debet, quam quæ extra, ut ultra interio-*

rem membranam procedat. Petr. 22. *Idem et totæ intra forisque familia fecerat.*

II. *Intus* adverbium est et signat *intra.*

Plaut. Mil. II, 6, 55. *Vide sitne istæc vestro intus domum.*

2 *Intus* tralate.

Intus te ipse considera. Senec. ep. 80. extr. (alia translatio est in noto illo apud Ciceronem: *intus canere* Agr. II, 26. pro, suis commodis studere.)

CAPUT CXXI.

De pronomine IPSE.

Me ipse et *Mibi ipse* pro *meipsum, mihi ipsi.*

IPSE quamvis antecedat *Me* aut *Mihi*, *Te* aut *Tibi*, *Se* aut *Sibi* eleganter in recto efferri solet †. Cic. IV. ep. 6. *Cum frangerem jam ipse me; habebam, quo confugerem.* Id. IV. ep. 8. *Non ita abundo ingenio, ut de consoler, cum ipse me non possim.* Id. IV. ep. 10. *Agam per me ipse et moliar.* Ibid. *Quanti me a te fieri intellexerim, sum mihi ipse testis.* Terent. Adelph. Prol. *Judicio de se ipse erit.* Cic. Sull. 24. *Nihil audacter per se ipsi sine P. Sylla facere potuerunt*, id est, *per se ipsos.*

3. *Ipse* pro *omnino.*

Ipse interdum usurpatur pro *omnino.* Cic. III. ep. 21. *Triginta dies erant ipsi, cum dabam has literas, per quos nullas a vobis acceperam*, es waren gerade dreyßig Tage. Id. in Brut. 15. *Mortuus est annis*

† Scilicet ubi constructio id patitur. Nam tempora incidunt ubi id fieri non potest. Neque Cicero semper *mihi ipse*, *me ipse* dixit. (Quæ constructio pateretur, quæ non, hoc erat boni monitoris indicare. Nunquam autem aliter facile reperias in bonis libris, nisi, ubi est oppositio, ut Or. II, 3. *per te ipsum - per nos voluisti.* vid. Ernesti Clav. Cic. in *ipse.*)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0382
DFG

annis octoginta tribus ipsis ante me consulem, er ist gerade 83 Jahr ehe gestorben, als ich Bürgermeister worden. Id. V. Att. 11. Id. VI. Att. 8 Ceterum sic, ni fallor, melius declaratur significatio hujus pronominis: *Ipse* determinat rem. Cæs. Germ. p. 207. *Vertice et Andromeda quæ fulget stella, sub ipsa alvo fulget equi.* Cic. Cluent. 10. *In ipso sermone hac ac vociferatione mortua est.* Add. c. 11.

*3. *Ipse* additur pronomini *suus* in casu eodem.

Livius II, 19. *Non duces modo ad regendam consilio rem affuere, sed suismet ipsis corporibus dimicantes miscuere certamina.* Id. VIII, 25. *Græci velut capti a suismet ipsis præsidiis, indigna jam patiebantur.* Id. I, 54. *Sextus primores civitatis, criminando alios apud populum alios sua ipsos invidia opportunos interemit.*

* 4. *Ipse* additur pronomini *suus* in obliquo.

Sic sæpe legas scriptum, *sua ipsius culpa periit* cet. Ut Germani, durch seine eigene Schuld.

5. *Ipse* pro *ego ipse*, *tu ipse*.

** *Ipse* trium personarum significationem præsentat. Linac. I. p. 18. Scal. cap. 128. de caus. L. L. Primæ, ut in illo Cic. IV. ep. 8. *Non ita abundo ingenio, ut te consoler, cum ipse me non possim.*

Secundæ, ut in illo Ovidii ep. Penel. v. 2.

Nihil mihi rescribas: attamen ipse veni.

Tertiæ, ut in illo Virgilii VI. Aeneid. v. 302. *Ipse ratem conto subigit.* Estque in his ellipsis pronominum *ego, tu, ille.* (Est autem bene scribentis scire, ubi *ipse* exprimendum sit, quamquam salva sententia abesse potest, et in sermone Germanico omittitur,

vel omitti potest. Exprimit autem fere oppositionem vel distinctionem.)

** 6. *Ipse* pro reciproco.

Cic. IV. ep. 8. *Quantum ei res et ipsius causa concedit*, pro *sua*, observante ibi Amerp. Ennius apud Cic. I. offic. 16. *Homo qui erranti comiter monstrat viam, quasi lumen de suo lumine accendat, facit, ut nihilominus ipsi* (id est, sibi) *luceat, cum illi accenderit.* Curt. VII, 24. *Qui ut per interpretem cognoverunt, jussu regis ipsos* (id est, se) *ad supplicium trahi.* Senec. III. Benefic. 23. *Et quærentibus quænam esset? dominam ad supplicium ab ipsis* (id est, se) *duci professos esse.* Corn. Nepos 2. Hannib. *Ut Hannibalem in suspicionem regi adducerent, tanquam ab ipsis* (id est, ab se) *corruptum.* Plinius VII. ep. 25. *O quantum eruditorum aut modestia ipsorum* (id est, sua) *aut quies operit, et subtrahit famæ.* Valer. Max. II, 46. *Lares familiares, ut puerorum periculum in ipsius* (id est, suum) *caput transferrent, oravit.*

* 7. *Ipse* adjunctum habet pronomen *is.*

Cic. de Amic. 20. *Is infirmus est mollisque natura, et ob eam ipsam causam in amicitia parum justus.* Id. V. Att. 4. Id. VII. Att. 13. Id. de Amic. 1, et XIV. ep. 16.

* 8. *Ipse* adjunctum habet pronomen *ille.*

Cic. Manil. 9. *Hic in ipso illo malo Lucullus partem militum dimisit.* Nepos Dion. 9. *Illi ipsi custodes, si propitia fuissent voluntate, foribus effractis, eum servare potuissent.* Cic. Marc. 2. Id. II. Div. 28.

* 9. *Ipse* adjunctum habet *iste.*

Cic. II. ep. 16. *Perturbationem a republica vel istis*

istis ipsis incommodis, quae tu me mones ut caveam, redemisſem. Id. pro Mur. 31. Id. Roſc. Am. 43. Id. VII. Att. 3.

* 10 *Ipſe* adjunctum eſt pronomini *hic.*

Cic II. off. 2. *Hoc ipſo tempore praecepta officii perſequimur.* Id. I. off. 9. *Hoc ipſum ita juſtum eſt, ſi eſt voluntarium.* Id. II. fin. 2. Id. II. fin. 13. extr.

* 11. *Idem ipſe.*

Cic. I. Tuſc. 17. *Ego ipſe cum eodem ipſo non invitus erraverim.*

(12. *Ipſe* pro *ſua ſponte, per ſe.*)

Inprimis eleganter *ipſe* dicitur pro *ſua ſponte, per ſe.* Cic. Div. I, 34. *valvae ſe ipſae aperuerunt.* Id. Cœl. 19. *valeat tamen ipſum per ſe ſuis viribus.* Offic. I, 21. *delapſa arma ipſa ceciderunt* etc. Similiter Græci dicunt αὐτός.

CAPUT CXXII.

De pronomine IS.

* 1. *Is* poſt parentheſin, ut *igitur, itaque.*

Livius I, 49. extr. *Octavio Mamilio Tuſculano (is longe princeps Latini nomiais erat, ſi famae credimus, ab Ulyſſe, deaque Circe, oriundus) EI Mamilio filiam nuptum dat Tarquinius* cet.

2. *Is* pro *hic* vel *ille.*

Is ſæpe uſurpatur pro *hic* vel *ille.* Cic. V. Verr. 23. *Polemarchus eſt Murgentinus, vir bonus atque honeſtus. Is cum* cet. Id. I. N. D. 13. *Nec audiendus Theophraſti auditor Strato, is, qui phyſicus appellatur.* Id. III. Orat. 16. *Quorum princeps Socrates fuit, is, qui, totius judicio Graeciae, prudentia*

tia et acumine et venuſtate, et ſubtilitate, omnium fuit facile princeps. *Add. XI. Att. 10, et II. offic. 11.

(*Admonitio.*)

Non ſatis ex his vim et elegantiam hujus formæ cognoſcas. Primum igitur, *is cum* aut etiam ſine *cum* elegans eſt in narrationibus ab initio, ſtatim poſito nomine proprio: ut in primo exemplo propoſito, cui ſimilia ſunt permulta in Ciceronis orationibus, præſertim in Verrem. Interdum autem illud membrum, cujus initium eſt *is*, cum ſuperiori connectitur per relativum pro *is* poſitum: ut ap. Cic. II. ep. 2. *Gravi teſte privatus ſum ſummi mei erga te amoris, patre tuo, clariſſimo viro: qui, cum ſuis laudibus, tum te filio, ſuperaſſet omnium fortunam etc.* Deinde *is* ſervit diſtinctioni, ut in altero exemplo: tertio inſerendo elogio, ut in tertio. etc.

* 3. *Is* pro *qui.*

Imitamur, quos cuique viſum eſt atque ad eorum ſtudia inſtitutaque impellimur. Cic. off. I. 32. *Sed omnes tum fere, qui nec extra urbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domeſtica infuſcaverat, recte loquebantur.* Cic. in Brut. 74. *Quam intuens in eaque defixus ad illius ſimilitudinem artem et manum dirigebas.* Cic. orat. 2. (Male in his *is* pro *qui* poſitum dicitur. Nam in primo *atque* copulat membrum cum *imitamur*, non cum *quos c. v. e.* in ceteris exemplis neceſſario debet eſſe pronomen demonſtrativum, propter diverſitatem conſtructionis.)

* 4. *Is* ſæpe repetitur, ut orationi vis addatur (aut ſaltem perſpicuitas, ut in ſecundo et tertio exemplo.)

Cic. Clu. 24. *Atque ego illa non argumentabor, quae ſunt gravia vehementer, eum corrupiſſe, qui in periculo fuerit, eum, qui metuerit, eum, qui ſpem ſalutis*

salutis in alia natione non habuerit, cum qui semper singulari fuerit audacia. Cic. I. ad Qu. fr. 1. *Nomen publicani neque ii debent horrere, qui semper vectigales fuerunt; neque ii aspernari, qui per se pendere vectigal non potuerunt, neque ii recusare, qui postulaverunt.* Id. de Amic. 23. *De amicitia omnes ad unum idem sentiunt, et ii qui ad remp. se contulerunt; et ii qui rerum conditione delectantur; et ii, qui suum negotium gerunt otiose; postremo ii, qui se totos tradiderunt voluptatibus.*

* 5. *Is* (sequente *vero*) post nomina celebratissima, vel alia quibus vim tributam volumus. Sallust. Catilin. 37. *Sed urbana plebes ea vero praeceps ierat multis de causis.* adde et 58. (immo, in oppositionibus *is vero*, vim addit quandam, quod vidit Thomasius.)

**D. P. *Is vero* pulchre in antithesi adhibetur praecedente infinitivo. Goclen. Obs. p. 146. Terent. Eun. prol. *Eas se non negat personas transtulisse in Eunuchum ex Graeca, sed eas fabulas factas prius latinas scisse sese, id vero pernegat.* (Quod de praecedente infinitivo additur, id non est perpetuum nec necessarium, nec aliquid conjuncti habet infinitivus cum τῶ̃ *is vero.*) vid. et infr. in *vero* adv. n. 6.

*6. *Is* post *et*, vel *que*, vel *atque*, vel *nec*, propter emphasin, (aut distinctionem) und zwar, vornehmlich aber.

Cic. IX. ep. 21. *Privatas causas, et eas tenues, agimus subtilius.* Id. IV. Cat. 4. *Vincula et ea sempiterna, certe ad singularem poenam nefarii sceleris inventa sunt.* Id. II. ep. 1. (In his quidem exemplis servit distinguendo, sive accuratius definiendo, non augendo; in iisque non licet explicare per *et quidem*, sed *qui quidem; privatas causas, quae quidem*

dem tenues sunt, agimus subtilius. Sic, *vincula, quae quidem sempiterna sint etc.)*

Cic. V. Att. 1. *Inprimis nobis sermo, isque multus de te fuit.* Id. XI. ep. 28. Cic. VII. ep. 20.

Cic. II. Verr. 9. *Sollicitabar rebus maximis uno atque eo perexiguo tempore.* Livius IV, 57. *Uno atque eo facili prælio cæsi ad Antium hostes.* Cic. Manil. 12.

Cic. II. Philipp. 18. *Certa flagitii merces, nec ea parva.* Livius I, 33. extr. *Nihil ex antiquo, præter sonum linguæ, nec eum incorruptum retinent.*

* 7. *Et id*, item *idque* simili sensu.

Etiam neutrum *id* sic dicitur: Gr. καὶ ταῦτα. Cic. off. I, 1. *quanquam te, M. F. annum jam audientem Cratippum, idque Athenis etc.* Ep. XIII, 16. XV, 9. Attic. I, 11. VI, 13. Or. 48. Liv. I, 24. Huc refer *nec id ipsum.* Cic. Clu. 5. *Mater generi sui amore capta, primo, neque id ipsum diu, quoquo modo poterat, in illa cupiditate continebatur.*

8. *Is* post pronomen *qui*,† usitatissimum est.

Sæpe *is* post pronomen *qui* collocatur. Cic. II. Philipp. 30. *Ex omnibus flagitiis nullum, turpius vidi, quam quod, qui magister equitum fuisse tibi videretur, is per municipia cum caligis et lacerna cucurristi.* * Id. X. ep. 19, et III. off. 13, et I. off. 19. Verr. IV, 55. *Verres, qui non Honori, neque Virtuti, ut ille, sed Veneri et Cupiditati vota deberet; is Minervæ templum spoliare conatus est.* Ibid. 58, et Sext. 27, et I. Nat. Deor. 22. *Ego ipse Pontifex, qui ceremonias religionesque publicas sanctissime tuendas arbitror, is hoc, quod primum est, esse Deos, persuaderi*

† Hoc tironibus bene est notandum: non *ille*, vel *iste* nimis crebro subjiciant. (estque ratio hæc perelegans.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0388
DFG

ſuaderi mihi plane velim. Varro L. L. V, 6. Cic. Brut. 83. Livius I, 26. Huc pertinet particula *is* poſt *ego*, *nos*, *tu*, *vos*. Cic. Manil. 18. *nos*, *quorum majores Antiochum regem claſſe vicerunt*, *ii nullo in loco jam prædonibus pares eſſe poteramus.*

* 9. *Is qui* abundat eleganter.

Is qui ſæpe nobis, Germanis, ſupervacaneum videtur in oratione latina. Cic. XV. ep. 4. *Tu es enim is*, *qui me tuis ſententiis ſæpiſſime ornaſti*, pro, *tu enim me tuis ſententiis ſæpiſſime ornaſti.*

** 10. D. *Id quod* pro *quod*. Vall. III. Eleg. 62. Cic. I. de Orat. 44. *Ac ſi nos*, *id quod maxime debet*, *patria noſtra delectat*, welches dann. * *Id quod* fere præmittitur ſententiæ, quam reſpicit. Vid. Cicero Sext. 13 et 17, et Piſon. 32. Nepos Alcib. 6.

* 11. *Is-quicunque*, pro *is-qui.*

Cic. I. Orat. 57. *Non eſt difficile oratori*, *ejus partis*, *quamcunque defendat auctorem aliquem invenire.* Id. II. finib. 14, et I. Orat. 32.

* 11. *Is-ſi quis*, pro *is qui.*

Cic. poſt redit. in Sen. 10. *Tantum veſtra autoritas valuit*, *ut omne is flagitium ſe committere putaret*, *ſi quis non veniret.* (Sed in exemplis bonis eſt: *ut dedecus et flagitium ſe c. p. ſi quis etc.)*

12. *Is-qui* pro *talis-qualis.*

Is-qui pro *talis-qualis* eleganter ponitur. Cic. VII. Att. 8. *Itaque ego is in illum ſum*, *quem tu me eſſe vis.* Id. III. ep. 10. *Quod ſi eſſem ea perfidia*, *qua ſunt ii*, *qui in nos hæc conferunt*; *tamen ea ſtultitia non fuiſſem.* Id. V. ep. 19. *Si ii nos ſumus*, *qui eſſe debemus*, *id eſt*, *ſtudio digni et literis noſtris*;

dubitare non possumus, quin ea maxime conducant, quæ sunt rectissima.

13. *Is-ut, is-qui*, pro *talis-ut.*

Is-ut, is-qui, pro *talis ut*, sæpissime usurpatur. Cic. ad Brut. 15. *Non is sum, ut mea me maxime delectent*, ich bin nicht so gesinnet, daß mir nichts besser als das meinige gefallen sollte. Id. V. ep. 8. *Is enim tu vir es, et eum me esse cupio, ut amicitiam nostram utrique nostrum laudi sperem fore.* Id. VI. ep. 1. *Ea perturbatio est omnium rerum, ut suae quemque fortunae maxime pœniteat.*

Id. I. ep. 8. (et X. ep. 8.) *Is ego sum, cui vel maxime concedant omnes, ut ea defendam, quae Pompejus velit*, von dem alle gar wohl leiden können, daß ich dem Pompejo zu gefallen rede. * Add. II. offic. 2.

* 14. *Is-ne.*

Cic. II. Nat. Deor. 54. *Operculum ob eam causam datum est, ne si quid in eam cibi forte incidisset, spiritus impediretur.* Id. Fontej. 16, et VIII. Phil. 11. Id. X. Phil. 10, et Sull. 31. Livius XL, 56.

15. *Is-ac si, is-quasi*, pro *is-ut si.*

Livius XXXVII, 54. *Massilienses in eo honore, in ea merito dignitate audimus apud vos esse, ac si medium umbilicum Graeciae incolerent.*

Cic. I. epist. Att. 8. *Proinde eo animo te velim esse, quasi mei negotii causa in ista loca missus esses. Me autem eum et offendes erga te et audies, quasi mihi, si quae parta erunt, non modo te praesente, sed per te parta sint.*

* 16. *Is-quod.*

Cic. I. ep. Quint. fr. 2. *Atque is dolor est, quod, cum ii, quos nominavi, te innocentia non vincant, vincunt*

cunt tamen artificio benevolentiae colligendae. Id. XIII. epist. 27. princ. *Mescinius ea mecum necessitudine conjunctus est, quòd mihi quaestor fuit.* (In primo *is dolor* dicitur eleganter pro, ea causa doloris est: alterum exemplum nihil peculiare habet.)

* 17. *Is* pro reciproco *suus.*

Cic. XV. ep. 14. *Fabius a me diligitur propter summam ejus humanitatem.* Cæsar I. B. G. 5, 4. *Helvetii persuadent Rauracis et Tulingis finitimis, uti eodem usi consilio, oppidis suis vicisque exustis, una cum iis proficiscantur.* Id. B. G. I. 11. Livius III, 40.

18 *Id ætatis*, pro *ea ætate.*

Id aetatis eleganter usurpatur pro *ea aetate*, et accommodatur tum ad senes, tum ad pueros vel adolescentulos, Cic. IV. Att. 15. *Credo Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id aetatis in tam longo sermone diutius retinuisset.* Id. I. Orat. 47. *Id nobis, Antoni, hominibus id aetatis oneris imponitur.* Id. Cluent. 51, *In balneis cum id aetatis filio fuit.* Id. Rosc. Am. 23. *Duo filii id aetatis propter cubantes ne sensisse quidem se dicebant.*

Adsciscit interdum *ut.* Cic. VI, ep. 21. *Id aetatis jam sumus, ut omnia fortiter ferre debeamus.* Wir sind nunmehr schon so alt, daß wir wieder alles getrost seyn müssen; wir sind nunmehr so bey Jahren ꝛc. Id. Flacc. 42.

19. *Id temporis* pro *id tempus*, vel *eo tempore.*

Cic. II. Orat. 90. *Sed nunc, quoniam id temporis est, surgendum censeo*, weil es nunmehr so weit hin ist. Id. Mil. 10. *Milo profectus est id temporis, cum jam Clodius (si quidem eo die Romam venturus erat) redire potuisset.* Id. V. fin. 1. *Constituimus inter*

inter nos, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia, maxime quod is locus ab omni turba id temporis vacuus esset. Id. XIII. Att. 33. *Venit ad me, et quidem id temporis, ut retinendus esset,* er iſt zu mir gekommen, und zwar um die Zeit, daß ich ihn habe müſſen bey mir behalten.

* 20. *Id hostium* et similia rariora sunt.

Livius XXII, 4. *Flaminius id tantum hostium, quod ex adverso erat, adspexit.* Sallust. Catil. 45. *Postquam ad id loci legati cum Vulturcio venere.* (ceterum eadem analogia et sine vitio dicuntur.

** 21. *Id* pro *propter id.*

D. *Id*, pro *propter id*, verbis neutris junctum. Catullus: *Sed nunc id doleo.* Ter. *Jam id gaudeo.* Syll. III. prog. 30.

* 22. *Is denique*, *is demum* et *id demum.*

Cic. X. ep. 10. *Is denique honos mihi videri solet, qui propter magna merita claris viris defertur et datur.*

Livius IV, 4. *Verum legibus id prohiberi, ac connubium tolli patrum ac plebis, id demum contumeliosum plebi est,* Ter. Adelph. II, 3. *Verum enimvero id demum juvat, si quem æquum est benefacere, is facit.*

*23. *Is* cum *quidem*, præsertim subsequente *sed.*

Is cum *quidem* sæpe sine causa poni videtur, uti *ille.* Cic. Læl. 12. *Tib. Gracchus regnum occupare conatus est, vel regnavit is quidem paucos menses.* Id. XII. ep. Att. 11. *Tuus dolor humanus is quidem, sed magnopere moderandus.* Id. IV. Tusc. 28. *Illa autem altera ratio et oratio, est ea quidem utilior, sed raro proficit, neque est ad vulgus adhibenda.* Id. Catil. IV, 8, et de finib. V, 24, et Tusc. IV, 3.

* 24. *Is*

* 24. *Is ea, id*, alibi quoque abundare videtur, sed vim addit.

Cic. I. off. 10. *Potest accidere promissum aliquod et conventum, ut id effici sit inutile vel ei, cui promissum sit, vel ei, qui promiserit.* Id. II. Catil. 12. *Nunc illos, qui in urbe remanserunt, quanquam sunt hostes, tamen, quia nati sunt cives, monitos eos etiam atque etiam volo.* Id. II. off 18. *Posse liberalitate uti non spoliantem se patrimonio, nimirum is est pecuniæ fructus maximus.* Id. Senect. 15. *Malleoli, plantæ, sarmenta, vites, traduces, propagines, nonne ea efficiunt ut quemvis admiratione delectent.* Id. Orat. 34. *Nescire quid antea, id est semper esse puerum.* Livius, I, 19. *Numa regno ita potitus, urbem novam, conditam vi et armis, jure eam legibusque de integro condere parat.*

* 25. *Animadversio I.*

Usus particulæ *IS* annotandus est in illo Terentii Heaut. I, 1. *Annos sexaginta natus es, aut plus eo.* et Hecyr. III, 4. *Dies triginta, aut plus eo, in navi fui*, pro *aut plus iis.*

* 26. *Animadversio II.*

Sœpe, ubi Germani nullum casum alium, nisi Genitivum, deren, ponere possunt, ibi Latini pro ratione constructionis alium et alium casum ponunt. Cic. I, off. 45. *Ea Posidonius collegit permulta, sed ita tetra quædam, ut dictu quoque videantur turpia*, deren hat Posidon sehr viele zusammen gesucht ꝛc.

(Animadv. III.)

Referenda huc sunt, quæ de pronomine *hic* supra diximus *admonitione 2.*

CAPUT

CAPUT CXXIII.

De pronomine ISTE et adverb. ISTIC et ISTO.

ISTE proprie ad secundam personam pertinet, ut *hic* ad primam. Itaque *Iste* dicitur, qui ad te spectat, ut *hic*, qui ad me. Cic. II. Philipp. 25. *Tu istis faucibus, istis lateribus, gladiatoria totius corporis firmitate tantum vini exhauseras, ut* cet. Id. II. ep. 11. init. *Putaresne unquam accidere posse, ut mihi verba deessent, non solum ista vestra oratoria, sed hæc etiam levia nostratia.*

** Non perpetuam esse hanc observationem, Manut. Com. ad III. epist. Cic. 10. exemplis aliquot ostendit, in quibus ad secundam personam, non *iste*, sed *hic* infertur. Dixerat enim ibi Cicero: *hoc tuo tempore;* non *isto.*

2. *Iste* contemnentis.

Ponitur autem sæpe hoc pronomen in rebus, quas contemnimus, tanquam alienis a nobis. Cic. pro Dom. 26. *Lex quam iste tulerat.* Id. de Sen. 23. *Ita ex ista vita discedo, tanquam ex hospitio.* Id. I. Nat. Deor. 44. *Pecudum greges diliguntur isto modo.* * Add. Paradox. I, 2, et V. Att. 20.

* 3. *Iste* laudantis.

Cic. Rosc. Am. 53. *Homines sapientes et ista auctoritate præditos, qua vos estis, iis rebus mederi convenit.* Id. IX. ep. 6. *Equidem hos tuos Tusculanenses dies instar esse vitæ puto, libenterque omnibus omnes opes concesserim, ut mihi liceat isto modo vivere.*

* 4. *Iste-ut.*

Cic. II. Orat. 7. *Sic faciemus; atque ista quidem conditione, vel ut verbum nullum faceres, me teneres.*

(Hoc

(Hoc plane nihili est: *ut* nihil conjunctionis hic habet cum *ista:* est enim *quamvis.)*

* 5. *Animadversio.*

De genere pronominis *ISTE* magna est cura adhibenda, ne germanica lingua nobis imponat. Usus autem ex his exemplis facile elucet. Cic. Sext. 65. *Non est ea medicina, cum sanæ parti corporis scalpellum adhibetur, carnificina est ista et crudelitas.* (Bene! idem vero in *hic* et *is* erat monendum, ut fecimus nempe Germ. neutrum ponunt.)

*6. *Iste-qui.*

Cic. II. Catil. 8. *Isti, qui possessiones habent, alia ratione ulla salvi esse possunt.* Id. II. Cat. 9. Id. Verr. 3. Id. III. Legib. 15.

7. *Istæc, istuc* pro *ista et istud.*

Istæc pro *ista*, et *istuc* pro *istud* Tulliana sunt. Cic. VIII. Att. 19. *Scribis te, si ille circum istæc loca commoraretur, ei resistere velle.* Id. I. Att. 19. *Primum tibi persuade, me istæc non curare.*

Id. I. Acad. 4. *Istuc quidem considerabo.* Id. Quint. 18. *Quæsivit Quintius, quo die vadimonium istuc factum esse diceres.* Id. I. N. D. 32. *Praecipitare istuc quidem est, non descendere.*

* 8. *Istuc ætatis*, so alt.

Terent. Heaut. I, 1. *Ego istuc aetatis non amori operam dabam, sed in Asiam hinc abii*, da ich in deinem Alter war.

9. *Istius modi*, pro *tale.*

Istius modi quoque contemtum fere continet. Cic. Verr. I, 58. *Persacile vero apud istiusmodi praetorem.* Act. I. in Verr. 11. *Quoniam pugnas malitiose; necesse est istiusmodi rationi aliquo consilio obsistere.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0395
DFG

obsistere. Id. I. Orat. 22. *Si te arbitrarer de hisce rebus audire velle, adduxissem huc Graecum aliquem, qui nos istiusmodi disputationibus delectaret.*

* II. De *adverbio* ISTIC et ISTO.

Istic est *in isto loco.* Exempla sunt obvia.

* 2. *Istic) (hic,*

Cic. III. Att. 12. *Intelligo, te istic prodesse: hic ne verbo quidem levare me posse.*

* 3. *Istic* pro *ista in re.*

Terent. Andr. II, 5, 9. *Neque istic, neque alibi tibi usquam erit in me mora* (huc pertinet illud Cicer. Fin. V, 26. *istic sum* pro *hoc ago, facere cogito.*)

* 4. *Isto* pro *in istum locum.*

Cic. IX. ep. 16. *Sed quid haec loquimur? liceat modo isto venire.*

* 5. *Isto* pro *in istam rem* tralate.

Cic. III. Qu. fr. 1. *Trebatium meum quod isto admisceas, nihil est.*

(III. ISTUC et ISTINC.

1. *Istuc* est in istum locum et *istinc* ex isto loco.

CAPUT CXXIV.

De adverbio ITA.

Ita pro *adeo* aut *valde.*

ITA saepe usurpatur pro *adeo.* Cic. Dejot. 7. *Dii te perdant, fugitive. Ita non modo nequam et improbus; sed et fatuus et amens es,* die Götter müssen dich straffen, du verlauffener Kerl, so gar bist du nicht nur leichtfertig und nichts nütze, sondern auch gar närrisch und wahnwitzig. (add. n. 5) Id. Orat.

Orat. 18. *Rarus inceſſus, nec ita longus.* Id. Verr. IV, 49. *Simulacra praeclara, ſed non ita antiqua,* nicht ſo gar alt. Id. I. Phil. 3. *Nec ita multum provectus, rejectus auſtro ſum in eum ipſum locum, unde conſcenderam.* Id. in Brut. 69. *Non ita multi ſunt.* Id. Verr. II, 20. *P. Tadius non ita multum tecum fuit,* iſt nicht ſo gar lang bey dir geweſen. Id. I. Tuſc. 24. *Quorum quanta mens ſit, difficile eſt aeſtimare, ita multa meminerunt.* Id. in Brut. 66. *Fimbria non ita diu jactare ſe potuit.* Idem Orat. 8. *Non ita lato interjecto mari.* Id. II. Acad. 2. *Earum rerum diſputationem principibus civitatis non ita decoram putant.*

2. *Ita-ut, ita-utſi* †, *ita-ut tamen*, pro *adeo ut, adeo ut ſi*, ſo • als, ſo als wenn.

Cic. II. Att. 12. *Ita ſum afflictus, ut nemo unquam.* *Id. XIV. ep. 7. Id. I. Quint. fr. ep. 2. Id. XII. ep. 26.

Cic. XIII. ep. 22. *Is mihi moleſtiſſimis temporibus ita benevole fideliterque præſto fuit, ut ſi eſſet a me manumiſſus.* * Id. VII. ep. 21. Id. Sext. 10. Terent. Eunuch. I, 2. Cic. I. Orat. 53.

** 3. *Ita-ut*, pro *non modo-ſed etiam*: vel *quidem-ſed etiam.*

** Notandum hic eſt, *ita-ut* eleganter poni pro *non tantum-ſed etiam;* Cic. XVI. ep. 1. ad Tir. *Nos ita te deſideramus, ut amemus: amor, ut valentem videamus, hortatur; deſiderium, ut quam primum.* Ubi non audiendus eſt Schorus qui pag. 63. de rat. diſc. particulam *ut* hoc loco capit pro *ſicut*, et legi vult *amamus*, ;non *amemus.* Qua ratione tota frigebit ſententia. * 4. *Ita*

† *Ita-ut ſi* magis videtur ſimilitudinem declarare, quam vim et vehementiam.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0397
DFG

** 4. *Ita-ut* pro *quidem-sed*, *sed-ut*.

Cic. I. Att. 21. *Ejusmodi dominatio civitatem oppressit, quæ jucunda sit multitudini, bonis autem ita molesta, ut tamen sine pernicie.* Id. III. Orat. 10. *Id videmus ita esse necessarium, ut tamen eo minus nihil esse possit.* Id. in Brut. 55. Id. Verr. III, 8.

* 5. *Ita* in epiphonemate (sive potius in ratione reddenda, interdum cum vi aliqua).

Ita servit confirmationi et declarationi eorum, quæ dicta sunt. Cic. VII. Att. 2. *Brundusium venimus VII. Cal. Dec. usi tua felicitate navigandi: ita belle nobis flavit ab Epiro lenissimus auster et mitis.* Ibid. 10. *Neque quid agam, neque acturus quid sim, scio: ita sum perturbatus temeritate nostri amentissimi consilii.* Id. III. Qu. fr. 5. Id. II. ep. 5. Curt. X. 2, 18. (cf. in *adeo.*)

* 6. *Ita-ut* also = wie; *ita-veluti-ita-prout.*

Cic. II. ep. 17. *Omnis pecunia ita tractatur, ut præda a præfectis.* Id. IV. ep. 6. Id. XIV. ep. 16. Id. II. Att. 19. Rarum est illud Catonis R. R. 144. *Scalæ ita uti datæ erunt, ita reddito.*

Justinus XII, 2, 1. *Alexander ita cupide profectus erat, veluti in divisione orbis terrarum sibi occidens forte contigisset.* Hoc cave imiteris.

Cic. V, Philipp. 17. *Senatui placet; ejus rationem ita haberi, prout haberi lege liceret, si anno superiore quæstor fuisset.*

7. *Ita-quasi* vel *tanquam.*

Cic. VII. Att. 4. *De republica ita mecum locutus est, quasi non dubium bellum haberemus*, er hat also mit mir geredet, als hätten wir einen Krieg gewiß. Id. Quint. 5. *Quasi domi nummos haberet, ita constituit*

ſtituit Scapulis ſe daturum. *Id. VI. ep. 1, et de Senect. 4 et 23.

Cic. Verr. IV, 22. *Verres non ita ſe geſſit in his rebus, tanquam rationem aliquando eſſet redditurus, ſed prorſus ita, quaſi reus nunquam eſſet futurus.* *Id. X. ep. 33. Livius VIII, 38.

8. *Ita-quemadmodum* vel *quomodo.*

Cic. de fat. *Ita certe evenit, quemadmodum ſit futurum.* Id. XIII. Att. 21. *Quare facies, ut ita ſit in libro, quemadmodum fuit.* * Add. XI. ep. 26, et XIII. ep. 4.

Cic. II. Agr. 1. *Neque me tantummodo Conſulem, ſed ita feciſtis, quomodo pauci nobiles in hac civitate facti ſunt.* Id. I. Agr. 8.

* 9. *Ita-quo pacto; ita-quam.*

Cic. II. Invent. 20. *Omnium erat perturbatio, ſi non ita res agatur, et in judicium veniat, quo pacto oporteat.*

** S. D. Propert. II. Eleg. 5.

Non ita Carpathiæ variant aquilonibus undæ;
Quam facile irati verbo mutantur amantes.

10. *Ita-ſi, ita demum-ſi*, pro *hac conditione, ſi*, item, pro *tum ſi.*

Cic. de Senect. 2. *Ita ſenectus honeſta eſt, ſi ſe ipſa defendit, ſi jus ſuum retinet*, alsdenn iſt das Alter reputirlich, wenn es ſeine Ehre ſelbſt behauptet, und ſich ſeine Rechte nicht nehmen läſſet. Id. I. off. 9. *Nam hoc ipſum ita juſtum eſt, ſi eſt voluntarium.* Id. XV. ep. 20. *Crebris literis nos appellato, atque ita, ſi idem fiet a nobis.* Id. XVI. Att. 6. *Scribis in cælum ferri profectionem meam, ſed ita, ſi ante Cal. Jan. redeam*, aber mit dem Bedinge, wenn ich vor dem erſten Jenner wiederkomme. Id. XIII. ep. 1.

Non dubitat Atticus, quin ego à te nutu hoc consequi possim, ita etiam, si ædificaturus esses, auch alsdenn, wann du bauen wollteſt.

* *Ita demum* etiam jungitur cum *si*. Exempla vide in Suet. Claud. 25, et Vitell. 14.

(Admonitio.)

Hæc ratio usurpandi τῦ *ita-ut* est longe elegantissima, sed patet latius. Nam dicitur etiam pro *hoc consilio, eo tempore, quo*. Exempla vid. in Erneſti Clav. Cic. in *ita* et *sic*. adde: Cic. Verr. I, 46. *Ita me audite* pro *his animis*. Milon. 10. *Ita profectus est, ut concionem relinqueret*, h. e. eo tempore, quo concio relinquenda erat etc.

11. *Ita-ne, ut ne, ut ne quidem, ut non.*

Ter. Heaut. IV, 5. *Ita tu istæc tua misceto, ne me admisceas.* Add. II. ep. 19. Liv. XXII, 61. Columell. V, 5. Plinius XVII, 21. Cic. XVI. ep. 9. *Sed tamen ita velim, ut ne quid properes*, ich verlange es nur ſo, daß du nicht allzuſehr eileſt. * Id. Roſc. Am. 20. Varro R. R. III, 16.

Cic. VII. ep. 27. *Biduum ita jejunus fueram, ut ne aquam quidem gustarem*, pro *adeo*. Idem VII. ep. 1, et Paradox. V, 2, et Roſc. Amer. 26, et IX. ad Att. 2.

Cic. II. off. 15. *Non ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit*; pro *adeo*. man muß ſein Vermögen nicht ſo verſchlieſſen, daß, wenn man andern darmit gutes thun ſoll, man keinen Schlüſſel finden könne. * Id. Roſc. Am. 34. Id. I. Orat. 25. Livius XLV, 25.

* 12. *Animadversio.*

Obſervandæ ſunt formulæ quædam. Cic. IV. Att.

Att. 1. *Ita sunt res nostræ, ut in secundis fluxæ, ut in adversis bonæ.* Id. I. Qu. fr. 1. *Sine imperio populi Romani suis institutis per se ipsi ita fuerunt.* Id. Rosc. Amer. 41. *Non est ita profecto, judices, non est verisimile.* Id. Cluent. 59. *Florio legatum ex testamento, inficiatum esse, non est ita.* Senec. ep. 13. Sallust. Catil. 51.

13. *Itane. Itane vero. * Itane tandem.*

Itane, itane vero urgentis sunt, aut etiam stomachantis. Cic. II. divin. 32. *Itane censes? ante coronam extitisse, quam herbarum conceptum esse semen*, meinest du? Id. II. divin. 40. *Itane? si quis aliquid ex sua re atque ex suo sermone dixerit, et ejus verbum aliquod apte ceciderit ad id, quod ages, ea res tibi aut timorem afferet, aut alacritatem?*

Cic. II. N. D. 4. *Ita ne vero? ego non justus, qui et consul rogavi, et augur, et auspicato?* Id. VII. Verr. 30. *Itane vero? tu tua pericula communi periculo defendes*, meinest du, daß du deine Gefahr mit der Gefahr des gemeinen Wesens ablehnen wollest? * Add. XIV. Att. 10. II. Agr. 30.

Cic. Cluent. 65. *Quid? Romæ quæsitum de istis hominibus non erat? itane tandem? mulier jam non morbo, sed scelere furiosa* cet. (Nostri dicant: ist das möglich? quod est adiurantis stultitiam etc. facti, dicti etc.)

* 14. *Quid ita?* warum?

Quid ita est arguentis et accusantis. Livius XXXII, 21. *Quid ita passus est Eretriam Carystumque capi? quid ita tot Thessaliæ urbes? quid ita Locridem Phocidemque? quid ita nunc Elatiam oppugnari patitur? cur excessit faucibus Epiri?* Livius VI, 15.

At enim, quid ita? ſolus ego civium curam ago? nihilo magis quod reſpondeam, habeo, quam ſi quæras; quid ita? ſolus Capitolium arcemque ſervaverim. Id. III, 40. *Cornelius mirari ſe dixit, quid ita, cum per tot menſes vacua civitate nemo, juſtine magiſtratus ſummæ rerum præeſſent, controverſiam fecerit, nunc demum, cum hoſtes prope ad portas ſint, civiles diſcordias ſerant.*

Interdum ſimpliciter quærentis eſt, Sen. qu. n. IV, 1. *Quæram tecum id quod libro ſuperiore diſtuli, quid ita Nilus æſtivis menſibus abundat.*

* 15. *Ita* poſt interrogationem, pro *certe, recte.*

Cic. II. Or. 11. *Quidnam? inquit Catulus, an laudationes? id enim video poni genus tertium. Ita, inquit Antonius.* Arbit. Sat. 24 et 25.

16. *Ita, ita, ut* jurantis. †

Interdum in jurejurando uſurpatur. Terent. Eunuch. III, 2. *Ita me dii ament honeſtus eſt.* So wahr mich GOtt lieb hat, er iſt ſchön. * Cic. I. Att. 13. *Te, ita me dii juvent, autorem conſiliorum meorum deſideravi.* Ibid. 15. *Jurat, ita ſibi parentis honores conſequi liceat.* V, 15. *Ita vivam, ut maximos ſumtus facio.* So wahr ich lebe, es gehet mir viel auf. Id. Verr. V, 14. *Ex his ego rebus omnibus, ita mihi deos omnes propitios eſſe velim, ut, tametſi mihi jucundiſſimus eſt honos populi, tamen nequaquam tantum capio voluptatis, quantum ſolicitudinis.* * Terent. Heaut. IV, 3. V, 4. Phorm. V, 3. et Hecyr. IV, 2. Cic. IV. Catil. 6.

* 17. *Ita*

† Sed formula hæc optationem potius continet cum aſſeveratione vid. Cic. X ep. 9. X, 12.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0402
DFG

* 17. *Ita* sequente infinitivo. †

Cic. VI. ep. 2. *Quare velim ita statutum habeas, me tui memoriam summa cum benevolentia tenere.* Liv. I, 55. *Id omen ita acceptum est, non motam Termini sedem firma stabiliaque cuncta portendere.* Cic. XIII. ep. 23. *Varro ita existimavit, etsi suis literis valde consideret, tamen mea commendatione aliquid accessionis fore.* Id. XIII. ep. 25. *Ita Lysо scripsit ad me, sibi meam commendationem maximo adjumento fuisse.* Sallust. Catil. 51.

18. *Ita*, pro *itaque*, sive *atque ita*.

Alias pro *itaque*. Cic. V. Tusc. 23. *Ita nobilissima Græciæ civitas, quondam vero etiam doctissima, sui civis monumentum ignorasset, nisi* cet. Id. pro Quint. 2. *Ita fit, ut ego, qui tela depellere et vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar, cum etiam telum adversarius nullum jecerit.* * Add. III. off. 1, et 15.

** 19. *Ita* pro eo, quod Græcis est ἔπειτα, id est, *deinde*. Cic. pro Cluent. 60. *Aliquot dies ægrotasse et ita esse mortuum.* Rad. Flor. II. rer. quot. 20.

CAPUT CXXV.

De particula ITAQUE.

ITAQUE compositum est ex *ita* et *que*. Ac proinde interdum signat und also. Cic. V. ep. 11. *Itaque faciam.*

Itaque et interponitur orationi et præponitur. Cic. sæpius præponit, quam interponit.

* 2. *Itaque*, pro *igitur*.

Itaque ingressum orationis declarat, ut *igitur*.

† Scilicet quoties *ita* declarat, non auget significationem verbi.

Cic. Partit. 7. *Est itaque id genus totum situm in commutatione verborum.* Sed hæc significatio est rarior.

* 3. *Itaque ergo* conjunguntur.

Livius I, 25. *Itaque ergo erecti suspensique in minime gratum spectaculum animo intenduntur.* Id. III, 31. *Itaque ergo, ut magistratu abiere, Sp. Tarpejo, A. Aterio Consulibus, dies dicta est*, daher ist es würklich ꝛc. Id. IX, 31. Id. XXXIX, 25. (Terent. ironice: *Itaque ergo amantur.*)

CAPUT CXXVI.

De adverbio ITEM et ITIDEM.

ITEM est *similiter.* Cic. Verr. IV. 19. *Literæ mittuntur isti a patre vehementes, ab amicis item*, desgleichen auch von den Freunden. Id. II. Divin. 6. *Solis defectiones, itemque lunæ prædicuntur in multos annos.* Id. I. Divin. 48. *Romulus augur cum fratre item augure.* Id. de Amic. 2. *Itaque ex me quærunt, credo item ex hoc Scævola*, sie fragen mich, ich glaube auch diesen Scævolam.

* 2. *Et item, itemque.*

Cat. R. R. 98. *Et item ligneam supellectilem omnem si unges, non putrescet.* Cic. I. off. 12. *Indicant duodecim tabulæ: aut status dies cum hoste; itemque adversus hostem æterna auctoritas.* Id. I. off. 24. *Itemque alii de vita, alii de gloria et benevolentia civium in discrimen vocantur.* Add. I. off. 26. ac 30, et off. III, 5. Sallust. Catil. 47.

3. *Item - ut, item - uti, item - atque.*

Item sæpe cum *ut, uti, atque* conjungitur. Cic. in Orat. 60. *Ita fit, ut non item in oratione, ut in versu*

verſu numerus extet. * Varro L. L. IV, 32. V, 7. Cic. Verr. IV, 9. *Feciſti item, uti prædones ſolent.* *Id. II. Invent. 54. Varro II. R. R. 3, et Terent. V, 4. Salluſt. Jugurth. 47.

**S. D. Varro R. R. II, 7. *Non item ſunt ſpectandi atque habendi.* Negavit igitur imprudenter Schorus in phraſibus, *item-atque* reperiri, niſi forte de ſolo id intellexit Cicerone. Nam in exemplo, quod ex ep. ad Attic. affert Pareus, *atque* pro *et*, non pro *quam* poſitum videtur. *Add. Varr. L. L. VIII. 40. extr. IX, 4.

* 5. *Item-quaſi.*

Livius XXXIX, 19. *Senatus conſultum factum eſt, uti Feceniæ Hiſpalæ datio, diminutio, gentis* cet. *tutoris optio item eſſet, quaſi ei vir teſtamento dediſſet.*

6. *Item-quam. Item-quemadmodum.*

Raro cum *quam* et *quemadmodum* jungitur. Cic. XIV. Att. 12. *Id erat quondam quaſi neceſſe; nunc, quomodo ſe res habet, non eſt item, quam dudum,* iſt es nicht, wie vormahls.

Cic. Verr. II, 22. *Ita cauſa componitur, ut item palæſtritæ Bidenſes peterent ab Epicrate haereditatem, quemadmodum palaeſtritae Syracuſani ab Heraclio petiſſent,* ſie ſollten eben ſo, wie.

7. *Ut-item; ſicut-item;* pro *ita.*

Interdum *Item* poſtponitur. Cic. IV. Acad. 13. *Ut enim de ſenſibus heſterno ſermone vidiſtis, item faciunt de reliquis.* Varro VIII. L. L. 38.

Cic. Orat. 26. *Controverſiae cogunt homines ſicut in foro non bonos oratores, item in theatro actores malos perpeti,* wie-eben alſo.

8. *Non item.*

Item cum negatione ſæpe in extremam conjicitur clauſulam, ut res, quæ conferuntur, diverſas eſſe appareat. Cic. Orat. 43. *Nam omnium magnarum artium, ſicut arborum, altitudo nos delectat, radices ſtirpesque non item.* Id. IV. Tuſcul. 14. *Ingenioſi, ut aes Corinthium in aeruginem, ſic illi in morbum et incidunt rarius et recreantur ocius: hebetes non item.* Id. II. Att. 21. *O ſpectaculum uni Craſſo jucundum, ceteris non item,* welches dem Craſſo allein eine Freude machen kann, andern aber nicht ſo. *~~Add. IV. Tuſcul. 14.~~

II. ITIDEM.

Itidem eſt *ſimiliter*, id eſt, *eodem modo.* Cic. Partit. 22. *Temperantia in rebus incommodis eſt itidem duplex*, iſt ebenfalls zweyerley. Id. III. Nat. Deor. 24. *Quid vos illa delectat explicatio fabularum et enodatio nominum; ejectum a filio Cœlum: vinctum itidem a filio Saturnum.* Id I. de leg. 10. *Ea quae movent ſenſus, itidem movent ſenſus omnium,* eben ſo, ebenfalls, gleicher Geſtalt.

2. *Itidem - et; Itidem - ut.*

Adſciſcit autem interdum conjunctionem *et*, alias *ut*. Cic. II. Leg. 3. *Nunc itidem ab eodem et ceteris diis immortalibus ſunt nobis agendi capienda primordia.* †

Terent. Hecyr. III, 1. *Itidem mulieres ſunt ferme, ut pueri, levi ſententia.* *Id. Eun. I, 2. II, 3. Heaut. IV, 3.

* 3. *Iti-*

† *Itidem* hic non habere videtur ad *et* eum reſpectum, quem Autor vult.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0406
DFG

* 3. *Itidem - quasi.*

Plaut. Most. I, 2. *Vetulae itidem olent, quasi cum una multa jura confundit cocus.*

4. *Non - itidem.*

Varro VIII. L. L. 38. p. 83. *Nullius nostrum filius et filia non apte discernitur mas ac fœmina, ut Terentius et Terentia; contra deorum liberi et servorum non itidem.*

CAPUT CXXVII.

De adverbio ITERUM.

Iterum pro *secundo.*

ITERUM pro *secundo* eleganter ponitur. Cic. Divin. 35. *Nonne C. Flaminius Consul iterum neglexit signa rerum futurarum magna cum clade reipublicae?* Id. pro Sext. 16. *L. Saturninus iterum Tribunus.* Id. Brut. 18. *Livianae fabulae vix dignae, quae iterum legantur.* *Add. II. off. 3.

* 2. *Iterum, cum.*

Cic. pro Dom. 57. *Iterum, cum ex mea contemtione interitus bonorum omnium quaereretur, vos sum testatus.*

3. *Semel, iterum. Semel atque iterum. Semel aut iterum.* ***Semel iterumque.*

Alias adsciscit *semel.* Cic. Verr. III, 77. *Duobus pretiis unum et idem frumentum vendidisti, semel civitatibus, iterum populo Romano.* Id. pro Dom. 52. *Audierat ex illo, se a me bis salutem accepisse, semel separatim, iterum cum universis.* Verr. V, 72. *Simulacrum bis consecratum, semel Segestanorum religione, iterum P. Africani victoria.* Cic. pro Cluent. 17. *Re semel atque iterum praejudicata, condemnatus in judicium venit,* nachdem die Sache schon ein- oder zwey-

zweymahl vorher beurtheilet worden, ist er als schon Verdammter vor Gericht gekommen. *Cæs. B. G. I, 31, 16. Columell. XII, 5. Cic. in Brut. 90. *Antistius et Piso sæpe dicebant, minus sæpe Pomponius, raro Carbo, semel aut iterum Philippus.* * Cic. I. Divin. 25. *Sophocles id semel iterumque neglexit.*

*4. *Semel iterumve.*

Celsus VIII, 2. *Semel iterumve satis est id admoto ferramento adurere.*

* 5. *Semel-iterum-tertium.*

Vellejus II, 38. *Immane bellicæ civitatis argumentum, quod semel sub regibus, iterum hoc T. Manlio consule, tertium Augusto Principe, certæ pacis argumentum Janus Geminus clausus dedit.*

6. *Primum-iterum-tertium. Iterum ac tertium. Iterum, tertio. Iterum ac tertio.*

Assumit *iterum* vel *tertium* vel *tertio*. Cic. I. invent. 39. *Primum quidem decipi incommodum est, iterum stultum, tertium turpe.* Cic. II. Divin. 59. *Quid est tam incertum, quam talorum jactus? tamen nemo est, quin sæpe jactans Venerem aliquando jaciat, nonnunquam etiam iterum ac tertium.* Livius XXV, 16. Plinius XVIII, 16.

Nonnunquam etiam *iterum, tertio; Iterum ac tertio.* Cic. pro Dejot. 5. *Ille iterum, ille tertio auctionibus factis pecuniam dedit.* Cic. pro Rosc. Am. 22. *Iterum ac tertio nominavi*, zwey oder dreymal.

7. **Iterum atque tertium. Iterum tertiumque. Iterum et tertium. Iterum et tertio. Iterum tertioque.*

Livius III, 19. *Iterum atque tertium tribuni pessimis artibus regia licentia vivunt.* Plin. H.N. XIV, 22. *Anheli ingentia vasa corripiunt, ac plane infundunt, ut*

ut ſtatim evomant, rurſusque hauriant, idque iterum tertiumque, und dieſes thun ſie zum andern und dritten mal. Quintil. VII, 1. *Ipſi nobiscum ſic loquemur: Quid ſi hoc non eſſet? id iterum et tertium, et dum nihil ſit reliqui.* Varro I. R. R. 18. extr. *Fecerunt ii in ſarriendo iterum et tertio.* Plinius H. N. XXVII, 9. *Illiuitur usque dum ſudores evocet, iterumque et tertio, ita ne ſudor abluatur.* Celſus IV, 4. *Sanguis mittendus eſt, et ſi nihilominus ex ore proceſſit, iterum tertioque, et quotidie paulum aliquid.* Vid. id. VII, 2 et 7. Plin. XXXVI, 19.

*8. *Iterum iterumque. Iterum atque iterum.*

** S. D. B. Martial. II, 14. Virgil. II, Aen. 768.
Implevi clamore vias, mœſtusque Creuſam,
Nequicquam ingeminans iterumqae iterumque vocavi.
* Quintil. II, 13. Vopiſcus Aurelian. p. 214.
Cum iterum atque iterum mitteret.

9. *Iterum et ſæpius. Iterum ac ſæpius.*

Nonnunquam additur *ſæpius*. Cic. XIII. ep. 43. *Id ut re experiatur Lucejus, iterum et ſæpius te rogo.* Id. Manil. 11. *Teſtis eſt iterum ac ſaepius Italia, quae* cet. Id. pro Font. 8. *Semel atque iterum ac ſaepius*, einmal oder zweymal und öfters. * Livius III, 57. Suet. Neron. 33.

CAPUT CXXVIII.

De adverbio et præpoſitione JUXTA.

1. *Juxta* eſt *propter.*

Virgil. VI. Aen. 605.
Furiarum maxima juxta accubat. * Cæſ. II. B. G. 26, 1. Nep. Timoth. 2. Colum. VIII, 5 et 13. Salluſt. Jugurth. 65.

* 2. *Juxta*

* 2. *Juxta* tralate.

Suet. Calig. 10. *Magni in avum et qui juxta erant, obsequii*, id est, *qui proxima cognatione avum attingebant.* Livius XXXII, 14. *Dedidere deinceps sese qui Argenta quique Phirinum et Thimarum et Lisinas habent, aliaque castella juxta ignobilia.* (Sall. Catil. 2. *Eorum ego vitam mortemque juxta aestimo*, i. e. eodem loco habeo, pariter nihili duco.)

3 *Juxta-que* pro *aeque ac, pariter.*

Sæpe usurpatur pro *aeque.* Sallust. Jugurth. 67. *Juxta boni malique obtruncati sunt.* Id. ibid. *Cives hostesque juxta metuere.* Plin. IX, 35 et 41. *Margaritae a fœminis juxta virisque gestantur*, werden so wohl von Weibern als Männern getragen.

4. *Admonitio.*

Hæc familiaria sunt historicis: oratoribus non item, qui *aeque* lubentius, quam *juxta* usurpare solent. Lege *Aeque.*

5. *Juxta ac, juxta atque.*

Juxta ac, juxta atque itidem historica ferme sunt. * Varro II. R. R. 7. *Ex iis fœminas Commodius Equiculus juxta ac mares habere solebat.* Liv. XXXVII, 54. *Vestrum nomen juxta ac Deos immortales intuetur.* Sallust. Catil. 37. Livius I, 54. *Absentium bona juxta atque interemtorum divisa fuerunt.* Livius XXVIII, 20. *Trucidant inermes juxta atque armatos.* * Id. III, 33. Id. VI, 6. extr.

6. *Admonitio.*

Quod minus verisimile aut usitatum est, id antecedere solet. Liv. V, 6. *Contendunt, se juxta hieme atque æstate bella gerere posse.*

7. *Juxta*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0410
DFG

7. *Juxta-ac si.*

Juxta ac si Ciceronianum est. Cic. post. red. in sen. 8. *Sextius me cum omnibus rebus, juxta ac si meus frater esset, sustentavit*, id est, *non secus ac si*, gleich als ob er mein Bruder wäre. Livius XXII, 31. *Inde ad populandum agrum ducti milites; navalesque socii juxta effusi, ac si insulis cultorum egentibus praedarentur.* *Sallustius Jugurth. 45.

* 8. *Juxta et, juxta quam*, eines wie das andere.

Tacitus IV. Ann. 1, 5. *Corpus illi laborum tolerans: animus audax: juxta adulatio et superbia.* Id. XII, 17, 3. *Impediti vel eminentes loci, amnesque et urbes juxta perrumpuntur.* Sallust. Catil. 51, et Jugurth. 85. Livius X, 6. *Caeterum quia de plebe allegebantur, juxta eam, rem aegre passi Patres, quam cum consulatum vulgari viderent.*

*9. *Juxta-aut, juxta seu*, es gilt eines, dieses oder jenes.

Tacitus IV, 74, 4. *Nullo discrimine noctem ac diem, juxta gratiam aut fastus janitorum perpetiebantur.* Tacitus XI, 33, 1. *Getae praetorii praefecto haud satis fidebat, ad honesta seu parva juxta levi.* Id. I. Ann. 6, 6.

10. *Juxta cum.*

Juxta interdum assumit *cum*, apud historicos et poëtas. Sallust. Catil. 58. *Quo in loco res nostrae sint, juxta mecum omnes intelligitis*, id est, *aeque ac ego* †, setzet ihr neben mir alle wohl. Plaut. Aul. IV, 2. *Juxta mecum, si tu nescis, nescio.*

II. *Juxta* præpositio, neben.

Juxta est *apud.* Corn. Nep. in vit. Att. 22. *Atticus sepultus est juxta viam Appiam ad quintum lapidem.* *Colum. IV, 8. Tac. II. hist. 12, 3.

* 2. *Ur-*

† E versione mea quid de vi conjunctionis harum particularum sentiam, apparet.

* 2. *Urbem juxta.*

Raro *juxta* nomini suo postponitur. Tacitus VI, 39, 3. *Haec Tiberius non mari, ut olim, divisus, neque per longinquos nuncios accipiebat, sed urbem juxta.*

* 3. *Juxta* tralate.

Celsus II, 16. *Non convenit juxta inediam protinus satietatem esse.* Tacitus VI, 13, 1. *Iisdem consulibus, gravitate annonae juxta seditionem ventum,* ist fast ein Aufruhr entstanden.

Tralate et illa:

4. *Juxta* pro *secundum* vel *post.*

Juxta pro *secundum* historicum iridem est: Tacitus II. hist. 76, 3. *Juxta deos in tua manu positum est imperium.* Id. VI. Ann. 42, 3. *Populi imperium juxta libertatem: paucorum dominatio regiae libidini propior est,* das Regiment des Volks kommet der Freyheit am nächsten; aber das Regiment einiger weniger kommt der willkührlichen Herrschaft der Könige am gleichsten. *Liv. IX, 9. Idem XXXIX, 9.

* 5. *Juxta* pro *secundum* vel *convenienter* pessimæ notæ est. Justinus II, 12. n. 25. *Cum anceps praelium esset, Jones juxta praeceptum Themistoclis pugnae se paulatim subtrahere coperunt.*

CAPUT CXXIX.

De conjunctione LICET. †

I. LICET pro *etsi* rarum est. Cic. III. Att. 12. *Licet tibi, ut scribis, significarim, ut ad me venires Sidona, tamen intelligo, te istic prodesse, hic ne verbo quidem*

† Sic videtur. Sed Romani hoc verbo suo ita utuntur, ut germana ejus vis et natura retineatur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0412
DFG

quidem levare me posse. Id. in Vat. *Veritas licet in causis nullum patronum aut defensorem obtineat: tamen per se ipsa defenditur.* Add. ep. ad Brut. 17. adde infr. n. 6.

Admonitio.

Quoties sequitur *tamen*, satius est usurpare *etsi*, *tametsi*, *quanquam*. Nam *licet* hac significatione, ut diximus, rarum est, nisi cum concessioni servit. †

* 2. *Licet certe; licet - sed tamen.*

Cic. IV. Acad. 32. *Licet haec quivis arbitratu suo reprehendat, quod negemus, rem ullam percipi posse: certe levior reprehensio est, quod tamen dicimus esse quædam probabilia.* Cic. XIII. ep. 28. init. *Licet eodem exemplo sæpius tibi hujus generis literas mittam; sed tamen non parcam operæ.*

* 3. *Licet - modo.*

Propert. II, 23, 81. *Ista senes licet accusent convivia duri: Nos modo propositum, vita, teramus iter.*

4. *Licet* absolute positum.

Licet sæpissime absolute ponitur, et servit concessioni. Cic. XIV. Att. 4. *Sed omnia licet concurrant, idus Martiæ consolantur*, aber wenn gleich alles dieses zugleich auf uns los stürmet, so tröste ich mich doch mit ꝛc. Id. de Amic. 20. *Non enim tu possis, quantumvis licet excellas, omnes tuos ad honores amplissimos perducere*, wenn du vor andern auch noch so einen grossen Vorzug hast. Id. I. Att. 13. *Clodium præsentem fregi in Senatu cum oratione perpetua plenissima gravitatis, tum altercatione ejusmodi, ex qua, licet pauca, degustes*, von welcher du etwas zur Probe

† Autor intelligit concessionem peculiarem illam quæ in *etsi*, *etiamsi* non inest.

Probe versuchen darfst. Id. V. Att. 1. *Vel ipsi hoc dicas, licet, humanitatem ei, meo judicio, illo die defuisse*, du darfst ihr auch wohl selbst sagen, daß sie sich nach meiner Meynung nicht als ein vernünftiger Mensch erwiesen. Id. II. Att. 10. *Proinde isti, licet, faciant, quos volent, consules*, sie mögen zur Bürgermeistern machen, wen sie wollen. Id. III. de Leg. 10. *Præter duos Gracchos quamvis enumeres multos, licet, cum deni crearentur; nullos in omni memoria reperies perniciosos tribunos*, du magst ihrer auch noch so viel erzehlen. Id. de Aruſp. resp. 9. *Quam volumus, licet, P. C. ipsi non amemus, tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos, sed pietate et religione superavimus*, wenn wir von der Eigenliebe noch so sehr eingenommen wären, so werden wir doch.

D. P. Sic et *licebit*. Cic. de Invent. *Sequamur Hermagoram licebit*, id est, *si placet, si videatur*, ut exponit Schorus in phrasi, et ejus compilator Scioppius in observ. ling. lat. Plura exempla in Hadriano quæres, licebit. Quibus et illud addi potest Horatii II. Sat. 2. v. 59. In quibus omnibus ellipsis est particulæ *ut*. Patet autem in his formulis, *licet* ac *licebit*, verbum potius esse, quam conjunctionem. Vid. Goclen. II. probl. Grammat. 23.

5. *Licet per me, licet per te, licet per illum* cet.

Sæpe adjicitur *per me, per te, per illum* et alia ejusmodi. Cic. II. Acad. 29. *Per me vel stertas, licet, inquit Carneades, non modo quiescas*, meinetwegen darfst du auch gar schnarchen, nicht nur ruhen. Id. III. Orat. 35. *Per me appellet oratorem licet*, meinetwegen mag er ihn wohl einen Redner nennen. Plaut. Asin. prol. *Asinariam vult esse; si per vos licet.*

Ter.

Ter. Adelph. I, 2. *Tu illum tuum, si esses homo, sineres nunc facere, dum per ætatem licet.*

6. *Licet* pro *etiamsi.*

Nonnunquam *licet* pro *etiamsi* videtur usurpari. Cic. pro Rosc. Am. 11. *Licet undique omnes terrores periculaque impendeant omnia, succurram atque subibo.* Id. post red. in Sen. 3. *Licet corpus abesset meum, dignitas jam in patriam reverterat*, ob ich schon mit dem Leibe nicht zugegen war. v. n. 1.

7. *Licet* cum infinitivo, pro *possumus.* †

Alias infinito modo junctum usurpatur pro *possumus.* Cic. I. off. 29. *Licet ora ipsa cernere iratorum*, man darf nur das Gesichte zorniger Leute ansehen. Id. I. de Divin. 7. *Mirari licet, quæ sint animadversa a medicis herbarum genera*, man muß sich wundern. Id. I. Divin. 41. *Licet videre nationes quasdam huic sententiæ deditas.*

3. *Admonitio.*

Cicero pro *videre est, intelligere est*, quæ poëtica aut historica sunt, dicere solet, *videre licet, intelligere licet.*

CAPUT CXXX.

De adverbio LONGE.

LONGE proprie est *procul*, et jungitur sæpe cum præpositione *a* ††. Cic. II. ep. 7. *Longe absum: audio sero.* Id. III. ep. Qu. fr. 8. *Ubi sint isti Nervii, et quam longe absint, nescio.* Id. VI. Att. 3. *Tu autem abes longe gentium*, du aber bist weit von hier entfernet. Id. pro Flac. 29. *Longe omnino a*

† Etiamsi cum conjunctivo sæpe *licet* ponitur pro *possum.* Exempla ex superiore observatione II. et Verr. II, 58. pete.

†† Rationes repete ex c. I. Rarius cum *ex* Cæs. B. G. V, 21, 2. jungitur. De tempore raro dicitur *longe.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0415
DFG

Tiberi ad Caicum. Id. II. de fin. 30. *Audi, ne longe abeam, moriens quid dicat Epicurus*, damit ich nicht weit gehen dürffe. Id. IV. Verr. 27. *Epicrates longe mihi obviam processit.* Id. de Amic. 12. *Nos longe prospicere oportet futuros casus reipublicæ*, die zukünftige Fälle, Zustand der Republic.

* 2. *Longe* pro *ex longinquo loco.*

Cic. II. Divin. 58. *Somniorum defensio repetita quam longe est.* Id. XIII. ep. 30. *Hæc tam longe repetita principia quo spectant?* Senec. ep. 89. extr. *Ex tot concloytiis tam longe advectis.*

3. *Longe lateque.*

Longe lateque assumuntur ad significandam longitudinem ac latitudinem spatii. Cic. II. Nat. D. 15. *Nam solis candor illustrior est, quam ullus ignis, quippe qui immenso mundo tam longe lateque collucet.* Id. pro leg. Man. 12. *Tantum bellum, tam diuturnum, tam longe lateque dispersum Cn. Pompejus extrema hieme apparavit, ineunte vero suscepit, media æstate confecit.* Id. II. fin. 34. *Quæ est alia causa erroris tanti, tam longe lateque diffusi, nisi quod* cet. * Add. Id. Marcell. 9.

4. *Longe gentium.*

Cic. VI. Att. 3. *Tu vero abes longe gentium.* Id. XII, 22. *Nostri longe gentium absunt.*

5. *Longe* pro *valde.*

Interdum *longe* pro *valde* aut *multum* usurpatur. Cic. I. Acad. 1. *Tota ea res longe ceteris et studiis et artibus antecedit*, gehet allen andern Künsten und Wissenschaften weit vor. Id. pro Font. 17. *O fortunam longe disparem M. Fonteji.* Id. pro Syll. 17. *Et erat huic judicio longe dissimilis illa contentio.* * Id. II, Att. 16.

6. *Longe*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0416
DFG

6. *Longe multumque.* *Longe et multum.*

Nonnunquam assumit *multum*, significandi gratia. Cic. V. fin. 14. *Longe multumque præstat mens atque ratio.* * Id. II. fin. 34.

* Cic. Mur. 13. *Dicendi consuetudo longe et multum isti vestræ exercitationi ad honorem antecellet.*

Longe pro *multo* sæpe usurpatur, nec raro cum superlativo jungitur. † Cic. pro Dom. 16. *Hæc homines improbi ad quosdam viros fortes, longe aliter atque a me dicta erant, detulerunt*, dieſes haben böſe Leute viel anders, als ich es geſagt, bey braven Leuten vorgebracht. Id. pro Planc. 38. *Quod est longe secus.* Id. III. Orat. *Nam est longe aliter in versibus.* Cic. I. Orat. 11. *Non adsentiebar harum disputationum inventori, longe omnium in dicendo gravissimo et eloquentissimo Platoni*, der weit nachdrücklicher und beredter ſchreibet als alle andere. Id. in Brut. 62. *Longe post homines natos improbissimus C. Servilius Glaucia.* Id. pro Rosc. Am. 12. *Hominem longe audacissimum nuper habuimus in civitate C. Fimbriam.* Id. XIII. ep. 14. *Pætus longe princeps municipii Lucensis.* Id. Verr. II, 22. *Longe primus civitatis est Epicrates.* Id. in Brut. 14. *Longe plurimum ingenio valuisse videtur Coruncanius.*

* 8. *Non longe abest, quin.*

Cic. IX. Att. 11. *Aberit non longe, quin hoc a me decerni velit.* Cæsar III, B. G. 18, 4. *Quibus angustiis ipse Cæsar a Venetis prematur, docet, neque longius abesse, quin proxima nocte Sabinus clam ex castris exercitum educat.*

* 9. *Longissime* de tempore, pro *a longe tempore.* Plaut. Menæch. V, 8, 53. *Quid longissime meministi?*

† Etiam comparativis adjicitur. Vellejus II, 51. extr. *Variatum deinde præliis, sed uno longe magis Pompejanis prospero.* Id. II, 74, 1.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0417
DFG

CAPUT CXXXI.
De adverbio MAGIS et MAXIME.

*1. *Magis; magis-ut; magisque; et magis; nec magis; et eo magis* continuant orationem.

Celsus II, 8. *Cui sano subitus dolor capitis ortus est, deinde somnus oppressit, intra septimum diem pereundum est: magis, si eum alvus cita non antecesserit.* Id. II, 30. *Panis ex siligine adstringit, magis si sine fermento est, magis etiam, si ustus est.* Cic. Rosc. Am. 6. *Roscius erat Romæ frequens atque in foro et in ore omnium quotidie versabatur, magis, ut exultare victoria nobilitatis videretur, quam timere, ne quid ex ea calamitatis sibi accideret.* Celsus III, 13. *Si res inveteraverit, post febrem experiri balneum et vinum, magisque si, horrore sublato, hæc superest, oportet.* Id. V, 26. *Quo plura loca injectum vinculum mordet, eo majores inflammationes oriuntur, magisque aestate.* Id. VI, 18. de test. morb. Plin. XVIII, 13. Celsus V, 26. de gangr. *Gangraenam curare non difficillimum est, utique in corpore juvenili, et magis etiam, si musculi integri sint.* Cic. II. Att. ult. *Valde te expecto, valde desidero, neque ego magis, quam ipsa res et tempus poscit.* Id. XIII. Att. 1. Cic. pro Cluent. 47. *Homines quos caeteris vitiis atque omni dedecore infames videbant, eos hac quoque subscriptione notare voluerunt, et eo magis quod illo ipso tempore erant judicis cum equestri ordine communicata.*

* 2. *Magis ut - quam quod.*

Cic. pro Cluent. 32. *Hic ego, magis ut consuetudinem servem, quam quod vos non vestra sponte hoc faciatis, petam a vobis, ut me attente audiatis.* Livius V, 23. extr. *Inter haec pacificatum legati a Volscis et*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0418
DFG

et Aequis venerunt: impetrataque pax, magis ut fessae tam diutino bello acquiesceret civitas, quam quod digni peterent.

*3. *Magis quia-quam quod. Magis quod-quam quod.*

Livius II, 1. *Libertatis originem inde magis, qui annuum imperium consulare factum est, quam quod diminutum quicquam sit ex regia potestate, numeres.* Id. II, 13. *Jactatum in conditionibus nequicquam de Tarquiniis in regnum restituendis, magis quia id negare ipse nequiverat Tarquiniis, quam quod negatum ire sibi ab Romanis ignoraret.* Livius XLV, 10. *Decimus cum magno adsensu auditus est, non magis eo, quod multitudinis noxam elevabat, quam quod culpam in autores verterat.*

4. *Magis-quam; magis-quam si.*

Magis plerumque cum *quam* copulatur. Cic. II. de Orat. 4. *Magis adeo id felicitate, quam alia ulla culpa mea contigit.* Id. XVI. Att. 5. *Etsi magis est, quod gratuler tibi, quam quod te rogem: tamen etiam rogo.* Cic. pro Mil. 7. *Nisi forte magis erit parricida, qui consularem patrem, quam si quis humilem necaverit.* *Id. VI. ep. 4. Cic. VI. Att. 5. Livius XLV, 42. pr.

Admonitio.

Non temere *magis* pro *plus* usurpandum est. *Magis* enim plerumque ad comparationem pertinet, et *potius* significat. *Plus* autem sæpe refertur ad magnitudinem et contrarium habet *minus*, ut, *plus virium*, *plus jucunditatis*, item *plus posse*, *plus efficere*, et alia ejusmodi, quibus locis *magis* usurpare non licet. Lege *plus*. †

† Raro pro *plus* ponitur *magis*. Cic. pro Cæl. 6. *Si in magnis catervis amicorum Catilinæ fuit etiam Cælius, magis est, ut ipse molestæ ferat,*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0419
DFG

5. *Magis* absolute positum.

Sæpe absolute ponitur, sed ita, ut *quam* fere intelligatur. Cic. XVI, ep. 19. *Expecto tuas literas, te ipsum multo magis.* Id. Parad. III, 1. *Nihil huc addi potest, quo magis virtus sit.* Id. Planc. 24. *Magis ædilis fieri non potuisset*, id est, *quam factus est.* Id. I. ep. 9. *Cum Pompejus ita contendisset, ut nihil unquam magis.*

6. *Magis - si.* †

Nonnunquam assumit *si.* Cic. de Amic. 7. *Tum magis id diceres, Fanni, si nuper in hortis Scipionis adfuisses.* Plaut. Mil. V. *Magis dicas, si scias, quod ego scio.* Terent. Heaut. V, 1. *Magis, si magis noris, putes ita rem esse.*

*7. *Non magis - quam. Nec magis - quam.*

Magis a latinis sæpe cum *non* jungitur, ubi germani malunt dicere, nicht so wohl. Cic. ep. ad Brut. 15. *Hæc sententia non magis mea fuit, quam omnium.* Id. ep. ad Brut. 26. *Desperationis culpa non magis in te residet, quam in omnibus aliis.* Planc. ad Cic. X. ep. 17. Cic. X. ep. 26. Id. XIII. ep. 25. Livius XXXIX, 52. Cic. XIV. ep. 2. *Conficior mœrore, nec me meæ miseriæ magis excruciant, quam tuæ.* Id. ep. ad Brut. 10.

*8. *Non magis - quam* pro *æque ac.*

Cic. II. ep. 16. *Tempora hæc non animum meum magis solicitum habent, quam tuum.* Planc. X. ep.

Cic.

ferat, errasse se, quam ut istius amicitiæ crimen reformidet, pro *plus causæ est, ut.* (Sed licet etiam sic intelligere: *est potius causa*, atque fortasse sic melius.) **Observandus hic locus Ciceronis pro Rosc. Amer. 14. *Annos natus magis quadraginta.* Potuisset dicere *plus* vel *amplius quadraginta.*

† In his exemplis *si* non a *magis*, sed expresso vel subintellecto *tum* pendere videtur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0420
DFG

Cic. 4. *Omnia tua consilia mihi non magis prudentiæ plena videntur, quam fidelitatis.* Cic. V. ep. 12. Nep. Dion. 3. Cic. XIII. ep. 25.

(*Non magis-quam* non accurate simpliciter interpreteris *æque ac;* nam: *non animum meum magis quam tuum*, non est *æque meum ac tuum*, sed *æque tuum ac meum.* Itaque formula sic erat concipienda: *non magis hunc, quam illum* pro *æque illum ac hunc.* Cererum hi duo numeri 7. et 8. in unum erant cogendi.

9. *Magis magisque: magis ac magis: magis et magis.*

Interdum *magis* iteratur, rei *magis* declarandæ causa. Cic. II ep. 18. *Sed mihi quotidie magis magisque de rationibus tuis cogitanti placet.* Id. I. Phil. 2. *Quotidie magis magisque minitabantur.* Cic. V. Att. 7. *Magis ac magis suspicor, te in Epirum profectum,* je länger, je mehr. * Add. Tacit. VI. Ann. 21, 4, et Suet. Vitell. 11. Cic. XIV. Att. 21. *De Græcia quotidie magis et magis cogito.*

10. *Nihilo magis*, vide *Nihilo.*

11. *Magis* cum *minus* comparatum.

Aliquando *magis* cum *minus* comparatur. Cic. I. off. 21. *Capessentibus rempublicam nihilo minus quam philosophis, haud scio an magis etiam despicientia adhibenda sit rerum humanarum.* Terent. Adelph. IV, 3. *Omnes quibus res sunt minus secundae, magis sunt natura quodammodo suspicioſi.* *Cic. III. N. D. 8. extr. *Nullo modo prorsus assentior: non quod difficile sit mentem ab oculis sevocare, sed quo magis sevoco, eo minus id, quod tu vis, possum mente comprehendere.* Celsus de Medic. præfat. extr. *Saepe in eo magis necessaria cibi festinatio est, qui minus inediam tolerat.*

* 12. *Magis minusve ; magis ac minus ; magis aut minus*, pro *varie*.

Plinius XVII, 24. *Vermiculantur arbores magis minusve quaedam, omnes tamen fere.* XXXVII, 5. *Cyprii ſmaragdi varie glauci, magisque ac minus in eodem ſmaragdo aliis partibus tenorem illum Scythicae autoritatis non ſemper cuſtodiunt.* XXXVII, 5. *Carchedonii fragiles ſed colore incerti, et virentium in caudis pavonum columbarumque collo plumis ſimiles, ad inclinationem magis aut minus lucidi, venoſi quidem ſquamoſique.*

** 13. D. *Magis* vel *potius* non ineleganter omittitur, ut μᾶλλον Græcorum. Plaut. Menæch. V, 1. *Quin vidua vivam* (potius) *quam tuos mores perferam.* Auſon. Popm. II. de uſu ant. loc. 21. Muret. ad Ter. Prol. Eun. Lipſ. V. epiſt. quæſt. 23. Schott. ad Nep. Datam. et Attic. et V. obſerv. 34. Scip. Gentil. ad Apul. apol. num. 128. et 324. Buch. ad Plin. num. 490. Tacit. IV. hiſt. *Ptolemæus, ut ſunt ingenia regum, pronus ad formidinem, ubi ſecuritas rediit; voluptatum* (magis) *quam religionum appetens.* Tale eſt illud Lucæ XVIII, 14. Κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἢ ἐκεῖνος. Taubm. ad Plaut. pag. 732. * Adde Antonii Auguſtini Emendation. lib. IV, c. 8. pag. 184-188.

15. ** D. Contra interdum ſimili Helleniſmo redundat. Schott. d. l. Virg. in Cul. *Qui magis optato poſſit eſſe beatior ævo.* Scal. et Taubm. ibid. et ad Plaut. p. 687. Ita μᾶλλον κρεῖσσον Demoſth. Phil. I.

II. MAXIME.

Cic. I. off. 11. *In republ. maxime conſervanda ſunt jura belli*, vornehmlich über dem Kriegsrecht halten.

Id.

Id. XII. ep. 25. *De te audiebamus ea, quæ maxime vellemus.* Et ita sæpe.

* 2. *Maxime* et *maximeque* continuant orationem.

Cic. XII. Att. 20. *De Coccejo et Libone quæ scribis, approbo; maxime, quod de judicatu meo responsum sit.* Id. XIII. Att. 1. *Nec vero ullum genus possessionis est, quod malim, maxime scilicet ob eam causam, quæ susceptа est.* Id. III. ep. 8. Id. off. I, 12. Celsus VIII, 10. de comm. cur. *Gravius aliquanto est, cum ossis fracturæ carnis quoque vulnus accessit, maximeque, si id musculi femoris aut humeri senserint.*

3. *Maxime* iteratum.

Cic. I. ep. 7. *Ii maxime, qui te et maxime debuerunt, et plurimum juvare potuerunt; inviderunt dignitati tuæ.* *Id. I. off. 3. IX. Att. 11. XVI. ep. 1.

5. *Quam maxime.*

Quam maxime rem plurimum auget. Cic. I. de Orat. 33. *Dicere quam maxime ad veritatem accommodate*, nach der Wahrheit reden, so viel es immer möglich ist. * Id. I. Orat. 34.

6. *Vel maxime.*

Vel maxime idem pene, quod *maxime*. Cic. II. Nat. D. 65. *Prædictio rerum futurarum mihi videtur vel maxime confirmare Deorum providentia consuli rebus humanis.* Id. Partit. 33. *Quae quidem vel maxime suspicionem movent, et quasi tacita sunt criminum testimonia*, machen am meisten verdächtig.

7. *Ut cum maxime.*

Ut cum maxime ad tempus refertur. Cic. II. ep. Qu. fr. 8. *Domus celebratur, ut cum maxime*, als iemals vorhero. ** De particulis *cum maxime* vid. Zinzerlingi Critic. Juvenil. Promuls. c. 22. p. 67

67 seq. et annotationem doctorum hominum ad Arbitrii Satyr. c. 54. p. 262 (adde supra in *cum* n. 21.)

8. *Quam qui maxime.*

Quam qui maxime ad personam. Cic. V, ep. 2. *Tam sum amicus reipublicae quam qui maxime*, als iemand der noch sehr über ihr hält.

* 9. *Ut qui maxime.*

Livius V, 25. *Grata ea res, ut quae maxime Senatui unquam fuit.* Id. VII, 33. (Utraque forma elegans est periphrasis superlativi, pro, ea res senatui gratissima fuit, sum reip. amicissimus.)

10. *Ut quisque maxime-ita potissimum* (vel *maxime*, eleganter.)

Cic. I. off. 15. *Hoc maxime officii est, ut quisque maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari*, iemehr iemand Hülffe bedarff, iemehr.

* Huic geminum illud Cic. I. off. 19. *Ut quisque animi magnitudine maxime excellit, ita maxime vult princeps omnium esse.*

* 11. *Ita quisque maxime-uti maxime.*

Cic. I. off. 15. *Colendus est ita quisque maxime, ut quisque maxime virtutibus lenioribus erit ornatus.*

* 12. *Maxime* in responsionibus.

Terent. Adelph. IV, 3. He. *Sequere me ergo hac intro.* Mi. *maxime.* Id. Hecyr. IV, 4. *Puerum Phidippe mihi cedo, ego alam.* Ph. *maxime.*

* 13. *Maxime si*; *maxime nisi*, continuant orationem.

Varro I. R. R. 51. pr. *Aream esse oportet solida terra pavitam, maxime si est argillosa.* Palladius II, 9. extr. *Si siccas segetes sarculaveris, aliquid contra rubiginem praestitisti, maxime si hordeum siccum sarrietur.*

Raro

Raro *nisi* sequitur particulam *maxime*. Plinius XXV, 5. *Nec album facile melampodium colligitur caput aggravans, maxime nisi praesumatur allium.*

* 14. *Maxime - sed etiam: maxime - sed et.*

Colum. XII, 53. *Hæc salsura, luna decrescente, maxime per brumam, sed etiam mense Februario ante idus commode fiet.* Plinius XVII, 24. *Adurunt æstates quidem vites et olivas maxime, sed et alios fructus.* Id. XXXVII, 3. *Fœminæ monilium vice succina gestant, maxime decoris gratia, sed et medicinæ.*

* 15. *Maxime* primo loco sequentibus *deinde, proxime, mox* similibusque in signandis gradibus.

Varro II. R. R. 9. *In quo genere sunt* maxime *oves,* deinde *capræ.* Plinius IX, 16. *Gustu olei* maxime, dein *modicis imbribus gaudent aluntur que.* Cic. pro Rabir. Post. 12. *Si per eum reductus insidiose redissem, me scilicet* maxime, *sed* proxime *illum quoque fefellissem.* Cic. VIII. Philipp. 10. extr. *Hujus industriam,* maxime *equidem vellem, ut imitarentur ii, quos oportebat:* secundo *autem* loco, *ne alterius labori inviderent.* Plinius XVIII, 7. *Post triticum Chium* maxime *laudatur Creticum,* mox *Aegyptium.* Id. XIX, 5. Id. XXVIII, 9.

Plin. XII, 28. *Laudatur Hammoniaca* maxime, mox *Aegyptia;* dein *Syriaca, duntaxat in locis sitientibus odorata palma.* Colum. III, 12. *Saserna* maxime *probat solis ortum,* mox *deinde meridiem,* tum *occasum.* de Arbor. 16. *Vitem* maxime *opulus alit,* deinde *ulmus,* deinde *fraxinus.* Id. V, 6. *Vitem* maxime *opulus videtur alere,* deinde *ulmus,* post *etiam fraxinus.* Plinius XXXVII, 12. *Figura oblonga* maxime *probatur,* deinde *quæ vocatur lenticula,* postea *clypeidos et rotunda: angulosis minima gratia.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0425
DFG

gratia. Cic. pro Cæcin. 9. Maxime *fuit optandum Cecinnæ, ut controversiæ nihil haberet:* secundo loco *ut ne cum tam improbo homine:* tertio, *ut cum tam stulto haberet.* *Huc pertinet illud Plinii XII, 13. Columell. VI, 3. *Ea probantur* maxime *ex milio,* tum *ex hordeo,* mox etiam *ex tritico.* VI, 3. *Probatur* maxime *ulmea,* post *fraxinea,* et ab hac *populnea,* ultima *sunt iligunea.* Varro II. R. R. 11. *Quod autem lac* maxime *perpurget, est equinum,* tum *asinium,* deinde *bubulum,* tum *caprinum.*

* 16. *Maxime*)(*minime.*

Cic. post red. in sen. 2. *Mummium habuit ille pestifer annus maxime fidelem, et minime timidum.* Id. V. Tusc. 34. *Intelligis, qui voluptatem maxime sequantur, eos minime consequi.* Id. Cluent. 60. Colum. I, 6.

CAPUT CXXXII.

De adverbio MAGNOPERE.

MAGNOPERE ex *magno* et *opere* factum usurpatur pro *multum.* Cic. XV. ep. 14. *Ego caeterarum rerum causa tibi Romam magnopere properandum censeo.* Id. pro Rosc. Com. 15. *Quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro,* ich frage wenig darnach, was du antworten werdest. Id. Verr. V, 41. *Quid, inquam magnopere potuit Cleomenes facere, istius avaritia navibus exinanitis.* Id. I. de Leg. 20. *Gellius Athenis philosophos in unum locum convocavit, ipsisque magnopere autor fuit ut aliquando controversiarum aliquem facerent modum.* Id. VI. ep. 14. *Magnopere putavi augoris et doloris tui levandi*

aandi causa, pro certis ad te ea, quae essent certa, perscribi oportere.

3. *Magnopere* cum *nihil*, *nullus* cet.

Magnopere libenter adhæresçit particulis negantibus. Cic. Arch. 6. *Nihil est in vita magnopere expetendum, nisi laus atque honestas.* Id. senect. 13. *Senectus voluptates nullas magnopere desideret.* Cælius ad Cic. VIII. ep. 1. *Ut nunc est, nulla magnopere expectatio est.*

3. *Magno opere.*

Interdum hoc adverbium dividitur in ea, ex quibus conflatur. Cic. XIII. Att. 28. *Nicias a Dolabella magno opere accersitus.* Idem XIII. ep. 35. *Magnoque opere abs te peto,* und bitte dich gar sehr.

* 4. *Maximopere.*

Cic. X. ep. 25. *Si quid operis tibi etiamnum restat, id maximopere censeo persequendum.* Livius XLII, 57. *Romani maximopere indigne ferebant non latam Pheraeis opem.* ** P. Cic. III. epist. *A te maximopere quaeso et peto.*

** 5. *Maximo opere.*

** P. Terent. Eunuch. III, 3. *Thais maximo te orabat opere, ut cras redires.*

CAPUT CXXXIII.

De adv. MALE et interject. MALUM.

MALE *accipere* est *male tractare*, et refertur tum ad verba, tum ad facta. Cic. III. Verr. 23. *Iste male accipit verbis Rabonium,* fährt den Rabonium hart an. Id. Verr. II, 23. *Epicrates homines, multis verbis male a se acceptos, dimisit.* Lentulus ad Cic. XII. ep. 14. *Exclusus ab Antiocha Dolabella*

labella et in oppugnando male acceptus, Laodiceam se contulit. *Nep. Eumen. 8. *Cum Antigono conflixit in itinere, eumque male acceptum in Mediam hiematum coegit redire.*

2. *Male mulctare.*

Male mulctare idem quod *pugnis verberibusve male accipere.* Cic. in Brut. 22. *Addebat etiam scriptores illos male mulctatos exisse cum Galba.* Id. Verr. IV, 43. *Ii primi cum obsistere conarentur, male mulctati clavis ac fustibus repelluntur,* mit Faust-hämmern und Prügeln sehr geschlagen. * Ter. Eunuch. IV, 7, 4.

** Obiter hic admonendum, placere doctissimis viris, ut in his phrasibus scribatur *mulcare* quod est *verberare, et plagis quasi debilitare.* Nam *multandi* seu *mulctandi* verbum longe diversam vim habet. Vid. Victor. Castig. in Cic. pag. 547. Lambin. ad Cornel. Nep. Hannibal. 271 et 276, et ad Lucret. pag. 435. Schott. ad vir. Illust. in Flaminio. Lipsius ad I. Annal. Tacit. num. 121. Colv. ad Apul. p. 109. Casaub. ad Sueton. Jul. 17.

3. *Male audire.*

Male audire et *bene audire* fere ad malam aut bonam famam pertinent: nam cui male dicitur, is *male audit*, cui bene dicitur, *audit bene.* Cic. VI. Att. 1. *Qui me idcirco putant bene audire velle, ut ille male audiat.* Id. V. Tusc. 50. *Surdaster erat M. Crassus, sed aliud molestius quod male audiebat, etiamsi, ut mihi videbatur, injuria,* er war im üblen Geschrey, Ruff. * Add. Terent. Hecyr. IV, 2, et Phorm. II, 3.

* 4. *Male*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0428
DFG

* 4. *Male emere*, id est, *care.*

Cic. II. Att. 4. *Mihi maxime placet, ea, quæ male empta sunt reddi.* (Contrarium est *male vendere* Cicer. Verr. III, 98.)

* 5. *Male cogitare*, id est, *prava consilia agitare.*

Cic. Senect. 6. *Quomodo Carthagini male jamdiu cogitanti bellum inferatur, multo ante denuncio.* Cato R. R. 1. *Minime male cogitantes sunt, qui in eo studio occupati sunt.*

* 6. *Male habere* est *molestiam afferre.*

Terent. Andr. II, 6. *Praeter spem hoc evenit ei, entio; hoc male habet virum.*

(7. *Male* in formulis forensibus.)

Cic. Cæcin. 28. *Male facere sponsionem.* i. e. causa cadere, in qua sponsione certaris. Quint. 14. *Male agere* pro formula actionis aliena uti, qua cadas necesse sit etc.

* 8. *Male olacer.*

Male est *cum pernicie.* Tacitus IV. An. 71, 5. *Revenere in urbem trepidi, quos non sermone, non visu dignatus erat: quidam male alacres, quibus infaustae amicitiae gravis exitus imminebat.* (Immo in hoc est alieno tempore, cum nulla idonea causa subesset: quo sensu eleganter passim dicitur. Horat. Carm. IV, 6. *Male feriati.* Id. S. I, 9, 65. *Male falsus* etc. Omninoque Horatius hoc usu particulæ hujus tali sensu delectatur.)

9. *Male* pro *parum, (non satis) valde.*

** D. P. Ut *bene* pro *valde*, ita *male* pro *parum* interdum accipitur †. Horat. I. od. 9. *Digito male*

† Imo vero pro *malitiose, animo dissimulante veritatem consilii.* (Sic etiam Bentlejus ad h. l.)

le pertinaci. Contraria tamen ratione etiam per *valde* seu *vehementer* exponi potest in his, *male esurire*, *formidare*, *odisse*. Vall. II. Eleg. 52. cum scilicet de rebus in se malis aut ingratis sermo est. (Exempla utriusque formæ sunt plura apud Horatium eundem S. I, 3, 45. II, 3, 136. S. 107. Etiam Cicero Verr. III, 98. *Fructus male percepti*, i. e. parce, tenuiter.

* 10. *Male sit. Deus male faciat.*

Male sit: dii male faciant, male precantis erat. Catull. Carm. II, 13. *At vobis male sit, malae tenebrae orci.* Cic. XIII. Att. 25. *Male mihi sit, si unquam quicquam tam enitar.* Id. XV. Att. 15. *Antonio male sit, si quidem Buthrotiis molestus est.* Cic. XI. ep. 21. *Dii isti Segulio male faciant, homini nequissimo.* * Id. V. ep. 11.

11. *Male narras.*

Male narras est *tristem nuntium affers.* Cic. XVI. Att. 14. *Male narras de nepotis filio*, du bringst eine böse Zeitung von ihm. * Id. I. Tusc. 6. Cui opponitur *narras bene.* * Cic. Parad. III, 2. *Socrates disputabat isto modo. Bene hercule narras*, du redest gar recht.

MALUM.

Malum sæpe interjectio est indignantis. Cic. I. Philipp. 6. *Quaenam, malum, est ista voluntaria servitus.* Id. Verr. I, 20. *Quae, malum, est ista tanta audacia, atque amentia?* was den Henker ist dieses vor eine Kühnheit? * Add. II. off. 15, et X. Philipp. 9.

CAPUT

CAPUT CXXXIV.

MANIFESTO offenbarlich, so daß es leichtlich erwiesen werden kan.

Cic. Cluent. 14. *Quid? aviam tuam pater tuus non manifesto necavit.*

2. Deutlich.

Cic. Clu. 14. *Exponam vobis Oppianici facinus manifesto compertum atque deprehensum.*

CAPUT CXXXV.

De adverbio MINUS, MINIME et MINIMUM.

1. *Minus* pro *parum* aut *varius*.

MINUS sæpe pro *parum* usurpatur. Cic. de Amic. 7. *Id si minus intelligitur, quanta vis amicitiae sit, ex discordiis percipi potest*, wenn man nicht allzuwohl sehen kann. Dolabell. ad Cic. IX. ep. 9. *Terentia minus bene habuit*, ist nicht allzu wohl aufgewesen, hat sich nicht gar zu wohl befunden. Id. Amic. 8. *Quod minus per se quisque posset, id acciperet ab alio.* Cæsar I. B. G. 2. *His rebus fiebat, ut Helvetii et minus late vagarentur, et minus facile finitimis bellum inferre possent*, nicht so gar weit ausstreichen cet. Cic. XII. ep. 2. *L. Cotta minus in Senatum venit*, kommt wenig, selten, in die Rathsversammlung.

* 2. *Minus* de numero.

** *Minus* ad numerum relatum, cujus contrarium est *plus* vel *amplius*. Livius. *Hostium plus mille caesi, Romanorum minus mille*, id est, pauciores quam mille. Cic. in Verr. *Jussit, ut senatores triginta, non minus, adessent*, pro *non pauciores*. Cæ-

sar. *A millibus passuum minus duobus castra posuerunt*, tausend weniger zwey. Plin. XV. *Minus quinquennio* (al. *quinquennium*) *est*, es sind noch nicht 5 Jahre. Hadrianus Linacer. libr. 2. Schor. in Phras. (Notabilis est locus Ciceronis Verr. I, 57. *Ut uno minus teste haberet Rabonio.* add. Burm. ad Ovid. A. A. I, 644.)

* 3. *Minus* de personis.

Cic. Act. I, in Verr. 13. *Ipse Consul in hac causa prae me minus etiam, si fieri possit, quam privatus esse videtur.* Liv. V, 8. *Minus militum periit*, es sind nicht allzuviel Soldaten umgekommen. Id. XXXIX. 18. *Si ei permissum esset, quum in Senatu centum non minus essent, ita id sacrum faceret.* Terent. Eunuch. IV. 6

* 4. *Minus* cum genitivo.

Cic. I. Invent. 19. *Ea per se minus habent firmitudinis.* Livius IV, 51. *Minus praedae, quam speraverant, fuit.* Id. I, 11, et XXII, 5.

* 5. *Dimidio* et *dimidium minus.*

Livius XLI, 13. *Sociis dimidio minus, quam civibus datum.* Celsus V, 28. *Iis auripigmenti dimidio minus, quam in singulis prioribus est, adjicitur.* (Cic. Verr. I, 47. *Minus dimidium.*)

6. *Minus* pro *non.* †

Minus interdum pro *non* ponitur, praesertim cum antecedit *si.* Cic. I. Divin. 14. *At nonnunquam ea, quae praedicta sunt, minus eveniunt*, geschicht nicht, trifft nicht allzu wohl ein. Id. VII. Verr. 27. *Si minus supplicio affici, accustodiri oportebat.* *Add. XII. Att. 19, et XI. ep. 22. Cic. Arch. 10.

7. *Minus*

† Sed *minus* etiam in exemplis autoris minus significat, quam *non.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0432
DFG

7. *Minus quam*; *minus ac*; *minus atque*.

Minus assumit *quam* apud oratores; interdum *ac* vel *atque* apud Poëtas. Cic. XV. ep. 10. *Si mihi tecum minus esset, quam est cum tuis omnibus.*. Virg. III. Aen. 561.

Haud minus ac jussi faciunt. . .

* In prosa hoc ne imiteris. Horat. II. Sat. 7.

Qui peccat minus atque ego.

* In prosa cave hoc imiteris.

8. *Nec minus*, pro *item*.

** *Nec minus-ut.* Propertius I, 15, 7.

Nec minus Eois pectus variare lapillis,
Ut formosa novo quæ parat ire viro.

* 9. *Non minus quam*, pro *æque ac*.

Servius ad Cic. IV. ep. 5. *Ea nobis erepta sunt, quæ hominibus non minus, quam liberi, cara esse debent.* Cic. Sext. 12. *Examinatus evolat ex Senatu, non minus perturbato animo atque vultu, quam si ante annis paucis in creditorum conventum incidisset.*

10. *Non minus multæ*, cet.

Nepos Alcib. 5. *Complures urbes expugnaverant, in his Byzantium: neque minus multas consilio ad amicitiam adjunxerant collegæ Alcibiadis.* *Observanda formula ista Livii XLII, 28. *Cum centum et quinquaginta non minus adessent, præeunte verba Lepido Pontifice maximo, id votum susceptum est.* Id. XLII, 60. init. *Cecidere eo die ab Romanis ducenti equites, duo millia haud minus peditum.* Id. XXXIX, 18. *In Senatu centum non minus erant.*

11. *Nihil minus* et *nihilo magis* vide *Nihil*.

12. *Minus minusque*; *minus ac minus*; *minus et minus*.

Ut *magis*, ita *minus* iteratur interdum. Ter.

Heaut. III, 3. *Nam mihi jam minus minusque obtemperat Clitipho.*

* Ut *magis ac magis* dicimus, ita, quanquam rarius, dicere licet *minus ac minus.* Plin. XI, 10. *Cum adveſperaſcit, apes in alveo ſtrepunt minus ac minus.* Ovid. XI. Metam. 623. *Quod* (corpus) *quo magis illa tuetur: hoc minus et minus eſt mentis.*

* 13. *Minus)(magis; minus)(plus; minus)(ſatis.*

Cic. II. divin. 72. *Metus ipſi per ſe minus valerent, et magis contemnerentur, niſi ſomniorum patrocinium philoſophi ſuſcepiſſent.* Id. V. ep. 13. Celſus I, 2. *Id ipſum modo minus, modo magis faciendum eſt.* Id. II, 11. Cic. VI. ep. 11. *In ſtudio minus fortaſſe, quam vellem: in rebus atque uſu plus etiam quam vellem verſatus.* Cic. pro Sext. 50. *Eos idcirco non appello hoc loco, ne mea oratio, ſi minus de aliquo dixero, ingrata; ſi ſatis de omnibus, infinita eſſe videatur.*

* 14. *Minus-ſed*, vel *ſed tamen*, vel *tamen.*

Cic. Planc. 30. *Reſpondebo tibi nunc, Laterenſis, minus fortaſſe vehementer, ſed profecto nec conſiderate minus, nec minus amice.* Cic. II. Orat. 14. *Qui illum impetum oratoris non habeat, vehemens fortaſſe minus, ſed aliquanto tamen eſt dulcior.* Quintil. IV, 1. *Id minus favorabile, aliquando tamen non inutiliter aſſumimus.*

II. MINIME.

Minime plus eſt quam *minus*, ſed non penitus negat, ſi vim ejus propriam ſpectes †. Cic. in Brut.

† Veritas hujus præcepti apparet primum ex his exemplis. Cic. XIV ep. 13. *Quod in miſerrimis rebus minime miſerum putabis, id facies.* I. off. 31. *Omnis adhibenda eſt diligentia, ut ea ſi non decore, at quam minime indecore facere poſſimus.* (Id. XIV. Philipp.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0434
DFG

Brut. 57. *Sed mihi placebat Pomponius maxime, vel dicam, minime displicebat*, hat mir am wenigsten mißfallen. Cæsar I. B. G. 1. *Minime ad eos mercatores sæpe commeant.* Cic. XIII. ep. 1. *Homo minime ambitiosus, minimeque in rogando molestus*, der die Leute sich fast gar nicht zu verpflichten sucht, und niemand mit Bitten verdrüßlich ist. Id. VII. Verr. 34. *In hac quadriremi propter honorem et gratiam Cleomenis minime multi remiges et milites deerant.*

*2. *Minime* cum *genitivo.*

Cic. Rosc. Am. 34. *Id ad te minime omnium pertinebat.* Ita sæpe cum altero casu ponitur. Huc refer. Terent. Adelph. III, 2. *Ah! minime gentium.* Id. Phorm. V, 9.

*4. *Minime - minime.*

Cic. Rosc. Am. 38. extr. *Id minime videtur grave iis, qui minime ipsi leves sunt.*

*5. *Valde*)(*minime* : *minime*)(*maxime* : *minime*)(*plurimum.*

Cic. II. Divin. 64. *Valde Heraclius obscurus; minime Democritus.* Cic. I. N. D. 3. *Cum minime videbamur, tum maxime philosophabamur.* Id. II. N. D. 10. *Ipse aer, qui natura est maxime frigidus, minime est expers caloris.* Id. II. Div. 1, et XVI. Att. 5. Cic. Orat. 66. *Id minime apparet, et valet plurimum.*

*8. *Minime* pro *minimum* vel *saltem* non temere imitandum.

Colum. I, 6. *Lata bubilia oportebit pedes* X, *vel minime novem.* Id. de Arbor. 24. *Piros autumno*

lipp. 4. *Cui viginti hic annis supplicatio decreta est, ut non imperator* appellaretur, *aut minimis rebus gestis aut plerumque nullis.*) Deinde ex oppositio adverbio *maxime.* Cic. III. ep. 10. *Ea minime mihi miranda et maxime jucunda acciderunt.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0435
DFG

ante brumam ſerito, ita ut minime dies quinque et viginti ad brumam ſuperſint. Scribon. Compoſit. 15.

III. *MINIMUM*, τὸ ἐλάχιστον.

Minimum cum *maxime* comparatum (eleganter.) Cic. Amic. 13. *Ut quisque minimum firmitatis habet, minimumque virium, ita amicitias appetit maxime*, ie weniger iemand Stärke und Vermögen hat, ie mehr ſiehet er ſich nach guten Freunden um, (ſucht er Freundſchaft.) * Id. ſenect. 13.

2. *Minimum* cum *plurimum* comparatum.

Comparatur interdum *minimum* cum *plurimum*. Cic. in Orat. 26. *Hoc in genere nervorum eſt vel minimum, ſuauitatis autem vel plurimum.* * Colum. I, 6. Id. II, 2. Suet. Calig. 53.

*3. *Minimum* cum *multum* comparatum.

Cic. IV. ep. 13. *Nos cum multum literæ, tum non minimum idus quoque Martiæ conſolantur.*

4. *Minimum* pro eo, quod minus latine dicitur *ut minimum*, τὸ ἐλάχιστον.

Cic. de Univ. *Ita ſiunt omnes partes minimum octoginta una*, zum wenigſten. Id. Orat. 54. *Sed hos cum in clauſulis pedes nomino, non loquor de uno pede extremo: adjungo, quod minimum ſit, proximum ſuperiorem, ſæpe etiam tertium.* * Varro III. R. R. 3. Plin. XVIII, 16.

* 5. *Minimum* pro *minime*.

Cic. III. ep. 3. *Pergratum mihi feceris, ſi iſtas exiguas copias quam minimum imminueris.* Nepos in Dion. *Magna corporis dignitas non minimum commendat.* Liv. XXXII, 17. *Ea, qua minimum credidiſſet, reſiſtebant hoſtes.*

CAPUT

CAPUT CXXXVI.

De adverbio MIRE et MIRIFICE† überaus sehr, ungemein, vortrefflich.

Itemque MIRUM, *ac MIRABILE.

MIRE parum usitatum est (*si comparetur cum *mirifice*, quod crebrius usurpatur.) Cic. XVI. Att. 11. *Puero municipia mire favent.* *Add. XIII. ep. 62. Id. Verr. II, 35. Terent. Heaut. V, 1. Pro quo *mirifice* usurpatur. Cic. I. Acad. 9. *Species Platonis mirifice erat amplexatus.* Id. I. Orat. 13. *Marcellus jam tum erat adolescentulus his studiis mirifice deditus.* Id. I. N. D. 21. *Ab eo te mirifice diligi, intelligebam.* *Add. XIII. ep. 6.

2. *Mirum* etsi proximam vim habet, tamen ad nomen magis videtur accedere. Cic. II. Or. 43. *Hoc mirum quiddam valet.* Id. I. Orat. 49. *In quo per mihi mirum visum est, Scævola, te hoc illi concedere.*

3. *Mirum, si: mirum, ni.*

Mirum interdum assumit *si* vel *ni*. Cic de Arusp. resp. 5. *Non mirum, si hoc vobis ridiculum videtur.* *I. Nat. D. 27, et II. Divin. 39.

Terent. Eun. IV, 4. *Mirum, ni tu credas, quæ iste dicat*, es müßte ein Wunder seyn, wann du nicht glaubtest, was er saget. Idem II. Orat. 69. *Quid ploras, pater? mirum, ni cantem; condemnatus sum*, es ist ein Wunder, daß ich nicht singe. *Terent. Andr. III. 4. Livius III, 28.

4. *Mirum, quam: mirum - quantum: mirabile - quam.*

Interdum jungitur cum *quam* aut *quantum*. Cic.

† Uti *mirifice* usurpatur, ita etiam *mirabiliter*. Vid. Cic. X. Att. 4, et IV. ep. 13, et X. ep. 19, et XIII. ep. 17. Eodem modo usurpatur etiam *admirabiliter*. Vid. Cic. opt. g. or. 6.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0437
DFG

XIII. Att. 38. *Mirum, quam inimicus ibat, ut ego objurgarem.* Id. I. Att. 9. Tacitus XV, 54, 1. Livius I, 16. *Mirum, quantum illi viro nuncianti hæc fides fuerit, quamque desiderium Romuli apud plebem exercitumque facta fide immortalitatis lenitum sit.* *Id. II, 1. *Id, mirum, quantum profuit ad concordiam civitatis.* Cic. III. Orat. 50. *Mirabile est, cum plurimum in faciendo interfit inter doctum et rudem, quam non multum differat in judicando.*

5. *Mirum, unde.*

Alias cum *unde.* Cic. Rabir. Perd. 9. *Mirum mihi videtur, unde hanc tu, Labiene, imaginem, quam habes, inveneris.*

* 6. *Mirum, quin.*

Plaut. Rud. V, 3. *Mirum, quin jus tuum meo periculo abs te expetam.*

* 7. *Mirum, quomodo: mirabile, quomodo.*

Cic. II. divin. 71. *Mihi mirum videtur, cum mendaci homini ne verum quidem dicenti credere soleamus, quomodo isti, si somnium verum evasit aliquod, non ex multis potius uni fidem derogent, quam ex uno innumerabilia confirment.* Ibid. 19. *Mirabile esset, quomodo Jupiter toties jaceret fulmen, cum unum haberet.*

CAPUT CXXXVII.

De adverbio MODO.

1. *Modo* allererſt, vor einer kleinen Weile, vor kurzer Zeit, ἄρτι.

1. MODO ad tempus relatum non est idem, quod *nunc*,† sed *non ita multo ante.* Cic. Verr. IV, 3. *Quid*

† Sed Asconius Pedianus in Verr. de prætur. urb. p. 70. *De signis et furtis tacet modo, quasi minus idoneis ad furorem avaritiæ,* id est, nunc, adhuc. Sed una et altera hirundo non facit ver.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0438
DFG

Quid dico nuper? imo vero modo, atque plane paulo ante. Id. IV. ep. 13. *In qua urbe modo gratia, autoritate et gloria floruimus, in ea nunc iis quidem omnibus caremus*, unlängſt, nur vor kurtzer Zeit. Id. V. fin. 2. *Modo enim fuit Carneades.* Add. II. off. 21.

* 2. *Modo*)(*nunc*, pro *paulo ante*)(*nunc: modo*)(*tunc.*

Cic. pro Mur. 40. *Modo maximo beneficio populi R. ornatus Murena fortunatus videbatur, nunc idem ſqualore ſordidus veſtram fidem obteſtatur.* Id. Mur. 41. *Mater miſera modo conſulem oſculata filium ſuum, nunc cruciatur et ſolicita eſt.* Tacitus Ann. II, 75, 2. *Miſerabantur cuncti, quod fœmina, pulcerrimo modo matrimonio inter venerantes aſpici ſolita, tuuc ferales reliquias ſinu ferret.*

* β. *Modo-nunc*, pro *modo-modo.*

Ovid. faſt. IV, 644.

Nam modo ſiccus erat gelidis aquilonibus annus:
Nunc ager aſſidua luxuriabat aqua.

Id. XIII. Metam. 922.

Nam modo ducebam ducentia retia piſces:
Nunc in mole ſedens moderabar arundine linum.

cf. Tacitus hiſt. II. 51.

*3. *Modo-nunc-plerumque-poſtremo.*

Tacitus III. hiſt. 85, 6. *Vitellium infeſtis mucronibus coactum modo erigere os et offerre contumeliis, nunc cadentes ſtatuas ſuas, plerumque roſtra et Galbæ occiſi locum contueri; poſtremo ad Gemonias, ubi corpus Flavii Sabini jacuerat, propulere.*

* 4. *Modo-repente: modo celeriter* vel *confeſtim* vel ſimile quidpiam.

Cic. II. Phil. 27. *In Pompeji copias cum ſe ſubito ingurgitaviſſet Antonius, exultabat gaudio perſona de mimo, modo egens, repente dives.*

5. *Modo,*

5. *Modo, cum: modo, ubi.*

Plaut. Asinar. V, 2. *Nunc uxorem me esse meministi tuam? modo, quum dicta in me ingerebas, odium, non uxor, eram.* Cic. I. N. D. 21. Livius VI, 40. Terent. Andr. I, 3. *Davum modo timere sensi, ubi nuptias futuras esse audivit.*

II. *Modo-modo*, pro *nunc* et *nunc.*

Modo iteratum significat idem, quod *nunc* vel *alias* iteratum. Cic. I. N. D. 18. *Cotta meus modo hoc, modo illud*, bald dieſes, bald jenes; bald ſo, bald anders. Id. II. N. Deor. 19. *Terras modo his, modo illis partibus sol opacat.* Id. XIII. Att. 25. *O Academiam volaticam et sui similem, modo huc, modo illuc.* Id. II. Divin. 44. *Quod si siderum vi cœlum modo hoc, modo illo modo temperatur: qui potest eadem vis esse nascentium?* * Huc refer illud Cels. V, 28. *Modo unum, modo autem plura nascuntur.*

* 2. *Modo-modo*, pro *modo-tum* nur erſt)(nun.

Plinius XXXV, 10. *Quæ modo regis fuerat pellex, modo pictoris erat.*

* 3. *Modo-modo-modo.*

Celsus VII, 14. *Modo intestinum eo irrumpit, modo omentum, modo humor.* Plin. II, 9. *Luna modo curvata in cornua, modo æqua portione divisa, modo sinuata in orbem.* Pallad. April. 3.

* 4. *Modo*, pro bald=bald, ne imitere.

Tacitus alterum *modo* prætermittit IV. An. 50, 4. *Ingruebat nox nimbo atrox, hostisque clamore turbido, modo per vastum silentium, incertos obsessores effecerat*, id est, *modo clamore turbido, modo* cet.

* 5. *Modo-aliquando: modo-deinde: modo-interdum: modo-nonnunquam.*

Tacitus VI, 35, 2. *Sarmatæ contis gladiisque ruebant,*

ruebant, modo equeſtris prælii more, frontis et tergi vices; aliquando ut conſerta acies corporibus et pulſu armorum pellerent, pellerentur. Id. XVI, 10, 5. *Filia modo muliebri ejulatu, aliquando ſexum egreſſa voce intenſa clamitabat.* Id. II. hiſt. 74, 4. *Veſpaſianus modo in ſpem erectus, aliquando adverſa reputabat.*

** Salluſt. Jugurth. 93. *Ilex paululum modo prona, dein inflexa:* i. e. *primum* ad *inferius* prona, *ſupra* inflexa. Eſt ergo hoc exemplum ad arboris naturam ſignandam quam ad temporis rationem accommodatius.

** Salluſt. 42. *Modo per ſocios, interdum per equites.* * Corn. Nep. Att. 20. Suet. Calig. 43. Ovid. Metam. XIII, 541.

Suet. Tiber. 66. *Libellis diverſiſſime afficiebatur, modo ut præ pudore ignota et celata cuncta cuperet, nonnunquam eadem contemneret et proferret ultro.*

* 6. *Modo, rurſus: modo-tum*, pro *modo-modo.*

Tacitus III. hiſt. 83, 1. *Aderat pugnantibus ſpectator populus, utque in ludicro certamine, hoc modo, rurſus illos clamore et plauſu fovebat.* Cic. lib. I. Natur. D. 12. *Socrates et ſolem et animum deum dicit, et modo unum, tum autem plures deos.* Id. I. N. D. 13. *Ponticus Heraclides puerilibus fabulis referſit libros, et tamen modo mundum, tum mentem divinam eſſe putat,* meynet bald daß die Welt, bald daß die Seele was göttliches ſey. Id. II. N. D. 40. *Sol oriens et occidens diem noctemque conficit et modo accedens, tum autem recedens binas in ſingulis annis reverſiones ab extremo contrarias facit.*

** 7. P. *Modo-modo-tum.*

Cic. I. Nat. D. 13. *Nec vero Theophraſti inconſtantia ferenda eſt: modo enim menti divinum tribuit princi-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0441
DFG

principatum, modo cœlo, tum autem signis sideribusque cœlestibus.

* 8. *Modo - modo - modo - tum.*

Cic. I. N. Deor. 13. *Aristoteles multa turbat. Modo enim menti tribuit omnem divinitatem; modo mundum ipsum Deum dicit esse; modo quendam alium præficit mundo: tum cœli ardorem Deum dicit esse.*

* 9. *Modo - sæpius*, est ævi posterioris.

Tacitus XI, 16. *Modo comitatem et temperantiam nulli invisam, sæpius vinolentiam ac libidines grata barbaris usurpans.* Id. XIV, 10. *Cæsar reliquo noctis, modo per silentium defixus, sæpius pavore exurgens et mentis inops lucem operiebatur.* Id. Ann. IV, 15.

* 10. *Modo - modo - postremum* vel *sæpe.*

Tacitus IV. hist. 46. *Modo Mucianum, modo absentem principem, postremum cœlum ac deos obtestari.* Tacit. IV. hist. 84. *Is diversus animi modo numen pavescere, modo minis adversantis populi terreri, sæpe donis promissisque legatorum flectebatur.* Sallust. Jugurth. 45.

* 11. *Modo - modo - interdum* vel *nonnunquam.*

Colum. XI, 1. extr. *Villicus persuasum habet, modo ante, modo post, interdum etiam stato die orientis vel occidentis competere vim sideris.* Suet. in Neron. 49. Id. in Aug. 75. Cels. IV, 15. Suet. Claud. 15. *Claudius in cognoscendo ac decernendo mira varietate animi fuit, modo circumspectus et sagax, modo inconsultus ac præceps, nonnunquam frivolus amentique similis.* Id. in Aug. 41. Sic. id. in Calig. 82. *Caligula modo in crepidis vel cothurnis, modo in speculatoria caliga, nonnunquam socco mulie-*

muliebri, plerumque vero aurea barba fulmen tenens conspectus est.

III. *Modo* pro *tantummodo.*

Interdum *modo* pro *tantummodo* usurpatur. Cic. in Orat. 9. *Hi unum modo quale sit, suspicantur,* nur eines. Terent. Adelph. V, 3. *Modo facito, ut illam serves,* mache nur.

* 2. *Modo* libenter adhæret pronomini *qui.*

Cic. IV. Cat. 8. *Servus est nemo, qui modo tolerabili conditione sit servitutis, qui non audaciam civium perditorum perhorrescat.* Hirt. Afr. 36, 1. Cic. V. Tusc. 23. Pallad. I. 27. princ.

* 3. *Modo* pro *ullo modo,* aut *vel, saltem.*

Cæsar VI. B. G. 35, 3. *Dissipatis ac perterritis hostibus, manus erat nulla, quæ parvam modo timoris causam afferret.* Id. VII. B. G. 66, 6. *De equitibus hostium quin nemo eorum progredi modo extra agmen audeat, ne ipsi quidem dubitabant.*

* 4. *Modo denique,* nur ietzo erst.

Ovid. II. Metamorph 15. *Cur quem modo denique vidi, ne pereat, timeo.*

* 5. *Modo* adhæret conjunctivis et imperativis.

Licet modo isto venire. Cic. IX. ep 16, 22. *Quos, valetudo modo bona sit, tenuitas ipsa delectat.* Plaut. Asin. V, 2. *Quin tu illum jubes ancillas rapere sublimem domum? ART. Tace modo: næ illum miserum habebo.* Et mox: *Sequere hac me modo, jam faxo ipsum hominem manifesto opprimas.* Liv. VIII, 4. *Usurpate modo postulando eo, quod illi vobis tacite concedunt.*

* 6. *Modo-etiam,* nur auch.

Cic. III. off. 4. *Panætius dixit, homines solere modo,*

modo, non etiam oportere. Id. VI. ep. 13. extr. *Literæ secundis rebus delectationem modo habere videbantur, nunc vero etiam salutem.*

* 7. *Etiam - non modo: non modo - sed etiam.*

Cic. III. off. 19. *Huic viro bono, quem Fimbria etiam, non modo Socrates noverat, nullo modo videri potest quicquam esse utile, quod non honestum sit.* Lege *non.*

Cic. III. off. 5. *Magis est secundum naturam pro omnibus gentibus juvandis maximos labores molestiasque suscipere, quam vivere in solitudine non modo sine ullis molestiis, sed etiam in maximis voluptatibus.* Id. XII. Att. 4. *Id convivæ tui non modo libenter, sed etiam æquo animo legere possunt.* Lege *non.*

*8. *Non modo - sed ne quidem,* nicht nur nicht ꝛc.

Cic. III. off. 19. *Vir bonus non modo facere, sed ne cogitare quidem quicquam audebit, quod non audeat prædicare.* Vide *Non.*

* 9. *Modo causa - non ut*

Cic. II. invent. 23. *Thebani tropæum aliquod in finibus statuerunt, victoriæ modo in præsentia declarandæ causa, non ut in perpetuum belli memoriae maneret.*

** 10. *Modo non* pro *pene.*

S. D. *Modo non* pro eo, quod est apud Græcos μονον ουχι, *tantum non.* Terent. Phorm. I, 2, 18. *Is senem per epistolas pellexit, modo non montes auri pollicens.*

11. *Modo* pro *dummodo: modo ut: modo - ne,* pro *dumne.* Alias est *dum modo.* Cic. pro Flacc. 27. *Quis ignorat, modo unquam mediocriter res istas scire curaverit.* *Cic. XVI. Att. 13. Id. I. off. 15. Id. V. Att. 8.

Cic.

Cic. Verr. IV, 5. *Concede, ut impune emerit, modo ut bona ratione emerit.* † *Id. VII. ep. 1. XIV, 14. XVI, 11. et Colum. V, 6.

Cic. I. off. 25. *Mediocritas placet Peripateticis, et recte placet, modo ne laudarent iracundiam.* Id. V. Att. 4. *Modo ne illa exceptio incurrat in aliquem bene de nobis meritum.* *Id. I. off. 30, et de Amic. 17, et II. off. 20, et III. Orat. 49.

* 13. *Modo non*, pro *dumne* vel *nisi forte.*

Quintil. III. ult. *Non est fere quisquam, modo non stultus atque ab omni prorsus usu dicendi remotus, quin sciat, quid litem facit.*

14. *Si modo*, pro *Si tamen.* *

Si modo interdum est *si tamen.* Cic. XII. Att. 43. *Contudi animum, et fortasse vici, si modo permansero,* ich habe dem Herzen einen Stoß gegeben, und bin vielleicht gar desselben Meister worden, wenn ich nur so bleibe. Id. X. ep. 11. *Omnia ei obsequia polliceor, si modo rempublicam respicere voles.* Id. I. ep. 5. *Id rex sine ulla dubitatione, si Pompejus paulum modo ostenderit sibi placere, faciet,* wenn ihm nur Pompejus einigermassen zu verstehen giebt, daß er es vor gut befinde. * Cic. ad Brut. 16.

* *Si modo* extenuantis.

Cic. Brut. ep. 13. *Quid mihi tribuere boni possunt, si modo digni sumus, quibus aliquid tribuatur, si nihil valuerit*

† Hæc locutio elliptica videtur. Sic ap. Terent. Phorm. I, 2, 9. *Modo ut tacere possis.* Subaudi *facito*, vel simile quiddam.

* *Si modo* nonnunquam significat *si tamen.* Sed exemplum auctoris primum id non probat; est enim optantis in dubitatione. In exemplo tertio *modo* positum est pro *tantummodo. Si modo* fere dubitat, cum adjuncta quadam optatione. Vid. Cic. XII. Att. 19, et 20, et 37. Sæpe est excipientis seu conditionis. Cic. Orat. III, 50.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0445
DFG

valuerit apud te Brutus? Id. XIII. Att. 19. *Ea diligenter a me expressa acumen habent Antiochi, nitorem orationis nostrum, si modo is est aliquis in nobis.*

CAPUT CXXXVIII.

De adverbio MOX.

MOX est *paulo post.* Sic enim differunt *modo, nunc,* et *mox,* quod *nunc* de tempore præsenti dicitur; *modo* de eo, quod paulo ante fuit; *mox* de eo, quod paulo post sequitur. Cic. I. Orat. 32. *Verum illa mox; nunc de ipsa exercitatione quid sentias, quærimus.* Id. I. Divin. 23. *Discedo parumper a somniis, ad quæ mox revertor.* Id. X. Att. 4. *Curio jussit mihi nunciari, mox se venturum.* Id. Orat. 49. *De numero mox: nunc de sono quærimus.*

2. *Quam mox,* pro *quanto post.*

Plaut. Bacch. IV, 6. *Bone serve, salve, quid fit? quam mox navigo in Ephesum, ut aurum repetam ab Theotimo domum,* wie bald schiffe ich nach Epheso. Terent. Phorm. I, 3. *Cottidiana cura hæc angit animum, dum expecto, quam mox veniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem.* Livius V, 45. *Concione dimissa, corpora curant intenti, quam mox signum daretur,* wie bald das Zeichen gegeben würde. Cic. pro Rosc. Com. 1. *Expecto, quam mox Chærea hac ratione utatur.* * Cic. Qu. Roscio 15.

3. *Mox* cum verbo præteriti plusquamp. temporis, pro *modo.*

Columell. III, 20. *De altero, quod mox proposueram, nihil dubito, quin per species digerendæ vites deponendæque sint.*

* 4. *Mox*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0446
DFG

* 4. *Mox, cum: mox, ubi*, bald, wenn

Colum. II, 12. *Curandum, ne florentem segetem tangamus, sed aut antea, aut mox, cum defloruerit.* Liv. XXXVIII, 41. Suet. Aug. 26. Livius III, 52. *Quid si plebs mox, ubi parum secessione moveamur, armata veniat.* Colum. V, 5. *Mox, ubi materies vitis exigit, insequitur pampinator.* Id. XI, 3. *Mox, ubi bruma confecta est, aqua exhauritur.*

* 5. *Mox-deinde: mox-et deinde: mox-tunc.*

Tacitus I. hist. 72, 2. *Sophonius Tigellinus, quia præmia virtutum velocius erat vitiis adeptus, crudelitatem mox, deinde avaritiam et virilia scelera exercuit.* Plinius VIII, 40. *Alexander canis specie delectatus, jussit ursos, mox apros, et deinde damas emitti, eo contemtu immobili jacente.* XXIV, 12. *Spissatur succus ex folliculis aqua cœlesti perfusis; mox in pila tusis exprimitur organis; tunc densatur in sole mortariis in pastillos.*

* 6 *Extemplo-mox-postremo: quondam-mox-nunc.*

Livius XL, 48. *Hostes extemplo fusi, fugati, mox intra vallum paventes compulsi, postremo exuuntur castris.* Vellejus II, 14, 3. *Domus quondam Ciceronis, mox Censorini fuit, nunc Statilii Sisennæ est.*

* 7. *Mox paulo*, pro *paulo post*, rarum est

Plinius H. N. IV, 16. *Britanniæ vocabantur omnes, de quibus mox paulo dicemus.* Id. XIV, 16. *Myrtiten Cato quemadmodum fieri docuerit, mox paulo indicabimus.* Add. XVI, 30. XVIII, 28. XXI, 2. *Coronis e floribus receptis, paulo mox subiere, quæ vocantur Ægyptiæ.*

* 8. *Mox* de situ locorum, gentium cet.

Mox etiam de ordine et situ rerum dicitur. Plinius V, 10. *Ab Albaniæ confinio, tota montium fronte, gentes Sylvorum feræ, et infra Lubienorum, mox Diduri et Eodii.* Id. V, 11. *A Suarnis ad Pontum usque Heniochorum plura genera, mox Achæorum.* Id. VI, 26. *Mox in campestribus Diospage et Polytelia.* Id. VI, 30. *Ultra eos Dochi, deinde Gymnites semper nudi: mox Anderæ.*

* 12. *In primis - mox*, pro *primum, dein*, non temere imitandum.

Plinius XXXIV, 9. *Massa proflatur in primis, mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei.*

* 13. *Mox* de gradibus præstantiæ.

Mox interdum descensum ad res ignobiliores significat. Plinius XIV, 7. *Apollodorus in volumine, quo suasit Ptolomæo regi, quæ vina biberet, laudavit in Ponto Naspercenitem, mox Oræticum, Oenaten, Leucadium.* Id. XVI, 6. *Glans optima in quercu, mox esculo.* Ib. 10. *Scandulæ e robore aptissimæ, mox e glandiferis aliis.* XVIII, 7. *Post triticum Chium maxime laudatur Creticum, mox Aegyptium.* XIX, 6. *Porrus laudatissimus in Aegypto, mox Orthiæ atque Ariciæ.*

CAPUT CXXXIX.

De adverbio MULTO et MULTUM. Item de nomine MULTUS.

*1. MULTO cum *aliter*.

Sæpe adjungitur particulæ *aliter*. Terent. Prolog. Andr. *Poeta evenire multo aliter intelligit.* Lege *Aliter*.

* 2. *Multo*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0448
DFG

* 2. *Multo* cum comparativis et ſuperlativis.

Cic. de Senect. 11. *Nec corpori ſoli ſubveniendum eſt, ſed etiam menti atque animo multo magis.* Id. XII. Att. 22. *Meo judicio multo ſtare malo, quam omnium reliquorum.* Sic conſtruitur etiam cum verbo *antepono.* Id. XII. Att. 25, et *anteeo.* Tacit. hiſt. IV, 13. Cic. Man. 1. *Conſpectus veſter multo jucundiſſimus.* Id. IV. Cat. 8. *Multo maxima pars eorum, qui in tabernis ſunt, amiciſſima eſt otio.* Id. IV. Verr. 23.

* 3. *Multo ante* lang zuvor: *multo poſt* lange hernach.

Cic. IV. ep. 1. *Tu hæc mala multo ante providens defenſor pacis fuiſti.* Ibid. 3. *Multo ante, tanquam ex aliqua ſpecula, proſpexi tempeſtatem futuram.* VI. Att. 6. ad Brut. 10. I. Catil. 6. *Illa omitto; neque enim ſunt aut obſcura, aut non multo poſt commiſſa.*

*II. *MULTUM* † vielmahls.

Multum fere jungitur cum verbis. Cic. IV. ep. 13. *Me familiariſſimi Cæſaris admodum diligunt, multumque mecum ſunt.* XVI, 21. IV, 7. *Neque tu multum interfuiſti rebus gerendis, et ego id ſemper egi, ne intereſſem.* Id. I. Qu. fr. 2.

* 2. *Multum ac diu: multum et diu.*

Livius XXIII, 26. *Asdrubali multum ac diu obteſtanti quingenti equites in ſupplementum miſſi ex Africa ſunt.* XLII, 25. *Perſes multum ac diu vociferatus legatos reverti juſſit poſtero die.* Cic. I. Acad. 2. *Ego iſta ipſa de re multum, ut dixi, et diu cogitavi.* Id. II. Agr. 32. *De Capua multum eſt et diu conſultum.*

† Interdum valet idem quod *valde*, Cic in Salluſt. cap. 3.

* 3. *Haud*, vel *non multum abfuit, quin.*

Livius XLII, 44. *Ismenias haud multum abfuit, quin ab exulibus interficeretur.* Id. XXXIX, 49. *Et ſuo ipſe caſu, et onere equi ſuper eum ruentis haud multum abfuit, quin exanimaretur.* Sueton. Tiber. 19. *Re proſpere geſta, non multum abfuit, quin ab Rhuteno quodam occideretur Tiberius.* Id. Galb. 11.

* 4. *Multum ante* et *multum poſt* rariſſima ſunt, etſi ratione nitantur.

Cic. III. ep. 11. *De abſolutione majeſtatis permultum ante certior factus eram literis.* Tacitus V, 3, 2. *Haud multum poſt ejus mortem recitatae ſunt literae.*

* 5. *Multum* et *ſæpe* ut differant.

Cic. in Brut. 34. init. *P. Scipio, qui eſt in conſulatu mortuus, non multum ille quidem nec ſaepe dicebat, ſed et latine loquendo cuivis erat par, et omnes ſale facetiisque ſuperabat.* Id. in Brut. 90. *Id faciebam multum etiam lctine, ſed graece ſaepius.* (In poſteriori eſt ſane *ſaepe*: in primo brevitati opponitur: *non multum* eſt de brevi oratione.)

* 6. *Multum*)(*ſatis*, viel = gnug.

Cic. Brut. 68. *Silanus vitricus tuus, ſtudii ille quidem habuit non multum, ſed acuminis et orationis ſatis.*

*III. MULTUS, (in utramque partem, pro *copioſus* et *verboſus*.)

Multus ſæpe eſt *copioſus*. Cic. II. off. 16. *Theophraſtus eſt multus in laudanda magnificentia, et apparatione popularium munerum.* Id. I. de Leg. 2. *Accius in orationibus multus et ineptus ad ſummam impudentiam.* Id. II. N. D. 46. *Nolo in ſtellarum ratione multus vobis videri.* (In primo eſt *copioſus*, in reliquis *verboſus*.)

* 2. In

* 2. In partitionibus vel *iteratur*, vel subjecta habet *plerique*, *plures*, *quidam*, *nonnulli*, *plurimi*, *reliqui*, et similia.

Livius XXXI, 37. *Multi cominus congressi, multi fugientes interfecti.* XXXIX, 8. *Multa dolo, pleraque per vim audebantur.* VII, 8. *Multi utrinque cadunt: plures vulnera accipiunt.* XXXI, 27. *Multi ex regiis militibus occisi, plures capti.* Livius I, 54. *Multi palam, quidam, in quibus minus speciosa criminatio erat futura, clam interfecti.* Tacit. XI, 7, 2. 10, 7. Colum. VI, 4. *Multi caudibus vitis albae et valvulis ervi bubus medentur: nonnulli pellem serpentis obtritam cum vino miscent.* Cic. IV. Acad. 2. *Sunt multi, qui omnino Graecas non ament literas: plures, qui philosophiam: reliqui, qui etiamsi haec non improbent, tamen etc.* Cic. I. Divin. 14. *Multa Cn. Pompejum, quaedam M. Catonem, nonnulla etiam te ipsum fefellerunt.* Tacitus IV. hist. 84, 8. *Deum ipsum multi Aesculapium, quidam Osirim; plerique Jovem; plurimi ditem patrem.*

Colum. VI, 4. *Multi et largo sale miscent pabula, quidam marrubium dederunt cum oleo et vino, quidam porri fibras, alii grana thuris, alii sabinam herbam rutamque cum mero diluunt.*

CAPUT CXL.

De adverbio NAE.

NAE graviter affirmantis est, usurpatur pro *vero*, sed fere pronomini praeponitur. Cic. II. Nat. D. 1. *Nae ego incautus, qui cum academico et eodem rhetore congredi conatus sum*, gewiß, fürwahr ich bin unvorsichtig. Id. VII. ep. 24. *Scilicet ista quidem*

dem summa nae ego multo libentius emerim diversorium Terracinae. Id. VII. ep. 1. *Nae tu haud paulo plus delectationis habuisti, quam quivis nostrum.* Id. I. Tusc. 30. *Næ ille vir sapiens lætus ex his tenebris in lucem illam excesserit.* Id. III. fin. 4. *Næ ego istam gloriosam memorabilemque virtutem non magno æstimandam putem.* Id. II. Catil. 3. *Næ illi vehementer errant, si illam meam pristinam lenitatem perpetuam sperant futuram.*

Admonitio.

A Plauto ac Terentio etiam sine pronomine usurpatur; a Cicerone non item.

CAPUT CXLI.

De conjunctione NAM et NAMQUE.

1. *Nam* et *namque* in occupatione.

NAM et NAMQUE ut a trito vulgatoque usu abeamus, interdum occupationi serviunt. Cic. I. Inv. 6. *Nam Hermagoras quidem nec, quid dicat, attendere, nec, quid polliceatur, intelligere videtur.* Id. VIII. Philipp. 5. *Nam quod me tecum iracunde agere dixisti solere, non est ita: vehementer me agere fateor, iracunde nego.* * Id. II. de divin. 31. coll. I. Div. 33. Id. III. Att. 15.

Cic. I. Orat. 16. *Namque illud, quare, Scævola, negasti, te fuisse laturum.* Quibus locis ad ea, quæ adversarius objecerat, vel auditor lectorve objicere poterat, respondetur. (Neque tamen hæc ita capienda sunt, ut *nam* occupandi vim habere putemus. Etenim nulla alia est ejus conjunctionis in his vis, nisi transeundi, ad novæ dubitationis, reprehensionis, dilutionem. Itaque melius erat, simpli-

simpliciter ei vim transeundi et conjungendi partes reprehensionis, enumerationis etc. tribuere.)

2. *Nam* in enumeratione.

Sæpe *nam* in enumeratione postremum locum obtinet †, ut subjiciat, quod requirere posset auditor. Cic. I. ep. Qu. fr. 1. *Nam quid ego de Gratidio dicam?* Id. XIV. ep. 1. *Nam quid ego de Cicerone dicam, qui* cet. * Cic. de Amic. 27. Id. XVI. ep. 21. Id. XII, ep. 6, et XI. Att. 15. Id. Manil. 12. ** D. *Nam* sæpe transitioni servit sine ulla causæ significatione, membrum membro agglutinans. Cic. III. ep. 11. *Nam augurales libros ad commune utriusque nostrum otium serva.* Id. in Sallust. 3. *Nam quod in uxorem atque filiam meam tam petulanter invectus es.* †† Ubi Valla II. Eleg. 55, et Linac. libr. II. per *autem* exponunt. (add. Manut. ad Cic. III. ep. 11. V. ep. 20.)

* 3. *Nam* pro *vero. (sed.)*

Nam continuat etiam orationem, contraria inter se comparantem. Cic. V. ep. 20. *Eas literas diligentissime Philogenes libertus tuus curavit perlonga et non satis tuta via perferendas. Nam quas Lemni pueris scribis datas non acceperam.* Colum. VIII, 14. *Pullis formandis excludendisque triginta diebus opus est, cum sunt frigora: nam tepidis quinque et viginti satis est.* (Cic. Verr. I, 57. *Nam quid argumentamur?)*

*4. *Nam* in ingressu sermonis.

** Aliquando ingressum rei signat. Terent. Andr. I, 1. *Eo pacto et gnati vitam et consilium meum cognosces.*

† *Nam* continuat orationem ita, uti *enim* et *etenim*, etiamsi locus ejus non sit postremus. Vid. Cic. VII. ep. 1, 10, et II. ep. 16. I. Orat. 5. Brut. 64. I. Nat. Deor. 11. bis. II. Nat. D. 27. II. divin. 1.

†† Alii hunc locum aliter legunt.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0453
DFG

gnoſces. Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis. * Cic. I. Att. 13. *Nam ut idibus Majis in ſenatum convenimus, rogatus ego ſententiam multa dixi de ſumma reipublicæ.*

5. *Nam* ſubjectum in interrogatione.

Interdum ſubjicitur in interrogatione. Cic. ep. Brut. 2. *Quinque cohortibus quidnam ſe facturum arbitratur?* Was meynet er denn, daß er mit den 3000 Köpfen machen wolle? Id. Partit. 7. *Numquid nam de oratore ipſo reſtat?*

** 6. D. Veteres etiam præponebant: quod poſtea remanſit apud poëtas. Virg. IV. Georg. *Nam quis te juvenem confidentiſſime noſtras juſſit adire domos?* pro *quisnam.* Terent. *Nam quæ eſt hæc anus?* pro *quænam.* Ita enim rectius exponemus, Servii ad Virg. auctoritate nixi, quam per *autem*, quod Goclenius facit p. 161. Obſerv. Simili anaſtrophe encliticam *ne* præpoſuit Plautus Pſeud. *Ne illi audeant hoc facere?* pro *illine* Weitz. p. 107. ad Terent.

(7. *Nam* et *namque* pro *enimvero, atqui.*)

Cic. Verr. III, 85. *Nam ſperaveram, inquit arator, me ad denarios perventurum: ſed ſi ita neceſſe eſt, quanti frumentum ſit conſidera.* Id. Or. I, 22. *Tum ille: namque quod tu non poteris, nemo poterit.* v. Erneſti Clav. Cicer. in h. v.

CAPUT CXLII.

De adverbio NE.

*1. *Ne* pro *nedum.*

Livius III, 52. *Novam compertamque eam poteſtatem eripuere patribus noſtris; ne nunc dulcedine ſemel capti ferant deſiderium.* Vid. plura alia exem-

pla

pla apud Schottum Observat. hist. III, 26. p. 161. (Inpr. ap. Gronov. et Drak. ad Liv. l. c.)

(2. *Ne* pro *ne quidem.*)

Sed ut *ne* pro *nedum* dicitur, sic etiam pro *ne quidem.* Petron. 47. *Hoc solum vetare ne Jovis potest.*, ubi v. Burm. item ad Quintil. VI, 1. Sueton. Aug. 34. Shott. Nod. Cic. IV, 16 etc.

*3. *Ne* pro *an.*

Ne pro *an* rarissime in principio orationis ponitur †. Livius XL, 49. *Turrus quæsivit a Graccho, ne sibi libet ac suis vivere? prætor victurum respondit.* (Sed hic locus merito viris doctis suspectus est.) Cic. XII. Att. 39. *Ne doleam? qui potest? ne jaceam? qui unquam minus, dum tua me domus levabat?* Calpurn. Eclog. V, 73. *Circumspice, ne sit acuta forfice læsa cutis, tacitum ne pustula virus texerit occulto sub vulnere.* (Sed locus Ciceronis pertinet ad n. 19. *an vis, s. volunt, me non dolore?* locus autem Calpurnii ad n. 5. est enim pro *cave ne.*)

4. *Ne* cum *vereor, timeo, metuo.*

Vereor ne est *nolim, sed metuo* ††. Cic II. Acad. 36. *Vereor, ne subarroganter facias, si dixeris tuam disciplinam.* Id. XIV. Att. 18. *Vereor, ne nihil habuerit.* Terent. Andr. I, 14. *Tum autem hoc timet, ne*

† *Ne* in exemplis subjectis, saltem plerisque, pro *annon* positum videtur. Quæ significatio manet in hisce exemplis: Cic. lib. X. ep. 21. *Sed vide, ne tua jam, mi Brute, culpa futura sit, si ego quicquam timeam.* Curtius VII, 11. *Sed ne falleretur acies, dubitare cogebat varietas cœli.* Adde huc Perizonii notas ad Minerv. Sanctii p. m. 818. Interdum pro *num.* Varro R. R. II, 9. extr. *Cum circumspiceret Atticus, ne quid præteriisset: hoc silentium, inquam, vocat alium ad partes.*

†† *Ne* post verba timendi et similia ponitur pro *annon.* Ita ratio apparet, cur affirmare putetur. Vidit hoc etiam Perizonius ad Sanctii Minerv. p. m. 818.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0455
DFG

ne deseras se. Cic. Milon. 21. *Milo metuebat scilicet, ne a servis indicaretur,* befürchtete ſich, er möchte von den Knechten angegeben werden. * Atque similiter omnibus verbis *τὸ ne* subjici ad istam rationem et potest et solet, in quibus inest aliqua notio et vis timendi, ut *torqueor, solicitus sum, pavor est, periculum est, diffidere, dubium habere.* Balb. Cic. IX. Att. 16. *Quomodo me nunc putas torqueri, postquam rursus in spem pacis veni, ne qua res compositionem eorum impediat.* Cic. Mur. 41. *Mater cruciatur et solicita est, ne filium paulo post spoliatum omni dignitate conspiciat.* Livius XLII, 60. *Apud Romanos non mœstitia tantum ex male gesta re, sed pavor etiam erat, ne extemplo castra hostis aggrederetur.* Livius XXIV, 42. Plaut. Pseud. I, 3, 55. Cic. XV. ep. 1. Id. Sull. 13. Nepos Alcib. 8. Tacit. hist. II, 23. Sallust. lib. II. histor. Vid. Perizonii notas ad Sanctii Minerv. p. 814.

* 5. *Vide - ne. Considera - ne.*

Cic. IV. ep. 9. *Si magni fuit animi non esse supplicem victori: vide, ne superbi sit, aspernari ejusdem libertatem.* Cæl. X. Att. 11. *Vide, ne, dum pudet te parum optimatem esse, parum diligenter quod optimum sit, eligas.* Id. IV. Acad. 19, 20. Cic. XV. ep. 14. *Considera, ne in alienissimum tempus cadat adventus tuus.* (Ceterum hanc formam dicendi commode interpreteris per *vereor ne.*)

6. *Non vereor - ne. Non metuo - ne. *Non timeo - ne.*

Non vereor, ne, hoc est, *nolim, sed non timeo.* Cic. II. ep. 7. *Non vereor, ne quid temere, ne quid stulte facias.* Acad. IV. *Itaque non metuit, ne confundere omnia videatur.* Mil. 29. *Non timeo, judices,*

dices, ne odio inimicitiarum mearum inflammatus libentius hæc in ullum evomere videar.

7. *Vereor, ne non: timeo, ne non. *Vide, ne non.*

Vereor, ne non idem est, quod *vereor, ut*, id est *velim, sed timeo.* Cic. VII. Att. 12. *Vereor, ne exercitum firmum habere non possis.* * Id. Rosc. Am. 43. Id. I. Catil. 2. II. Att. 19. IX, 4. *Timeo, ne non impetrem.* VIII, 19. *Diligentius nobis est videndum, ne distracti pares adversario esse non possimus.* XII, 19. *Ibi ad me venire, ut ostendis, vide, ne non sit facile.* Id. Tusc. II, 18.

8. *Non vereor, ne non. *Non timeo, ne non: non metuo, ne non.*

Non vereor, ne non, est, *velim, sed non timeo*, Cic. II. ep. 1. *Non vereor, ne non scribendo te expleam*, das ist mein geringster Kummer, daß ich dir nicht gnug schreiben sollte. Id. IV. Verr. 38. *Non vereor, ne hoc officium meum P. Servilio judici non probem*, ich sorge davor gar nicht, daß Servilius nicht mit diesem Dienste zufrieden seyn sollte. Verr. VII, 67. *Cum loquar apud juris autores, timere non debeo, ne non unus iste civis Romanus illa cruce dignus, cæteri omnes simili periculo indignissimi judicentur.*

** Etsi Grammatici jubent, post verba timendi *ut* negative exponere, *ne* affirmative exponere: observatum est tamen viris eruditis, idem effici cum negatione, ac sine ea. Vall. III. Eleg. 27. Budæus annot. prior. in ff. l. in eo jure: de ritu nupt. Alciat. ad l. duobus. Digest. de verb. sign. Nimirum quod in ipsis verbis occulta quædam vis sit negandi. Idem igitur esse: *timeo, ne moriatur, et timeo, ut moriatur.* Qua ratione positum esset *ne* pro *ut*: quod alibi quoque fieri Victorius Castig.

ſtig. in Cic. p. 199. docet. Sic. Ovid. I. de Pont. Eleg. 1. *ne non* poſuit pro *ut non*. *Ne non peccarim, mors quoque non faciet.* Eſt enim hoc non infrequens poëtis, ut duplici negatione utantur vice unius. Vid. Scal. ad Propert. p. 184, et ad Tibull. p. 222, 230, 266. Porro tale eſt exemplum Cicer. XII. ep. 19. *Non enim dubitabam, quin eas* (literas meas) *libenter lecturus eſſes: verebar, ne redderentur.* Perinde enim eſt, ac ſi ſcripſiſſet, *ut redderentur.* (Et ſic jam editur.) Vid. ibid. Amerp. Tale et Camerarius obſervavit Comm. in I. Tuſc. p. 113. illud pro Planc. *Sed quam tempeſtatem nos vobiscum non tuliſſemus, metuit, ut eam ipſe non poſſet opibus ſuis ſuſtinere.* Fac *ne non poſſet*, idem dixeris. Cui ſimilem locum Cæſaris lib. V. de B. Gall. (47.) producit Stewechius p. 476. *Veritus, ut hoſtium impetum ſuſtinere non poſſet.* (Sed hodie recte editur *ne-non*. v. Interpr. Clarkium et Oudendorpium. Et Ciceronis alium: *Vereor, ne ſatis diligenter in ſenatu actum ſit de meis litteris.* Hæc cum ita ſint, uſus tamen frequentior Grammaticorum regulam confirmat. Quæ et Stewechium moviſſe ratio videtur, ut locos iſtos de menda haberet ſuſpectos. Vid. infra in *Ut*. *Add. Sanctii Minervam, (qui ſimilia colligit) et notas Perizonii p. m. 811. ſqq. (qui refellit Sanctium.)

9 *Ne* pro *ut non*.

Ne pro *ut non* uſitatius eſt, quam ut exemplis illuſtrandum videatur. Satis eſt admonere, pro *ut non* uſurpandum eſſe *ne*. *Celſ. IV, 4. de difficult. ſpirand. *Cum acceſſit id quoque, ne niſi recta cervice ſpiritus trahatur, ὀρθόπνοια appellatur.* Neque tamen uſquequaque *ne* pro *ut non* poni poteſt temere.

mere. (Veluti forma illa Celsi non probari potest: debebatque esse *ut non n.*)

* 10. *Ne-idcirco*, vel *ideo*, vel *propter hoc.*

Cic. IV. Acad. 25. *Quod ne id facere posses, idcirco heri non necessario loco contra sensus tam multa dixeram.* Id. Cluent. 46. *Ne nimium multi pœnam capitis subirent, idcirco illa sortitio comparata est.* Id. Flacc. 9. *Ne corrumpi tabulae facile possint, idcirco lex obsignatas in publico poni voluit.* Livius XXVIII, 44. *Licinius ne a sacris abesset pontifex maximus, ideo in sortem tam longinquae provinciae non venit.* Colum. XII. præf. *Ne genus humanum temporis longinquitate occideret, propter hoc mas cum fœmina est conjunctus.*

11. *Ut ne.*

Interdum præponitur *ut.* Cic. I. off. 7. *Justitiae primum munus est, ut ne cui quis noceat.*

** D. Hic *ne* valet *non* (ne quis putet conjunctionem esse) Linac. libr. 1 et 2. Goclen. p. 160. obs. ut infra. *Ne vivam; ne Dii sciverint, ne nega,* et alias sæpe. Plaut. Trinum. *Nisi tu ne vis.* Weitz. pag. 178. ad Terent. Ennius: *utinam ne in nemore Pelio* cet. pro *utinam non.* Huc pertinent *funera ne funera.* Catul. nupt. Pel. vers. 83. et similia.

* 12. *Ut ne-neve; ut neve-neve.*

Cic. de Amic. 21. *Omnium horum vitiorum una cautio est, ut ne nimis cito diligere incipiamus, neve indignos.* Cic. III. Orat. 43. *Collocationis est componere verba sic, ut neve asper eorum concursus, neve hiulcus sit.* Id. I. p. 9. *Peto a te, ut id neve in hoc reo, neve in aliis requiras.* Id. I. off. 39. Id. V. Att. ult.

* 13. *Ut-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0459
DFG

* 13. *Ut - neu - ne quidem*

Cæsar VII. B. G. 47, 5. *Matres familias passis manibus obtestabantur Romanos, ut sibi parcerent, neu, sicut Avarici fecissent, ne mulieribus quidem atque infantibus abstinerent.*

14. *Neve* et *Neu.*

Neve conflatum est ex *ne* et *ve* pro *vel.* Ex *neve* factum est *neu*, fuga postremæ literæ.

15. *Ne neu. Ne-neve.*

Cæsar I. B. Civ. 64, 3. *Centuriones adit atque obsecrat, ut per eos Cæsar certior fieret; ne labori suo, neu periculo parceret.* * Brut. ad Cic. ep. 15. Livius III, 16. Terent. Andr. I, 5. Cic. I. Qu. f. 1. *Hoc te primum rogo, ne contrahas aut demittas animum, neve te obrui tanquam fluctus sic magnitudine negotii sinas.* * Id. de Amic. 18, et III. ep. 15. Cic. ep. ad Brut. 4, et XVI. ep. 8.

* 16. *Ne - neu - neu: ne - neve - neve.*

Cæsar II. B. C. 28, 2. *Quintilius circumire aciem Curionis atque obsecrare milites cœpit, ne primi sacramenti memoriam deponerent; neu contra eos arma ferrent, qui eadem essent usi fortuna; neu pro iis pugnarent, a quibus in contumeliam perfugae appellarentur.* Cat. R. R. 37. *Omnino caveto ne quam materiam doles, neu caedas, neu tangas.* Livius XXXIX, 18. extr. Cat. R. R. 38. *Ignem caveto ne intermittas, quin semper siet, neve noctu neve ullo tempore intermittatur, caveto.*

17. *Neu - neu: neve - neve.*

Sallust. Catil. *Neu quis postea ad Senatum referat, neu cum populo agat.* *Cæsar. VII. B. G. 14, 9. Cic. III. Orat. 43. *Collocationis est componere et struere*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0460
DFG

ſtruere verba ſic, ut neve aſper eorum concurſus, neve hiulcus ſit. Id. I. ep. 9. *Peto a te, ut id a me neve in hoc reo, neve in aliis requiras.*

18. *Ne multa; ne multis*†: *ne plura*, mit einem Worte, kurtz von der Sache zu kommen.

Ne multa, ne multis ſunt brevitatis notæ in narrationibus. Cic. Verr. III, 25. *Ne multa, judices; his contumeliis ſcitote Q. Lollium coactum ad Apronii leges conditionesque veniſſe.* Id. Cluent. 64. *Ne multa: perquiritur a coactoribus, invenitur ea ſerrula ad Stratonem perveniſſe.* Add. VI. Att. 9. X, 13. Cic. Cluent. 16. *Ne multis. Diogenes emitur.* *Cic. XIII. ep. 1. *Sed ne plura (dicendum enim aliquando eſt) Pomponium Atticum ſic amo, ut alterum fratrem.*

19. *Ne* prohibentis.

Ne, cum prohibentis eſt, conjunctivo et imperativo modo adjungi ſolet. Plaut. Milit. *Ne me moneas: memini ego officium meum* ††. * Cic. II. Att. 5. Livius XLI, 24. Cic. II. off. 20. ad Brut. 16. Plaut. IV. Perſ. 4. *Ne doce.* Terent. Andr. II, 3. *Ne nega.* Cic. II. Leg. 9. *Præter Ideæ matris famulos, eosque juſtis diebus, ne quis ſtipem cogito*, es ſoll niemand von iemand einiges Geld fordern, als.

Admonitio.

Cic. libentius uſurpat *noli* et *cave*. Cic. VI. Att. 1. *Noli*

† *Ne multis*, ſubintellige *vos* vel *te morer*. Arbiter 76. *Ne multis vos morer, quinque naves ædificavi.* Poſſint tam etiam ſubintelligi alia quædam verba. Certum eſt, formulam hanc uſurpari ab iis, qui brevitatem ſe conſectari profitentur.

† Falſo Grammaticos docere, *ne* prohibentis tantum cum ſecunda perſona adjungi, exempla a nobis ſubjuncta oſtendent, quæ in ſuis quodque locis vide. Deinde vide, annon *ne* prohibentis *cum conjunctivo* ſubintelligat *poſtulant, peto ut* vel ſimile quiddam. Vide Cic. Cluent. 2. extr.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0461
DFG

Noli putare, me quicquam maluisse, quam ut mandatis tuis satisfacerem. Id. Flacc. 42. *Nolite existimare, eos non expectare hujus exitum judicii.* * Add. Id. XII. Att. 22. Cic. X. ep. 12. *Cave putes, ullas literas unquam gratiores, quam tuas esse in Senatu recitatas.* IX, 24. *Cave, si me amas, existimes, me* cet. * Add. V. Att. 21, et ad Brut. 15, et III. Qu. fr. 9.

** Observa simul ellipsin in his formulis conjunctionis *ne*, post verbum *cave*. Sic Id. XVI. ep. 11. *Cave festines*, pro cave, ne festines. Linac. libr. 6. Sylv. III. prog. 13. Dürrius hic imprudenter verba *censeo, curo, suadeo*, cet. adjecit, post quæ tantum *ut* subauditur, non etiam *ne*.

* 20. *Ne* prohibentis-*sed*.

Cic. Cluent. 2. *Ne nisi quæ contraria sunt taciti cogitationi vestræ subjiciatis, sed ad extremum expectetis.*

* 21. *Ne-nisi*.

Cic. XVI. ep. 8. *Rogo, ne tam longæ navigationi per hiemem, nisi bene firmum, committas, neve naviges, nisi explotate.*

* 22. *Ne: ne-certe* concedentis, pro *fac, non* etc. *finge non* etc.

Cic. Orat. 29. *Nemo is, inquies, unquam fuit, Ne fuerit. Ego enim quid desiderem, non quid viderim, disputo*, laßt es seyn, daß keiner iemahl so gewesen sey. Livius XXXI, 7. *Ne æquaveritis Annibali Philippum, ne Carthaginiensibus Macedonas; Pyrrho certe æquabitis.* (Plura hujus exquisitæ rationis vid. ap. Duker. ad Liv. XXXI. 7. Sic Cicero Tusc. II, 5. *Ne sit sane summum malum dolor; malum certe est.*)

28. *Ne vivam, ne sim salvus*, jurantis.

Cic. VII. ep. 24. *Sed ne vivam, si tibi concedo,*

ut ejus rei tu cupidior sis, quam ego sum, so wahr ich lebe, ich bin so sehr begierig darnach, als du. Id. IV. Att. 15. *Quid poteris, inquies, pro iis dicere? ne vivam, si scio.* * Ibid. XII, 3. XVI, 13. *Ne sim salvus, si aliter scribo ac sentio.*

24. *Ne* supplicantis, aut detestantis.

* Curt. IV, 11. *Precor, ne quis Asiæ rex sit, quam iste tam justus hostis.* Id. *Ne dii siverint, ut hoc decus mei capitis aut demere mihi quisquam aut condonare possit.* * Livius IV, 2. XXVIII, 28.

25. *Ne dicam.*

Ne dicam est correctio, antequam dicatur. Cic. I. Nat. D. 21. *Molestè ferebam, tantum ingenium in tam leves, ne dicam ineptas, sententias incidisse*, daß ich nicht gar sage, ungereimte. Id. XII. ep. ult. *Tu tibi, fac, ut persuadeas, non esse me tam imbecillo animo, ne dicam inhumano, ut a te vinci possim officiis.* * Add. IX, 16, et XII. Philipp. 4, et V. fin. 8.

26. *Nedum.*

Nedum plerumque subjicitur, et servit parti deteriori. Cic. Cluent. 35. *Viri clarissimi optimis temporibus non potuerunt vim tribunitiam sustinere, nedum his temporibus.* Id. IV. Att. 17. *Quæ tantum habent mysteriorum, ut eas ne librariis quidem committamus, nedum cuilibet*, daß wir sie nicht einmal unsern Bücherschreibern anvertrauen, geschweige sonst iemanden. Id. Planc. 37. *Ego vero ne immortalitatem quidem accipiendam putarem, nedum emori cum pernicie reipublicæ vellem.* II. Agr. 35. *Homo privatus vix se continet, nedum isti a Rullo conquisiti coloni Capuæ non statim conquisituri sint aliquid sceleris et flagitii.* Dom. 24. *Si Horatius Pulvillus hujus-*

modi dedicationi præfuisset, tamen in scelere religio non valeret; nedum valeat id, quod imperitus adolescens fecisse dicatur.

Admonitio.

Nedum subjici non solet, nisi cum antecedit negatio; quod ex appositis exemplis apparet. † Nam cum affirmamus, *non modo* aut *non solum* adhibetur. Cic. IV. ep. 14. *Secundas etiam res nostras, non modo adversas pertimescebam.* Id. XII. ep. ult. *Vultus tuos mihi expressit omnes, non solum animum ac verba pertulit.* Nam illud ex VII. ep. 29. *Erat enim multo domicilium hujus urbis aptius humanitati tuæ quam Peloponnesus, nedum Patræ,* tacitam videtur negationem continere.

Nedum raro usurpatur in principio pro *non dicam*, aut *non modo.* Balbus ad Cic. IX. Att. 8. *Nedum hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex eventu, non ex voluntate a plerisque probari solent.* (Add. X, 16. *Tu, quoniam quartana cares, et nedum morbum removisti, sed etiam gravedinem* etc. vid. egregiam observationem Drakenb. ad Liv. X, 32. add. Crevier. ad Liv. XLV,

† Sæpe etiam cum affirmatio præcessit, sequitur *nedum* sed apud scriptores deterioris latinitatis. Livius VII. 40. *Quintius, quem armorum etiam pro patria satietas teneret, nedum adversus patriam, ad colloquium processit.* Id IX, 18. *Referre in tanto rege piget superbam mutationem vestis et desideratas humi jacentium adulationes, etiam victis Macedonibus graves, nedum victoribus.* X, 23. *Velut ex composito ibi hostem habuere obvium, ubi et intrare, nedum vastare ipsi Samnitium agrum prohiberent.* XXVI, 26. *Consules acres et feroces creati sunt, qui vel in pace tranquilla bellum excitare possent, nedum in bello respirare civitatem sinant passuri.* XXVIII, 40. *Rebus, quam verbis assequi malui, ut qui aliorum judicio mihi comparatus erat, suo mox confessione me sibi præferret: nedum ego perfunctus honoribus certamina mihi atque æmulationes cum adolescente florentissimo proponam.* Add. XLV, 29. Tacit. XIII, 15, 3, et 20, 6, et 38, 3. Id. XV, 59, 2. Senec. ep. 83. pag. 301.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0464
DFG

XLV, 29. ubi tamen *nedum* ordinariam significationem videtur habere posse.)

* 27. *Nedum* post *ægre* vel *vix*, vel *vixdum*.

Livius VI, 7. *Aegre inermis tanta multitudo, nedum armata, sustineri potest.* XXXIV, 20. *Vix clamorem eorum, nedum impetum Suessetani tulere.* XXXV, 43. *Vix ad Græciam nudam occupandam satis copiarum, nedum ad sustinendum Romanum bellum.* XXIV, 4. *In Sicilia regnum ad Hieronymum nepotem Hieronis translatum, puerum vix dum libertatem, nedum dominationem modice laturum.*

* 28. *Nedum ut.*

Livius III, 14. extr. *Tribuni refecti in insequentem annum ne voce quidem incommoda, nedum ut ulla vis fieret, paulatim permulcendo tractandoque mansuefecerant plebem.*

29. *Ne quidem*, pro *nec quidem*.

Ne quidem usurpatur pro *nec quidem*, cum negando aliquid augemus. (v. infra in *nec quidem.*) Cic. ad Att. *Ne, si velim quidem, id facere possem,* wenn ich schon gerne wolte, könnt ichs doch nicht thun. Id. III. Catil. 10. *Ultus est hujus victoriæ crudelitatem postea Sylla, ne dici quidem opus est, quanta cum dimicatione civium.* VI. Att. 1. *Quam id rectum sit, tu judicabis: ne ad Catonem quidem provocabo.* I. Nat. D. 29. *Ne fando quidem auditum est, crocodilum aut ibim aut felem violatum ab Aegyptio.* Dejot. 13. *Dejotarus nunquam succumbet inimicis, ne fortunæ quidem.* Id. I. off. 24. *Ii gloriæ jacturam ne minimam quidem facere vellent, ne republica quidem postulante.* Mil. 17. *Ergo illi ne causa quidem itineris etiam causa manendi.* III.

Verr. 60. *Non prætereundum est, ne id quidem*, es darf auch dieses nicht einmal übergangen werden.

Admonitio.

Ne cum *quidem* ita conjungitur, ut semper verbum aliquod interponatur.

** Guilielmus tamen Insulanus Menapius I, 34. Observ. bis reperit apud Ciceronem, inter *ne et quidem* nihil interesse I. de Nat. Deor. 24. *Nam de vita beata nil repugno, quam tu in Deo ne quidem esse censes, nisi plane otio langueat* †. Et V. Philipp. 9. *Non modo de fortunis et de bonis civium, sed ne quidem de utilitate sua cogitaverunt.* Semel etiam apud Livium libr. VIII. Bell. Maced. *Undique obvius hostis Gallus erat, ut ne quidem fugam facilem aut tutam haberent.* * Adde Cic. II. Att. 16. extr. Id. III. Tusc. 33.

30. *Ne quidem* cum *nedum*, vel *non modo*.

Cic. IX. ep. 29. *Me vero nihil istorum ne juvenem quidem, movit unquam, nedum senem.* * Livius III, 14. Colum. VIII, 17. Cic. XIV. Att. 22. *Cui facile persuasi, mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modo libere.* *Id. Parad. 2. I. Tusc. 38. II. Div. 55.

* 31. *Ne quidem-adeo* vel *adeo non* (pro *nedum*) non imitanda sunt.

Tacit. III. hist. 64, 4. *Ipse Vitellius ne prosperis quidem par, adeo ruentibus debilitatus.* III. Ann. 34, 3. *Ea ne conjugum quidem penates, adeo socios non onerant.* Id. VI, 15, 6. *Facto SCto, ne tecta quidem urbis, adeo publicum consilium nunquam adiit.*

* 32. *Ne*

† Editiones quædam habent *quam tu ne in deo quidem.* (Atque etiam in ceteris locis aut aliter hodie legitur, aut dubia lectio viris doctis videtur, ut Corrado ad Cic. ad Att. II, 16.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0466
DFG

*32. *Ne quidem-nisi*, vel *præterquam*.

Cic. IX. ep. 8. *Munus flagitare ne populus quidem solet, nisi concitatus.* I. off. 9. *Philosophos ne ad rempublicam quidem accessuros putat Plato, nisi coactos.* Rosc. Am. 18. ext. Font. 10. Tusc. III, 33. I. N. D. 24. de fat. 14. Sueton. in Cæs. 36. *Ipse prosperrime semper, ac ne ancipiti quidem unquam fortuna, præterquam bis, dimicavit.*

*33. *Ne quidem-sed, sed etiam, etiam.*

Cic. IV. ep. 9. *Is utitur consilio ne suorum quidem, sed suo.* Id. I. Phil. 7. Livius III, 10. *Tribuni coram in foro personabant, jam ne virtute quidem libertatem populi Romani, sed arte eludi.* Add. Tacitus A. XV, 1, 3, et 11, 4. Cic. Pison. 5. *Pro Aurelio tribunali ne connivente quidem te, quod ipsum esset scelus, sed etiam hilarioribus oculis, quam solitus eras, intuente, delectus servorum habebatur.* Mil. 17. *Ergo illi ne causa quidem itineris, etiam causa manendi: Miloni nulla facultas manendi: exeundi non causa solum, sed etiam necessitas fuit.*

(34. *Ne aliquis-ne quæ.*)

Contra Grammaticorum præcepta etiam reperitur *ne aliquis* pro *ne quis* apud Cicer. Planc. 22. Mil. 24. et *ne quae* pro *ne qua.* Id. 10. ep. 14. XI, 12. etc.

CAPUT CXLIII.

De conjunctione NE enclitica.

NE conjunctio enclitica tum interrogationi servit, tum dubitationi. Cic. II. ep. 11. *Putaresne unquam accidere posse, ut mihi verba deessent?* Solltest du wohl meynen, daß es müglich wäre, daß es

mir an Worten mangeln sollte? Id. pro Dom. 19. *Tamenne arbitraris id te posse obtinere?* meynest du doch, daß du es erhalten wollest? *Id. Rosc. Am. 11. Cic. I. Acad. 12. *Videamus, satisne ista sit justa defectio*, ob dieser Abfall mit Fug und Recht geschehen sey. *Id. XII. Att. 24, et XII. 18.

(*Admonitio.*)

Nostri sæpe *ne* dicunt pro *non ne* in interrogando. Est sic apud Cic. off. III, 17. *Suntne* igitur insidiæ, tendere plagas etc. Noravi etiam sic in Or. pro Domo, item ap Livium. Sed, si loca non sunt vitiosa, certe imitandum hoc non est.

2. *Ne an. Ne-anne. Ne-an-an.*

Cic. II. ep. 5. *Unum illud nescio gratulerne tibi, an timeam* ich weiß nicht, ob ich dir Glück wünschen, oder deinetwegen in Furchten stehen soll. *Id. III. Att, 15. XII 21.

**S. D. Plaut. Rud. *Jure ne, anne injuria?*

Sæpe post *ne* encliticam subjicitur *an.* Cic. XVI. Att. 8. *Romamne venio? an hic maneo?* Soll ich nach Rom kommen, oder hier bleiben? oder nach Arpinum gehen? Id. XVI. Att. 10. *Tria sunt autem: maneamne Arpini, an proprius accedam, an veniam Romam.* *Id. Rosc. 41.

3. *Ne-an-an vero.*

Cic. Cluent. 34. *Quid conferam Syllamne cum Iunio? an hunc tribunum plebis cum Quintio? an vero tempus cum tempore?*

4 *Ne ne*, pro *ne-an poëtica sunt.*

Tibull. IV, 5, 20. *Quid refert, clamne palamne roget?* Ovid. XIII, 921, Metam. *Monstrumne DEusne ille sit, ignorans admiratur.*

5. Ne

5. Ne omittitur.

**Interdum *ne* deest, interdum simul et *an*. Cic. I. offic. 9. *Vetant quicquam agere, quod dubites, aequum sit, an iniquum*, pro æquumne. Talia sunt: *casu dicam, an consilio? imprudentiam appellem, an malitiam?* Ter. Heaut. IV, 1. *Prosit, obsit, nihil vident*, id est, prositne, an obsit. Linac. libr. VI. Sylv. III. Progr. 92. Goclen. 261. observ. Cic. XI. ep. 28.

6. *Ne-an non: ne-nec ne.*

Alias additur *annon*, vel *nec ne*. Ter. Phorm. V, 6. *Sed isne est, quem quaero, an non.* Id. Hecyr. III, 5. Celsus VII, 2. Cic. Rosc. Com. 4. *Quaero enim oportueritne Roscius ex societate partem suam quaerere; nec ne.*

Animadversio I.

(*Nec *ne* sæpe ponitur, etiamsi *ne*, quod antecedere debebat, omissum sit.) Cic. II. ep. 17. *Parthi transierint, necne, praeter te video dubitare neminem.* *Id. I. N. D. 14. *Aristo dubitat omnino, Deus animans, nec ne sit.* Id. V. Att. ult. et II, 16. I. Leg. 21. Top. 15. extr. I. Verr. 4. III, 45. Nepos Eumen. 11. Cic. XII. Att. 30, et Ter. Heaut. I, 1.

Animadversio II.

Necne sæpe repetit verbum, quod antecedit. Cic. II. Tusc. 12. *Hoc doce, doleam, necne doleam, nihil interesse.* I. Divin. 39. *Fiat nec ne fiat, id quaeritur.* IV. fin. 12. *Saepe accidit, ut nihil interesse nostra fateamur, sint illa, nec ne sint.* I. N. D. 22. *Quaerit primum in ea quaestione, quae est de natura deorum, sintne dii, nec ne sint.*

Animadverſio III.

Annon etiam repetit nonnunquam id ipſum verbum, quod præceſſit. Cic. Cæl. 21. *Hoc in crimine primum illud requiram, dixeritne Clodiae, quam ad rem aurum tum ſumeret, annon dixerit.*

** 7. *Ne* pro *an.*

Cornel. Nep. Dat. 9. *Experiri voluit, verum falſumne ſibi eſſet relatum.* Bœcl. *Livius V, 28. *In incerto erat, viciſſent, victine eſſent.*

Admonitio I.

Cum antecedit *ne* enclitica, non ſubjicitur *aut*, ſed *an:* *Etiamſi nos dicimus, iſt es ſo, oder anders.

Admonitio II.

Ne interrogantis eum locum occupat, ubi vis interrogationis maxime apparet. (immo interrogatio ipſa.) Cic. III. off. 9. *Hæc eſt vis hujus annuli et hujus exempli, ſi nemo ſciturus, nemo ne ſuſpicaturus quidem ſit, cum aliquid divitiarum, dominationis, libidinis cauſa feceris; ſi id diis hominibusque futurum ſit ſemper ignotum, ſisne facturus.*

* 8. *Nonne.*

Nonne ponitur pro *annon.* Exemplis non opus eſt in re nota.

Admonitio III.

Nonne cum ſæpe repetendum eſt, *ne* in poſterioribus inciſis omittitur, *non* ſolum ponitur. Cic. I. Catil. 11. *Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non ſummo ſupplicio mactari imperabis?* Cæſar II. B. C. 32, 8. *Nonne extremam pati fortunam paratos projecit ille? non ſibi, clam vobis, ſalutem fuga petivit? non proditi per illum, Cæſaris beneficio eſtis conſervati.* Cic. Piſon. 31. *Nonne ad te Lentulus,*

Lentulus, non Sanga, non Torquatus, non Lucullus venit? Id. V. Tusc. 27. *Quid bestiæ? nonne frigus, non famem, non montivagos atque silvestres cursus lustrationesque patiuntur? nonne pro suo partu ita depugnant, ut vulnera excipiant?* Verr. VI, 58.

CAPUT CXLIV.

De conjunctione NEC et NEQUE: et adverbiis NEQUAQUAM et NEUTIQUAM.

* 1. *Nec*, pro *et non.*

NEC ferme est *et non.* Cic. III. Att. 17. *De Quinto fratre nuncii nobis tristes, nec varii, venerant ex ante diem Nonarum Jun. usque ad pridie Cal. Sept.* Cic. Brut. 76. Colum. II, 11. Id. V, 7.

* 2. *Nec*, pro *sed non*, *tamen non.*

Cic. IX, ep. 2. *Conscripsi epistolam noctu, nec ille ad me rediit*, aber er ist nicht wieder zu mir gekommen. Id. II Orat. 68. *Opimius, qui adolescentulus male audisset, festivo homini Egilio, qui videretur esse mollior, nec esset, dixit: Quid tu Egilia mea?* Nepos Agesil. 1. Livius IV, 30. Id. VIII, 4.

3. *Nec*, pro *non.*

Nec sæpe usurpatur pro *non.* Cic. Quint. 4. *Quo mortuo, nec ita multa post in Galliam profectus est Quintius*, nicht allzulang hernach. Id. I. Nat. D. 3. *Desertæ et jampridem relictæ disciplinæ nec opinatum patrocinium a nobis est susceptum*, unversehener Schutz. XIII. ep. 19. *Admirabar, te ei nec optinanti voluntatem tuam tantum per literas detulisse*, da er nicht daran gedacht hatte. * Add. Mil. 14.

4. *Nec*,

4. *Nec*, pro *non quidem.*

Columell. XII, 54. *Postea in quadratam cistam vimineam, quæ nec spisse, solide tamen et crassis viminibus contexta sit, rapa componito.*

* 5. *Nec* pro *ne quidem.*

Cic. IX. ep. 19, 2. *Neque hoc admiror, quod non ad tuam potius, sed illud, quod nec ad suam.*

* 6. *Nec quidem: neque ne quidem.*

Cic. Parad. IV, 1. *Sapiens nec civitate quidem pelli potest.* Id. Rep. VI, 8. *Quodsi principium nunquam oritur, nec occidit quidem unquam.* VI. ep. 6. *Te confirmandum puto, nec his quidem verbis, quibus te consoler, ut afflictum, sed ut eum, de cujus incolumitate non dubitem.* III. ep. 8. *Hoc totum nihil esse, possum intelligere: sed cum sit nihil, nec quid dicatur quidem, intelligo.* Id. I. ep. 8. *Neque, ut ego arbitror, errarent ne adversarii quidem ejus, si pugnare desisterent.* Livius XXIX, 12. *Facile impetratum, neque enim ne ipsius quidem regis abhorrebat animus.* XXX, 30. *Optimum fuerat vos Italiæ, nos Africæ imperio contentos esse: neque enim ne vobis quidem Sicilia ac Sardinia satis digna pretia sunt pro tot classibus.*

(*Admonitio.*)

Nec quidem pro *ne quidem* verum non est, nec ita scribendum. In loco Ciceronis primo rectius editur *ne quidem.* In locis iis ubi est pro *et ne quidem*, secus est. In loco VI. ep. 6. *quidem* non refertur ad *nec*, sed ad *iis verbis.* Sæpe in libris antiquis, ubi vulgo editur *nec quidem*, reperi *ne quidem*, ut ap. Tacitum.

* 7. *Neque*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0472
DFG

* 7. *Neque - et*, pro *nec*.

Celsus procem. libr. 1. *Neque Hercules istud et antiqui medici nescierunt, sed his contenti non fuerunt.*

8. *Nec - nec: neque - neque.*

Nec et *neque* sæpe iterantur, etiamsi antecedat negatio. Cic. de Amic. 2. *Nec enim melior vir Africano quisquam, nec clarior.* VIII. ep. 8. *Hic nunc neque absolutus neque damnatus Servilius de repetundis Saucius Pylio tradetur.* I. off. 2. *Nulla vitæ pars neque publicis, neque privatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest.* V. ep. 17. *Nullo loco deero, neque ad consolandum, neque ad levandum fortunam tuam.* IX. Att. 14. *Non medius fidius præ lacrymis possum reliqua nec cogitare, nec scribere.*

* 9. *Neque neque tamen*, weder = noch, nicht = und doch auch nicht. *Neque - neque vero: nec - nec vero: neque - nec vero*, weder = noch weniger.

Planc. ap. Cic. X. ep. 24. *Neque expeditissimam dimicationem putamus, neque tamen refugiendo commissuri sumus, ut* cet. Cic. Muren. 35. *Neque Lacedaemonii autores istius vitae atque rationis, qui quotidianis epulis in robore incumbunt: neque vero Cretes, quorum nemo gustavit unquam cubans.* Sext. 16. *Neque huic vestro tanto studio audiendi, neque vero huic tantae multitudini, quanta mea memoria nunquam ullo in judicio fuerit, deero.* Tusc. V, 33. *Secundum genus cupiditatum nec ad potiendum difficile censet Epicurus, nec vero ad carendum.* ad Brut. 10. *Nec in senatu sceleratissimorum consiliorum fontes aperire dubitavi, nec vero ulla in re memini senatum meliorem.* Cæl. 30. *Caelio neque proprium quaestio-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0473
DFG

quaestionis crimen objicitur; nec vero aliquid ejusmodi, quod sit a lege sejunctum. Inv. I, 3.

10. *Neque-nec: nec-neque*, weder=noch.

Interdum *neque* cum *nec* copulatur. Cic. XV. ep. 1. *Reges neque opibus satis firmi, nec voluntate sunt.* III. ep. 5. *Neque enim obscuris personis, nec parvis in causis res agetur.* *Add. Id. II. Att. 20. III, 20. extr. II, 19. *Nec quid faciam, scio; neque tantum est in re, quantus est sermo.* X, 15. ad Brut. 16.

11. *Nec-et: neque-et.*

Alias *nec* et *neque* cum *et* junguntur. Cic. X. ep. 1. *Furnium nostrum tantum a te fieri, nec miror, et gaudeo.* IV, 6. *Hoc tempus totum ad unius voluntatem est accommodandum et prudentis, et liberalis, et ut perspexisse videor, nec a me alieni, et tibi amicissimi.* *Id. II. off. 12, et III, 14. Id. I. Orat. 39. *Homo neque meo judicio stultus, et suo valde prudens.* *XII. ep. 27. XII. 26, et Man. 1.

* 12. *Neque-et tamen.*

Celsus VI, 6. de Trygod. *Vinum bibere lene oportet, subausterum, modice vetus, neque effuse neque timide, ut neque cruditas ex eo, et tamen somnus fiat.*

* 13. *Nec-ac: neque-ac minus*, sunt sequiorum temporum.

Tacitus Agricol. 10, 8. *Naturam oceani atque æstus neque quærere hujus operis est, ac multi retulere.* Sueton. Vespas. 12. *Mediocritatem pristinam neque dissimulavit unquam Vespasianus, ac frequenter etiam præ se tulit.* Columell. II, 11. princ. *Cætera neque enumerare, ac minus serere dignamur.* (Sed si *neque-et*, rectum est, quidni hoc?)

* 14. *Neque-et non* pro *nec.*

Cic. III. off. 1. *Africanus neque cessabat unquam, et interdum colloquio alterius non egebat.*

* 15. *Nec*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0474
DFG

* 15. *Nec* vel *neque-que: neque-neque-que.*

Cic. de Amic. 27. *Sed nec illa extincta sunt, aluntur*que *potius et augentur cogitatione et memoria.* II. divin. 43. *Hi nec totidem annos vixerunt, anno enim Procli vita brevior fuit, multumque is fratri rerum gestarum gloria praestitit.* II. Catil. 13. Cæsar. B. C. III, 74. Sulpit. IV. ep. Cic. 5. Cæsar B. G. V. 2. *Treviri neque ad concilia veniebant, neque imperio parebant, Germanosque transrhenanos sollicitare dicebantur,* Cicer. I. ep. 9. 59.

* 16. *Neque-neque non.*

Varro R. R. procem. *His diis propitiis, neque rubigo frumenta atque arbores corrumpit, neque non tempestive florent.* Id. II. R. R. 2, et III, 16. Cic. III. ep. 12. *Neque tristius dicere quicquam debeo de ea re, quam tu ipse optimis ominibus prosequeris: neque non me tamen mordet aliquid.* Id. X. Att. 11. *Neque id, quod esset, perscripsisti, neque non tamen, quale esset, quot cogitares, aperuisti.*

17. *Nec-sed: neque-sed.*

Alias *sed* adsumunt. Cic. IX. ep. 24. *Nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitæ atque victus.* *Add. id. VI. Att. 2, et X, 4. I. ep. 9. *Cum tu Hispaniam citeriorem cum imperio teneres, neque respublica consules haberet, sed mercatores provinciarum; jecit quidam casus caput meum in mediam contentionem civilem.* *Adde eund. II. Catil. 13.

* 18. *Nec-sed potius,* vel *sed tantum: neque praterquam.*

Cic. de fat. 2. *Non ego studia oratoriæ deserui: nec ea, quæ nunc tracto, minuunt, sed augent potius illam facultatem.* Ibid. 15. *Neque hæc scribunt vituperantes, sed potius ad laudem.* VI. Verr. 56. *In hastis istis neque manu factum quicquam, neque pulcritudo*

critudo erat ulla; sed tantum magnitudo incredibilis. Plin. XVII. 4. *Sed neque illa terra, quæ laudatur, diu præterquam salici, utilis sentitur.*

* 19. *Nec si - idcirco: nec si - propterea: nec si-ideo: nec si - eam ob causam*

Cic. I. Orat. 26. *Neque enim si multitudo litium, si varietas causarum, si hæc turba et barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus, idcirco nos hoc, quod, quærimus omittemus.* Id. II. Orat. 9. Varro L. L. IX. cap. 3. Cic. III. Nat. D. 28. *Nec si is, qui accepit, bene utitur, idcirco is, qui dedit, amice dedit.* Id. VIII. Att. 15. II. off. 22. Brut. 20. *Nec vero si quid est unum inter eos simile, propterea cæterarum dissimilitudo intelligi non potest.* Ibid. 74. *Nec si hoc Crassus non committit, ideo non multi et sæpe committunt.* Varro I. R. R. 18. Tacitus XIII, 21, 4. Cic. I. Orat. 50. *Nec, si P. Crassus idem fuit eloquens et juris peritus, ob eam causam inest in facultate dicendi juris civilis scientia.*

* 19. *Neque si - confestim*, vel *protinus.*

Columell. libr. I. præfat. *Nec si vel illa præstantis ingenii vis, vel inclutarum artium defecerit instrumentum, confestim debemus ad otium et inertiam devolvi: sed quod sapienter speravimus, perseveranter conjectari.* Celsus I. præf. *Neque enim si quis non omnia tenet, quae rationalis alius probat, protinus alio novo nomine artis indiget.*

* 20. *Nec - tamen: neque - attamen: neque - sed tamen.*

Columell. III, 1. *Optimum est solum nec densum nimis, nec resolutum, soluto tamen propius: nec exile, nec laetissimum, proximum tamen uberi: nec campestre, nec praeceps, simile tamen edito campo: nec siccum nec uliginosum, modice tamen roscidum.* Ibid. 5.

Palla-

Palladius II, 13. princ. Livius III, 56. *Nec in tribunitio auxilio Appius, nec in judicio populi ullam spem habebat: attamen et tribunos appellavit, et, nullo morante, arreptus a viatore,* provoco, *inquit.* Cic. VII. Att. 1. *Nec scribit, quid ille sententiæ dixerit, sed tamen supplicationem eum mihi non decrevisse.*

** 21. *Nec - aut: neque - aut.*

S. Virg. IV. Aen. *Nec tantos mente furores concipit, aut graviora timet.* *Suet. Claud. 46 Cic. II. ep. ult. *Neque unde, neque quo die datæ essent literæ, aut quo tempore te expectarem, significabant.* * Tacitus Ann. III, 54. Plinius XXII, 24.

22. *Nec dum: neque dum.*

Nec dum et *neque dum* est, quod insulse dicitur *et nondum.* Cic. VI. Att. 1. *Cassius ineptas literas misit: nec dum Bibuli erant allatæ.* Ibid. 3. et XIV, 10. *Ille quid agat, si scis neque dum Roma es profectus; scribas ad me velim.*

23. *Nec enim: neque enim.*

Nec enim et *neque enim* usurpantur eleganter pro *non enim.* Cic. de Amic. 16. *Nec enim illa prima sententia vera est.* * Id. I. Catil. 6, et Paradox. et III, 1. de Amic. 13. *Neque enim sunt isti audiendi, qui* cet. Exempla plura ubivis obvia.

*24. *Neque etiam.*

Varro III. R. R. 16. *Apium nulla assidet in loco eo, qui male oleat, neque etiam in eo, qui bona olet unguenta.* Id. I. R. R. 65. Cic. IV. Att. 1.

*25. *Nec tamen: neque tamen.*

Cic. III. off. 10. *Nec tamen nostræ nobis utilitates omittendæ sunt, aliisque tradendæ.* Id. III. N. D. 33. *Et prædones multi sæpe pœnas dant, nec tamen*

possumus dicere, non plures captivos acerbe, quam prædones necatos. Colum. VII, 5, 6. Cic. V. ep. 12. *Neque tamen, hæc cum scribebam, eram nescius, quantis oneribus premerere susceptarum rerum.* Et mox: *Neque tamen ignoro, quam impudenter faciam, qui tantum tibi oneris imponam.* add. VII, 1. Celsus VI, 6. Cic. I. Catil. 6.

26. *Nec vero: neque vero.*

Nec vero et *neque vero* interdum gravius negat. * Cic. V. Att. 3. *Eodem die Philotimo dederam ad te literas, nec vero nunc erat sane, quod scriberem.* VII, 13. *Nec vero nunc, quid cogitet, scio.* Id. I. off. 8. I. Philipp. 4. *Neque vero illum similiter, atque ipse eram, commotum esse vidi,* ich habe aber gesehen, daß er nicht so bestürzt war, als ich. Id. Orat. 8. *Neque vero mihi quicquam præstabilius videtur, quam posse dicendo tenere hominum cœtus.* * Add. II. ep. 6, et I. de Orat. I.

27. *Nec vero: neque vero* occupationi servit.

Sæpe serviunt occupationi. Cic. II. Phil. 8. *Nec vero tibi de versibus respondebo.* * Id. ep. Brut. 12. II. Orat. 3. Cic. I. Orat. 51. *Neque vero istis tragœdiis tuis, quibus uti philosophi maxime solent, Crasse, perturbor.* Id. ib. 53. *Neque vero hoc solum dixit, sed ipse et sensit et fecit.* Add. Milon. 8.

* 28. *Nec vero - neque - neque.*

Cic. II. Philipp. 8. *Nec vero te unquam neque vigilantem neque in somnis credo mente posse consistere.*

* 29. *Neque autem: nec autem,* rarius Ciceroni.

Cic. V. ep. 12. *Neque autem ego sum ita demens, ut me sempiternæ gloriæ per eum commendari velim, qui non ipse quoque in me commendando propriam ingenii*

genii gloriam consequatur. Celsus II, 17. *Neque terrere autem ea res, si tempestiva est, debet.* Id. VII, 9. III, 23. Quintil. IV, 1. *Nec argumentis autem, nec locis, nec narrationi similis esse in proœmio debet oratio.*

* 30 *Nec minus*, pro *et*, vel *item.*

Columell. III, 3. *Ea res, si omissa sit, plurimas operas, nec minus arcam patrisfamilias semper exhaurit.* Ibid. 7. *Proposuimus docere vineas ejusmodi conserere, quæ nec minus uberes fructus prædictis generibus afferant, et sint pretiosi saporis.* Id. IV, 5. VII, 6. *Ea sunt arbutus, atquè alaternus, cytisusque agrestis, nec minus ilignei querneique frutices.* VII, 12. *Pecuarius canis et ad rixam et ad pugnam, nec minus ad cursum comparatur.* VII. ult. bis.

* 31 *Nec minus*, pro *æque* absolute.

Nepos Dion. 6. *Heraclides Dioni principatum non concedens, factionem comparavit: neque enim minus valebat apud optimates.* Milt. 2. *Neque minus in ea re prudentia, quam felicitate, adjutus est.* Them. I. *Neque minus in rebus gerendis promtus, quam excogitandis erat.* Alcib. 5. *Expugnaverunt complures urbes, in his Byzantium: neque minus multas consilio ad amicitiam adjunxerunt.* Eodem spectat

* 32. *Nec minus* post comparativum et superlativum.

Cic. in Brut. 6. *Acutior Qu. Varius rebus inveniendis, nec minus verbis expeditus.* Columell. III, 11. *Ipsa cereta per se (viti) inimicissima est, nec minus jejunus sabulo.*

* 33. *Nec idcirco minus, nec eo minus, neque eo secius* pro *et nihilominus.*

Cic. II. Orat. 35. *Philosophi nulla dant præcepta dicendi, nec idcirco minus, quæcunque res proposita*

est, suscipiunt, de qua copiose loquantur. Sueton. Oth. 4. *Quoties Otho cœna principem acciperet, aureos excubanti cohorti viritim dividebat: nec eo minus alium alia via militem demerebatur.* Id. in Vespas. Nep. Att. 22. *Neque eo secius adolescentem Marium hostem judicatum juvit opibus suis.*

* 34. *Nec minus - quam*, pro *tam - quam*,

Nep. Dion. 1. *Dion erat intimus Dionysio priori, neque minus propter mores, quam affinitatem.*

* 35. *Neque eo magis*, pro *sed nihilominus non.*

Nepos Eumen. 4. *A Neoptolemo aliquot plagis Eumenes vulneratur: neque eo magis ex praelio excessit, sed acrius hostibus institit.* Id. Pausan. 3. *Hinc se expedivit; neque eo magis carebat suspicione.* Att. 8. n. 6. *Bruto in Epiro Atticus absens trecenta millia HS jussit dari: neque eo magis potenti adulatus est Antonio, neque desperatos reliquit.*

* 36. *Neque magis*, pro *non tam.*

Nepos in Miltiad. 2. *Erat inter eos dignitate regia. Neque id magis imperio, quam justitia, consecutus.*

** 36. *Nec non*, pro *et.*

Nec non vulgo creberrime pro *et* usurpant, ac tantum non omnibus paginis inferciunt inconsiderate. Et postulat sane ratio, ut, quemadmodum *nonnunquam* valet *interdum*, ita *nec non* valeat *et*. Verum autores non sic temere videntur usurpasse. Si enim accuratius in eorum exempla inspiciamus, patebit, particulam *non* potius dictioni alicui sequenti jungendam esse, quam præcedenti *nec*. Cic. pro Rosc. Am. 15. *Neque haec tu non intelligis, sed quid coarguas non habes.* Si germanice velis exprimere, periphrasin adhibeas, necesse est. Nun ist

du

du ja so aber nicht, daß du dieses nicht verstehen solltest, aber. Varro II. R. R. 11. *Neque non quaedam nationes harum (caprarum) pellibus sunt vestitae.* Hic *non vestitae sunt* in sensu copulandum est. Apulejus libr. XI. Metam. *Neque vocatus morari, nec non jussus festinare deberem.* Quare duplicatis negationibus, cum verba ajentia non desint, aliquanto utemur parcius: cujus generis sunt et illa, *nemo non*, *nullus non*, *nihil non*: quæ ut orationi modice adsperſa jucunditatis afferunt plurimum, sic crebrius repetita satietatem pariunt. Longol. libr. II. ep. 2. ad Nav. Gocl. p. 163. observ.

Nec non Cicero nunquam ponit pro *et*, nisi vel *nec* præcesserit. vel *nec* in principio periodorum constitutum fuerit. Prioris generis exempla supra allata sunt †: Posterioris jam subjiciam. Cic. pro Milon. 32. *Nec vero non eadem ira Deorum hanc ejus satellitibus injecit amentiam, ut sine imaginibus, sine cantu, sine ludis amburetur Clodius.* Id. VI. ep. 1. *Nec enim is, qui in te adhuc injustior fuit, non magna signa dedit animi erga te mitigati.* Id. II. Divin. 32. *Nec vero non omni supplicio digni Claudius et Junius.* Id. IV. Tusc. 2. *Nec vero illud non eruditorum temporum argumentum est, quod et deorum pulvinaribus, et epulis magistratuum fides praecinunt.* Id. II. Orat. 85. *Neque tamen illa non ornant, habiti honores, decreta virtutis praemia.* Id. IV. Catil. 2. *Neque meam mentem non domum saepe revocat exanimata uxor, abjecta metu filia et parvulus filius.* Add. Varro I. R. R. 4.

* Sed alii, etiam optimi scriptores, præsertim Varro, *nec non* sæpe et ubivis pro *et* ponunt. Ne-

† Vide Nec-nec non.

pos Eumen. 1. *Tametsi Eumenet domestico summo genere erat, tamen Macedones eum sibi aliquando anteponi indigni ferebant: neque tamen non patiebantur.* Varro II. R. R. 1. *Fere morborum causae erunt, quod laborant propter aestus, aut propter frigora, nec non etiam propter nimium laborem, aut contra.* Id. III, 2. *Ibi vidi greges magnos anserum, gallinarum, columbarum, gruum, pavorum, nec non glirium, piscium, aprorum.* Ibid. 7. *Parentes pullorum si sunt formosi, bono colore, integri, bovi feminis, paria singula vulgo veneunt ducentis nummis, nec non eximia singulis millibus nummum.* Columell. VI, 27. *Gregibus spatiosa et palustria, nec non montana pascua eligenda sunt.* Add. Pallad. Octobr. 11. extr. et Colum. III, 2. Ovid. Trist. IV. eleg. 10. et Metam. VII, 318.

* 37. *Nec non etiam: nec non et* in Ciceronis et æqualium scriptis vix reperias.

Varro I. R. R. præf. *Nec non etiam precor Lympham ac Bonum Eventum, quoniam sine aqua omnis arida ac misera agricultura.* Columell. VIII, 15. *Gratissima est et esca terrestris leguminis, panicum et milium nec non et ordeum.* Plinius H. N. VII, 53. *Nec non et proximo anno, dum consulari viro in aurem dicit eques Romanus.* Id. X, 43. XIII, 22. XV, 22. Sueton. Vespas. 8.

** 38. *Nec* et *neque* interdum dissolvenda sunt, si pervidere sensum velis. Terent. Phorm. *Neque eum aequum ait facere*, id est, *et ait, eum non facere aequum.* Rivius pag. 12. ad Terent. Linac. libr. 2. Ovid. III. de arte v. 77. *Anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas, nec faciunt cervos cornua jacta Senes. Dissolve, et cervos cornua jacta faciunt non senes,*

nes, id est, *juvenes*. Virgil. III. Georg. de equo vetulo: *Abde domo, nec turpi ignosce senectae*, id est, *et ignosce senectae non turpi*. Schott. II. observ. 24, et I. Nod. Cic. 17.

II. *Nequaquam* et *Neutiquam*.

Nequaquam et neutiquam vehementius negant. Cic. I. de fin *Nequaquam ista amicitia est*: durchaus nicht, keinesweges. Id. I. Nat. Deor. 1. *Multae res in philosophia nequaquam satis adhuc explicatae sunt*. Cic. IX. Att. 12. *Ei te socium neutiquam puto esse oportere*. Id. de Univ. *Indissolubiles vos quidem esse non potestis: neutiquam tamen dissolvemini*. Terent. Andr. II, 1. *Ego neutiquam officium esse liberi puto, postulare id gratiae apponi sibi*.

CAPUT CXLV.

De adverbio NEMO.

** I. *Nemo*, pro *nullus*, de personis.

Sylv. II. prog. 31. Cicero III. offic. 2. *Nemo pictor est inventus, qui Coae Veneris eam partem, quam Apelles incoatam reliquit, absolveret*, pro *nullus pictor*. Id. I. de Orat. 18. *Saepe soleo audire Roscium, cum ita dicat, se adhuc reperire discipulum, quem quidem probaret, potuisse neminem*. Ad Herenn. IV. *Bene majores nostri hoc comparaverunt, ut neminem regem, quem armis cepissent, vita privarent*. Senec. controv. X, 5 et 6. *Nemo Olynthius, nemo fur*. Val. Max. V, 3. *Nemo vir*. Sic *nemo homo* pro *nullus homo*, ut exponit Goclenius I. probl. gramm. 24. vel pro *nemo* simpliciter: nam hic pleonasmum agnoscunt Linac. libr. 6. Popma II. de usu ant. loc. 10. Willich. ad Terent. p. 168.

Satis autem docent exempla, si pro *nullus* velis *nemo* dicere, sermonem non nisi de hominibus esse oportere. Dictus enim *nemo*, quasi *ne homo*. Itaque cave dicas, *nemo equus*, *nemo lapis*, *nemo dies*, pro *nullus equus*, *lapis*, *dies*. Ad eos tamen, qui supra hominem vel sunt, vel esse finguntur, extendere nihil prohibet. Nam et Priscianus libr. VI. annotavit, non solum de hominibus efferri *nemo*: ex illo scil. Virgil. IX. Aen. 60. *quod optanti divum promittere nemo auderet*. Ac sic Cicero locutus est I. de nat. D. 43. *Epicurus beneficentia cum carere Deum vult, neminem Deo nec Deum nec hominem carum vult*, pro *nullum nec Deum nec hominem*.

** 2. *Nemo, pro ullus.*

Contra *nemo* pro *ullus* ponitur in hac formula. Cic. IX. ep. 14. *Contigit tibi, quod haud scio an nemini.* Linac. libr. 2. †

* 3. *Nemo*, pro *nullius momenti, pro nihilo habendus.*

Cic. VII. Att. 13. *Me moverat nemo magis, quam is, quem tu neminem putas. Idem et initio fuerat, et nunc egregius*

* 4. *Nemo non*, id est, *omnes.*

Cic. Planc. 9. *Nemo Arpinas non Plancio studuit, nemo Soranus, nemo Cassinas, nemo Aquinas.* Nepos Attic. 10. *Ut Antonius rediit in Italiam, nemo non in magno periculo Atticum futurum putarat.* Ibid. 11. *Nemini non ibi perpetuo manendi potestas facta est.* Sueton. Tiber. 61.

* 5. *Nemo*

† Sed quia *an* in hac formula a multis pro *annon* poni dicitur, equidem particulæ *nemo* novam significationem affingere nolim. (Recte. Si dixisset *ulli*, plane contraria esset sententia; nempe: quod alicui contigit. v. supra in *an* n. 6.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0484
DFG

* 5. *Nemo neque - neque; nemo nec - nec: neque - nec - nec - neque.*

Terent. Eunuch. I. 2. *Habeo hic neminem neque amicum neque cognatum.* Liv. XXXVIII, 50. *Nemo unquam neque melius, neque verius, laudatus est.* Cic. Rosc. Am. 8. VIII. Att. 1. *Eorum nemo nec stultior est, quam Domitius, nec inconstantior, quam Ap. Claudius.* II. offic. 5. *Nemo neque dux bello, nec princeps domi magnas res et salutares sine hominum studiis gerere potuit.* I. Orat. 29. *Ego neminem nec motu corporis neque ipso habitu atque forma aptiorem, neque voce pleniorem mihi videor audisse.*

* 6. *Nemo aut - aut.*

Cæsar B. C. III, 61, 2. *Ante id tempus nemo aut miles, aut eques, a Cæsare ad Pompejum transierat.* Id. III. B. C. 47, 2. *Nemo aut tribuni aut centurionis imperium desiderabat.*

* 7. *Nemo non - non*, pro *nemo nec - nec.*

Livius III. 11. *Nemo non lingua, non manu, promptior in civitate habebatur.*

* 8. *Nemo ne - quidem.*

Cic. III. off. 9. *Nemo ne suspicaturus quidem est.* Id. V. Att. 14. *Adventus noster nemini, ne minimo quidem, sumtui fuit.* Id. II. Philipp. 37. *Nemo jure consultus, ne iste quidem, qui tibi uni est jureconsultus ex ista syngrapha deberi dicit pro iis rebus.* Liv. III, 6.

* 9. *Nemo non modo, sed ne quidem.*

Cic. I. Orat. 1. *Nemo eloquentia, non modo sine dicendi doctrina, sed ne sine omni quidem sapientia, florere unquam et præstare potuit.*

* 10. *Non nemo*, pro *quidam.*

Cic. pro leg. Manil. 21. *Erat non nemo in sena-*

tu, qui diceret, non oportere mitti hominem privatum pro consule. Id. IV. Catil. 5. *Video de istis, qui se populares haberi volunt, abesse non neminem, ne de capite videlicet civium Romanorum sententiam ferat.* Id. IV. Verr. 5, et Muren. 39.

* 11. *Nemo unus.*

Livius III, 12. *Nemo unus est, cujus magis opera putem rempublicam restitutam.* Id. III, 14. *Nemo unus inde præcipuum quicquam gloriæ domum invidiæve tulit.* X, 16. *Haud dubie illa ætate, qua nulla virtutum feracior fuit, nemo unus erat vir, quo magis innixa res romana staret.* Cic. V. Tusc. 36. *Nemo de nobis unus excellat.* Tacitus I. hist. 82. n. 2. Livius XXVIII, 35.

* 12. *Nemo alius*, sonst niemand.

Cic. XII. Att. 9. *Alium, cui illam commendem, habeo neminem.* Sall. 26. *Cupiditatem eam si nemo alius habuit in consulatu petendo, cupidior judicatus est hic fuisse, quam cæteri.* Mil. 17. *Neminem alium, nisi Patinam familiarissimum suum, rogavit.*

13. *Nemo - quin: nemo - qui non.*

Nemo interdum cum *quin*, aut *qui non*, jungitur. Cic. IV. ep. 4. *Nemo est, quin cogitet, quam sit metuendus iratus victor armatus.* * Add. Id. I. ep. 4, et XVI, 4. edit. Lamb. Cic. V. Tusc. 22. *Adhuc neminem cognovi poëtam, qui sibi non optimus videretur.* * Id. XVI. ep. 7. *Nemo nos amat, qui te non diligat.* Add. Rosc. Am. 9, et ad Brut. 14.

14. *Nemo - nisi.*

Alias cum *nisi*. Cic. X. ep. 6. *Quorum nemo consularis habitus, nisi qui animo extitit in remp. consulari.* Amic. 26. *Assentatio nocere nemini potest, nisi ei,*

ei, qui eam recipit eaque delectatur. * Add. leg. Man. 13, et Paradox. VI, 1.

15. *Nemo præter: nemo-præterquam* vel *extra.*

Nonnunquam cum *præter.* Cic. I. ep. 5. *Amicum ex consularibus tibi neminem esse video, præter Hortensium.* Id. I. Att. 1. *Sed hoc præter me, nemini videtur.* * Add. VII. epist. 26, et Livius XLIII, 8.

** S. D. Cic. XIV. Att. 1. *Affirmat in sermonem se, post idus Martias, præterquam Lepidi, venisse neminis.* Livius XXIII, 8.

** S. D. Plaut. Amphitr. II, 2. *Mihi extra unum te mortalis nemo corpus contigit.* * Cic. pro Dom. 41.

*16 *Nemo-sed.*

Livius XLI, 24. *Nemo novæ societatis, aut novi fœderis, quo nos temere illigemus, conscribendi est autor: sed commercium tantum juris præbendi repetendique sit.*

*17. *Nemo de* vel *ex.*

Cic. I. Att. 1. *Nemo est ex iis, qui nunc petunt, qui si in nostrum annum reciderit, firmior candidatus fore videatur.* Id. XIII. ep. 65. *Pluris ex omni nobilitate neminem facio.* Cic. I. Orat. 43. *C. Aculeo ita tenet jus civile, ut cum ab hoc discesseris, nemo de iis, qui peritissimi sunt, anteponatur.* Varro II. R. R. 4. *Proavus ac superiores de Tremelliis nemo appellatus est Scrofa.* †

CAPUT

† *Nemo* sæpe etiam cum genitivis jungitur. *Nemo est omnium, nemo nostrorum.* Sed *nemo inter* fortasse nusquam reperias.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0487
DFG

CAPUT CXLVI.

De adverbio NEMPE.

Nempe in principio pro *certe*, † (explicandi causſa)

NEMPE in principio eſt *certe* aut *ſcilicet*. Cic. in Brut. 3. *Nempe librum eum dicis, quo omnem rerum memoriam complexus eſt.* Id. Verr. II, 61. *Nunc, quod mihi abs te datur, id accipio, Siculos tibi eſſe inimiciſſimos. Nempe, ita dicis, propter decumas.* Id. Partit. 12. *Nempe igitur ea reſtant, quæ* cet. Id. Flac. 37. *Si Flacidius dat tantam pecuniam Flacco, nempe idcirco dat, ut rata ſit emtio.* Id. XII. Philipp. 11. *Sed effugi inſidias: perrupi Apenninum. Nempe in Antonii congreſſum colloquiumque veniendum eſt*, (In omnibus non tam eſt aſſeverandi vis, quam explicandi, rationem reddendi.)

2. *Nempe* pro *nonne*. ††

Interdum interrogat, atque uſurpatur pro *nonne*. Plaut. Ruden. IV, 4. *Quid nunc vis tibi?* TR. *Nempe hic tuus eſt?* DAE. *meus eſt.* Id. Menechm. V, 7. *Mea quidem hercle cauſa liber eſto, atque ito, quo voles.* MES. *Nempe jubes?* MEN. *Jubeo hercle, ſi quid imperii eſt in te mihi.* Cic. V. Tuſc. 5. *Nempe negas ad beate vivendum ſatis poſſe virtutem?* A. *prorſus nego.* *Plaut. Trinum. IV, 3. *Liberi quid agunt mei, quos reliqui hic filium atque filiam?* ST. *vivunt, valent.* CH: *Nempe uterque?* ST. *uterque.*

* 3. *Nempe*

† Etiam in medio ponitur pro *certe*. Cic. IV. Att. 18. *Tu omnia conſilia differebas in id tempus, cum ſciremus, quæ Brundiſii acta eſſent. Scimus nempe; hæremus nihilominus.*

†† Equidem vix video, cur sic *nempe* exponamus per *nonne*. Exempla quidem hæc commodius explicantur per *ſcilicet*. Das iſt doch ſo, daß dieſer dir zugehöret? Befiehlſt du es in rechtem Ernſt? Iſt das deine rechte Meynung, daß die Tugend zu einem glückſeligen Leben nicht genug ſey? Du meyn ſt doch alle beyde? (Recte. Sed idem de ſequentibus n. 3, 4, 5. dicendum.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0488
DFG

* 3. *Nempe* indignantis.

Curt. X, 2, 25. *In Europam ire properatis, rege deserto, quum pluribus vestrum defuturum viaticum fuerit, ni æs alienum luissem, nempe in Asiatica præda.*

4. *Nempe* approbantis.

Nonnunquam in responsione est approbantis. Plaut. Trinum. II, 2. *Bene volo ego illi facere, si tu non* cet. PN. *Nempe de tuo?* LV. *de meo*, doch aus deinem Beutel. Id. Asinar. I, 1. *Apud Archibulum ego ero argentarium.* LI. *Nempe in foro?* DE. *ibi.* Cic. III. Philipp. 6. *At avus hujus nobilis, Tuditanus: nempe ille, qui cum pulla et cothurnis numos populo de rostris spargere solebat.* †

5. *Nempe* interrogationi subjectum, vim habet amplificandi.

Sæpe interrogationi subjicitur. Cic. X. Philipp. 3. *Legiones abducis a Bruto. Quas? nempe eas, quas ille ab Antonii scelere avertit.* Id. Mil. 3. *In qua tandem urbe hæc homines stultissimi disputant? nempe in ea, quæ primum judicium de capite vidit M. Hortatii fortissimi viri.* Id. I. Philipp. 7. *Cneji Pompeji consulatus in quibus actis consistit? nempe in legibus.* Id. VII. Verr. 69. *At quo tempore futurum est? nempe eo, cum* cet. Aber wenn wird das geschehen? gewißlich alsdenn, wenn.

Admonitio.

Nempe pro *id est* raro admodum usurpari solet in explicatione aut enumeratione multarum rerum: sed ejus loco *nimirum* aut *videlicet* usurpatur. Cic. pro Rosc. Am. 44. *Opinor esse in lege, quam ad diem proscriptiones venditionesque fiant, nimirum ad Calendas Junias* Lege *nimirum* et *videlicet.*

CAPUT

† Hæc exempla an cum proposito Autoris omnia consentiant, judicent lectores. (Immo pertinent omnia ad n. 2.)

CAPUT CXLVII.
De NIHIL.

1. *Nihil* pro *non*.

NIHIL interdum usurpatur pro *non*. Cic. I. Philipp. 6. *Nihil dico, quis fuerit L. Brutus.* II. Agr. 23. *Beneficio isto legis Pompejus nihil utitur.* Parad. I, 1. *Hoc tamen opus in apertum ut referas, nihil postulo,* ich verlange nicht. *Add. III. ep. Qu. fr. 4.

** 2. *Nihil,* pro *ne*, rarius est.

Cic. XVI. ep. 3. *Nihil properaris,* eile nur nicht Schor. p. 73. rat. disc. L. L.

* 3. *Nihil*)(*non multum: nihil*)(*multum.*

Cic. Brut. 40. *Aetatis vestræ nihil, aut non fere multum differunt.* IV. Acad. 26. *Oculi aut nihil, aut non multum mentiuntur.* Orat. 49. fin. *Quod scis nihil prodest: quod nescis, multum obest.*

* 4. *Nihil* cum genitivo nominis substantivi, pro *nullus.*

Cic. I. offic. 11. *Paci, quæ nihil habitura sit insidiarum, semper est consulendum.* II. ep. 12. *Illud moleste fero nihil me adhuc his de rebus habere tuarum literarum.* XII. ep. 2. Nihil est negotii libertatem *et rempublicam recuperare.* I. offic. 42. *Omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil est, agricultura melius.*

* 5. *Nihil* de personis †, pro *nullius momenti* (pro *nihilo habendus, contemnendus.*)

Cic. VII. ep. 28. *Hæc tibi scripsi, ut isto ipso in genere, in quo aliquid posse vis, te nihil esse cognoscerres.* VII. ep. 34. *Nos plane aut nihil sumus, aut nobis quidem ipsis displicemus.* I. Verr. 14. *Si mecum in hac prolusione nihil fueris, quem te in ipsa pugna*

† Adde huc n. 26. (it. in *Nemo* n. 3.)

gna cum acerrimo adversario fore putemus? esto: ipse nihil est, nihil potest: at venit paratus cum subscriptoribus exercitatis et disertis. I. Att 16. Livius XXII, 22. (Dicitur etiam similiter de rebus. Cic. in Cæcil. 14. *Nihil est in prolusione.* h. e. prolusio nihil valet, efficit etc.)

* 6. *Nihil unum.*

Livius XLI, 20. *Rhodiis, ut nihil unum insigne, ita omnis generis, ut quæque usus eorum postulaverunt, dona dedit rex.*

* 7. *Nihil non*, alles.

Livius IV, 35. *Nihil non aggressuri sunt homines, si magna conatis magna præmia proponantur.* Cic. I. Att. ult. *Is, de quo scribis, nihil habet amplum, nihil excelsum, nihil non submissum atque populare.* Ib. VIII, 4. *Nihil cognovi ingratius: in quo vitio nihil mali non inest.* Ib. III, 24. *Cum in hoc constantia illa imminuta sit, nihil jam potest non decerni.* Id. X. ep. 31, et Flac. 37.

* 8. *Non nihil*, etwas, einiger maßen.

Cic. I. ep. 7. *Virum excellentem, non nihil suspicantem* etc. Ib. III, 6. *De tuo in me animo iniquis secus existimandi videris non nihil loci dedisse.* IV. 14. *Hoc in periculo non nihil me consolatur, cum recordor, hæc me tum vidisse, cum secundas etiam res nostras pertimescebam.* XII, 2. XIII, 30.

* 9. *Nihil dum*, pro *adhuc nihil*, noch nichts.

** *Nihil dum* pro *nondum quicquam.* Cic. Att. *Brundisio nihil dum erat allatum.* Schor. in Phraf. Gul. Insul. Menap. 44. observ.

* 10. *Nihil neque: nihil nec.*

Cic. I. Paradox. 4. *Nihil est præstantius, neque divinius,*

divinius, es ist nichts vortrefflichers und göttlichers. Id. II. ep. 12. *Nihil feci unquam, neque dixi, quod contra illius existimationem esse vellem*, ich habe nichts gethan noch geredet. Ib. XI, 20. *Nihil tua mihi vita potest esse jucundius, neque carius.* Rosc. Am. 26. *Nihil tam vile, neque tam vulgare est, cujus partem ullam reliquerint isti.* Livius II, 30. *Nihil ex ea familia triste nec superbum timebat plebs.* V, 43. *Adversus Gallos Romani nihil temere nec trepide faciebant.* Cic. I. Paradox. 4.

*11 *Nihil nec-nec; nihil neque-neque*, nichts=noch.

Cic. III. off. 8. *Iis cupiditatibus nihil nec tetrius, nec fœdius excogitari potest.* Id. XIII. ep. 1. *Nihil est illo mihi nec carius, nec jucundius.* Id I. ad Qu. fr. 2. *Nihil nec temere dicere, nec astute debeo.* Cic. II. ep. 19. *Mihi nihil neque a te ipso, neque ab ullo alio de adventu tuo scribebatur.* III. ep. 7. *Mihi nihil neque ad honorem, neque ad gloriam acquirendam, deesse putavi.* Rosc. Am. 28. *Nihil neque acerbius, neque iniquius proferri potest.*

*12. *Nihil non-non*, rarissimum est.

Liv. V, 38. *In altera acie nihil simile Romanis, non apud duces, non apud milites erat.* (Sed rectum tamen. cf. in *nemo* n. 7.)

13. *Nihil ne-quidem.*

Nihil quamvis assumat *ne-quidem*, vim tamen negandi retinet. *Cic. IX. Att. 1. *Mirabar nihil allatum esse ne rumoris quidem*, mich wunderte, daß nichts, auch nicht einmahl das geringste Gerüchte, hieher kam. Id. III. ep. Qu. fr. 1. *Ad eas ego literas nihil scripsi ne gratulandi quidem causa*, auf dieses Schreiben habe ich nichts, auch nicht einmahl ihm

thm Glück zu wünschen, geschrieben. *Add. IX. ep. 26. et IX. Att. 4. et Livius VI, 36.

* 14. *Nihil non modo - sed etiam.*

Cic. 5. ep. 14. *Nihil isto potest esse jucundius, non modo miseris his temporibus, sed etiam tranquillis et optatis.*

*15. *Nihil non modo - sed ne quidem.*

Cic. III. ad Qu. fr. 3. *Nihil ex istis locis non modo literarum, sed ne rumoris quidem affluxit.*

* 16. *Nihil aut - aut.*

Cic. X. ep. 9. *Nihil aut sero, aut exigue, a patria civi tributum potest videri.* Id. I. Orat. 31. *Nihil dicam reconditum, nihil aut inauditum vobis aut cuiquam novum.*

18. *Nihil nisi.*

Nihil sæpissime assumit *nisi.* Cic. XVI, ep. 6. *Nihil laboro, nisi ut salvus sis.* Id. IX, 16. *Nihil video, quod timeam, nisi quod omnia sunt incerta.* *Add. I. ad Qu. fr. 3, et II. ep. 10. Huc pertinet illud Cic. V. Att. 14. *Nihil mihi gratius facere potes, nisi tamen id erit mihi gratissimum, si, quæ tibi mandavi, confeceris.*

18. *Nihil præter: nihil præterquam.*

Interdum *præter.* Cic. IV. ep. 4. *Res sunt ejusmodi, ut si Romæ sis, nihil te præter tuos delectare possit.* * Add. II. off. 22, et III, 18. et IV. ep. 7. Liv. II, 56. *Volero nihil, præterquam de lege, loquebatur.* * Add. id. III, 27. princ. et V. 52. extr. et Hirtius B. Alex. 8, 3. * Huc refer illud Livii XXIV, 47. *Hispani paulo minus mille homines nihil præterea cum consule pacti, quam ut sine fraude Punicum omitteretur præsidium, ad consulem transtulerunt signa.*

* Item illud Cicer. Aruſp. reſp. 19. *Nihil a patris, avique Africani præſtabili inſignique virtute, præterquam quod a Senatu deſciverat, deflexit.*

* 19. *Nihil aliud* abſolute.

Cic. IV. ep. 4. *Poſt has miſerias de jure publico nihil eſt actum aliud cum dignitate.*

20. *Nihil aliud - niſi: nihil aliud - quam.*

Nihil aliud-niſi uſitatiſſimum eſt. Cic. Roſc. Am. 37. *Nihil aliud fecerunt, niſi rem detulerunt*, ſie haben ſonſt nichts gethan, als daß ꝛc. VII. Att. 4. *Nihil me aliud conſolatur, niſi quod illum non arbitror fore tam amentem, ut* cet. II. ad Qu. fr. 9. *Nihil dicam aliud, niſi verebor, ne quando ego tibi, cum ſum una, moleſtus ſim.* * Add. III. ad Qu. fr. 9. *Nihil aliud quam* minus uſitatum eſt apud Ciceronem; apud Cæſarem et alios frequentius. Cic. pro Rab. 2. *Agitur nihil aliud in hac cauſa, Quirites, quam ut nullum ſit poſthac in rep. publicum conſilium.* * Add. IX. Att. 4, et leg. Man. 22.

21. *Nihil - quin: nihil - quod non.*

Cic. III. Qu. fr. 3. *Nihil prætermiſi quadam epiſtola, quin enucleate ad te perſcriberem.* Id. II. Philipp. 10. *Ego nihil prætermiſi, quin Pompejum a Cæſaris conjunctione avocarem*, id eſt, quo minus. * Varro IX. L. L. 2.

Cic. II. Att. 17. *Nihil eſt, quod non timendum ſit.* * Add. XII. Att. 15, et XI, 11, et Roſc. Am. 25. Aliquando emphaſeos cauſa additur *totum*. Cicer. Cluent. 6. Cluentius *nihil mali timuit, quod non totum a matre eſſet conflatum.*

22. *Nihil - quo minus: nihil - quamobrem non.*

Cic. ep. Brut. 12. *Nihil affertur, quo minus ſummæ*

ſupplicia

supplicia subeunda nobis sint. * Add. Livius V, 31. *Eo munere delinita plebe, nihil certatum est, quo minus consularia comitia haberentur.* Celsus III, 27. Cic. VI. ep. 13. *Considerare debes, nihil tibi esse committendum, quamobrem eorum, quos laudas, non te similem præbeas.*

23. *Nihil-cur: nihil-quare: nihil-quamobrem.*

Cic. IX. ep. 6. *Quod ego cur nolim, nihil video,* ich sehe nicht, warum ich das nicht wünschen sollte. Id. VI. ep. 21. *Nihil est, cur te advenientibus offerre gestias.* XI. Att. 22. *Mihi quidem nihil in mentem venit, quare id putem fieri posse.* * Idem Dom. 32. Id. Cluent. 26. *Nihil excogitem, quamobrem Oppianico damnari necesse sit?* Id. V. de fin. 26. *Nihil est aliud, quamobrem mihi nihil percipi posse videatur, nisi quod Stoici negent, quicquam posse percipi, nisi tale verum, quale falsum esse non possit.* * Add. Cic. VI. ep. 13.

*24. *Nihil-sed: nihil-sed tamen: nihil-verum.*

Tacit. XV, 14, 1. *Ad ea Vologeses nihil pro causa, sed operiendos sibi fratres rescripsit.* Id. XVI, 19, 3. Liv. II, 49. *Nihil medium nec spem, nec curam, sed immensa omnia volvebant animo.* Tacitus XI. Ann. 27, 3. *Sed nihil compositum miraculi causa, verum audita scriptaque senioribus tradam.*

25. *Nihil minus.*

Cic. II. Att. 4. *Nihil minus velim, quam Pomponiam et puerum versari in timore ruinæ,* ich sähe nichts unliebers, als daß Pomponia und der Knabe in Furchten stehen sollten, daß es einfallen möchte. * Add. III. offic. 20, VI. Att. 6, et Livius III, 3. princ.

* 26. *Nihil magis.*

Cic VII. Att. 9. *Nobis nihil est timendum magis, quam ille Consul.* Id. IV, 8. XI, 7. et I. ep. 5.

27. *Nihil* cum comparativo.

Nihil eleganter etiam cum locis et personis comparatur. Cic. IV. Att. 8. *Nihil quietius, nihil salsius, nihil amœnius.* Ibid. VI, 2. *Tironem ægrum patris reliqui, adolescentem probum: nihil vidi melius.* * Cic. III. ad Qu. fr. 1, et 4, et XVI. ep. 5.

28. *Nihil potius: nihil antiquius.*

Nihil potius, nihil antiquius eandem vim habent. Cic. VI. de Rep. 1. *Nihil mihi potius fuit, quam ut Massiniſſam convenirem.* Id. II. Att. 22. *Dixit se, si ille fidem non servaret, ita laturum, ut omnes intelligerent, nihil sibi antiquius amicitia nostra fuisse.* * Sic etiam *nihil prius.* Cic. IV. ep. Att. 1.

* 29. *Nihil est, quod,* pro *frustra, nulla causa est* cet.

Cic. I. ep. 8. *Dignitatem illam consularem fortis et constantis Senatoris, nihil est, quod cogitemus.* Id. VII. ep. 9. *Quod huc properes, nihil est, præsertim Vacerra mortuo.* Add. XIV. ep. 12, et X. ep. 1. Brut. XI. ep. 3. * Sæpe idem valet, quod *nulla causa est.* Cic. IX. ep. 26. *Nihil est, quod adventum nostrum extimescas.* Id. XI. Att. 13. *De cohæredibus Suffidianis nihil fuit, quod ad me scriberes.* * Nonnunquam est, *nulla res est.* Cic. XV. Att. 10. *Hoc tempore quod scriberem, nihil erat* †. Cic. XV. ep. 6. *Ego gratulatione literarum tuarum nihil est, quod me non assecutum putem,* alles erlanget.

30. *Nihil*

† Nota, in hac significatione *esse quod* supervacuum videri Germanis. Cic. XI. Att. 24. *Nihil est, quod dignum nobis facere possim,* ich kann nichts thun, so uns anständig wäre.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0496
DFG

30. *Nihil habeo, quod.*

Cic. XI. Att. 11. *Ego tuis proximis, nihil habeo, quod rescribam*, ich habe auf dein jüngstes Schreiben nichts zurück zu schreiben.

* 31. *Nihil de: nihil ex.*

Cic. in Cæcil. 23. *Nihil de suis veteribus ornamentis requirit.* Nep. Ages. 7. *Nihil de victu, nihil de vestitu Laconum mutavit.* Id. Attic. 14. Cic. XI. Att. 7. *Ex omnibus nihil magis desideratur, quam quod in Africam non ierim.* Livius XLII, 62. Tacitus VI. Ann. 46, 6.

* 32. *Admonitio.*

Nihil et *nihilum* sæpe usus curate secernit. Cic. Orat. 70. *Videsne, ut ordine verborum paulum commutato, iisdem verbis, stante sententia ad nihilum omnia recidant, cum sint ex aptis dissoluta?* Id. II. Divin. 16. *Non ergo omnium interitus atque obitus naturam conficiet: et erit aliquid, quod aut ex nihilo oriatur, aut in nihilum subito occidat.* Id. I. Qu. Acad. 7. *Materia illa tota omnia recipere potest, omnibusque modis mutare, atque ex omni parte; eoque etiam interire non in nihilum, sed in suas partes.*

33. *Nihilo* cum comparativo.

Nihilo semper cum comparativo copulatur. Cic. II. fin. 27. *Demta æternitate, nihilo beatior Jupiter, quam Epicurus.* Id. Verr. V, 31. *Verres nihilo diligentior esse ad classem ornandam cœpit.* * Id. V. ep. 12. II. off. 22. III. off. 9. et III. ep. 12. et IV. ep. 23. et XVI. ep. 14. et pro Mil. 30.

34. *Nihilo magis: nihilo minus.*

Cic. II. Divin. 50. *Sed vos dialectici ea sumitis, quibus concessis, nihilo magis efficiatis, quod velitis.*

Id. III. de fin. 14. *Qui demersi sunt in aqua, nihilo magis respirare possunt, si non longe absint a summo, ut jam jamque possint emergere, quam si etiam tum sint in profundo.* Ita sæpe. Cic. Milon. 7. *Minus dolendum, re non perfecta: Sed puniendum certe nihilominus.* Id. II. invent. 41. *Amentia fuit, cum heredi vellet cavere, id adscribere, quo non adscripto, nihilo minus heredi caveretur.* Id. V. Philipp. 9. *Legati proficiscantur: bellum nihilominus paretur,* man lasse die Gesandte gehen: und rüste sich nichts destoweniger zum Kriege. * Add. I. off. 21. et X. ep. 11.

Admonitio.

Nihilo minus, pro *tamen*, cum antecedit *etsi*, *quamquam* aut aliquid simile, usitatum non est. †

Nihilo minus tamen, non temere usurpandum.

* Nam in scriptis præstantissimorum autorum rarius occurrit. Cic. IV. ep. 13. *Quanquam nulla me ipsum privatim pepulit insignis injuria: tamen nihilo minus conficior curis.* Id. Cluent. 28. *Etsi alii pecunia accepta verum judicabant; tamen nihilominus se superioribus suis judiciis constare putabant oportere.* Ibid. 37. *Non numero hanc absolutionem: nihilominus enim potest, ut illam multam non commiserit, accepisse tamen ob rem judicatam pecuniam.* Cæsar B. C. III, 17, 4. et III. B.C. 18, 5. Hirt. B. Afric. 1, 3. Ter. V. Heaut. 3.

* 35. *Nihilo secius, quam*, nicht das geringste anders als. Plaut. Menæch. 7. extr. *Hæc nihilo mihi videntur secius, quam somnia.*

* 36. *Ni-*

† Neque enim pauciſſima exempla ſequi licet. Cic. X. ep. 2. *Hæ res nihilominus, ut ego abſim, conſici poſſunt* Id. I. Invent. 4. *Quare meo quidem animo, nihilo minus eloquentiæ ſtudendum eſt, etſi ea quidam et privatim et publice perverſe abutuntur.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0498
DFG

* 36. *Nihilo tamen secius.*

Cæsar B. G. V, 4, 2. *Cæsar Induciomarum hortatus est, uti in officio permaneret: nihilo tamen secius principibus Trevirorum ad se convocatis, eos sigillatim Cingetorigi conciliavit.* Id. B. G. V, 7, 3. *Cæsar dabat operam, ut Dumnorigem in officio contineret, nihilo tamen secius omnia ejus consilia cognosceret.*

* 37. *Nihilo minus* post ablativos consequentiæ, vel participia.

Celsus VII, 7. de pituit. Oc. *Levata altera parte, nihilo minus altera infestat.* Senec. ep. 120. *At nos corpus tam putre sortiti nihilominus æterna proponimus.*

* 38. *Nihilo minus-quam*, nichts minder.

Cic. XIII. ep. 4. *Apud te nihilominus hoc tempore valere me confido, quvm valuerim semper apud omnes.* Id. I. Invent. 18. *Commune est, quod nihilo minus in hanc, quam in contrariam partem causæ potest convenire.* Terent. Phorm. IV, 2. *Diis gratias agebat, tempus sibi dari, ubi Phædriæ se ostenderet nihilo minus amicum esse, quam Antiphoni.* Cic. pro Planc. 25. Livius I, 23. Id. II, 17. et III, 24.

* 39. *Nihilo minus*, post *sine.*

Cic. Rosc. Com. 18. *Sine cautione et repromissione nihilo minus id Fannius societati debebat.*

* 40. *Nihilo magis-quam*, so wenig-als.

Cic. IV. Acad. 14. *Academici clamant, nihilo magis vera illa esse, quam falsa.* Livius II, 39. Cic. II. Divin. 56.

* 41. *Nihilo plus-quam.*

Livius XLI, 24. *Nihilo plus fidei autoritatisque habemus adversus Romanos, qui semper socii atque amici fuimus, quam Aetoli, qui paulo ante hostes fuerunt.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0499
DFG

*42. *Nihilo aliter*, um nicht das geringste anders. Terenr. Phorm. III, 2. *Ego isti nihilo sum aliter ac fui.*

CAPUT CXLVIII.

De adverbio NIMIRUM.

I. NIMIRUM ex *ni* et *mirum* factum videtur, ordine inverso, pro *mirum ni* †. Usurpatur pro *certe*, *videlicet*, *scilicet*. Cic. III. Tusc. 33. *Nimirum igitur ut in causis non semper utimur eodem statu: sic in ægritudine lenienda, quamnam quisque curationem recipere possit, videndum est.* Id. I. Div. 54. *Hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus.* IX. Att. 1. *Itaque nimirum est illud, quod Cæsar scribit in ea epistola.* I. de Orat. 5. *Sed nimirum majus hoc est quiddam, quam homines opinantur.* Brut. 21. *Et nimirum is princeps ex Latinis ista tractavit.* Amic. 15. *Haec enim est tyrannorum vita nimirum, in qua nulla fides.* (In horum nonnullis respondet Græcorum particulæ δή: cujus vis sæpe sentitur facilius ab adsuetis elegantiæ græcæ linguæ, quam exprimi aliis verbis potest: ceterum plerumque dicitur explicandi causa.)

*2. *Nimirum* post interrogationem.

Cic. Quint. 25. *Sed quid id ad rem? nimirum, inquit, in eo causa consistit.*

*3. *Nimirum* in Ironia.

Livius XL, 9. princ. *Aperienda nimirum nocte janua fuit, et armati comissatores accipiendi, praebendumque*

† Mihi videtur *nimirum* ex *ne* et *mirum* conflatum esse. Nam e et *i* sæpe inter se permutabantur olim. Hinc est *seu* pro *sive*, *nihilum* pro *ne hilum*, *nisi* pro *ne si*. *Ne* autem pro *non* apud antiquos usitatissimum fuit. Id quod cum Plautus et alii veteres, tum reliqua ex antiquitate verba, *nescio*, *frequens*, *nemo*, *nefarius*, *nefandus*, *necesse*, satis testantur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0500
DFG

bendumque ferro jugulum, quando non creditur, nisi perpetratum facinus.

(4. *Nimirum* pro *tum vero.*)

Cic. off. II, 20. *Sed si res in contentionem veniet, nimirum Themistocles est autor adhibendus.*

(5. *Nimirum* pro *adeo, sine dubio etc.*)

Cic. Mur. 15. *Quae non modo summa bona, sed nimirum vel sola audeo dicere.* Sed in omnibus formis servat propriam vim explicandi.

CAPUT CXLIX.

De adverbio NIMIS et NIMIUM.

* 1. *Nimis* repetitur interdum.

Celsus I, 1. *Concubitus neque nimis concupiscendus, neque nimis pertimescendus est.* Id. V, 26. de glutin. vuln. *Uttraque* (sutura et fibula) *neque nimis crebra injicienda est.*

* 2. *Haud nimis*, nicht allzusehr.

Livius VIII, 4. *Est quidem vobis hoc per se haud nimis amplum: sed ut amplum videri posset, diuturna patientia fecimus.* Ita sæpe dicunt: *non nimis honestum* cet.

* 3. *Nimis quam*, pro *valde.*

Plaut. Captiv. I, 2, 17. *Quod ego quidem nimis quam cupio, ut impetret.*

II. *Nimium.*

Nimium sæpe adverbium est, idemque declarat, quod *nimis.* Cic. V. de fin. 27. *Nemo nimium beatus est.* I. Catil. 5. *Nimium diute imperatorem illa Manliana castra desiderant.* pro Cluentio 46. *Ne nimium multi pœnam capitis subirent, idcirco illa sortitio*

comparata est, damit nicht gar zu viel um ihren Hals kämen. II. fin. 13. *Quod vos interdum, vel potius nimium sæpe dicitis.* II. Orat. 21. *Verbis effervescentibus, et paulo nimium redundantibus aptus erat ad hoc munus*, ein wenig allzu viel.

* 2. *Nimium*)(*parum.*

Livius XXIX, 21. *Aut Pleminio nimium, aut sibi parum creditum dixit prætor.* Cels. I, 3. *Vomitus utilis est plenis et biliosis omnibus, si vel nimium se replerunt, vel parum concoxerunt.* Cic. Clu. 58, et X. Philipp. 11. Celsus VII, 7.

* 3. *Nimium quam*, (pro *valde.*)

Plaut. Bacch. I, 2, 13. *Nimium quam, o Lyde, es barbarus!*

4. *Nimium quantum*, (pro *valde.*)

Nimium quantum est *mirum quantum.* Cic. Orat. 26. *Huic generi orationis adspergantur etiam sales, qui in dicendo nimium quantum valent.* IV. fin. 25. *Zeno dicit differre inter honestum et turpe nimium quantum, nescio quid immensum*, über die Maaßen grosser, und vielleicht unendlicher Unterschied. *Add. Terent. Phorm. IV, 3.

5. *Nimium nimiumque* poëticum est:

** Tibullus III. eleg. 6. *Jam venit iratus nimium nimiumque severus.* Ovid. in epist. *O nimium nimiumque oblite tuorum.* Popm. 2. de usu ant. Loc. 3. Colv. ad Apul. p. 59.

6. *Nimio plus.*

Nimio plus significantius est, quam *nimium.* Cic. X. Att. 8. *Quia te nimio plus diligo, fama quoque mihi magni est.* *Livius I, 2, et II, 37. XXVIII, 25. Plaut. Bacch. I, 2, 56.

* 7. *Paullo*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0502
DFG

* 7. *Paullo nimium*, ein wenig zu viel.

Cic. II. Orat. 21. *Verba paulo nimium redundantia.*

* 8. *Nimio opere.*

Cic. Parad. V, 2. *Pari stultitia sunt, quos ædificia magnifica nimio opere delectant.*

CAPUT CL.

De conjunctione NI et NISI.

* I. NI.

NI, non est illud quidem infrequens in latinis libris, sed multo tamen frequentius *nisi.*

* 2. *Ni tum.*

Livius VIII, 10. *Si is homo, qui devotus est, moritur, probe factum videri; ni moritur, tum etc.*

* 3. *Ni* in adseveratione.

Cic. VII. ep. 13. *Moriar, ni puto te malle a Cæsare consuli, quam inaurari.* Varro III. R. R. 3. *Peream, ni piscem putavi esse.*

II. 1. *NISI.*

Nisi proprie est *si non*, es sey dann, wo nicht. Cic. Cluent. 2. *Nomen judicum amittemus, nisi ex his ipsis causis judicabimus.* Id. VII. Att. 7. *Pompejus Domitium, nisi me omnia fallunt, deseret: incredibiliter pertimuit.* Exempla ubivis occurrunt.

2. *Nisi* pro *præter*, vel *præterquam*, vel *verumtamen*, als, dann, weder, ausgenommen daß.

Interdum pro *præter* usurpatur. Cic. de Amic. 5. *Philosophi negant quemquam virum bonum esse, nisi sapientem.* Sext. 60. *Quem unquam civem Senatus, nisi me, nationibus exteris commendavit.* I. Tusc. 31. *Quid tum agimus, nisi animum ad se ipsum advoca-*

advocamus, was thun wir alsdann anders, als daß wir unsere Seele ihr selbst überlassen. XIII. ep. 74. *De re nihil possum judicare, nisi illud mihi certe persuadeo, te talem virum nihil temere fuisse.* de Amic. 5. *Sed hoc primum sentio, nisi in bonis, amicitiam esse non posse.* XI. Att. 6. *Omnino haec eodem modo ex hac parte fiunt, nisi quod illud erat infinitum.* Cato 89. *Eodem modo anserem alito, nisi prius dato bibere*, eben auf diese Weise mußt du auch die Gänse halten, ohne daß du ihnen zuvor zu trincken geben mußt. Terent. Phorm. V, 8. *Quo pacto. aut unde, haec hic rescivit? D. nescio, nisi me id dixisse nemini certe scio*, ich weiß es nicht: dieses aber weiß ich gewiß, daß ich es niemand gesagt habe.

3. *Nisi tamen* pro *praeterquam.*

Columell. III, 1. *Vitis omni pene regione, et omni declinatione mundi, nisi tamen glaciali vel praefervida, curae mortalium respondet.*

*Alias *nisi tamen* est *si non*, vel *nisi forte.* Plinius I. ep. 2. *Libelli, quos emisimus, dicuntur in manibus esse, quamvis jam gratiam novitatis exuerint: nisi tamen auribus nostris bibliopolae blandiuntur.* Celsus V, 26. quomodo vuln. lig. *Nodus vulnus laedit, nisi tamen longe est.*

4. *Nisi quod*, ausser daß.

Cic. XIII. ep. 1. *Cum Patrone Epicureo mihi omnia communia sunt: nisi quod in philosophia vehementer ab eo dissentio.* II. Att. 1. *Tusculanum et Pompejanum me valde delectant: nisi quod me illum ipsum, vindicem aeris alieni, aere, non Corinthio, sed hoc circumforaneo, obruerunt.* *Varro L. L. V, 2. bis

* 5. *Nisi*

* 5. *Nisi quod - ceteroqui.*

Cic. Orat. 25. *Hunc nisi quod solum, ceteroquin recte quidam vocant Atticum.*

* 6. *Nisi - ut: nisi - ut ne.*

Cic. Cæl. 13. *Quid est aliud, quod nos patroni facere debeamus, nisi ut eos, qui insectantur, repellamus.* Mil. 2. *Clodius tum neminem ducebat, nisi ut virum a viro lectum esse diceres.* *Add. XII. ep. fam. 2, et XVI. ep. 10. Cic. XIII. Att. 20. *Quicquamne me putas curare in toto, nisi ut ei ne desim.*

* 7. *Nisi - ne.*

Cic. IV. Acad. 2. *Non aliud quicquam videndum est nobis, nisi ne quid privatis studiis de opera publica detrahamus.*

8 *Nisi si*, pro *nisi.*

Nisi interdum adsciscit *si*, elegantiæ causa. Terent. Andr. I, 5. *Nisi si id est, quod suspicor; aliquid monstri alunt*, wenn nicht dieses die Ursache ist, wie ich vermuthe, daß ein Schalck darhinter steckt. Id. Adelph. IV, 3. *Quod peccatum a nobis ortum est, corrigo; nisi si me in illo credidisti esse hominum numero, qui putant sibi fieri injuriam, ultro si quam fecere ipsi*, es wäre denn, daß du mich unter diejenigen Leute rechnen wolltest. Cic. II. Orat. 58. *Miseros illudi nolunt Rhetores, nisi si se forte jactant*, sie wollen nicht haben, daß man der Elenden spotten solle, es wäre denn, daß sie sich rühmeten. *Add. id. Eunuch. 3. (vid. in pr. Heins. ad Ovid. Her. IV, 111.)

* 9. *Nisi tamen si; nisi si tamen.*

Columell. III, 13. *Præstat non conserere, quam in summa terra suspendere: nisi temen si scaturigo palustris*

lustris obvia plus quam sesqui pedem prohibeat infodere. Id. IV, 16. extr. *Binæ jam materiæ singulis seminibus submittendæ erunt: nisi si tamen gracilitas vitis alicujus angustiorem putationem desiderabit.*

* 10. Ni-cur; nisi-cur.

Cic. I. N. D. 27. *Hoc ni ita esset, cur non gestiret taurus equæ contrectatione?* V. fin. 29. *Nisi id faceret, cur Plato Aegyptum peragravit?*

* 11. Nisi-certe; nisi-profecto; nisi-scilicet.

Cic. Clu. 66. *Quod nisi esset, certe postea, deprehensa re, non illa ut ab improbo viro discessisset.* IV. Att. 1. *Nisi prætermissos fructus tuæ suavitatis præteriti temporis omnes exegero, profecto hac restitutione fortunæ me ipse non satis dignum judicabo.* I. Invent. 31. Livius XXI, 41. Tacitus III. Ann. 54. *Nisi provinciarum copiæ subvenerint, nostra nos scilicet nemora nostræque villæ tuebuntur.*

* 12. Nisi-sin autem.

Cic. Cluent. 6. *Hæc nisi omnia perspexeritis in causa, temere a nobis illam appellari putatote. Si autem erunt et aperta et nefaria, Cluentio ignoscere debetis.*

13. Nisi quis; nisi si quis.

Pro *nisi aliquis, nisi quis* vel *nisi si quis* eleganter dicitur. Cic. I. Att. 13. *Reipubl. statum, nisi quis nos Deus respexerit, elapsum scito esse de manibus uno hoc judicio.* Brut. 13. *Quis aut Argivum oratorem, aut Corinthium aut Thebanum scit fuisse temporibus illis? nisi quid de Epaminonda docto homine suspicari licet.* II. Catil. 4. *Nisi vero si quis est, qui Catilinæ similes cum Catilina sentire non putet.* II. Att. 3. *Cætera si reprehenderis, non feres tacitum; nisi si quid erit ejusmodi, quod sine sumtu corrigi possit,* es wä-

re

re denn eine solche Sache. Add. id. XIV. ep. 2, et II. Att. 11.

* 14. *Nisi si quando.*

Livius VI, 26. *Hic noster, hic plebis nostræ habitus fuit, eritque semper, nisi si quando a vobis proque vobis arma acceperimus.*

15. *Non-nisi*†; *nisi-non.*

Plaut. Amphitr. *non loquar, nisi pace facta.* *Cic. Læl 20. Exemplorum pleni sunt omnes libri.

Cic. I. ep. 1. *Quoniam tu, nisi perfecta re, de me non conquiesti, ego quia non idem in tua causa efficio, vitam mihi esse acerbam puto.* Cæs. III. B. C. 87. *Labienus juravit, se nisi victorem in castra non rediturum.*

16. *Nisi forte; nisi vero.*

Nisi forte et *nisi vero* in principiis fere ironiæ serviunt. Cic. fat. *Nisi forte volumus Epicureorum opinionem sequi,* wenn wir nicht etwan des Epicuri Meynung folgen wollen. Id. Mil. 7. *Nisi forte magis erit parricida, si quis consularem patrem, quam si humilem necaverit.* *VII. Att. 6, et Mil. 7. Id. Mil. 3. *Nisi vero existimatis, dementem P. Africanum fuisse.* Sull. 9. *Nisi vero paucos fuisse arbitramini, qui.* *Add. id. Milon. 5. extr. et 30, 33.

* 17. *Nisi* in ironia.

Etiam *nisi* per se ironiæ servit. Cic. Rosc. Am. 45. *Nisi hoc mirum sit, quod vis divina assequi non possit, si id mens humana adepta non sit,* wenn das anders ein Wunder ist, daß. Ib. 50. *Nisi hoc indignum putas, quod vestitum sedere in judicio vides, quam tu e patri-*

† Inter *non* et *nisi* eleganter interjiciuntur aliqua vocabula. Vide infra *non.* Sed Celsus I, 3. Martial. præf. libri 8.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0507
DFG

patrimonio, tanquam e naufragio nudum expuliſti, du müſteſt denn glauben ꝛc.

* 18. Ni -, - - *Sed quia* -, - -

Salluſt. Catil. 20. *Ni virtus fidesque veſtra ſatis ſpectata mihi forent: necquicquam opportuna res cecidiſſet: - - Sed quia cognovi vos fortes fidosque mihi* etc.

* 19. *Niſi* in formulis jurandi.

Cic. XVI. Att. 11. *Moriar, niſi facete.* Sueton. Claud. 4. *Peream, niſi, mea Livia, admiror.* Plaut. Moſtell. I, 3. *Dii deæque omnes me peſſimis exemplis interficiant, niſi ego illam interfecero ſiti fameque atque algu.*

(20. *Niſi* pro *ſed.*)

Interdum etiam *niſi* licet interpretari *ſed.* Sic Horomannus capit in illo Cic. Roſc. A. 35. *neſcio, niſi hoc video*, ubi vide illum. adde Viros doctos ad XIII. ep. 1. et quos laudat Drakenb. ad Liv. XXIV, 20.)

CAPUT CLI.

De adverbio NOMINATIM.

Cic. Quint. fr. III, 1. *De tribunatu quod ſcribis, ego vero nominatim petivi Curtio et mihi ipſi Cæſar nominatim Curtio paratum eſſe reſcripſit* ausdrücklich). (Sed ſemper intelligendum eſt de nomine expreſſo, ut ap. Nepotem in Themiſt. *Pythia nominatim reſpondit* etc. i. e. ita reſpondit ut nomen ederet eius, quem mitterent, non generatim, non deſcriberet etc. modo.)

CAPUT

CAPUT CLII.

De adverbio NON.

*1. *Non* sæpe omittitur, sæpe additur in comparationibus. Cic. Manil. 11. *Quæ tanta sunt in hoc uno, quanta in omnibus reliquis imperatoribus non fuerunt.*

*2. *Non* in interrogatione pro *nonne*.

Cic. Quint. 26. *Quid haec amentia? quid haec festinatio significat? non vim? non scelus? non latrocinium? non denique omnia potius quam jus, quam officium, quam pudorem?* Id. Rosc. Com. 2. *Suarum perscriptionum et liturarum adversaria proferre, non amentia est?* VI. Verr. 23, et Planc. 34, et in Pison. 20, et IX. ep. 17, 1.

*3. *Non* sæpe adjicitur a latinis ad ea verba, ad quæ germani adjicere non solent.

Cic. Manil. 24. *Qui ad unum deferenda esse omnia non arbitrantur*, welche davor halten, man müsse einem allein nicht alles antragen. (Atqui licet etiam sic vertere: welche nicht der Meynung sind etc. nempe in talibus liberum est, ubi ponere velis negationem.)

*4. *Non* post verbum.

Seneca ep. 113. *Doce me, non, an fortitudo animal sit, sed, nullum animal felix esse sine fortitudine, nisi* etc.

*5. *Non* geminatum.

** D. P. *Non* geminatum per ἐπίζευξιν emphaseos gratia, sensu manente negativo. Cat. epigr. 14. *Non, non hoc tibi, false, sic abibit.* Muret. ibi. Cic. X. Att. 13. *Ea non sunt ab obsequio nostro, non.* Id. Flac. *Non est ita, judices, non est profecto.*

** Ab his exemplis separare libet ea, in quibus salvo sensu tolli negationum altera non potest.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0509
DFG

Cic. III. de fin. 8. *Qui mortem in malis ponit, non poteſt eam non timere*, wer den Tod unter die böſen Dinge rechnet, der kan nicht anders, als daß er ſich vor ihm fürchte.

* 6. *Non* cum ſuperlativis.

Cic. IX. ep. 1. *Tot tantisque rebus urgemur, ut nullam allevationem quisquam non ſtultiſſimus ſperare debeat.* Id. II. N. D. 17. *Hic, quam volet, Epicurus jocetur, homo non aptiſſimus ad jocandum.* Id. VII. Verr. 32. *Marcellus committere eum locum non fideliſſimis hominibus noluit.* Verr. IV, 14. Nepos Ageſil. 8.

7. D. ** *Non* in laudationibus frigide aut parce laudantis ſpeciem habet, ut *non ignaviſſimus, non malus* †. Homerum tamen non virtutibus appellandis, ſed vitiis detrahendis laudare ampliter ſolere, Gellius oſtendit libr. 11, 6.

(Enimvero non debet dubitari, quin hæc forma non minuat laudem, ſed ubi poſitivus eſt, ad laudem vel maxime valeat. Veluti cum Livius Polybium vocat *non contemnendum auctorem*, ut dudum demonſtravere Caſaubonus ad Polybium, Voſſius in rhetoricis, quo loco vim λιτότητος explicat, et alii.)

* 8. *Non* in disjunctione, ſine *autem* vel *vero*.

Cic. XII. ep. 2. *Is omnibus eſt viſus ſuo more vomere, non dicere.* Piſon. 16. *Confer nunc, Epicure noſter ex hara producte, non ex ſchola, confer, ſi audes, abſentiam tuam cum mea*, der du aus dem Schweinſtalle, nicht aber aus der Schule kommſt. Ibid. 19. *Fortunæ iſta tela ſunt, non culpæ.* Et mox: *Thyeſtea*

† Exempla vide in Cic. Brut. 37.

Thyeſtea execratio eſt poëtæ vulgi animos, non ſapientum moventis. Livius III, 44, et 68.

* 9. Non in fine.

Cic. XIV. Att. 12. *Octavium ſui Cæſarem ſalutabant: Philippus non.* Ibid. XVI, 9. *Varroni quidem diſplicet conſilium pueri: mihi non.* Aruſp. reſp. 16. et III. fin. 15.

10. Non-at.

Non aſſumit ſæpe *at*. Cic. Cluent. 28. *Plancius non valuit rebus iisdem, quibus fortaſſe nonnulli; at valuit aſſiduitate, at valuit obſervandis amicis, valuit liberalitate.* * Id. Orat. 29. IV. Acad. 18.

11. Non-ſed vel *ſed certe, ſed tamen, ſed potius, ſed tantum* cet.

Cic. I. ep. 9. *Tantum dicam, non mihi exercitum ſed duces defuiſſe.* * Id. Milon. 4, et 20, et Arch. 4.

Interdum additur *certe* vel *tamen*. Cic. IX. Att. 12. *Tum poterimus deliberare, non quidem integra re, ſed certe minus fracta.* * Id. II. Orat. 88. *Hac exercitatione non eruenda memoria eſt, ſi eſt nulla naturalis; ſed certe ſi latet, evocanda eſt.* I. Divin. 13.

Cic. I. off. 31. *Tenenda ſunt ſua cuique non vitioſa, ſed tamen propria.* * Id. XII. Att. 14, et XIII, 21. Livius VII, 30.

* Interdum additur *potius*. Cic. XII. Att. 21. *Id etſi non diſſimulationis, ſed potius leniendi animi et ſanandi animi cauſa facio: tamen ſi mihi minus proficio: ſimulationi certe facio ſatis.* Id. I. ep. Qu. fr. 1, et Brut. 19, et VI. Verr. 64, et in Brut. 1.

* Interdum ſequitur *ne-quidem*, pro *non modo non*. Col. XII, 51. *Aromata non cribrata, ſed ne minute quidem contuſa, verum leviter confracta in reticulum junceum adjici oportet.*

* Nonnunquam apponitur *tantum*. Cic. IV. Verr. 56. *In haſtis gramineis neque manu factum quicquam, neque pulcritudo erat ulla, ſed tantum magnitudo incredibilis.*

* Nonnunquam affingitur *tantummodo*. Cic. II. Orat. 15. *Ceteri non exornatores rerum, ſed tantummodo narratores fuerunt.* Id. Part. 7, et 36. Celſ. præf. I, 1.

* Interdum affunditur *prope*. Cic. Act. I. Verr. 1. *Id non humano conſilio, ſed prope divinitus datum nobis videtur.* Livius V, 16.

* Interdum accedit *nimirum*. Cic. Mur. 22. *Adjungitur accuſationis cogitatio, non parva res, ſed nimirum omnium maxima.*

(In his quatuor ultimis particulæ illæ nullam habent conjunctionem cum *non*, poterantque omitti.)

Admonitio I.

Non ſequente *ſed*, nonnunquam poſtulat pronomina *tu*, *ille*, alia, quæ vulgo falſo prætermitti potuiſſe videantur. Cic. III. Tuſc. 32. *Nihil eſſe malum, quod turpe non ſit, ſi lugenti perſuaſeris, non tu illi luctum ſed ſtultitiam detraxeris.* Id. IX. Att. 15. *Cæſar magnas habet certe copias, et habebit non ille vectigal, ſed civium bona.* III. ep. Qu. fr. 3. *Non equidem jam te rogo, ut ad me de rebus iſtis ſcribas, ſed hoc te ſcire volo, nihil ferme me unquam ita expectaſſe.* *Equidem* autem ponitur hic pro *ego quidem.*

* *Admonitio* II.

Raro particulæ *non* ſubjicitur *ſed etiam*, *verum etiam*, ſondern ſo gar, *nihilominus*. Cic. VI. Att. 2. *Peloponneſias civitates omnes maritimas eſſe hominis non*

non nequam, sed etiam tuo judicio probati, Dicæarchi tabulis credidi. Celsus III, 21. *Per talia auxilia venter non siccatur, sed humor nihilominus abundat.*

12. *Non--ceterum*, vel *verum.*

Sallust. Jugurth. 92. *Aliam rem aggreditur non eadem asperitate qua Capsencium, ceterum haud secus difficilem.* Senec. ep. 85. *Sapientem non vinci moerore, ceterum tangi.* Cic. IV. Verr. 3. *Erant præterea duo signa non maxima, verum eximia venustate.* * Add. Parad. VI, 3, et VII. Att. 3, et I. Orat. 60.

* Aliquando additur *etiam*, so gar, Cic. pro Balb. 4. *Et senatus populusque Romanus amplissimæ dignitatis præmia dedit non postulanti imperia, verum etiam recusanti.*

*Interdum adjungitur *tamen*. Cic. IV. Verr. 22. *Duo pocula non magna, verum tamen cum emblematis.*

*13. *Non-potius*, corrigendi caussa.

Cic. III. off, 13. *Hoc celandi genus cujus hominis sit, quis non videt? Certe non aperti, non ingenii, non viri boni; versuti potius, obscuri, astuti.*

*14 *Non-tamen.*

Cic. Brut. 67. *Non erat abundans, non inops tamen; non valde nitens, non plane horrida oratio.* Id. V. Tusc. 33. *Vides, ut Epicurus cupiditatum genera diviserit, non nimis fortasse subtiliter, utiliter tamen.* Cels. V, 26. *Vinum si plaga in summa cute generis tutioris est, potest non pervetus, modice tamen datum ad implendum quoque proficere.*

*15. *Non--etiam*, pro *non--nequidem.*

Celsus in præfat. libr. 1. *Non eadem omnibus, etiam in similibus casibus, opitulantur.* Ego nolim

imitari. (Atqui supra in *etiam* n. 15. ostensum, *etiam* dici pro *etiamsi:* quo modo hic capere licet.)

16. *Non etiam* rarius dicitur.

Non alias adsciscit *etiam.* Cic. Orat. 71. *Sententiose dicere sine verborum et ordine et modo, infantia est, sed ejusmodi tamen infantia, ut, ea qui utantur, non stulti homines haberi possint, etiam plerumque prudentes.*

*17. *Non-ne quidem; non-nec quidem.*

Cic. II. Qu. fr. 6. *Non prætermittam ne illud quidem; Furnium Mercuriales de collegio ejecerunt.* Liv. V, 2. *Non fuit ne in octo quidem tribunis militum locus ulli plebejo.* Id. XXVIII, 42. *Non potes ne ipse quidem dissimulare, ubi Annibal sit, ibi caput atque arcem hujus belli esse.* Add. Tacit. II. Ann. 80, 6, et Liv. I, 26. Tacitus XIV, 35, 2. *Eo provectæ Romanorum cupiditates, ut non corpora, nec senectam quidem, aut virginitatem impollutam relinquant.* (de *nec quidem* v. supra in *nec* n. 6. Admonitionem.)

* 18. *Non-nec; non-neque.*

Cic. I. off. 11. *Parta victoria, conservandi sunt ii, qui non crudeles in bello, nec immanes fuerunt,* welche während des Krieges nicht grausam und unmenschlich gewesen sind. Id. XIII. ep. 70, et III. off. 19. Id. pro Mil. 11. *Optabilius Miloni fuit dare jugulum P. Clodio, non semel ab illo, neque tum primum petitum, quam jugularia vobis.* Rosc. Am. 27. *Ut non omnem frugem, neque arborem, in omni agro reperire possis: sic non omne facinus in omni vita nascitur.* Add. ib. I, 47, et de Amic. 13.

* 19. *Non*

* 19. *Non nec-nec; non-neque-neque.*

Cic. IX. Att. 14. *Non medius fidius præ lacrymis possum reliqua nec cogitare, nec scribere.* Liv. I, 26. IV, 58. Cic. Mur. 27. *Non queo satis neque communem omnium nostrum conditionem, neque hujus eventum fortunamque miserari.* Ita sæpe alibi.

* Huc pertinet illud ejusdem III. Orat. 55. *Id quidem perspicuum est, non omni causæ, nec auditori, neque personæ, neque tempori congruere orationis unum genus.*

*20. *Non vel-vel-ac* rarissimum est.

Sueton. Claud. 30. *Autoritas dignitasque formæ non defuit vel stanti vel sedenti, ac præcipue quiescenti.*

* 21. *Non-ni; non-nisi* disjuncte.

Livius XXIX, 2. *Non sustinuissent tam infestum imperium barbari, ni regulus ipse Indibilis cum equitibus ante pedes degressus ante prima signa peditum se objecisset.* Cic. Rosc. Am. 35. *Non tam perspicue istorum maleficia videremus, nisi ipsos cæcos redderet cupiditas et avaritia.* Id. VII. ep. 31. *Hæc ego non ferrem, nisi me in philosophiæ portum contulissem.* Id. I. ep. Qu. fr. 1.

* Interdum *nisi* præmittitur, *non* sequitur. Cic. III. ep. Qu. fr. *Ista confici, nisi per hominem et peritum et diligentem, non possunt.* Vide *Nisi.*

* 22. *Non nisi* conjuncte.

Plin. XXVIII, 9. *Omnino enim non nisi ad ea quæ purganda sunt salsa petitur.* Liv. XXXIX, 28. *Eumenes non nisi vicissent Romani, sed nisi bellum gessissent, manere in regno suo non potuit.* Add. Plin. XVII, 23. Suet. illustr. gramm. pag. 459.

* 23. *Non-præter.*

Brut. XI. ep. 1. *Quia ubi consistemus, non habemus, præter S. Pompejum.*

24. *Non si-iccirco; non si-ideo; non si-eo; non si propterea.*

Cic. II. Orat. 40. *Non si Opimium defendisti, Carbo, idcirco de isti bonum civem putabunt*, sie werden dich nicht darum, daß du den Opimium vertreten hast, vor einen rechtschaffenen Mann halten. * Livius III, 45. *Non, si tribunitium auxilium et provocationem plebi Romanae ademistis; ideo in liberos quoque nostros conjugesque regnum vestrae libidini datum est.* Cic. Cæl. 9. *Vestrae sapientiae est, judices, non, si causa justa est viris fortibus oppugnandi Caelium, ideo vobis quoque vos causam putare esse justam alieno dolori potius, quam vestrae fidei consulendi.* * Cic. II. Orat. 9. *Non, si qui aliarum artium bene locuti sunt, eo minus id est hujus unius* (eloquentiæ) *proprium.* Ibid. 11. *Non, si hoc facilius est, eo de numero quoque est excerpendum.* Varro L. L. IV, 1. *Non si non potuero indagare, eo ero tardior: sed velocior ideo, si quivero.* Cic. Topic. 16. *Non si sine parentibus filii esse non possunt, propterea causa fuit in parentibus gignendi necessaria*, folget nicht, daß, wenn die Söhne nicht ohne Eltern seyn können, die Eltern sie nothwendig haben zeugen müssen.

* 25. *Non si-continuo.*

Varro II. R. R. 6. *Non si muraenae optimae lutae sunt in Sicilia, et ellops ad Rhodon, continuo hi pisces in omni mari similes nascuntur.*

* 26. *Non si-etiam.*

Cic. Ligar. 8. *Non si tibi ea res grata fuisset, esset etiam probata.*

* *Admonitio.*

Non dubito, quin particulis *non si* subjici possit *quoque*, quandoquidem *etiam* subjicere licet. Atque, ut ex allatis exemplis apparet, particulis *idei*,

eo et reliquis adjungi poteſt vel *etiam* vel *quoque*. Nec vero ſolum *propterea*, *idcirco*, *ideo*, *eo*, *continuo* ſubſequi ſolent particulas *non ſi*, ſed etiam *confeſtim*, *protinus*, *ob eam cauſam* et fortaſſe plures, quia eædem particulas *Nec ſi* ſequuntur. *Nec ſi* enim eſt *non autem ſi*, vel *et non ſi*. Lege *Nec ſi*.

27. *Non dico-, ſed; non dicam-, ſed.*† Vid. Append.

Cic. XI. ep. 17. *Magna ſunt ejus in me, non dico, officia, ſed merita.* *Add. III. off. 8, et VII. Att. 3. Cic. Sext. 20. *Depugnarem cum ſummo, non dicam exitio, ſed periculo certe veſtro?* IV. Att. 3. *Quinti fratris domus inflammata juſſu Clodii, magna querela et gemitu, non dicam bonorum, ſed plane hominum omnium.* Poſt red. in Sen. 1. *Quis poſſit veſtra promerita, non dicam, complecti orando, ſed percenſere numerando.* Id. XVI. Att. penult. *Ea non dicam comprobes, ſed ſtudioſe libenterque comprobes.* *Marc. 2 et Dej. 2.

* 28. *Non dicam-ſed certe; non dico-verum.*

Cic. Planc. 32. *Qui quidem etiam magis ſum, non dicam miſer, ſed certe exercitus.* Piſ. 10. *Civis armis pellebatur, non dicam auxilio veſtro, ſed certe ſilentio.* Cæcin. 13. *Novum eſt, non dico inuſitatum, verum omnino inauditum.* VIII. Philipp. 10. *Haec tu mandata, Piſo, non dico animo ferre, verum auribus accipere potuiſti.*

29. *Non quin-ſed* pro *non quod non-ſed quod; non quin-ſed tamen.*

Cic. XVI. ep. 24. *Non quin confiderem diligentiae tuae, ſed rei me magnitudo movebat*, nicht daß ich nicht zu deiner Vorſicht groſſes Vertrauen haben ſollte. I. Qu. fr. 1. *Non quin poſſint multi eſſe provinciales viri boni, ſed hoc ſperare licet, judicare periculo-*

culosum est. *Add. Id. XIII. ep. 17, et Orat. 68. *Cic. I. Orat. 72. extr. *Non, quin enitendum sit in utroque, sed tamen multo est turpius oratori nocuisse videri causae, quam non profuisse.*

30. *Non quin-sed quia* vel *sed quod.*

Cic. VII. Att. ult. *Ego me ducem in civili bello negavi esse, non quin rectum esset, sed quia quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit.* Id. IV. ep. 7. *Non quin ab eo dissentiam, sed quod ea te sapientia esse judicem, ut* cet. nicht daß ich nicht anderer Meynung seyn sollte, sondern daß ich dich für einen so weisen Mann halte ꝛc. Sallust. Catilin. 34.

* 31. *Non quin-sed ut.*

Livius VII, 15. *Non quin breviter reddi responsum potuerit, non recipi reges, ideo potius delectos Patrum ad eum missos, quam legatis ejus Romae daretur responsum: sed ut in perpetuum mentio ejus rei finiretur,* nicht daß man nicht mit kurtzen Worten hätte sagen können, daß man die Könige nicht wieder annehmen würde, sondern damit der Sache nimmermehr wieder gedacht werden möchte.

* 32. *Non quia-sed* rarius est.

Tacitus hist. I, 15, 3. *Non quia propinquos aut socios belli non habeam; sed neque ipse imperium ambitione accepi* cet. Idem III. hist. 80, 5. Id. Agric. 46, 4. Id. Orat. 37, 7.

* 33. *Non quia-sed ut; non quia-sed ne.*

Columell. VIII. ult. *Non plura nominavimus genera, non quia cuncta cunctis littoribus exeunt, sed ut ex his aliqua, quorum erit facultas, praebeamus.* Tacitus II. Ann. 33, 4, et XV, 60, 3, et III. hist. 4, 4.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0518
DFG

4. XIV. A. 43, 1. *Non sum adversatus, non quia dubitarem super omnibus negotiis melius atque rectius olim provisum, et quae converterentur, in deterius mutari; sed ne nimio amore antiqui moris studium meum extollere viderer.*

* 34. *Non quia-sed quia.*

Cic. Mil. 22. *Majores nostri in dominum de servo quaeri noluerunt, non quia non posset verum inveniri, sed quia videbatur indignum esse.* Planc. 32. *Ego sum exercitus, non quia multis debeo, sed quia saepe concurrit, propter aliquorum de me meritorum inter ipsos contentiones, ut eodem tempore in omnes verear ne vix possim gratis videri.* Invent. 11. Columell. VIII, 13. Livius XLII, 25. IV, 57. VII, 36. XL, 33.

* 35. *Non quia-verum quod.*

Colum. VIII, 9. *Nihil enim aliud, quam objicitur esca, sed praecipue milium: nec quia tritico vel aliis frumentis minus crassescant, verum, quod semine hujus maxime delectantur.*

*36 *Non causa-sed quod; non causa-sed ne; non causa-sed ut.*

Cic. VIII. Att. 15. *Id feci non vitandi oneris causa, sed quod videbam, teneri illam urbem sine exercitu non posse.* * Huc referre quodammodo possis illud Livii II, 44. *Ad Vejens bellum undique ex Etruria auxilia convenerant, non tam Vejentium gratia concitata, quam quod in spem ventum erat, discordia intestina dissolvi rem Romanam posse.* * Cic. IX. Att. 22. *Non hoc facio reipublicae causa, quam funditus deletam puto, sed ne quis me putet ingratum in eum, qui me levavit iis incommodis, quibus idem afficerat.* Livius XLV, 22. *Haec non gloriandi causa retuli,*

retuli, sed ut admonerem, quemadmodum adjuvare socios solerent Rhodii.

37. *Non quo-sed*, vel *sed tamen*, pro *non quod-sed.*

Non quo sæpe usurpatur pro *non quod*, insequente *sed* vel *sed tamen.* Cic. XVI. Att. 15. *Me non sane movet respublica, non quo ea sit mihi quicquam carius, aut esse debeat, sed desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam*, nicht, daß mir etwas lieber wäre. Ibid. IV, 14. XII, 13. XV, 6. XII, 15. Cic. Brut. 21. *Non quo Lælii oratione quicquam sit dulcius, sed multo tamen vetustior et horridior ille, quam Scipio.* * Id. IX. ep. 11. *Non quo ita sim fractus, ut hominem me esse oblitus sim, sed tamen hilaritas illa nostra erepta mihi est.* Add. II. Orat. 18.

* 38. *Non quo-sed contra.*

Cic. III. Orat. 24. *Magistros dicendi censor edicto meo sustuleram, non quo acui ingenia adolescentium nollem, sed contra ingenia obtundi nolui, corroborare impudentiam.*

* 39. *Non quo-sed quo* pro *non quod sed quod.*

Celsus III, 2. *Non quo non interdum id incidat, sed quo sæpius fallat, solaque abstinentia sine ullo periculo medeatur.* Id. III, 4. fin. *In quo vanam rationem secutus est Asclepiades: non quo non sit interdum maturius cibus dandus, si mature timetur altera accessio, sed quo scilicet quam sanissimo dari debeat.* Id. VII, 26. de curat. calc. *Non quo interdum etiam temeraria medicina proficiat, sed quo sæpius utique in hoc fallat, in quo plura et genera et tempora periculi sunt.*

40. *Non quo-sed quod* vel *quia, quoniam.*

Etiam sequente *quod* vel *quia.* Cic. VI. epist. 4. *Non quo ego certo scirem, sed quod non difficilis erat conje-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0520
DFG

conjectura. * Id. pro Sext. 40, et de Prov. Conſ. 17, et pro Cæc. 20.

Cic. XII. ep. 17. *Benevolentiam iſtam ut conſerves; non quo de tua conſtantia dubitem, ſed quia mos eſt ita rogandi, rogo*, nicht daß ich an deiner Beſtändigkeit zweiffeln ſollte, ſondern weil es ſo gebräuchlich iſt, daß man bittet. Add. V, 19. VII, 33 et I. Phil. 7. Reperitur ibid. etiam *ſed quoniam* ap. Celſum VIII, 3.

41. *Non quo - verum quia.*

Cic. Cæc. 20. *Non quo idem ſit ſervulus, quod familia, verum quia non quibus verbis quidque dicatur, quæritur, ſed quæ res agatur.*

41. *Non quo - ſed ut; non quo - ſed ne.*

Alias ſequente *ſed ut.* Cic. VII. Att. 15. *Ad te literas dedi, non quo haberem magnopere, quod ſcriberem, ſed ut loquerer tecum abſens.* * Add. ib. III, 19. XI, 7. XIV, 15.

* Cic. V. ep. 5. *Statueram nullas ad te literas mittere, niſi commendatitias, non quo eas intelligerem ſatis apud te valere, ſed ne iis, qui me rogarent, aliquid de noſtra conjunctione imminutum eſſe oſtenderem.* Phil. I, 4. *Magna ſum cupiditate incenſus ad reditum, non quo me ad tempus occurſurum putarem, ſed ne tardius quam cuperem reip. gratularer.* Ibid. 6. Liv. XXXII, 33. * Huc ſpectat illud. Cicer. VI. Verr. 28. *Rex id celatum voluerat: non quo quicquam metueret, ſed ut ne multi illud ante perciperent oculis, quam populus Romanus.* Pro *ſed ut*, reperitur etiam *verum ut.* Cic. IV. Att. 3. *Avere te certe ſcio, tum ſcire quid hic agatur, tum a me ſcire: non quo certiora ſint ea, quæ in oculis omnium geruntur,*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0521
DFG

geruntur, si a me scribantur, verum ut perspicias ex meis literis, quomodo ea feram, quæ geruntur.

Admonitio.

** Henricus Stephanus cum negare non possit, Infinitis locis apud Ciceronem *quo* pro *quod* reperiri: suspicionibus tamen quibusdam pugnat, *quod* ubique reponendum esse, II. Sched. 7. quod et ante eum in mentem venerat Laurentio Vallæ II. Eleg. 37. Sed meminisse debebat, adversus usum evidentem omnes hic invalidas esse rationes. Ut autem sic usurpatum fuisse credamus, codicum (ut sic loquar) facit pertinacia, quam Stephanus ipse expertus est, quamvis in plerisque locis alia exemplaria *quod* exhibere asserat. Porro (ut alios prætream) post Ciceronem loquitur ita et Vopiscus, non pessimæ autor notæ, in Aureliano, ubi librum promittens de factis Apollonii Tyanei, *non quo illius viri gesta*, inquit, *munere mei sermonis indigeant, sed ut ea, quæ miranda sunt, omnium voce prædicentur.* Lege *eo-quo* pro *eo-quod*. Et Weitz. p. 562. ad Terent.

*Non inepte suspicabatur Stephanus pro *quo* reponendum esse *quod*, quia sensus *quod* postulat. Sed, ut fit, non meminerat particulæ *non* eam naturam esse, ut particulam *quod* ægerrime ferat, et in ejus locum non solum *quo*, sed etiam *ut* subdat. Cic. I. ep. fam. 7. *Nos scito de vetere illa nostra diuturnaque sententia prope jam esse depulsos, non nos quidem ut nostræ dignitatis simus obliti, sed ut habeamus rationem aliquando etiam salutis.* Vid. infra *ut*; et mox *non ut-sed ut*.

* 43. *Non quod-sed.*

Cic. X. ep, 12. *Senatui majora visa sunt, quam erant*

erant expectata: non quod unquam de tua voluntate dubitasset, sed quantum facere posses, exploratum satis non habebat. Ib. XI, 21. *Segulium negligamus, qui res novas quærit, non quod veterem comederit, sed hanc ipsam recentem novam devoravit.* Id. I. Orat. 6.

44. *Non quod-sed quod*, vel *quia*.

Cic. Orat. 39. *Non quod sola orient, sed quod excellant.* *Id. II. Agr. 1, et I. Divin. c. ult. et III. Nat. D. 36.

Cic. II. Orat. 75. *In quo ego non quod libenter male audiam, sed quia causam non libenter relinquo, nimium patiens et lentus existimor.* *Id. Planc. 23, et III. Qu. fr. ep. ad Octav.

* 45. *Non quod-sed ne.*

Cic. pro Dom. 26. *Non quod dubitaret, quin ab isto nihil legibus, nihil religionibus esset actum, sed ne quis oriretur aliquando, qui in meis ædibus aliquam religionem residere diceret.* Id. V. Philipp. 6. *Non quod ille scuta vellet occulta esse, sed ne familiares, si scuta ipsi ferrent, laborarent.* Livius XXVIII, 32.

* 46. *Non quod-sed quo.*

Celsus VII, 20. *Sed dolore, si multa intestina prolapsa sunt, secari supervacuum est, non quod excludi a scroto non possint, sed quo repulsa inguinibus immorentur, ibique tumorem excitent.*

*Huc refer illud Ciceronis in Partit. 14. *Nec argumenta illa eo dicuntur sine arte, quod ita sunt, sed quo ea non parit oratoris ars, sed foris ad se delata, tamen arte tractat.*

* 47. *Non ideo quod-verum quod.*

Columell. III, 2. *Lanatam amineam quidam maxime probant, quæ hoc vocabulum non ideo usurpat, quod*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0523
DFG

quod sola ex omnibus amineis, verum quod præcipue canescit lanugine.

* 48. *Non quod-sed ut.*

Cic. Cæcin. 35. *Id feci, non quod vos in hac causa hanc defensionem desiderare arbitrarer, sed ut omnes intelligerent, nec ademtam cuiquam civitatem esse, nec adimi posse.* Id. de Aruſp. resp. 6. *Vos, non quod dubia res esset, sed ut huic furiæ vox interdiceretur, decrevistis, ut de mearum ædium religione ad Pontificum collegium referretur.* *Huc refer

Non ideo quod-sed ut.

Cic. III. Agr. 2. *Non nunc ideo disputabo, quod hunc statum reipublicæ non magnopere defendendum putem, sed ut doceam Rullum posthac in his saltem docere rebus.*

*49. *Non ut-sed.*

Tacitus IV, 20, 1. *Sævitum tamen in bona, non ut stipendiariis pecuniæ redderentur, quorum nemo repetebat, sed liberalitas Augusti avulsa, computatis sigillatim, quae fisco petebantur.* Id. IV, 23, 3, et IV. histor. 19, 2.

* 50. *Non ut-sed ut.*

Cic. XI. Att. 10. *Te rogo, ut eos, qui mihi tam crudeliter inimici sunt, accuses, non ut aliquid proficias, sed ut tibi me carum esse sentiant.* Id. IV. Catil. 9. *Haec non ut vos excitarem, locutus sum, sed ut mea vox, quae debet esse in republica princeps, officio functa consulari videretur.* Add. Id. Dom. 31, et IV. ep. 1.

* Huc refer ea exempla, in quibus prius *ut* pro *quod* positum est. Cic. XIV. Att. 12. *Nihil habeo, quod ad te scribam: scribo tamen, non ut delecter meis*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0524
DFG

meis literis, sed ut eliciam tuas. Ib. XI, 15. *Haec ad te scribo, non ut queas tu demere solicitudinem, sed ut cognoscam, quid tu ad ea afferas, quae me conficiunt.*

* 51. Non *ut - verum ut.*

Cic. II. Orat. 87. *Haec ars tota dicendi habet hanc vim, non ut totum aliquid, cujus in ingeniis nostris pars nulla sit, pariat et procreet, verum ut ea, quae sunt orta jam in nobis et procreata, educet atque confirmet.*

* 52. Non *ut-sed quo; non ut-sed ne.*

Tacitus IV. hist. 5, 3. *Helvidius Priscus ingenium illustre altioribus studiis juvenis admodum dedit, non ut nomine magnifico segne otium velaret, sed quo firmior adversus fortuita rempublicam capesseret.* Livius XI, 24. *Valeant et nunc eadem illa merita, non ut praecipue amici, sed ne praecipue inimici simus.* Plinius II. ep. 6. *Vinum hospes parvulis lagunculis in tria genera descripserat, non ut potestas eligendi, sed ne jus esset recusandi.* Vellej. II, 53. extr. Sallust. Jug. 31. extr. * Huc pertinet

Non *ideo ut sed ne.*

Tacitus IV. hist. 73, 4. *Non ideo Rhenum insedimus, ut Italiam tueremur, sed ne quis alius Arioviſtus regno Galliarum potiretur.*

* 53. Non *ut-sed quod.*

Cic. de Amic. 21. *Ipse se quisque diligit, non ut aliquam a se ipso mercedem exigat caritatis suae, sed quod per se sibi quisque carus est.* Id. XIV. Att. 19. *Ad Brutum nostrum epistolas scripsi, quarum exempla tibi misi, non ut deliberarem reddendaene essent (plane enim judico esse reddendas) sed quod non dubito, quin tu idem existimaturus sis.*

* 54. Non *quasi-sed ut.*

Cic. I. Tusc. 9. *Geram tibi morem, et ea, quae vis, ut potero, explicabo, nec tamen quasi Pythius Apollo, certa ut sint et fixa quae dixero, sed ut homunculus unus e multis probabilia conjectura sequens.*

55. Non *modo. sed etiam, verum etiom, sed vix*, vel *sed saltem.*

Cic. de Senect. 11. *Tenebat Appius non modo auctoritatem in suos, sed etiam imperium.* *Add. XII. Att. 4. Exempla ubivis obvia.

Cic. Mil. 1. *Neque* (arma) *auxilium modo defensioni meae, verum etiam silentium pollicentur.* *Add. id. III. ep. 7, et II. Catil. 4, et III. Catil. 9.

Non modo et *neque modo* adsciscit *sed etiam, verum etiam, sed vix.* Cic. IV. ep. 1. *Mihi venire in mentem uihil potest non modo quid sperem, sed vix jam quid audeam optare.* * Add. Liv. XXXIX, 40, et III, 6. extr.

Boëth. Consol. IV. prof. 4. *At si ad hominum judicia revertar, quis ille est, cui haec non credenda modo, sed saltem non audienda videantur?*

56. Non *modo-sed*, vel *sed et*, vel *sed quoque.*

Cic. X. ep. 6. *Si aliter ages, tum in istis amplissimis nominibus honorum non modo dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas*†. *Id. post red. in Sen. 2. *Ii me duo non modo deseruerunt, sed prodiderunt.* Id. pro Flacc. 25, et I. Nat Deor. 43.

* Cic. II. Acad. 18. *Veri et falsi non modo cogniti, sed et natura tolletur* ††. * Livius I, 13. *Non pacem*

† Hoc exemplum nos huc retulimus, quo pertinere videtur. Autor propter alias forte lectiones alio retulerat.

†† Cicero raro ponit *sed et*, mavult *sed etiam, verum etiam.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0526
DFG

pacem modo, sed et civitatem unam ex duabus faciunt, Sabini et Romani. Suet. Claud. 27, et 28.

* Planc. X. ep. Cic. 21. *Vidi, mihi, si rempublicam perdidissem, mortuo non modo honorem, sed misericordiam quoque defuturam.* Liv. V, 18. *Ignominia prope in cladem ingentem vertit; tantum inde terroris non Romæ modo, sed in castris quoque fuit ad Vejos.*

* 57. *Non modo-sed pene* vel *prope.*

Cic. III. leg. 18. *Autor effingit non modo mentem ac voluntates, sed pene vultus eorum, apud quos agit.* Id. II. Orat. 3. *Unum putasti satis esse, non modo in una familia rhetorem, sed pene in tota civitate.* Cic. in Brut. 91. *Recepi me biennio post, non modo exercitatior, sed prope mutatus.* Id. pro Rab. 3. *Ad ejus propulsandum periculum non modo homines, sed prope regiones ipsæ convenerunt.* Id. V. Philipp. 3.

* 58. *Non modo-sed multo magis* vel *sed potius.*

Cic. II. Tusc. 4. *Fortes non modo fortuna, ut est in veteri proverbio, sed multo magis ratio adjuvat.* Amic. 12. *Talis improborum consensio non modo excusatione amicitiæ tegenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda.*

* 59. *Non modo-sed vel magis* rarius est.

Quintil. I, 8. *Teneræ mentes non modo quæ diserta, sed vel magis quæ honesta sunt, discant.*

* 57. *Non-modo sed omnino*, vel *verum omnino.*

Cic. IX. ep. 15. *Eos ego non modo reges appellatos, sed omnino natos nesciebam.* Parad. V, 1. *Is non modo imperator, sed liber habendus omnino non erit.* Quint. 24. *Mihi perdifficile est contra tales oratores non modo tantam causam perorare, sed omnino ver-*

bum facere conari. Orat. II, 41. Orat. 68. *Iidem sunt numeri non modo oratorum et poetarum, verum omnino loquentium.* IV. Verr. 66. *Ego hoc non vereor, ne quid horum non modo impulsu, verum omnino adventu meo factum esse videatur.*

60. *Non modo - etiam*, pro *sed etiam*, ne imitere.

Tacitus III, 19, 2. *Is finis fuit ultiscenda Germanici morte, non modo apud illos homines, qui tum agebant, etiam secutis temporibus vario rumore jactata.* Id. IV, 35, 1. *Non attingo Græcos, quorum non modo libertas, etiam libido impunita.*

*61. *Non modo - verum - et.*

Suet. Neron. 38. *Nero collationibus non receptis modo, verum et efflagitatis, provincias privatorumque census exhausit.* Id. Domit. 4. *Spectacula magnifica assidue et sumtuosa edidit Domitianus, non in amphitheatro modo, verum et in circo.*

* 62. *Non modo-sed nec* rarissimum est.

Justinus XI, 8. *Tum repente tantus nervos Alexandri occupavit rigor, ut intercluſa voce, non spes modo remedii, sed nec dilatio periculi inveniretur.* (Idem cf. cum n. 51.)

63. *Non modo - sed ne - quidem*, pro *non dico.*

Non modo pro *non dico* interdum assumit *sed ne quidem.* Cic. I. ep. 9. *Non modo dignitatis, sed ne libertatis quidem partem sibi reliquit.* Id. I. ep. 8. *Nullam partem tuorum meritorum non modo referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum.* Ib. XII, 24. *Ego nullum locum omitto non modo laudandi tui, sed ne ornandi quidem.* IV, 13. *Nunc non modo agendi rationem nullam habeo, sed ne cogitandi quidem.* XV. Att. 26. *Nec quicquam posthac*

non

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0528
DFG

non modo tantum, ſed ne tantulum quidem præterieris. du ſollſt nicht allein nichts wichtiges, ſondern auch nicht das geringſte übergehen. (Not. in hac forma eſt elegantia imitanda, et pro *non modo non* ante *ne quidem* dicendum *non modo:* exempla in contrarium rara ſunt, nec facile ubi *ne quidem* eſt cum ſubſt. vel adjectivo. Item ſic eſt ſequente *verum etiam.* v. Clav. Cic. in *modo* et *non modo.)*

64. *Non modo non-ſed ne quidem.*

Non modo non-ſed ne quidem uſurpari ſolet pro *tantum abeſt.* Cic. X. ep. 10. *Cui rei non modo non præteriit tempus, ſed ne maturum quidem etiam nunc meo judicio fuit.* Ibid. XIII, 30. *Abdidit ſe in intimam Macedoniam, quo potuit longiſſime a caſtris, non modo ut non præeſſet ulli negotio, ſed etiam ut ne intereſſet quidem.* †

* Sic etiam *non modo nihil-ſed ne quidem.* Cic. pro Roſc. A. 29. *Ego contra oſtendo, non modo nihil eorum feciſſe Roſcium, ſed ne potuiſſe quidem facere.* Id. II. Nat. D. 7.

* Sic item *non modo nullus-ſed ne quidem.* Cic. I. Nat. D. 36. *Veſtrorum deorum non modo beneficium nullum extat, ſed ne factum quidem omnino.* Id. IV. Verr. 22.

* Sic porro *non modo nunquam-ſed ne quidem.* Cic. III. Verr. 25. *Id non modo ipſe nunquam viderat, ſed ne audierat quidem.* Id. Div. in Verr. 12.

* Eodem modo *non modo nemo-ſed ne quidem.* Cic. I. Verr. 43. *Illud non modo nemo edixit, ſed ne metuit quidem quisquam, ne quis ediceret.* Id.

† Similia huic ultimo exempla rarius, ſed aliquando tamen occurrunt.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0529
DFG

II. Verr. 46. *Id non modo Siculus nemo, sed ne Sicilia quidem tota perficere potuit.* Add. Id. V. Att. 10.

* 65. *Non modo non-verum ne quidem.*

Cic. I. Att. 9. *Cum omnia feciſſem, non modo eam voluntatem Luceji, quæ fuerat erga te, recuperare non potui, verum ne cauſam quidem elicere immutatæ voluntatis.*

* 66. *Non modo non-ſed*, vel *ſed contra.*

Cic. Cluent. 20. *Fabritius non modo ad me meos vicinos non adduxit, ſed ipſe iis neque defenſoribus uti poſtea, neque laudatoribus potuit.* Ibid. 66. *Non modo id non fecit mater, ſed ab illo tempore nullum locum prætermiſit, in quo non inſtrueret inſidias aliquas.* Id. II. Agr. 33, et Flacc. 11, et Red. in Sen. 15. et Planc. 17.

Cic. Flacc. 11. *Id ego non modo non poſtulo, ſed contra, Judices, vos oro, ut totam cauſam quam maxime inteutis oculis acerrime contemplemini.* *Huc refer

Non modo nullus-ſed, vel *ſed contra.*

Cic. V. Verr. 15. *Non modo tibi nullam defenſionem, ſed maximam vim criminum exortam intelliges.* *Sic licet etiam dicere *non modo nihil-ſed: non modo nemo-ſed* cet. Vid. Cic. Planc. 13. IX. Att. 18. *Non modo nulla querela eſt municipalium hominum, ſed contra metuunt, ut crudelem, iratum.* *Sic licet etiam dicere *non modo nemo-ſed contra; non modo nihil ſed contra* cet. ſi *res id* patiatur, aut etiam poſtulet. Rarius autem reperitur *non modo nihil, ſed e contrario.* Corn. Nepos in Attic. 9.

67. *Non modo non-ſed etiam, verum etiam.*

Non modo non junctum cum *ſed etiam, verum etiam*, idem eſt, quod *tantum abeſt ut.* Cic. III. Att. 15.

Dies

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0530
DFG

Dies non modo non levat luctum hunc, sed etiam auget. Id. XI. ep. 12. *Ex tuis literis non modo non restinctum bellum, sed etiam inflammatum videtur.* *Add. Id. Senect. 6, et I. ep. 9.

Cic. XVI. Att. 7. *Tu id non modo prohibebas, verum etiam approbabas.* *Add. Id. Arch. 2, et XVI. Att. 15, et Rosc. A. 47. *Sic licet etiam dicere *non modo nihil-sed etiam.* Cic. Mil. 6. *Mihi Pompejus non modo nihil gravius contra Milonem judicasse, sed etiam statuisse videtur* cet. Varro VIII. L. L. 13. *Iidem, ex sermone si quid deperiit, non modo nihil impendunt, ut requirant, sed etiam contra judices repugnant, ne restituatur verbum novum et ratione introductum.*

*Huc pertinent exempla, ubi *nihil* pro *non* ponitur. Cic. Cæl. 1. extr. *Ceteris non modo nihil ignoscendum, sed etiam acriter est resistendum.*

*Sic etiam dicitur *non modo nemo-sed etiam, non modo nullus-sed etiam.* Vid. Cic. Sext. 14, et Balb. 10.

Admonitio.

Videndum, ne temere altera negatio, cum requiritur, omittatur. Neque enim recte diceretur: *Tu id non modo prohibebas, verum etiam approbabas,* et alia eodem modo. (vid. tamen ad n. 63. 70.)

* 68. *Non modo non sed* vel *sed potius, sed vix.*

Cic. I. off. 19. *Non modo id virtutis non est, sed potius immanitatis omnem humanitatem repellentis.* Id. III. Orat. 20. *Hoc, quod complector tantam scientiam vimque doctrinæ non modo non pro me, sed contra me est potius.* Id. III. Nat. D. 10. *Illud non modo non est arrogantis, sed potius prudentis, intelligere se habere sensum et rationem.*

Cic. I. Verr. 18. *Non modo proficiſci, cum cuperet Dolabella, non poterat, ſed vix in oppido conſiſtebat.* Id. Cæl. 7. *In eo non modo crimen non hærebat, ſed vix diſerti adoleſcentis cohærebat oratio.* Sic *non modo nihil-ſed vix.* Vid. Sull. 4.

* 69 *Non modo nullus-verum etiam.*

Cic. VI. ep. 4. *Id impendet, in quo non modo dolor nullus, verum finis etiam doloris futurus ſit.* * Sic dicitur etiam *non modo nihil-verum etiam; non modo nemo-verum etiam* cet.

70. *Non modo* pro *non modo non.*

Interdum tamen (immo, ſæpe) ut Paulus Manutius obſervavit ad Cic. libr. I. ep. fam. 9, *non modo* uſurpatur pro *non modo non.* Cic. X. Att. 7. *Regnum non modo Romano homini, ſed ne Perſæ quidem tolerabile.* Ibid. 22. *Mihi non modo iraſci, graviſſima injuria accepta, ſed ne dolere quidem impune licet.* * Add. Id. de Amic. 24, et XV. ep. 1, et n. 81.

(*Admonitio.*)

In quo tamen hæc cautio traditur, ut ſequatur *ſed ne quidem*, aut *vix*, ut ap. Cic. Cæl. 17. v. infr. n. 80. aut aliud quod verbum vim negandi habens. Sed tamen reperiri *non modo* pro *non modo non* etiam ſequente *ſed etiam* hodie ſatis conſtat inter eruditos, ut apud Cicer. Catil. I, 3. Livius XXIV, 40. et alibi. vid. præter obſervata in Lexico Fabriano Cortium ad Plin. Ep. VIII, 7. add. ad n. 63.

* 71. *Non modo-ſed nemo*, pro *non modo non-ſed.*

Cic. XII. ep. 28. *Non modo te, cui omnia noſtra notiſſima ſunt, ſed neminem in populo Rom. arbitror eſſe, cui ſit ignota ea familiaritas, quæ* cet.

72. *Non*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0532
DFG

72. *Non modo* poſtpoſitum pro *nedum* aut *ne dicam.*

Interdum *non modo* ſubjicitur pro *nedum.* Cic. II. Philipp. 41. *Brutos patronos adoptarunt magno judicio, ſtudio, caritate, non ut te et alios veſtri ſimiles; quos clientes nemo habere velit, non modo eſſe eorum cliens.* Id. I. ep. 9. *Nullum meum minimum dictum, non modo factum pro Cæſare interceſſit, quod ille non illuſtri gratia exceperit.* VIII. Att. 16. *Nihil prætermiſſum eſt, quod non habeat ſapientem excuſationem, non modo probabilem.* Add. Parad. II. et XII. ep. 16.

Alias *ne dicam.* Cic. II. Att. 19. *Scito nihil unquam fuiſſe tam infame, tam omnibus ordinibus offenſum quam hunc ſtatum, qui nunc eſt: magis mehercule, quam vellem, non modo quam putarem.* Id. IV. ep. 14. *Secundas etiam res, non modo adverſas pertimeſcebam,* mich auch vor unſerm Wohlſtand, nicht nur vor Unglück fürchtete. * Add. Livius XXI, 54. et XXIV, 13.

*73. *Admonitio.*

Non modo pariter poſtponitur particulæ *etiam* et *quoque.* Interdum *etiam* vel *quoque* plane omittitur, neque eo ſecius *non modo* ponitur.

(74. *Non modo non* poſtpoſitum.)

Atque etiam *non modo non* poſtponitur, rariſſime tamen. Unum exemplum in promtu eſt e Cicerone ad Att. XIV, 19. *Non facile perſuaſi, id, quod rogaret, ne licere quidem, non modo non jubere.* Ceterum fit eadem analogia, qua in aliis formis n. 72. et alibi: neque dubitem imitari.

75. *Non ſolum - ſed, ſed etiam, ſed quoque.*

Non ſolum jungitur cum *ſed, ſed etiam, ſed quoque.* Cic. I, ep. 6. *Is omnibus negotiis non interfuit*

solum, sed præfuit. Livius III, 17, et III, 38, et VIII, 4.

* Huc refer illud Ciceronis Cæcin. 15. *Non solum impulsu scutorum, neque conflictu corporum, neque ictu cominus, neque coniectione telorum, sed sæpe clamore ipso militum aut institutione aspectuque signorum magnas copias pulsas esse et vidimus et audivimus.* Id. de Amic. 15. *Non solum fortuna cæca est, sed eos etiam plerumque efficit cæcos, quos complexa est.* Exempla ubivis obvia. pro Cæc. *Dixi non solum re et sententia, sed verbis quoque.* * Add. Id. ep. IV, 11, et 8. Livius II, 11.

* 76. *Non solum sed et.* †

Columell. I, 9. *Hujus operis conditio non solum fortem, sed et acuminis strenui ministrum postulat.* Id. II, 15. Id. IX, 5. extr. *Gravis et tetri odoris non solum verentia, sed et quælibet res prohibeantur.*

77. *Non solum - sed multo etiam magis,* vel *sed etiam magis.*

Cic. IV. ep. 3. *Multo ante prospexi tempestatem futuram: neque id solum mea sponte, sed multo etiam magis monente et denunciante.* * Id. II. Orat. 47, et 43. Verr. II, 69. XIII. Phil. 9.

Cic. III. Orat. 25. *In scriptis et in dictis non aurium solum sed animi judicio etiam magis infucata vitia noscuntur.*

* Huc pertinet illud Livii XXXIX, 6. *Neque ea sola infamiæ erant, quæ in provincia, procul ab oculis, facta narrabantur, sed etiam magis, quæ in militibus ejus quotidie conspiciebantur.*

* 78. *Non*

† *Sed et* rarissime subjiciunt scriptores aurei seculi particulis *non solum.* Dicunt tamen sæpe *non modo, sed et, verum et:* quod eodem redit. vid. n. 55, 61.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0534
DFG

* 78. *Non ſolum-ſed pene*, vel *prope*.

Cæſar III. B. C. 32. *Non ſolum urbibus, ſed pene vicis caſtellisque ſingulis cum imperio præficiebantur.* Id. B. G. I, 20. Interdum accedit *etiam*. Ibid. VI, 11. *In Gallia non ſolum in omnibus civitatibus atque pagis partibusque, ſed pene etiam in ſingulis domibus factiones ſunt.* Cic. IV. Verr. 31. *Non judicis ſolum ſeveritem in hoc crimine, ſed prope inimici atque accuſatoris vim ſuſcipere debes.*

* 79. *Non ſolum-ſed præterea.*

Cic. II. Qu. fr. 11 *Non ſolum illud extorſi oppidulum, quod erat poſitum in Euphrate et Zeugmate, ſed præterea togam ſum ejus prætextam magno hominum riſu cavillatus.*

* 80. *Non ſolum-ſed ne*, rariſſimum eſt.

Palladius IV, 7. *Hoc faciendum eſt non ſolum propter herbas, ſed ne tenera adhuc ſeminu ſolidata terra conſtringat.* (Ceterum eodem modo dicitur ut *non modo-ſed* pro *ſed etiam:* neque adeo refugiendum.)

81. *Non ſolum-ſed ne quidem.*

Cic. de Amic. 18. *Eſt viri boni, non ſolum ab aliquo oblatas criminationes depellere, ſed ne ipſum quidem eſſe ſuſpicioſum.* Nepos Iphicr. 1. *Iphicrates fuit talis dux, ut non ſolum ætatis ſuæ cum primis compararetur, ſed ne de majoribus natu quidem quisquam anteponeretur.* Livius V, 47.

82. *Non ſolum-ſed ne quidem*, pro *non ſolum non-ſed ne quidem.*

Cic. I. Orat. 46. *Is vehementer errat, nec ſolum inſcitiam meam, ſed ne rerum quidem magnitudinem perſpicit.* * Id. Piſon. 10. *Senatui non ſolum juvare rempu-*

rempublicam, sed ne lugere quidem licebat. Columel. de arboribus 18.

* 83. *Non solum - sed vix* pro *non dico*, (s. *non modo non*.)

Cic. Cæl. 17. *Hæc genera virtutum non solum moribus nostris, sed vix jam in libris reperiuntur.*

* 84. *Non solum non - sed etiam.*

Cic. II. Att. 6. *Istic non solum non licet, sed etiam tædet.* Id. Muren. 39. *Non solum minuenda non sunt auxilia, quæ habemus, sed etiam nova, si fieri possit, comparanda.* Nepos in Phoc. 2. *Demosthenem Phocio non solum in periculis non defendit, sed etiam prodidit.* Id. Att. 7. Brut. 13.

* Huic cognatum est illud Columellæ VII, 12. *Id non solum nihil agricolam juvat, sed et avocat, desidemque ab opere suo reddit.*

* 85. *Non solum non - sed vix*, vel *sed ne quidem.*

Cic. II. Orat. 62. *Obscœnitas non solum non foro digna, sed vix convivio liberorum.* V. Verr. 97. *Verre prætore, non solum æstimandi frumenti modus non fuit, sed ne imperandi quidem.* Varro L. L. VIII, 36. *Quare non solum in vocabulis literarum non hæc requirenda analogia, sed ne in syllaba quidem ulla.*

86. *Non solum* postpositum particulæ *etiam*, vel *quoque.*

Non solum interdum subjicitur, item ut *non modo*, pro *ne dicam.* Cic. II. Att. 21. *Ut ipse etiam sibi, non iis solum, qui aderant, displicebat.* * Livius III, 7.

Livius V, 48. *Spe quoque jam, non solum cibo deficiente.* Id. VII, 40. XLV, 39. *Diis quoque honos ille, non solum hominibus debetur.* Cic. II. Invent. 46.

87. *Non*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0536
DFG

87. *Non solum* postpositum particulæ *etiam* vel *quoque* subintellectæ.

Cic. XII. ep. ult. 8. *Vultus tuos mihi expressit omnes, non solum animum ac verba protulit.* *Id. I. off. 6. *Ad quod adhibenda est quædam actio, non solum mentis agitatio.* Id. II. Phil. 5, et Dom. 28, et XIV. ep. 14.

** Sic et *non tantum.* Senec. III. de ira 12. *Quædam ex his, quæ te præcipitem ferebant, hora non tantum dies molliet.* Lege *tantum.*

* 88. *Non solum - verum, verum et, verum etiam.*

Cic. Sull. 3. *Videor non solum studium ad defendendas causas, verum opinionis aliquid et autoritatis afferre.* Columell. IV, 27.

Sueton. Vitell. 5. *Vitellius trium principum indulgentia non solum honoribus, verum et sacerdotiis amplissimis auctus est.* Cic. I. N. D. 22. *Simonides non poëta solum suavis, verum etiam ceteroquin doctus fuisse traditur.* *Add. Id. XIII. ep. 18, et IX. Att. 4, et alibi.

* 89 *Non solum - verum ne quidem.*

Cic. IX. Att. 12. *Me ægritudo non solum somno privabat, verum ne viligare quidem sive summo dolore patiebatur.*

* 90. *Non solum* sæpe repetitum.

Non solum cum sæpe repeti debet, dimittit in posterioribus membris *solum.* Cic. Senect. 20. *De morte non ita longa disputatione opus esse videtur, cum recorder non solum L. Brutum, qui in liberandæ patria est interfectus; non duos Decios, qui ad voluntariam mortem cursum equorum incitaverunt; non M. Regulum, qui ad supplicium est profectus; non duos Scipiones, qui iter Pœnis vel corporibus suis obstruere*

struere voluerunt; non avum tuum L. Paulum; non Marcum Marcellum; sed legiones quidem nostras scripsi in originibus in eum locum sæpe profectas alacri animo, unde unquam se redituras arbitrarentur.

*91. *Non possum non* pro *oportet*, (vel necesse est, cogor etc.)

Cic. VIII. Att. 2. *Alteras literas eodem die dedi, quo has ad te non potui non dare.* Ibid. X, 12. *Juvenem nostrum non possum non amare.* XI, 6. XIV, 20.

*90. *Non possum-quin*, pro *oportet*, (necesse est, cogor etc.)

Cic. II. Orat. 10. *Non possum, quin exclamem.* Id. IV. ep. fam. 14. *Posteaquam magnam spem habere cœpi, facere non potui, quin tibi sententiam declararem meam.* Id. XI. Att. 7, et X. ep. 24, 1.

*91. *Non tantum-sed.* vide infra *tantum*

*CAPUT CLIII.

De adverbio NONDUM.

*1. *Nondum-cum.*

NONDUM est *adhuc non*, et interdum adjunctum habet *cum*. Cic. II. off. 21. *Nondum centum et decem anni sunt, cum de pecuniis repetundis a L. Pisone lata lex est.* Id. Rosc. Am. 34. *Nondum lucebat, cum Ameriæ scitum est*, es war noch nicht Tag, als man es schon zu Amerien wuste. Id. II. ep. 6. Livius XXVII, 42. (In hac forma *cum* non refertur ad *nondum*, sed ad verba *anni sunt*, et *lucebat*: nam et sine negatione sic *cum* reperitur; ut in illo: *multi anni sunt, cum in ære meo est:* Cic. ad div. ep. XV, 14.)

*2. *Nondum-sed.* (omisso *quidem* et *tamen*.)

Cic. XII. ep. 8, *Scripsit ad me Cæsar, nondum te sibi satis esse familiarem, sed certe fore.* Cic. Brut. 27.

27. *Gracchi habemus orationes, nondum satis splendidas verbis, sed acutas prudentiæque plenissimas.* Id. pro Sext. 15, et 33.

* 3. *Nondum-jam tamen.*

Cic. Brut. 8. *Nondum Myronis satis ad veritatem adducta, jam tamen, quæ non dubites pulcra dicere.*

CAPUT CLIV.

De pronomine NULLUS.

NULLUS dictum quasi *non ullus*, latius patet, quam *nemo:* quippe *nemo* de hominibus tantum dicitur, *nullus, nulla, nullum* de rebus omnibus: et *nullus* universitatem exprimit et opponitur *omnibus:* quod in *nemo* secus est, quod est *ne unus quidem.*

2. *Nullus* pro *non.*

Nullus interdum pro *non* usurpatur. Plaut. Asin. II, 4. *Is nullus venit.* Cic. XI. ep. 22. *Philotimus non modo nullus venit, sed ne per literas quidem aut per nuncium certiorem me fecit,* id est, *nondum venit.* Id. I. Orat. 9. *Quod nisi feciſſet, rempublicam quam nunc vix tenemus, jamdiu nullam haberemus.* Id. I. Tusc. 6. *Miseri ob id ipsum, quia nulli sunt.* add. ibid. 38.

3. *Nullus* pro *nullius momenti.*

Alias *nullus* est *nullius momenti.* Cic. VII. ep. 3. *Ex eo tempore vir ille summus imperator nullus fuit,* kein rechter General gewesen. Id. Dom. 26. *Cottæ censuit non oportere, ut de me lex ferretur, decerni; ne illa, quæ nulla esset, esse lex judicaretur,* damit das Gesetz, welches kein Gesetz wäre, nicht vor ein Gesetz angesehen würde. Id. XIV. Att 13. *Sed hæc hactenus. Redeo enim ad miseram, seu nullam potius rempu-*

rempublicam. Ibid. 4. *Reliquæ res opes desiderant et copias, quas nullas habemus.* Id. II. Leg. 6. *Igitur Titias et Apulejas leges nullas putas?* So meyneſt du denn, daß die Geſetze des Titii und Apuleji nicht werth ſeyn, daß man ſie Geſetze nenne? ſo hältſt du denn die Geſetze vor untüchtige Geſetze?

** D. P. Huc referri poteſt deſperationis Comicæ formula: *Nullus ſum*, pro *perii.*

* 4. *Nullus non*, pro *omnis.*

Livius VIII, 26. *Samnites inermes nulla rerum ſuarum non relicta inter hoſtes, domos rediere.* Idem XXXVIII, 25. Suet. Aug. 32.

* 5. *Nullus - nec.*

Cic. I. Orat. 12. *Quid eſt tam furioſum, quam verborum vel optimorum ſonitus inanis, nulla ſubjecta ſententia nec ſcientia*, die keinen guten Sinn und Verſtand geben. Id. I. Orat. 26. *Nullæ lites neque controverſiæ ſunt.* Cæſar B. G. II, 11. *Caſtris egreſſi nullo certo ordine, neque imperio.*

* 6. *Nullus neque - neque*, (eleganter pro *nullus - aut.*)

Cic. Roſc. Am. 34. *Nullam ſocietatem neque ſceleris neque præmii cum homine ullo coieras.* (pro nullam ſoc. ſceleris aut pr.) Id. III. Verr. 89. *Locus intra Oceanum jam nullus eſt neque tam longinquus, neque tam reconditus, quo non per hæc tempora noſtrorum hominum libido iniquitasque pervaſerit.* (pro, nullus tam reconditus aut longinquus etc.) Id. V. epiſt. 11.

* Sic etiam *nullus nec-nec-nec*, Livius præf. *Nulla unquam respublica nec major, nec ſanctior, nec bonis exemplis ditior fuit.*

* 7. *Nullus*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0540
DFG

* 7. *Nullus* cum *alter*, pro *nullus alius*.

Plaut. Ciſtell. IV, 1, 7. *Quid nuncias ſuper anu?* LA. *ſceleſtiorem in terra nullam eſſe alteram.*

* 8. *Nullus unus*.

Cic. Brut. 59. *In Curione hoc veriſſime judicari poteſt, nulla re una magis oratorem commendari, quam verborum ſplendore et copia.* Id. Prov. Conſ. 4. *Niſi Virginius interveniſſet, unum ſignum Byzantii ex maximo numero nullum haberent.*

* 9. *Nullus - ne quidem.*

Cic. X. ep. 4. *Nullum in te officium, ne minimum quidem, ſine maxima culpa videor poſſe præterire.* Id. III. ep. 12. *Miraudum eſt, nullam, ne tabellæ quidem latebra, fuiſſe abſconditam malevolentiam.* Cic. III. off. 19. Liv. I, 55, et XXII, 14.

* 10. *Nonnullus* pro *quidam*, vel *aliquis*.

Cic. I. off. 10. *Ea quidem pleraque jure prætorio liberantur, nonnulla legibus,* Id. II. off. 9. *Hæ quidem cauſæ ſunt diligendi graviſſimæ: poſſunt enim præterea nonnullæ eſſe leviores.* Id. III. off. 2, et III. ep. 5, et 8.

* 11. *Nonnulli - alii*, vel *reliqui*.

Cæſar B. C. I, 24, 4. *Nonnullæ cohortes in agmen Cæſaris, aliæ in equites incidunt.* Cic. Balb. 27. *Illam fortaſſe pertinaciam nonnulli, virtutem alii putabunt*, das werden einige für eine Hartnäckigkeit, andere aber für eine Tugend halten. Cæſar B. C. I, 13, 3. *Nonnulla pars militum domum diſcedit, reliqui ad Cæſarem perveniunt.* Id. II, 43, 4. *Tanta erat contentio, ut multitudine atque onere nonnulli deprimerentur, reliqui ob timorem propius adire tardarentur.* Hirtius B. Afr. 7, 3.

* 12. *Nonnulli-plerique*, vel *plures.*

Cic. II. Agr. 1. *Hac in oratione nonnulli aliquando digni majorum leco reperiuntur, plerique autem hoc perficiunt, ut* cet. Hirtius B. Alex. 62, 2. *Temporibus illis in Hiſpania nonnullæ civitates rebus Caſſii ſtudebant, plures Marcello favebant.*

* 13. *Nullus-ſed*, vel *ſed potius.*

Cic. II. Att. 6. *Id ipſum nullo cum ſtomacho, ſed potius cum aliqua ſcribendi voluptate.* Id. I. Nat. D. 24. *Ex his corpuſculis confectum eſt cœlum atque terra, nulla cogente natura, ſed concurſu quodam fortuito.* Tacitus XII, 22, 4, et II. hiſt. 71, 3.

14. *Nullus-niſi; nullus-extra.*

Jungitur ſæpe *nullus* cum *niſi* et *extra.* Cic. V. ep. 5. *Statueram nullas ad te literas mittere, niſi commendatitias.* Orat. 56. *Nullus eſt igitur numerus extra poëticos.*

15. *Nullus-præter; Nullus-præterquam.*

Nullus jungitur ſæpe cum *præter* vel *præterquam.* Cic. V. Att. 3. *Ad quas literas tibi reſcribi velis neſcio, nullas enim adhuc acceperam præter eas* cet. Exempla multis in locis.

* Cic. III. ep. 7. *Nullas iis, præterquam ad te et ad Brutum, dedi literas.* Id. III. Catil. 11. *Nullum monumentum laudis poſtulo, praeterquam hujus diei veſtram memoriam ſempiternam.* Cæſar B. G. VII, 77, 6. Livius XLII, 23. I, 8. IV, 9.

* Huc pertinet *nullus-praeterquam quod.* Livius VIII, 22. princ. *Secutus eſt annus nulla re belli domique inſignis, praeterquam quod Fregellas colonia deducta.*

16. *Nullus-quin; nullus-qui non.*

Cic. I. Att. 1. *Dies fere nullus eſt, quin hic Satrius domum*

domum meam ventitet, es ist fast kein Tag, da er nicht zu mir kommt. Ibid. VII, 15. *Nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem.* Add. Cæsar III. B. C. 81, 2.

Cic. II. ep. 16. *Nulla est acerbitas, quae non omnibus impendere videatur.* Id. de Prov. Cons. *Nullum bellum civile fuit, in quo non* cet.

CAPUT CLV.
De adverbio NUM.

Num cum interrogatione; *num ne.*

NUM interrogationi plerumque servit, et tum initio ponitur, tum subjicitur. Cic. II. Acad. 16. *Num censes Ennium dixisse?* meynest du, Ennius habe es gesagt? Id. I. Orat. 9. *Quid? in Numa Pompilio numquod eloquentiae vestigium apparet?* Id. I. Cat. 6. *Interrogas me: num in exilium? non jubeo.*

Interdum adsciscit *ne*, vehementius interrogandi gratia. Cic. VI. Rep. 4. *Numne aspicis, quae in templa veneris?* Id. I. Nat. D. 31. *Deum ipsum numne vidisti?* hast du etwa GOtt selbst gesehen?

*2. *Num* post *video*, *quæro* cet.

Cic. Manil. 7. *Videte, num dubitandum nobis sit, omni studio in id bellum incumbere.* Livius XLII, 19. extr. *Speculari, num solicitati animi sociorum ab rege Perseo essent.* Cic. in Vatin. 6. *Quaero, num tu Senatui causam tuam permittas.* Id. de Fat. 3.

* 3. *Numnam.*

Terent. Eunuch. V, 5. *O Jupiter, quae isthaec turba est? numnam ego perii? adibo.* Id. Adelph. III, 4. *Hem, numnam illa quaeso parturit?* Plaut. Cistell. IV, 1, 6.

* 4. *Num - an.*

Cic. IX. ep. 26. *Ille haro te putabat quaesiturum, num unum cœlum esset, an innumerabilia.* Id. de Amic. 8, et I. Orat. 52, et III. off. 13, et pro Rosc. Com. 9.

* Huc pertinet illud Cic. II. Leg. 2. *Num quid vos duas habetis patrias? an est illa una patria communis?*

* 5. *Num igitur* servit occupationi.

Cic. Brut. 83. *Num igitur, qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? Minime. Sed quandam sequatur aetatem.*

* 6. *Num* respondet occupationi.

Cic. Opt. gen. Orat. 5. *At loquitur pulcre. Num melius, quam Plato?* (Numerus uterque (5. 6.) est inanis. *Num* in neutro afficit occupationem. Sed simpliciter interrogat.)

* 7 *Num quando* pro *num aliquando.*

Cic. in Vatin. 6. *Secundum ea quaero, num quando tibi moram attulerit Senatus, quo minus concilium advocares legemque ferres.* Id. V. Philipp. 11. *Antonius, si legatis paruerit, Romamque redierit, num quando perditis civibus vexillum, quo concurrant, defuturum putatis?*

8. *Numquis, numquae, numquod.*

Num sæpe jungitur cum pronomine *quis, quae, quod.* Terent. Eunuch III, 5. *Num quis hic est? nemo est.* Cic. XIII. Att. 8. *Des alicui negotium, qui quaerat, num quis fundus in Pompejano Nolano venalis sit?* Id. Dejot. 7. *Num quae trepidatio? num qui tumultus? numquid, nisi moderate?*

* 9. *Num quid - praeter; num quid praeterquam.*

Cic. V. Verr. 21. *Num quid praeter singulas decumas*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0544
DFG

cumas ex lege Hieronica debent? Id. Vatin. 7. *Volo, uti mihi respondeas, num quis ex toto collegio legem sit ausus ferre, praeter unum te?*

Huc refer illud Cic. Cluent. 38. *Si interrogarentur, num quo crimine is esset accusatus, praeterquam veneni ejus, quod quaesitum Avito diceretur: negarent.*

* 10. *Numquid* pro *num*, ob.

Cic. XII. Att. 9. *Scire velim, numquid necesse sit comitiis esse Romae.* Id. II. Divin. 21. extr. *Quid? in nubibus numquid animadvertisti leonis formam aut hippocentauri?* Id. II. Leg. 2. *Numquid vos duas habetis patrias, an est illa una patria communis?* Adde eund. Cæcin. 12, et V. Att. 13.

11. *Num quid vis* discedentis.

Num quid vis interrogatio erat in discessu usitata. Terent. Eunuch. II, 3. *Haec dum dicit, abiit hora, rogo, num quid velit.* Cic. VI. Att. 3. *Neque cum postea in castra venisset, atque inde discederet, num quid vellem, rogavit.* Ibid. V, 2. *Ne spectans e sua villa, num quid vellem, rogabat.* Id. II. epist. Qu. fr. 2. *Te puto saepe habere; qui, num quid Romam velis, quaerant*, ich glaube, daß du offt Leute habest, welche dich fragen, ob du was nach Rom zu bestellen habest. (Huic interrogationi urbane respondetur *recte* pro *nihil*. v. in *Recte*.)

12. *Num quidnam.*

Num quidnam vehementius interrogat. Terent. Eunuch. II, 2. *Num quidnam hic, quod nolis, vides?* Siehest du etwas hier, das dich verdrüsset? Id. II. Orat. 3. *Num quidnam, inquit, novi*, giebts was neues? Id. Partit. 7. *Num quidnam de oratore ipso restat?* * Terent. Andr. I, 4.

* Sic etiam *num quisnam.* Cic. Rosc. Am. 37. *Qui sunt igitur in istis bonis, quibus partem Chrysogonus dederit? duo Roscii, num quisnam praeterea? nemo est.*

13. *Numquid praeterea.*

Numquid praeterea ad extremum urgentis est. Cic. pro Quint. 13. *Judicium fiat statim; non recusamus; numquid praeterea?* es soll alsobald Gericht gehalten werden; wir sinds zufrieden; wollt ihr was weiter?

14 *Numquid aliud - nisi.*

Cic. Am. Rosc. 52. *Numquid hic aliud videtis obstare Roscio, nisi quod patris bona venierunt?* Id. Mil. 12. *Numquid igitur aliud in judicium venit, nisi uter utri insidias fecerit?*

CAPUT CLVI.

De adverbio NUNC.

1. *Nunc, cum; nunc, dum; nunc, quando.*

NUNC sæpe adsciscit *quum*, aut *cum* aut *quando*. Terent. Heaut. III, 1. *Nunc quum sine intetrimento non potest haberi, quid dare cupis?* Id. *Sineres nunc facere, dum per aetatem licet.* Adelph. I, 2. Senec. brev. vit. 19. Cic. lib. XIII. ep. 57. *Nunc quando mihi ab amico officiosissimo tantum oneris imponitur* cet.

2. *Nunc)(antea.*

Varro L. L. IV, 1. *Multa verba aliud nunc ostendunt, aliud ante significabant.* Cic. XIV. Att. 20. *Tantum accessit ad amorem, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse.* Ibid. IX, 1, et I. Verr. 5.

* 3. *Nunc*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0546
DFG

* 3. *Nunc - alias*. vel *antea*.

Livius XXIX, 18. *Et nunc et saepe alias Dea suam sedem tutata est*. Cic. I. Tusc. 11. *Nunc, si videtur, hoc, illud alias agemus*. Suet. Tiber. 29. add. infra n. 13.

* 4. *Nunc*)(*aliquando*, vel *ad eam diem*, vel *ante hoc tempus*.

Cic. Milon. 25. *Si hunc de tua vita nefarie aut nunc cogitare, aut molitum aliquando aliquid putas* cet. Livius XXII, 22. *Metum continuisse dixit ad eam diem Hispanorum animos, quia procul Romani abessent: nunc cis Iberum castra Romana esse*. Cic. I. Acad. 1. *Illud mihi ante hoc tempus nunquam in mentem venit, a te requirere, sed nunc, quaero, quid sit* cet.

* 5. *Nunc - imposterum*, vel *postea*.

Cic. X. ep. 7. *Spero me consecuturum, ut maximo praesidio reipublicae nos fuisse et nunc sentiant homines, et in posterum memoria teneant*.

Livius XXXIX, 19. *Praetores, qui nunc sunt, quique postea futuri sunt, curent, ne quid ei mulieri injuriae fiat*. Cic. Clu. 4. *Cluentio nisi nunc satisfecero, postea mihi satisfaciendi potestas non erit*.

* 6. *Nunc mox* †.

Livius XXXIII, 44. *Nabis nunc Lacedaemoniorum, mox, si liceat, universae Graeciae futurus est tyrannus*. Id. III, 2. *Dii nunc testes sunt, mox erunt ultores*. Ibid. 25. *Dii et nunc querelis nostris adsint, et mox armis*.

* 7. *Nunc - nuper*, vel *quondam* vel *re recenti*.

Cic. Font. 10. *Colonia Narbonensis per Fontejum*

† Ab hoc usu Secernendum illud Velleji libr. II, 63. *Plancus nunc adjutor Decii Bruti, mox ejusdem proditor*, id est, *modo adjutor, mox* cet.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0547
DFG

nuper obsidione hostium liberata nunc ejusdem miseriis ac periculis commovetur. Orat. I, 42. *Omnia, quae sunt conclusa nunc artibus, dispersa et dissipata quondam fuerunt.* Livius XL, 3. *Quae nunc Emathia dicitur, quondam appellata Paeonia est.* Plinius XXXVII, 10. Cic. Planc. 23. *Illud crimen de numis caluit re recenti, nunc in causa refrixit.*

8. *Nunc-olim; nunc-tum*, vel *tunc.*

Terent. Heaut. II, 1. *Ex sua libidine moderantur patres, nunc quae est, non quae olim fuit.* * Id. Andr. III, 3. Cic. VI. Verr. 56.

Alias assumit *tum* aut *olim.* Cic. VI. ep. 1. *Tu illum animum nunc adhibe, quaeso, quo me tum oportere esse censebas.* * Add. Terent. Heaut. II, 3. et Adelph. I, 2. Liv. IV, 34.

*Varro IV. L. L. 24. *Cornua, quae nunc sunt ex aere, tunc fiebant ex bubulo cornu.* Livius IV, 25. XXVIII, 37, et 43. XLV, 28, et 37.

* 9. *Nunc-unquam.*

Livius XL, 15. *Nec nunc sperare regnum, nec ambigere unquam de eo forsitan debeam.*

* 10. *Qui nunc sunt.*

Pro barbaro *modernus* latini dicunt *qui nunc est, sunt* cet. Cic. I. ad Qu. fr. 1. *Non est tibi his solis utendum existimationibus ac judiciis, qui nunc sunt, hominum, sed his etiam, qui futuri sunt.* Id. Brut. 17. *Catonem quis nostrorum oratorum, qui quidem nunc sunt, legit?* Id. Rabir. 7. *Patres conscriptos, qui nunc sunt, in invidiam vocatis.* Id. in Pis. 11. *Haec Capua, quae nunc est, splendidissimorum hominum multitudine redundat.*

* 11. *Nunc* vel *nunc vero* in transitione.

Cic. XV. ep. 21. *Nunc ad epistolam venio, cui copiose*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0548
DFG

copioſe et ſuaviter ſcriptae nihil eſt quod multa reſpondeam. Id. I. Invent. 33 extr. *De inductione quidem ſatis in praeſentia dictum videtur. Nunc deinceps ratiocinationis vim ac naturam conſideremus.* Id. II. Div. 60. *Sed haec quoque in promtu: nunc interiora videamus.* Id. V. Att. 21. *Habes conſilia noſtra: nunc cognoſce de Bruto.* Ibid. 1. *Nunc vero venio ad transverſum illum extremae epiſtolae tuae verſiculum, in quo me admones de ſorore.* Id. I. Catil. 7. *Nunc vero quae tua eſt iſta vita?*

* 12. *Nunc demum; nunc denique,* nun erſt, nun endlich.

Cic. XVI. Att. 3. *Nunc demum reſcribo his literis, quas mihi miſiſti.* Cæl. 7. *Nunc demum intelligo, Clodii inſulam eſſe venalem.* Add. Plaut. Capt. V, 5. Columell. XI, 2.

Cic. Prov. Conſ. 13. *Nunc denique eſt perfectum, ut imperii noſtri terrarumque illarum idem eſſet extremum.* Varro III. R. R. 1. Columell. XI, 2.

* 13. *Nunc-jam,* nunmehr; *nunc primum,* nun zum erſten mahl.

Cic. XII. ep. 12. *Nunc jam ſum expeditus,* nunmehr bin ich fertig. Id. Verr. III, 2. *Patior non moleſte, Judices, eam vitam, quae mihi ſua ſponte antea jucunda fuerit, nunc jam mea lege et conditione neceſſariam quoque futuram.* II, 8. *Nunc primum hoc aures tuae crimen accipiunt.* Ibid. 60. *Hoc quoque propter tuos ternos denarios nunc primum poſtulatur.* add. III, 25.

** *Nunc geminatum.*

P. *Nunc* per ἐπίζευξιν *geminatum.* Horat. Epod. *Nunc, nunc adeſte.* Virgil. *Nunc nunc incumbite remis.*

14. *Nunc* pro *modo.*

Interdum uſurpatur pro *modo.* Cic. II. Att. 24.

Nunc reus erat apud Crassum divitem Vectius de vi. Id. Brut. *Vidi nuper et nunc videbam de ea re.*

** 15. *Nunc-nunc* pro *modo-modo*, bald, bald.

Nunc-nunc pro *modo-modo* vel *alias-alias*. Gellius libr. III. *Officiorum aestimationes alia nonnunquam momenta extrinsecus gubernant, et nunc ratas efficiunt, nunc irritas.* *Add. Livius I, 29. II, 10, 43. XXXIV, 13. XL, 54. Vellejus I, 17. et II, 2.

* 16. *Nunc-nunc-postremo.*

Livius III, 49. *Appius nunc vocari Icilium, nunc detrectantem arripi, postremo in vincula duci jubet.* Id. IV, 12.

* 17. *Nunc-nunc-nunc*, bald, bald, bald.

Vellejus II, 11. extr. *Gentium nunc florere fortunam, nunc senescere, nunc interire, apparet.* Justinus IV, 1. *Ea res facit, ut nunc flammas, nunc vaporem, nunc fumum eructet.* Id. VIII, 5, 12. XI, 1, 4. Curt. VII, 3, 17. Seneca de ira III, 6. quinquies repetiit.

* 18. *Nunc* pro *in hac rerum ratione* derisioni servit.

Senec. ep. 101. extr. *Nega nunc magnum beneficium esse naturae, quod necesse est mori.* Senec. Benefic. VI, 35. *I nunc, et hoc esse grati puta, quod ne ingratus quidem faceret.* Id. de B. V. 12. *I nunc et mimos multa mentiri puta.* Add. Pollio ep. Cic. X, 32.

* 19. *Nunc* pro *cum vero ita se res habeat*, nun aber. (in argumentatione a minori ad majus.)

Cic. I. ep. 9, 47. *Caesar mihi, quascunque res gereret, tucundus esset: nunc in tanta felicitate tantisque victoriis, etiam si non in nos is esset, qui est, tamen ornandus videretur.* Id. XII. ep. 4. *Vellem idibus Martiis me ad cœnam invitasses: reliquiarum nihil fuisset.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0550
DFG

fuisset. Nunc me reliquae vestrae exercent cet. (in quo respondet vernaculo: so aber.)

* 20. *Cum-,-; nunc vero.*

Cic. VI. ep. 22. *Cum aliquid videbatur caveri posse, tum id negligi dolebam, nunc vero, cum consilio nihil profici possit, una ratio videtur, quicquid evenerit, ferre moderate.* Ibid. XI, 19. *Cum putarem quartam et Martiam legiones mecum futuras, minus de rebus reliquis laborandum existimavi: nunc vero cum sim cum tironibus egentissimis, valde meam vicem timeam necesse est.*

* 21. *Si-,-; nunc autem.* εἰ-,-νῦν δὲ, Isocrat. Archidam. princip.

Cic. III. Tusc. 1. *Sunt ingeniis nostris semina innata virtutum, quae si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc autem simul atque editi lucem et suscepti sumus, in omni continuo pravitate versamur.*

* 2. *Si-,; nunc*, wenn-,: so aber.

Cic. IX. Att. 3. *Si commodius anni tempus esset, vel infero mari liceret uti: nunc nihil potest, nisi supero transmitti, quo iter intercluſum est.* X, 4. *Si haberemus rempublicam, consilium mihi non deesset. Nunc sive iracundia, sive dolore, sive metu permotus, gravius scripsi, quam meus in illum amor postulabat.* XI, 2. *Hoc si mihi commune cum caeteris esset, minor meа culpa videretur et eo tolerabilior esset. Nunc nihil est, quod consoletur.* Add. Id. Man. 17, et VII. Att. 2. Livius XLIV, 42. extr.

* 3. *Ni-,-; nunc*, wann nicht = so aber.

Cic. II. ep. 6. *Ni te videre scirem, quantum officii sustinerem, plura scriberem: nunc tibi omnem rem atque causam meque totum commendo atque trado.*

24. *Nunc*

24. *Nunc vero* post *si*, wann -, -: so aber.

Nunc vero subjici solet in comparatione rei fictæ, augendi gratia. Cic. Font. 11. *Si M. Fontejum, Judices, in causa deficerent omnia, tamen esset vobis magnopere providendum, ne vos minis et terrore commoti esse videremini. Nunc vero cum lædat nemo bonus, dubitabitis eos in sententiis ferendis civi parcere?* Id. V. Verr. 67. *Si hæc non apud cives Romanos, sed ad saxa et scopulos conqueri ac deplorare vellem; tamen tanta et tam indigna rerum atrocitate commoverentur. Nunc vero cum loquar apud Senatores, timere non debeo, ne non iste civis Romanus cruce dignus judicetur.* * Add. XV. ep. 13, et XVI. Att. 9, et II. Catil. 7.

* 25. *Nunc vero*, non præcedente alia particula, referturque ad sensum, pro *in hoc statu, in hac conditione.*

Cic. III. ep. 11. *Civitas etiam in summa bonorum et fortium civium copia, tales tueri cives deberet: nunc vero eo magis, quo tanta penuria est* cet.

CAPUT CLVII.

De adverbio NUNQUAM.

Nunquam - dum, vel *donec.*

Terent. Adelph. II, 1. *Nunquam, dum ego adero, hic te tanget*, dieser soll dich, so lange ich da bin, nicht anrühren. * Add. Cic. Sext. 63. et Off. II, 8.

Livius XXXIV, 23. *Nunquam, donec Demetrius, Chalcisque et Corinthus tenentur, libera erit Græcia.* Id. XXIV, 31.

* 3. *Nunquam - ex quo*, niemahls, seit der Zeit

Livius XLII, 49. *Persei nunquam, ex quo regnum accepit, desitum belli expectatione celebrari nomen.*

4. Nun-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0552
DFG

4. *Nunquam-quin.*

Cic. II. ep. 10. *Equidem nunquam domum misi unam epistolam, quin esset ad te altera*, ich habe niemals einen Brief nach Hause geschickt, da nicht der andere an dich darbey gewesen wäre. Ter. Adelph. III, 1. *Nunquam unum intermittit diem, quin semper veniat*, er läßt keinen einigen Tag vorbey, da er nicht kommen sollte.

** 5. *Nunquam-ut non*, niemahls, daß nicht.

S. D. Sueton. Aug. 56. *Nunquam filios suos populo commendavit, ut non adjiceret, si merebuntur.* * Senec. ep. 40. *Nunquam epistolam tuam accipio, ut non protinus una simus.*

6. *Nunquam-ni; nunquam-nisi.*

Livius II. 28. *Circumfusa multitudo negabat, ultra decipi plebem posse. Nunquam unum militem habituros, ni præstaretur fides publica*, nimmermehr einen Soldaten bekommen. Cic. II. Att. 17. *Nunquam huc venissent, nisi et alias res pestiferas aditum sibi compararent.* Id. VI. ep. 6. *Cæsar nunquam, nisi honorificentissime Pompejum appellat.* * Add. id. Milon. 23. Vellejus II, 84, 4.

* 7. *Nunquam alias.*

Livius XXXVIII, 33. *Nunquam alias exules Lacedæmoniorum Achæi secum adduxerant in fines.*

* 8 *Nunquam antea; nunquam ante.*

Cic. II. off. 23. *Lacedæmonii Agin regem, quod nunquam antea apud eos acciderat, necaverunt.* Livius II, 61. *Nunquam ante tam invisus plebi reus ad judicium vocatus est populi.*

* 9. *Nunquam non*, allezeit, jederzeit.

Cic. XII. ep. 18. *Epistolas requiris meas, ego autem*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0553
DFG

tem nunquam, cum mihi denunciatum esset, a tuis ire aliquem, non dedi. Id. I. Or. 24. *Quid est ineptius, quam de dicendo dicere, cum id ipsum dicere nunquam sit non ineptum, nisi cum est necessum.* Ita sæpe.

* 10. *Nunquam-ne-quidem.*

Cic. III. offic. 12. *Maneat ergo, quod turpe sit, id nunquam esse utile, ne tum quidem, cum id, quod esse utile putes, adipiscare.* Id. de amicit. 27. *Nunquam Scipionem ne minima re offendi.* Et ita sæpe.

* 11. *Nunquam neque-neque*, niemahls weder = noch.

Cic. XIV. ep. 13. extr. *Quæ Cæsar nunquam neque fecit, neque feciſſet, ea nunc ex falsis ejus commentariis proferuntur.* Livius III, 14. *Patres nunquam ulli tribuno neque publice neque privatim truces esse, nisi cum de lege agi cœptum esset.* Ergo etiam dicere licet *nunquam nec-nec.* Exempla quærentibus non deerunt. v. *nullus neque.*

* 12. *Nunquam-sed*, niemahls aber.

Cic. III. ep. 8. *Hos ego sermones lacessivi nunquam, sed non valde repressi.* Cæsar B. G. V, 16, 4. *Nunquam conferti, sed rari magnisque intervallis prœliabantur.*

* 13. *Nonnunquam-aliquando*, vel *interdum.*

Tacitus II. hist. 32, 5. *Senatus et populi nunquam obscura nomina, etsi aliquando obumbrentur.* Celsus I, 4. *Oportet nunquam ad flammam ungi, interdum ad prunam.*

* 14. *Nunquam*)(*raro, sæpe, tunc.*

Tacitus Germ. 25. *Liberti raro aliquod momentum in domo, nunquam in civitate sunt.* Vid. Vellej. II, 29, 3. Cic. I. Divin. 54. *Socrates dæmonio paruit nunquam impellenti, sæpe revocanti.* Tacitus

III.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0554
DFG

III. hist. 46, 2. *Mota et Dacorum gens, nunquam fida, tunc sine metu, abducto e Mœsia exercitu.*

* 15. *Nonnunquam - nonnunquam* cet.

Nonnunquam ponitur pro *interdum*, et aliquando geminatur. Cic. Varin. 2. *In hac civitate oppugnatio solet, qua tu nunc uteris, nonnunquam defendi, nonnunquam vituperari.* Add. Cels. V. 28. de carcin. et V, 28, Acrochord. et VI. 6. Senec. Qu. Natur. I, 2. V, 13.

16. *Nonnunquam - nonnunquam - aliquando.*

Senec. Clem. I, 14. *Objurgare liberos nonnunquam blande, nonnunquam minaciter solent, aliquando admonere etiam verberibus.*

* 17. *Nonnunquam) (sæpissime, plerumque, frequenter.*

Cic. I. divin. 14. *Conjectura fallit fortasse nonnunquam, sed tamen ad veritatem sæpissime dirigit.* Huc refer illud Cæs. I. B. G. 8, 4. *Helvetii vadis Rhodani, quia minima altitudo fluminis erat nonnunquam interdiu, sæpius noctu perrumpere conati sunt.* Add. Suet. Cæsar. 57. Cic. II. Nat. D. 27. *Partus maturescunt aut septem nonnunquam, aut plerumque novem lunæ cursibus.* Id. I. Tusc. 34. *Id fit plerumque sine sensu, nonnunquam etiam cum voluptate.* Columell. VII, 6. *Capra, si est generosa proles, parit frequenter duos, nonnunquam trigeminos.*

* 18. *Nonnunquam)(semper.*

Columell. VII, 12. *Canes satis est severos esse nec blandos, ut nonnunquam etiam conservos iratius intueantur, semper excandescant in exteros.*

* 19. *Nonnunquam - maxime.*

Celsus V, 28. *Clavus nonnunquam quidem etiam alibi, sed in pedibus tamen maxime nascitur.*

* 20. *Non-*

*20 Nonnunquam - non sæpe - sæpe.

Cic. partit. 16. *Enumeratio nonnunquam laudatori, suasori non sæpe, accusatori sæpius, quam reo necessaria est.*

** *Nunquam* alicubi in expositione dissuendum est in *non unquam*, ut *nec* in *et non*. Propert. II. Eleg. 6. de Penelope. *Visura et quamvis nunquam speraret Ulyssem*, id est, *et quamvis non speraret unquam visura Ulyssem*: ubi simul Græcismus observandus pro *se unquam Ulyssem visuram*. Contraria ratione *non* vel *nec unquam*, aut *ullus*, pro *nunquam*, *nullus* positum reperias. Cic.. *Non igitur unquam idem homo et perfectus orator*, pro *nunquam igitur*. Idem. *Nec enim unquam bono quicquam mali evenire potest*, pro *nunquam enim*. Martial. *Res nova non ullis cognita temporibus*. Cic. *Nec insipientia ullum majus malum est*. Sylv. II. progr. 32.

*CAPUT CLVIII.

De adverbio NUPER.

Nuper, cum, neulich=als.

Cic. III. Orat. ult. *Tum judicavi, cum in Senatu causam defendit Africæ, nuperque etiam magis, cum pro Bithyniæ rege dixit.* Livius XXVIII, 42. *In eodem terrore erimus, in quo nuper fuimus, cum Asdrubal in Italiam transcendit.*

*2. *Nuper*)(*nunc* vel *post*.

Cic. Ligar. 12. *Fac, quod de homine nobilissimo Marcello restituto fecisti nuper in curia, nunc idem in foro de optimis fratribus.* Id. pro Sull. 30. Tacitus XV, 24, 2. *Nuper clausum Tigranem, post Pætum legionesque cum opprimere posset, incolumes dimisit Vologeses.*

CAPUT

CAPUT CLIX.

De adverbio NUSQUAM.

NUSQUAM est *nullo in loco.* Terent. Eunuch. IV, 3. *Ille autem bonus vir nusquam apparet*, der ehrliche Mann läßt sich nirgendswo sehen. Cic. I. Tusc. 6. *Ego nusquam esse illos puto.* Id. de Senect. 22. *Nolite arbitrari, me, cum a vobis discessero, aut nusquam, aut nullum fore.* Id. I. de leg. 15. *Qui rectam rationem imperandi atque prohibendi ignorat, is est injustus, sive est illa scripta uspiam, sive nusquam.*

* 2. *Nusquam*)(*omnibus locis*, vel *usque quaque*, nirgendswo = allenthalben.

Livius V, 45. *Nusquam prælium, omnibus locis cædes est.* Cic. II. Invent. 21. *Aut nusquam, aut usque quaque dicatur.*

* 3. *Nusquam alibi; nusquam alibi - quam.*

Livius XXXIX, 38. *Romæ Consulibus Ligures, quia bellum nusquam alibi erat, decreti*, weil sonst nirgendswo Krieg. Id. II, 39. *Senatus Consulesque nusquam alibi spem, quam in armis ponebant.* XLIII, 9. *Nusquam alibi, quam in Macedonia bellum erat*, sonst nirgendswo, als.

* 5. *Nusquam gentium*, nirgendswo.

Terent. Adelph. IV, 2. *Fratrem nusquam invenio gentium.*

* 6. *Nusquam nec - nec.*

Livius V, 4. *Nusquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum ferme sine impensa opera est.*

* 7. *Nusquam nisi; nusquam - præter quam.*

Cic. epist. Brut. 10. *Spes libertatis nusquam, nisi in vestrorum castrorum præsidiis est.* Id I. Acad. *Scientiam nusquam esse censebant, nisi in animi notionibus.* *Add. Livius XXIX, 22. et Cic. Orat. 48.

Livius IV, 48. *Pro se quisque dicebat, non se ullam opem cernere aliam usquam, præterquam in tribunitio auxilio*, nirgendswo, als.

Admonitio.

Nusquam, *usquam* vel *uspiam* eleganter usurpantur pro *nullibi* et *ullibi*, quæ minime usitata sunt. (*apud probatiores scriptores.)

*9. *Nusquam* pro *nulla in re.*

Cic. III. Quint. fr. 1. *Præstabo, summum nusquam melius posse poni.*

** 10. *Nusquam* ad locum, nirgends hin.

P. Significat quoque ad locum, nirgends hin. Terent. Eun. II, 2. *Detineo te, fortasse tu profectus alio fueras. P. nusquam.* *Add. Cic. V. Att. 11. et 21. Id. IX. Att. 3, et VI. Verr. 65.

*Curt. X, 2, 13. *Milites palam professi sunt, nusquam inde, nisi in patriam, vestigium esse moturos.*

* 11. *Nusquam* pro *nullam ad rem.*

Cic. I. fin. 9. *Ultimum bonorum, omnium philosophorum sententia, tale debet esse, ut ad id omnia referri oporteat, ipsum autem nusquam.*

Nusquam alio-quam.

Livius VII, 18. *Plebem nusquam alio natam, quam ad serviendum putat.* Id. IV, 54.

** 12. *Nusquam* nirgends woher.

In significatione de loco apud Cornel. Nepotem occurrit Miltiad. 4. *Hoc tumultu Athenienses auxilium nusquam, nisi a Lacedæmoniis petiverunt*, nirgends her. Et hinc locupletari potest index Bœclerianus. *Add. Cic. pro Dom. 20, et X. Att. 16.

CAPUT

CAPUT CLX.

De interjectione o.

o non solum vocantis est, sed etiam appellantis. Cic. XIV. ep. 12. *O mi Attice, vereor, ne* cet. Ibid. X, 26. *O mi Furni, quam tu causam tuam non nosti!*

2. admirantis, et prædicantis.

Sæpe servit exclamationi, quæ non unius est modi. Nonnunquam enim admirantis est, et prædicantis. Cic. III, Verr. 76. *O consuetudo peccandi, quantam habes jucunditatem in improbis et audacibus!* Id. Mil. 38. *O terram illam beatam, quae hunc virum exceperit!*

3. indignantis, ac detestantis.

Interdum indignantis. Cic. II. Philip. 2. *O incredibilem audaciam, o impudentiam prædicandam!* Id. VIII. Att. 8. *O rem turpem, et ea re miseram!* Ibid. *O rem lugubrem! Itaque intercludor dolore.* Id. I. Catil. 1. *O tempora! O mores!*

4. dolentis.

Alias dolentis. Cic. lib. XIV. ep. 4. *O me perditum, o me afflictum!* Id. Verr. V, 38. *O spectaculum miserum, atque acerbum!* *Add. III. ep. Quint. fratr. 9. et Milon. 37.

5. exultantis, aut lætantis.

Aliquando gaudio exultantis. Cic. XIV. Phil. 10. *O solem ipsum beatissimum, qui fugientem vidit Antonium!* Terent. Andr. I, 1. *O factum bene, beasti me!* Cic. Att. XII, 4. *O gratas tuas mihi jucundasque literas!* * Cic. X. ep. 14.

6. optantis.

Alias optantis. Cic. II. Catil. 4. *O fortunatam*

rempublicam, si quidem hanc sentinam urbis ejecerit! Virgil. VIII. Æneid. 560. *O mihi præteritos referat si Jupiter annos!* *Add. Cic. Senect. ult.

7. implorantis.

Non raro implorantis. Cic. V. Verr. 63. *O nomen dulce libertatis! O jus eximium nostræ civitatis! O lex Portia legesque Semproniæ!*

8. exsecrantis.

Quandoque exsecrantis. Cic. XI. Phil. 4. *O multo miserior Dolabella, quam ille ipse, quem tu miserrimum esse voluisti!* Id. Verr. I, 15. *O portentum in ultimas terras asportandum!*

9. irridentis.

Denique interdum irridentis. Cicer. III. Phil. 11. *O præclarum custodem ovium, ut ajunt, lupum.* Idem Act. I. in Verr. 14. *O Dii immortales, præclaramque defensionem.* Id. IV. Verr. 14. *O commemoranda judicia, præclaramque existimationem nostri ordinis.*

**P. In re leviori, neque ita magni valoris, reticetur hæc interjectio. Plin. II. ep. 10. *Hominem te patientem vel potius durum ac pene crudelem, qui tam insignes libros tam diu teneas!* Vall. II. Eleg. 13.

CAPUT CLXI.

De præpositione OB.

Ob pro *propter*.

OB sæpe est *propter*, significat autem tum causam efficientem, tum finem. Cic. Marcell. 6. *Dii immortales, etiamsi pœnas a populo Romano ob aliquod delictum expetiverunt* cet. Id. Fontej. 8 *Si qui ob aliquod emolumentum suum cupidius aliquid dicere*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0560
DFG

cere videntur. Id. IV. Verr. 32. *Eum, a quo pecuniam ob absolvendum acceperis, condemnare.* Exempla sunt obvia.

* 2. *Ob hæc* et *ob hoc* pro *propterea*, non sunt optimæ notæ.

Livius VIII, 32. *Ob hæc cum legatos mitti placuisset, responsum redditur ab Samnitibus ferox.* Idem XXI, 50, et XXXVIII, 34. Celsus I. procem. *Et ob hæc quidem in obscuro positas causas persequuntur.* Id. Ibid. *Ob hæc ne mortuorum quidem laceratione necessariam esse dicunt.*

Livius XXV, 37. *Ob hoc cum omnia neglecta apud hostes essent, Marcius ad consilium prima specie temerarium animum adjecit.* Columell. VIII, 5. *Maxime cruditas pullorum vitanda est: et ob hoc tertia die cavea cum matre continendi sunt.* Id. XI, 3, et VII, 3. Senec. Quæst. natur. I, 3.

* 3. *Ob hoc-si.*

Seneca ep. 98. *Tanquam non futurus ob hoc miserior, si habere desierit.*

* 4. *Ob id* et *ob quæ* pro *propterea* nihil sunt in orationibus et epistolis.

Livius XXVIII, 2. *Ibi in cava valle atque ob id occulta, considere militem et cibum capere jubet.* Add. Vellejus II, 112. Tacitus II. Ann. 66. fin. et III, 75, 4. Dicitur etiam *ob ea.* Livius XL, 1, et 45. Tacitus II. Ann. 30, 6. *Ob quæ posterum diem reus petivit.*

Ob pro *ante.*

Interdum est *ante.* Cic. pro Rab. Post. 14. *Rabirio mors ob oculos sæpe versata est.* Id. pro Sext. 21. *Non mihi mors, non exilium ob oculos versantur*, der Tod und das Elend schwebet mir nicht vor Augen. * Add. IX. ep. 26.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0561
DFG

CAPUT CLXII.

De adverbio OLIM.

1. *Olim, cum.*

OLIM sæpe assumit *cum*. Terent. Andr. V, 3. *Olim istuc, olim, cum ita animum induxti tuum, quod cuperes, aliquo pacto efficiendum tibi.* Cic. XII. Att. 38. *Si essent ullæ necessariæ literæ, ut erant olim, cum brevioribus diebus tamen quotidie respondebant tempori tabellarii.* *Add. Terent. Heaut. V, 1.

* 2. *Olim - dehinc; olim - deinde.*

Suet. Domit. 8. *Corneliam virginem maximam, absolutam olim, dehinc longo intervallo repetitam atque convictam desodi imperavit.*

Tacitus A. XII. 18, 1. *Frater Cotys proditor olim, deinde hostis metuebatur.* Id. H. IV, 70, 3.

* 3. *Olim - hoc tempore.*

Cic. VII. ep. 25. *Olim cum regnare existimabamur, non tam ab ullis, quam hoc tempore observor a familiarissimis Cæsaris omnibus.*

* 4. *Olim - mox.*

Tacitus hist. I, 67, 1. *Irritaverant turbidum ingenium Helvetii, Gallica gens, olim armis virisque, mox memoria nominis clara.* Add. III. hist. 47, 3, et Ann. I, 53, 1. Sueton. Claud. 1, et Neron. 30.

5. *Olim - nunc; olim - tum* vel *tunc, - nunc.*

Alias *nunc* assumit vel *tum*. Cic. XV. ep. 4. *Eum honorem neglectum a me olim, nunc mihi expetendum puto.* *Add. id. Pison. 27. Tacitus XV. 21, 1, et XVI. 28. extr. et Cic. IX. ep. 16, et Planc. 14.

Terent. Phorm. V, 8. *Olim, cum honeste potuit, tum non est data: nunc viduam extrudi turpe est.*

Tacitus II. Ann. 62, 2. *Erat inter Gotones nobilis*

bilis juvenis nomine Catualda, profugus olim vi Marabodui, et tunc, dubiis rebus ejus, ultionem ausus. Id. III. hist. 11, 2. *Ut olim virtutis molestiaeque, tunc procacitatis et petulantiae certamen erat.* Add. Sueton. Claud. 21, et in Domit. 13, et in Aug. 54.

* 6. *Olim · nuper.*

Cic. II. divin. 25. *Quid aut ostenta, aut eorum interpretes vel Lacaedemonios olim, vel nuper nostros adjuverunt?* Tacitus IV. hist. 57, 3. *Vocula dicebat, sic olim Sacrovirum et Aeduos, nuper Vindicem Galliasque singulis proeliis concidisse.*

**7. *Olim* cum futuro tempore rarissimum est in prosa.

D. Non autem praeteriti tantum temporis significationem obtinet, ut in exemplis antecedentibus, sed et futuri. Virgil. Aen. I, 293.

Hunc tu olim cœlo spoliis orientis onustum. Accipies --- Quintil. X, 1. *Sunt clari quoque hodie ejusdem operis autores, qui olim nominabantur.* Vall. II. Eleg. 35. (Nec sic dubitavit uti Cicero ad Att. V, 21. *Quid olim mali C. Julius fecerct:* ad quem locum vid. Grævius.)

**Quin et praesentis temporis verbo junctum legitur†: atque tum exponi potest per *quandoque* seu *aliquando.* Horat. I. Sat. 1. *Ut pueris olim dant crustula blandi doctores.* Linac. libr. II. pag. 135. vel per *unquam.* Plaut. Asin. II, 3. *An quid est olim homini salute melius?* vel pro *jam a longo tempore.* Juvenal. Sat. VI, 345. *Audio, quid veteres olim moneatis amici.* Quintil. VIII. *Sed in foro tamen illam jam facilitatem olim desideramus.*

† Sed apud Poëtas magis et Poëtarum temerarios imitatores, quam apud optimos scriptores. Senec. ep. 117, et Senec quæst. natur. III, 30.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0563
DFG

Vall. II. Eleg. 35. Senec. ep. 77. *Olim jam nec perit quicquam mihi, nec acquiritur.*

CAPUT CLXIII.

De adverbio OMNINO.

1. *Omnino* in numero.

OMNINO ab *omnis* ortum, ac ſæpe refertur ad numerum, (ut apud Græcos πᾶς, Germ. gerade, nicht mehr und nicht weniger.) Cic. II. Qu. fr. 1. *Sane frequentes fuimus omnino ad ducentos*, gerade zweyhundert. Id. pro Cluent. 28. *Quinque omnino fuerunt, qui illum abſolverent.* *Add. Cæſar B. G. I, 6, et IV, 38, 4.

2. *Omnino* pro *prorſus.* †

Sæpe *omnino* eſt *prorſus*, quaſi *omni ex parte.* Cic. de ſenect. 13. *Epulabar cum ſodalibus omnino modice*, ich habe mit der Geſellſchaft gantz mäßig geſpeiſet. Id. I offic. 20. *Omnino fortis animus et magnus duabus rebus maxime cernitur.* (Hic locus forte melius referatur ad n. 10.)

3. *Omnino* cum *aut certe, aut magna ex parte, magnam partem, nequaquam, valde.*

Aſſumit autem *aut certe*, vel *aut magna ex parte*, vel *nequaquam*, aut aliquid ejusmodi. Cic. Balb. 19. *Multa praetereo, quae quotidie labore hujus et ſtudio, aut omnino, aut certe facilius conſequantur*, entweder gantz und gar, oder doch mit geringer Mühe. Id. I. Tuſcul. 1. *Cum defenſionum laboribus ſenatoriisque muneribus aut omnino, aut magna ex parte eſſem aliquando liberatus; retuli me ad ſtudia.*

* Cic. IX. ep. 15. *Non exiſtimas mihi licere, id quod*

† Vide annotationem ad § 7 et 8.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0564
DFG

quod ego arbitrabar, res has non omnino quidem, sed magnam partem relinquere.

Cic. de Amic. 19. *Qu. vero Maximum fratrem suum, virum egregium, omnino sibi nequaquam parem, quod is anteibat ætate, tanquam superiorem colebat Scipio.*

* Cic. XVI. ep. 9. *Literæ tuæ me molestia valde levarunt, utinam omnino liberassent.*

4. *Omnino* pro *ullo modo.*

Sæpe etiam usurpatur pro *ullo modo*, nimirum cum additur negatio, aut aperta, aut occulta. Cic. V. Verr. 7. *Is omnino servus in familia non erat.* Id. I. ep. 7. *Senatus autoritas perscripta est, ne quis omnino regem reduceret*, daß schlechterdings niemand den König zurückbringen solle. Id. Clu. 60. *Nego illum adolescentem omnino illo die esse mortuum.* Id. Quint. 24. *Mihi perdifficile est contra tales oratores non modo tantam causam perorare, sed omnino verbum facere conari*, es ist sehr schwer wider solche Redner nicht nur eine ganze Rede zu halten, sondern auch nur ein Wort sagen wollen.

* *Omnino* eleganter concludit partes sigillatim enumeratas. Cic. II. Invent. 6. *Si dominationis, si pecuniæ, si amicitiæ, si inimicitiarum, et omnino, quicquid erit, quod causæ fuisse dicet, id summe augere debebit.* (Hic est pro *universe*, überhaupt.)

5. *Omnino* cum *nihil, non, vix, nunquam* et *nusquam*, keinesweges, durchaus nicht, ganz und gar nicht

Jungitur autem *omnino* pro *ullo modo* cum *nihil, non, vix, nunquam* et *nusquam.* Cic. I. Tusc. 3. *Ita magni ad nostram ætatem oratores fuerunt, ut non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur.* Id. II. Orat. 14. *Poëtas omnino non conor attingere.* Id. III.

Att. 23. *Scis Clodium sanxisse, ut vix aut omnino non posset nec per Senatum nec per populum infirmari sua lex* †. Id. II. Orat. 13. *Theopompus et Ephorus causas omnino nunquam attigerunt.* Id. de Amic. 6. *Hæc omittamus, quæ omnino nusquam reperiuntur.*

* 6. *Omnino* cum *nemo, nullus, ne quis, nec ne quidem.*

Cic. XI. ep. 23. *Cæsar omnino dicitur nemini negare*, man sagt, der Cæsar schlage es gar keinem Menschen ab. Id. VI. ep. 6. *Si id Pompejus fecisset, civile bellum nullum omnino fuisset.* Vellej. II, 69, 3. Cæsar VII. B. G. 24, 2. *Cæsar milites cohortabatur, ne quod omnino tempus ab opere intermitteretur.* Cic. X. ep. 1. *Nec leges ullæ sunt, nec judicia, nec omnino simulacrum aliquod, aut vestigium civitatis.* Id. IV. Att. 17. *Duo consulares se dicebant in ornandis provinciis consularibus scribendo affuisse, cum nomnino ne senatus quidem affuisset.* Id. I. nat. Deor. 25.

7. *Omnino* pro *nimirum.* ††

Interdum *omnino* idem est, quod *nimirum*, quia *omni ex parte* res affirmatur. Cic. Amic. 26. *Omnino est amans sui virtus.* Id. Verr. II, 61. *Omnino præclare te habes.* Id. de Senect. 3. *Aptissima omnino sunt arma senectutis, artes exercitationesque virtutum.* Id. I. off. 25. *Miserrima est omnino ambitio honorumque contentio.*

8. *Omnino* pro *tandem.*

Cic. pro Marcell. 9. *Quid enim est omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum.*

9. *Omnino*

† Quia in exemplo Autoris *omnino* cum vix non ita conjungitur, ut *nihil*, *non*, reliqua; iccirco secernendum fuerat a cæteris.

†† Duæ hæ significationes non necessariæ fuisse videntur. Nam *omnino* valet allerdings, überhaupt, et hæc significatio usquequaque locum habere potest.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0566
DFG

9. *Omnino* junctum cum *omnis.*

Omnino junctum cum *omnis* gravem æque ac brevem affirmationem continet, estque *sine exceptione.* Cic. de Amic. 21. *Omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum una cautio est.* Id. II. Orat. 1. *Antonius omnino omnis eruditionis expers.* Id. V. Att. 13. *Omnino omnia se facturum recepit.* *Add. id. VI. ep. 2.

(10. *Omnino* pro *universe*, *in universum.*)

Eleganter etiam *omnino* dicitur pro *in universum*, überhaupt, ut *Schwarzius* obiter notat ad n. 7. Cic. off. I, 25. *Omnino, qui reipubl. præfuturi sunt, duo præcepta Platonis teneant.* v. plura in Ernesti Clave Cicer.

(11. *Omnino* pro *disertis vestris.*)

Cic. Tusc. V, 9. *Non usquam id dicit omnino, sed, quae dicit, idem valent.*

CAPUT CLXIV.

De pronomine OMNIS.

OMNIS sæpe usurpatur pro *totus*, *universus.* Cic. Cluent. 6. *Sanguinem omnem profundere mater cupit.* Id. II. Nat. D. 9. *Caloris natura in se habet vim vitalem per omnem mundum pertinentem.* Id. II. Tusc. 23. *In profundenda voce omne corpus contenditur.* Id. Brut. 92. *Omni huic sermoni propositum est, non ut ingenium meum et eloquentiam perspicias, sed ut laborem et industriam*, ich habe bey dieser ganzen Rede nicht den Zweck, daß ꝛc.

2. *Omnis* pro *quicunque*, *vel *omnis generis.*

Alias pro *quicunque.* Cic. Rosc. Am. 27. *Ut non omnem frugem neque arborem in omni agro reperire*

vire possit: sic non omne facinus in omni vita nascitur. Id. I. N. D. 10. *Non omne, quod ortum est, mortalitas consequitur.*

* 3. *Omnis* cum superlativo.

Cic. VI, ep. 19. *Otium omni desertissima regione majus*, pro *desertissima quaque.*

4. *Omnis* per traductionem iteratum.

Eleganter *omnis* per traductionem iteratur. Virgil. I. Georg. *Non omnis fert omnia tellus.* Id. Eclog. VIII, 63. *Non omnia possumus omnes.* et Lucr. libr. V. Cic. in Orat. 1. *Par est omnes omnia experiri.* *Add. VII. Att. 3.

5. Sæpe valet hæc traductio ad breviter amplificandum. Cic. Rabir. Perd. 6. *Omnes omnium ordinum homines.* Id. V. Tusc. 32. *Omnes philosophi omnium disciplinarum.* Id. II. Att. 10. *Ita sunt omnia omnium miseriarum pleniissima.* Id. II. Philipp. 30. *Ex omnibus omnium flagitiis nullum turpius vidi, nullum audivi, quam quod* cet. Id. IX. ep. 6, 11. *Omnibus omnes opes concesserim.* Id. II. Agr. 23. *Iniquum est, decem viros portitores omnibus omnium pecuniis constitui.*

** 6. *Omnis* abundat.

Valer. Max. I, 5. *Animadvertit immensæ magnitudinis serpentem, omne, quicquid obviam fuerat, proterentem.* Linac. libr. VI. p. 470. Popma II. de usu antiq. loc. 10. Sylv. III. progr. 43. Sic *plerique omnes* pro *plerique*†. Weitz. ad Terent. p. 19. et 710.

* 7. *Omnia* de personis rarissimum est.

Livius VII, 32. *Populus Romanus triumphos bene plures, quam annos ab urbe condita, numerat; qui omnia*

† Vel pro *omnes plerumque.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0568
DFG

omnia circa se, Sabinos, Etruscos, Latinos, Hernicos, Aequos, Volscos, Aurunços, domita armis habeat. (Immo *Sabini* etc. pro sedibus horum populorum ponuntur, ut sæpe fit apud Livium, Cæsarem, et quos non?)

* 8. *Omnis)(aliquis. Omnes) (plerique.*

Livius VI, 18. *Audendum est aliquid universis, aut omnia singularis patienda.* Cic. II. Invent. 14, extr. *Pars est pervagatior, et aut in omnes ejusdem generis, aut in plerasque causas accommodata.*

* 9. *Omnes singuli* rarissimum est.

Varro IX. L. L. 4. *Harum analogiarum primam sequi debet populus, secundam omnes singuli e populo, tertiam poëtae.*

* 10. *Omnes, quicunque. Omnes, quotquot.*

Cic. II. Orat. 11. *Non omnia, quæcunque loquimur, mihi videntur ad artem et præcepta esse revocanda.* Id. II. Orat. 2. *Omnia quaecunque in hominum disceptationem cadere possunt, bene sunt ei dicenda, qui hoc se posse profitetur.* Id. I. Tuscul. 5. *Omnes quicunque nati sunt, eruntve, non solum miseri, sed etiam semper miseri.* Hirtius VIII. B. G. 5, 3. Cic. XI. ep. 23. *Si frenum momorderis, peream, si te omnes, quotquot sunt, conantem loqui ferre poterunt.*

* 11. *Omne - quantum.*

Cic. Verr. III, 10. *Praetor poscet omne, quantum aravero.*

* 12. *Omnis - præter; omnis - præterquam.*

Cic. VII. ep. 33. *In iis literis omnia mihi perjucunda fuerunt praeter illud, quod parum diligenter possessio salinarum mearum defenditur.* Id. V. Att. 1. *Discubuimus omnes, praeter illam.* Ib. IV. 2. X. ep. 28.

Livius

Livius IX, 23. *Nos omnium rerum respectum, praeterquam victoriae, nobis abscindamus.* Id. IX. 35. *Etrusci omnium, praeterquam multitudinis suae, immemores praelium ineunt.* Id. XXIII, 31. XXXIX, 16.

* 13. *Omnis - nisi.*

Cic. XIII. ep, 1. *Mihi cum Patrone omnia communia sunt, nisi quod in philosophia vehementer ab eo dissentio.* Id. III. Nat. D. 3. *Inter omnes, nisi admodum impios, convenit.*

* 14. *Omnes, magni parvique.*

Livius I, 31. *Tullus repente omnibus, magnis parvisque, superstitionibus obnoxius degebat.* Id. XXXIII, 11. *Imperator ante pugnam omnia, magna parvaque, communicare cum sociis solitus est.* Sic item *omnes maximi minimi.* Livius XXXIV, 18. *In consule ea vis animi atque ingenii fuit, ut omnia maxima minimaque per se adiret atque ageret.* Cic. Orat. 22. *Hoc semper usurpamus in omnibus dictis et factis, minimis et maximis.* Id. III. ep. Qu. fr. 1. *Omnia minima maxima ad Caesarem mitti sciebant.* Huc refer et illud Livii III, 34. *Decemviri dixerunt, se omnibus, summis, infimis, jura aequasse.*

* 15. *Admonitio.*

Omnis et *quivis* bene sunt discernenda. Nunquam enim *omnis* ponitur, cum vel subintelliguntur vel plane exprimuntur verba: wer es auch seyn mag. Cæsar B. G. II, 31, 6. *Legatos miserunt Nervii, qui dicerent, sibi praestare, si in eum casum deducerentur, quamvis fortunam a populo R. pati, quam ab his per cruciatum interfici,* es wäre besser, daß sie vom Römischen Volke ehe alles Ungemach litten, es möchte auch seyn was es vor eines wollte.

Cic.

Cic. II. ep. 17. *Permulti ad me detulerunt, Bibulum solitum dicere; quidvis se perpeti malle, quam videri eguisse auxilio meo.* (Hoc discrimen non est perpetuum: neque minus *quidvis* aut *quaevis perpeti* dicunt boni auctores, quam *omnia pati* Apud. Ter. Andr. I, 1. *Facile omnes perferre ac pati:* licuisset etiam dicere *quosvis.* Cic. Verr. V, 18. *Ut homines quidvis perpeti mallent* etc.)

*CAPUT CLXV.

De adverbio PALAM.

PALAM contrarium habet vel *obscure.* Cic. Mil. 16. *Omnia non modo quae reprehendi palam, sed etiam quae obscure cogitari possunt, timemus,* vor allen Leuten. Id. Pis. 2. Vel *occulte.* Cic. VI. Verr. 22. *Haec, quae dico, Verres non occulte, non per amicos atque interpretes, sed palam de loco superiore agebat pro imperio et potestate,* vor iedermanns Augen. Vel *clam.* Cic. VI. Verr. 60. *Si quis clam surripiat, aut eripiat palam atque auferat,* öffentlich und ohne Scheu. Add. id. Clu. 20, et Cæl. 9, et Livius XXIV, 25. Vel *secreto.* Livius XLIV, 34. *Qui non sunt advocati, ii nec palam nec secreto jactant consilia sua.* Add. Tacitus II. Ann. 72, 2. Vel *furtim.* Cic. II. Natur. Deor. 63. *Bestiae furtim fruuntur, domini palam et libere.* Add. Tacit. XIII, 64, 1. Vel *tacite.* Livius XXIV, 14. *Volones jam alterum annum libertatem tacite mereri, quam postulare palam maluerant.* Vel *intus.* Tacitus IV. Ann. 1, 5. *Palam compositus erat pudor, intus summa apiscendi libido,* äußerlich - im Hertzen.

(2. *Palam*

(2. *Palam* abundat.)

Cic. Verr. VII, 26. *Palam, ante oculos omnium.* Liv. XXV, 18. *Palam, duobus exercitibus audientibus.*

CAPUT CLXVI.

De nomine PAR.

PAR proprie est *aequalis* ac sæpe absolute ponitur. Cic. I. Nat. D. 10. *Huic celeritati par nulla ne cogitari quidem potest*, Id. IV. ep. 9. *Mihi salus tua tantae curae est, ut Marcello fratri tuo aut par, aut certe proximus sim.* Id Balb. 1. *Ingenium minime voluntati par.* Id. Manil. 11. *Virtuti Cneji Pompeji, quae potest par oratio inveniri?* Id. Brut. 33. *Gracchus si vixisset, eloquentia nescio an habuisset parem neminem.* Id. I. Divin. 3. *Cratippum ego parem summis Peripateticis judico.* Id. Orat. 35. *Erit rebus ipsis par et aequalis oratio.* Id. I. Or. 18. *Virtutes ipsas dicebat inter se aequales ac pares.*

Admonitio.

Quoties ætas tempusque spectatur, non *par alicui* aut *alicujus*, nisi addatur *aetate, annis*, aut aliquid hujusmodi, sed *aequalis* dici solet.

* 2. *Par et idem, atque idem, par atque unus.*

Cæsar V. B. G. 16, 3. *Equestris praelii ratio et cedentibus et insequentibus par atque idem periculum inferebat.* Cic. V. ep. 11. *Pari me studio erga te et eadem voluntate cognosces.* Id. II. Orat. 52. *Par atque una ratio est spei, laetitiae, molestiae.* Idem Sull. 2. *Intelligis et de hoc et de caeteris judicium meum et horum par atque unum fuisse.*

* 3. *Par*)(*praecipuus.*

Cic. Ligar. 9. *Ut caetera paria Tuberoni cum Varo fuissent,*

fuissent, honos, nobilitas, splendor, ingenium, quæ nequaquam fuerunt; hoc certe præcipuum Tuberonis fuit, quod justo cum imperio in provinciam suam venerat.

* 4 *Par*)(*diversus.*

Tacitus A. IV, 55, 2. *Undecim urbes certabant pares ambitione, viribus diversæ.*

* 5. *Par* repetitur diverso casu.

Cic. Orat. 25. *Fugienda sunt paria paribus relata, et similiter concluſa, eodem pacto cadentia.* Id. Orat. 49. *Paribus paria redduntur, sive opponuntur contraria.* Ibid. 52. *Paria paribus adjuncta et similiter definita Gorgias primus invenit.* Id. Topic. 4. *Valeat æquitas, quæ paribus in causis paria jura desiderat.* Id. Topic. 10. *Par pari comparatur.*

6. *Par - cum.*

Nonnunquam *par* adsciscit *cum.* Cic. Quint. 22. *Tum par tibi jus cum Alpheno fuisse non putas.* Id. III. Nat. D. 1. *Nec mihi par ratio cum Lucio est.* * Add. I. Philipp. 14, et Nep. Alcib. 5.

7. *Par - ac; par - atque; par - et.*

Interdum *par* assumit *ac, atque, et.* Plaut. Aul. *Parem sapientiam hic habet, ac fortunam.* Cic. III. Nat. D. 1. *Non mihi par cum Lucilio ratio est, ac tecum fuit.* * Add. Id. pro Rabir. 5, et Livius XXIX, 3. Cic. II. Invent. 2. *Si par in nobis hujus artis atque in Zeuxi picturæ, scientia fuisset; fortasse magis hoc in suo genere opus nostrum, quam ille in sua pictura nobilis eniteret.* Cæsar III. B. C. 101. *Cassius applicatis nostris ad terram navibus, pari atque antea ratione egit.* * Add. Nep. Datam. 3. Cic. Brut. 11. *Tibi quadrat, omnia fuisse in Themistocle paria et Corionalo.* * Add. Tacitus A. XI, 36, 3.

* 8. *Par - ac si; par - ut; par - quam.*

Sallust. Jugurth. 102. *In quo offensæ minimum, gratia par ac si prope adessemus.* Tacitus A. XII, 60, 1. *Eodem anno sæpius audita vox Principis, parem vim rerum habendam a procuratoribus suis judicatarum, ac si ipse statuisset.* Cic. II. Invent. 14. *Nam et ex quæstione suspiciones, et ex testimonio et ex rumore aliquo pari ratione, ut ex causa, et ex persona, et ex facto duci oportebit.* Cæsar B. G. V, 8, 1. *Ipse cum legionibus V. et pari numero equitum, quam in continente relinquebat, solis occasu naves solvit.*

* 9. *Pari ratione - sicuti*, non licet imitari.

Justin. VIII, 2. *Athenienses angustias Thermopylarum pari ratione, sicuti antea advenientibus Persis occupavere.*

* 10. *Par* post superlativos.

Plinius II. ep. 9. *Euritius in causis agendis exercitatus est, quas summa fide, pari constantia, nec verecundia minore defendit.*

11. *Par est*, pro *æquum est.*

Cic. de Amic. 22. *Par est, primum ipsum esse virum bonum, tum alterum similem sui quærere.* Idem Mur. 7. *His rebus fretum ad consulatus petitionem aggredi par est.* Id. IX. Att. 11. *Mihi dubitanti, quid me facere par sit, permagnum pondus affert benevolentia erga illum.* Id. Rabir. Perd. 11. *Si Scævæ, servo Cratonis, qui occidit Saturninum, libertas data est, quod equiti Romano præmium dari par fuisset?*

CAPUT

CAPUT CLXVII.

De adverbio PARITER.

PARITER a *pari* ductum, est *æque*. Terent. Heaut. I, 1. *Filium pariter uti his decuit, aut etiam amplius.* * Add. Cic. Amic. 21, et VI. ep. ult. et Livius XXXVIII, 16.

2 *Pariter ac, et, atque, ut.*

Pariter ac, et, atque, ut usitata sunt pro *æque ac.* Terent. Phorm. V, 3. *Pariter nunc opera me adjuves, ac dudum re opitulata es.* Livius II, 33. *Vir omni vita pariter patribus ac plebi carus.* Exempla sunt obvia. Terent. Adelph. V, 8. *Nunc tu mihi es germanus pariter corpore et animo.* * Add. Colum. III, 2. extr. et V, 6. Cic. Paradox. VI, 2. *Is domi tuæ videt pariter accusatorum atque judicum consociatos greges.* Plaut. Menæch. *Pariter hoc atque alias res solet.* Sallust. Jug. 113. *Vultu, colore ac motu corporis pariter atque animo varius.* * Add. Livius VI, 10. Plaut. Aul. Prol. *Is reliquit filium pariter moratum, ut pater avusque horum fuit.*

* 3. *Pariter - quam; pariter que.*

Manilius V, 393. *Quæstus naufragio petitur, corpusque profundo immissum pariter quam præda exquiritur ipsa.* Liv. III, 64. *Duillius, victa collegarum cupiditate, pariter patribus plebique acceptus, magistratu abiit.* Id. V, 39. *Romani, cum pars major ex acie Vejos petisset, complorati omnes pariter vivi mortuique, totam prope urbem lamentis impleverant.* Id. VIII, 29. et XXIX, 31. Vellejus II, 41, 3. Tacitus IV. hist. 56, 1.

* 4. *Pariter - que - que.*

Ovid. XII. Metam. 597. *Annuit, atque animo*

pariter patrioque ſuoque Delius indulgens, nebula velatus in agmen pervenit Iliacum.

* 5. *Pariter et-et; pariter et-que.*

Livius XXXI, 35. *Veles Romanus pariter et ad ſe tuendum, et ad hoſtem petendum armatus.* Plinius I. ep. 8. *Addidiſti calcaria ſponte currenti, pariterque et tibi veniam recuſandi laboris et mihi exigendi verecundiam ſuſtuliſti.* Ovid. XI. Metam. 556.

- - - pariterque et pondere et ictu
Mergit in ima ratem.

Arbit. 22. Liv. III, 22. *Fabius ſignum obſervare juſſit, ut pariter et ſocii rem inciperent, referrentque pedem, ſi receptui cecinisſet.*

6. *Pariter ac ſi; pariter-atque in.*

Salluſt. Jugurth. 46. *Pariter ac ſi hoſtes adeſſent, munito agmine incedere.* Plaut. Amphitr. IV, 1. *Pariter hoc fit, atque ut alia facta ſunt.*

7. *Pariter cum.*

Pariter interdum uſurpatur pro *ſimul*, et aſſumit *cum*. Cic. V. Tuſc. 33. *Animus et præſentem voluptatem percipit pariter cum corpore, et proſpicit venientem*, die Seele empfindet nicht allein zugleich mit dem Leibe die gegenwärtige Wolluſt, ſondern ſie ſiehet auch die zukünftige voraus. Salluſt. Jugurth. 9. *Eum adoptavit, et pariter cum filiis heredem inſtituit*, hat ihn zugleich mit ſeinen Kindern zum Erben eingeſetzt. Cic. I. Tuſc. 11. *Pariter cum vita ſenſus amittitur.* Id. II. Nat. D. 14. *Oſtreis et conchyliis omnibus, contingit, ut cum luna creſcant pariter, pariterque decreſcant.* Id. poſt redit. in Sen. 14. *Me ſecum pariter respublica reportavit.* Id. III. Orat. 3. *Ille, qui hæc non vidit, et vixiſſe cum republica pariter, et cum illa ſimul extinctus eſſe videtur.*

* 8. *Pari-*

* 8. *Pariter-pariter* pro *simul.*

Plinius VIII. ep. 23. *Ego impendentis mali nescius, pariter ægrum Avitum, pariter decessisse cognovi.* Tacitus I. Ann. 32, 7. *Milites pariter ardescebant, pariter silebant.*

** 9. *Pariter-pariter* pro *simul atque-statim.*

Ovid. VIII. Metam. 324. *Hanc pariter vidit, pariter Calydonius heros optavit.* Ib. XI, 305. *Videre hanc pariter, pariter traxere calorem.* Add. XI, 442.

10. *Pariter atque* pro *simul ac.*

Boethius Consolat. III. pros. 11. *Nostine igitur, omne, quod est, tamdiu manere atque subsistere, quamdiu sit unum, sed interire atque dissolvi pariter, atque unum esse destiterit?*

*CAPUT CLXVIII.

De nomine PARS et PARTIM.

Pars-pars.

Tacitus A. XV, 38, 4. *Qui sibi quique aliis consulebant, dum trahunt invalidos aut opperiuntur, pars morans, pars festinans, cuncta impediebant,* indem einige zauderten, einige aber eileten. Id. H. II, 22, 4. *Pars subeuntium obruti, pars confixi.* Add. Cæsar VI. B. G. 40, 8, et VII, 28, 3, et III, B. C. 27, 2, et Livius XXII, 8. Sallust. Jug. 14.

* 2. *Pars-alii-cæteri, multi-plures etc.*

Pars in partitione sæpe dicitur sequentibus *alii, caeteri, multi, plures, plurimi, plerique, quidam, nonnulli* etc. vel singulis, vel aliquot, ut exempla subjecta dotent.

Tacitus H. IV, 77, 1. *Pars montibus, alii viam inter Mosellamque flumen improvisi adsiluere.* Idem

Ann. XV, 13, 2. Salluſt. Jugurth. 13. extr. et 19 Livius VI, 24. *Magna pars et in ipſo certamine et poſt in fuga cæſi: cæteri in caſtris, quæ capta eodem impetu ſunt, plures tamen capti, quam occiſi.* Tacitus A. V, 11, 3. *Poſcebant pericula pars virtute, multi ferocia et cupidine præmiorum.* Tacitus A. XIV, 49, 6. *Cæteri quæ probaverant, non deſeruere: pars ne principem objeciſſe invidia viderentur, plures numero tuti.* Ibid. I, 24, 2. *Pars navium hauſtæ ſunt, plures apud inſulas longius ſitas ejectæ.* III, 1, 3. *Pars officium in Principem rati, plures illos ſecuti ruebant ad oppidum Brundiſium.* I, 41, 5. *Orant, obſiſtunt; pars Agrippinæ occurſantes, plures ad Germanicum regreſſi.* II, 11, 3. *Cheruſci inſtant cedentibus, collectosque in orbem pars congreſſi, quidam eminus proturbant.* Add. VI, 43, 2. I, 23, 1. *Is miles tantum conſternationis invidiæque concivit, ut pars militum gladiatores, qui e ſervitio Blæſi erant, pars ceteram ejusdem familiam vincirent, alii ad quærendum corpus effunderentur.* Sueton. Cæſar 89. *Damnati omnes alius alio caſu periit: pars naufragio, pars prælio, nonnulli ſemet eodem pugione, quo Cæſarem violaverant, interemerunt.* Salluſtius Jugurth. 31. *Pars eorum occidiſſe tribunos plebis, alii quæſtiones injuſtas, plerique caedem in vos feciſſe pro munimento habent.* Tacitus III. A. 38, 6. *Pars turbant præſentia; alii montem Haemum transgrediuntur, ut remotos populos concirent: plurimi ac maxime compoſiti regem circumſidunt.* Cæſar I. B. C. 58, 4. *Partem navium deprimunt, nonnullas cum hominibus capiunt, reliquas in portum compellunt.*

*II De adverbio *PARTIM*, theils.

D. *Partim* pro *quidam*, ut: *partim hominum venerunt*,

nerunt, id est, pars hominum, vel quidam homines. Gellius X, 13. Linac. lib. II. p. 106. Goclen. p. 190. observ.

(Ejus generis sunt omnes formæ, ubi *partim* construitur ut *quidam*, vel sequente genitivo, vel præpositione aliqua, ut in his: Cic. off. III, 21. *eorum partim ejusmodi sunt.* de Leg. II, 17. *partim ex illis jacent.* add. Gronov. Obs. III, 2.)

2. *Partim partim* vel *alii.*

D. ** Interdum geminatur vel seipso, vel synonymo. Cic. II. Orat. 22. *Isocratis e ludo, tanquam ex equo Trojano, innumeri principes exierunt, sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt.* Id. Pison. 21. *Ecce tibi alter, effusa jam maxima praeda, quam ex fortunis publicanorum exhauserat: cum partim ejus praedae profundae libidines devorassent, partim nova quaedam et inaudita luxuries: partim emtiones, partim permutationes.* Nep. Pelop. 1. *Alterius factionis principes partim interfecerant, alios in exilium ejecerant.* Sallust. Jug. 21. *Semisomnos partim, alios sumentes arma fugant funduntque.* Gellius XIII, 29. *Satirarum M. Varronis, quas partim Cynicas, alii Menippeas appellant.* Sallust. Jug. 13, et 19, et 38.

** 3. *Partim - alia - quædam.*

Cic. I. Divin. 42. *Ob eandem causam multa inusitata partim ex cœlo, alia ex terra oriebantur, quaedam etiam ex hominum pecudumve conceptu.* (Off. I, 45. est *quaedam*, sequente *partim.*)

** 4. *Alia - partim - alia.*

Cic. I. Nat. D. 57. *Bestiarum terrenae sunt aliae, partem aquatiles, aliæ quasi ancipites in utraque sede viventes.*

5. *Partim - partim - nonnunquam.*

Scribonius Compos. 53. *Sed cum dolor urgebit, varie sedandus est, partim collutione quorundam, partim commanducatione, nonnunquam suffitione aut impositione aliquorum.*

* 6. *Partim* bis, ter sæpiusque.

Cic VI. de rep. 6. *Hi, qui terram incolunt partim obliqui, partim versi, partim etiam adversi nobis stant.* Id. II. Catil. 10, et II. Nat. D. 39, et I. Leg. 8. extr. Liv. XXX, 9. et XLII, 4. Cic. I. Tusc. 28. *Multitudo pecudum partim ad vescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora vestienda.* Id. I. invent. 26. princ. Vide et iam Cic. Clu. 32.

CAPUT CLXIX.

De adverbio PARUM.

Parum)(nimium.

PARUM contrarium habet *multum* aut *nimium*. Cic. I. Orat. 22. *Etsi suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quam parum.* * Add. I. off. 25, et II. off. 13, et VII. ep. 13. Livius XXXVIII, 17. Celsus præf. libr. 1.

2. *Parum* pro *non satis.*

Sæpe usurpatur pro *non satis*. Plaut. Stich. IV, 1. *Duas dabo, una si parum est*, kleckt, reicht, eine nicht, will ich dir zwey geben. Id. Rudent. IV, 4. *Dixi quidem, sed si parum intellexisti, dicam denuo*, wenn du es aber nicht recht verstanden hast, will ich es noch einmahl sagen. Cic. III. Nat. D. 1. *Quæram ex te ea, quae parum accepi*, ich will dich um das fragen, was ich nicht begriffen habe. Idem I. Tusc. 45. *Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectae*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0580
DFG

sectae perfecto functus est munere. Id. X. Att. 11. *Vide, ne dum te pudet parum optimatem esse, parum diligenter, quod optimum sit, eligas.*

* 3. *Parum*)(*aliquid.*

Cic. de opt. gen. Orat. 1. *De hominibus dicet aliquid, de re parum.*

* 4. *Parum est - nisi.*

Cic. Rosc. Am. 17. *Parum miseriae est, quod aliis coluit, non sibi, nisi etiam, quod omnino coluit, crimini fuerit.* Cic. V. Verr. 60. *Parumne multa mercatoribus sunt necessaria pericula subeunda fortunae? nisi etiam hae formidines a nostris magistratibus, atque in nostris provinciis impendebunt.* Livius VI, 40, et XXXVIII, 14, 54. Sallust. Jug. 31.

Huc refer *parum haberem-nisi.* Livius XLII, 3. *Templum augustissimum regionis ejus violare parum habuit censor, nisi detexisset foede ac prope diruisset.*

Parum est, quod.

Cic. pro Sext. 14. *Parumne est, Piso, quod tantum homines fefellisti,* ut cet. Ists nicht gnug? ist das zu wenig. Terent. Phorm. III, 3. *Sed parumne est, quod omnibus nunc nobis succenset senex.* *Add. Livius VII, 30.

** *Parum est, ut.*

S. D. Plinius Paneg. *Parum est, ut in curiam venias, nisi convoces et interfis Senatui.*

CAPUT CLXX.

De adverbiis PARUMPER et PAULISPER.

PARUMPER ex *parum* factum est, sed ad tempus accommodatum. Cic. III. Orat. 30. *Haec cum*

Crassus dixisset, parumper ipse conticuit et caeterum silentium fuit, hat er eine Weile stillgeschwiegen. Id. I. Divin. 23. *Discedo parumper a somniis, ad quae mox revertar.* Id. de Amic. 1. *Tu velim a me animum parumper avertas.* * Add. IX. Att. 3.

2. *Parumper, dum.*

Interdum adsciscit *dum.* Plaut. Amphitr. II, 2. *Id ipsa de me scio, cui voluptas parumper data est, dum viri mei mihi potestas videndi fuit.* Terent. Andr. IV, 2. *Dum exeo, parumper opperire me hic,* warte eine kleine Weile, bis. *Add. Livius IV, 32. Sueton. Ner. 48.

* 3. *Parumper - deinde.*

Livius II, 60. *Cum his primam periculi procellam parumper sustinuit Cocles, deinde eos quoque ipsos etc.* Id. XXXI, 39. Sueton. Galb. 19.

II. PAULISPER.

Paulisper a *paulo* dictum idem est, quod *parumper.* Cæs. III. B. C. 67. *Hic paulisper est pugnatum.* Sallust. Jugurth. 49. *Cognitis insidiis, paulisper agmen constitit,* sind die Truppen eine Weile stillgestanden. Cic. IV. Verr. 18. *Abesse ab domo paulisper maluit, quam praesens illud optime factum argentum amittere.* Id. ib. 24. *Lectica paulisper deposita, ostiatim totum oppidum compilavit.*

* 2. *Paulisper, donec.*

Livius XXXVIII, 26. *Sedit imperator tacitus paulisper, donec nunciatum est, deductos in forum autores seditionis, et parata jam omnia esse.*

3. *Paulisper, dum.*

Paulisper quoque item ut *parumper* assumit *dum.* Cic. Mil. 16. *Milo paulisper, dum se uxor, ut fit,* compa-

comparat, moratus est. Plaut. Mil. II, 2, 41. *Paulisper tacite, dum ego mihi consilio in animum convoco.* *Add. Liv. libr. XXVII, 31.

4. *Admonitio.*

Quoties exiguum tempus significatur, non *parum* aut *paulum*, sed *parumper* et *paulisper* dici solet. Itaque non dices, *expecta parum*, sed *parumper* et *perpaulisper*.

* 5. *Paulisper - mox.*

Livius XXXIX, 2. *Montis altitudine paulisper se tutati, mox in deditionem consenserunt.*

* III. PAULATIM.

Paulatim respondit germanico allmählich, nach und nach). Livius II, 5. *Insula inde paulatim, et aliis, quæ fert temere flumen eodem invectis, facta.* Tacitus I, 19, 3.

* 2. *Paulatim - dum.*

Columell. VI, 30. *Si sanis equis est macies, vini potio danda est, ac deinde paulatim ejusmodi cibi subtrahendi immistis ordeo furfuribus, dum consuescat faba et puro ordeo ali.*

* IV. PAULO.

Paulo fere adjungitur comparativis. Cic. Flacc. 28. *Ante pedes prætoris in foro expensum est auri pondo centum paulo minus.* Id. I. Att. 10. *Neque Achaicis hominibus neque Epiroticis paulo liberiores literas committere audeo.*

* 2. *Paulo* cum *ante*, *post* et *ultra*, adverbiis.

Cic. Læl. 21. *Loquor, et paulo ante dixi, de communibus amicitiis.* Id. III. Offic. 10. Id. II. Offic. 16. *Paulo post Crassus magnificentissima ædilitats fructue*

fructus est. Id. I. ep. 9. Cæs. III. B. C. 66, 4. *Post mutato consilio quibusdam de causis, Cæsar paulo ultra eum locum castra transtulit.*

* 3 *Paulo* apponitur verbis quibusdam.

Cæsar VI. B. G. 27, 1. *Alcium est consimilis capreis figura et varietas pellium, sed magnitudine paulo antecedunt.* Id. B. C. III, 46, 6. Cic. Parad. III, 2. *Histrio si paulo se moveat extra numerum, exsibilatur et exploditur.*

(4 *Paullo minus* pro *propemodum.*)

Suet. Tib. 39. *quod paullo minus utrumque evenit.* Sic et alibi hac ætate reperias.

V PAULUM.

* 1. *Paulum* cum verbis fere ponitur.

Cic. I. offic. 40. *In fidibus aut in tibiis, quamvis paulum discrepent, tamen id a sciente animadverti solet.* Id. II. offic. 18, et I. ep. 5. I. ep. 9.

* 2. *Paulum* de tempore.

Cic. Rosc. Com. 10. *Quoniam ille hic constitit paulisper, mihi quoque necesse est paulum commorari.* Pallad Octobr. 14. Tacitus XV. Ann. 59, 5. Livius II, 4. extr. et præsertim Columell. XII, 50.

* 3. *Paulum-dum.*

Cic. I. Orat. 62. *Scævola paulum requiescet, dum se calor frangat.*

* 4. *Paulum abest, quin.*

Sueton. Neron. 20. *Acten libertam parum abfuit, quin Nero justo matrimonio sibi conjungeret.*

CAPUT

*CAPUT CLXXI.

De nomine PAUCI.

*1. *Pauci-alii-plures.*

Livius XLI, 4. *Istrorum pauci, qui modice vinosi erant, memores fuerunt fugæ, aliis somno mors continuata est.* Id. XXXVIII, 20. *Occisi quoque pauci fugientium, vulnerati plures.* Id. XXXI, 43. *Occisi perpauci sunt, plures vulnerati, captus nemo, quia non excedunt temere ordinibus suis.* Id. XLII, 30. Add. Tacit. Ann. IV, 33, 3.

* 2. *Admonitio.*

Hæc exempla demonstrant, *paucos* sæpe poni pro *quibusdam.* Ita Cic. II. offic. 16. *Mihi ille fructus liberalitatis, cujus exempla pauca posui, multo et major videtur et certior,* davon ich einige Exempel gesetzt habe.

* 3. *Non pauca - aliqua - nonnihil.*

Quintilian. III, 1. *Scripsit de eadem materia non pauca Cornificius, aliqua Stertinius, nonnihil pater Gallio.*

*CAPUT CLXXII.

De adverbio PEDETENTIM.

PEDETENTIM videtur proprie de iis dici, qui æquo gradu incedant, et pedem lente timideque moveant.

Hinc illa tralata: Cic. Tusc. III, 22. *Sensim et pedetentim progrediens dolor.* Ep. IX, 15. *pedetentim et gradatim a te accessus ad causam facti et recessus.* Id. Quint. 16. *Timide tamen et pedetentim huc descendunt.*

CAPUT

CAPUT CLXXII. a)

De præpositione PENES.

Penes est *apud*, sed rarius usurpatur.

Dicitur de rebus etiam, magis tamen de personis. Ad Herenn. lib. IV. *Ita petulans es, ut ne ad solarium quidem idoneus, sed penes scenam et in ejusmodi locis exercitus sis.* Cic. Verr. III, 73. *Quum omnis frumenti copia decumarum nomine penes istum esset redacta: solitum esse* cet.

2. *Penes* per tralationem.

Sæpe dicitur de rebus, quæ mente et cogitatione nobis ab aliis tribuuntur: (item, quæ sunt in potestate alrerius. Cic pro domo 51. *Censor, penes quem majores nostri judicium Senatus de dignitate esse voluerunt.* Id. Brut. 74. *Cujus penes quos laus adhuc fuit, non fuit scientiae, sed quasi bonae consuetudinis.* Horat. de populo: *quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi.*

CAPUT CLXXIII.

De adverbio PENITUS, gantz hinein, tief hinein.

Cic. off. II, 3. *Nec argentum effoderetur penitus abditum.*

2. *Penitus*, vom innersten Grund, von innen heraus.

Cic. leg. I, 5. *Neque e XII. tabulis, sed penitus ex intima philosophia hauriendam juris disciplinam putas?* Ex hoc exemplo de propria significatione judicare possis.

3. *Penitus* tralate, *prorsus, omnino.*

Interdum pro *omnino* gänzlich ponitur. Cic. off. II, 8. *Hanc disciplinam post Syllae victoriam penitus*

nitus amisimus. Id. Cluent. 13. *Qui se blanditiis in Asinii consuetudinem penitus immersit.*

(4. Cum adv. *bene.*)

Cic. Verr. II, 70. *bene penitus* in istius familiaritatem se dedit.

CAPUT CLXXIV.

De præpositione PER.

* 1. *Per* de motu in loco seu transitu.

Cic. XIV. Att. 18. *Mihi videtur Brutus noster jam vel coronam auream per forum ferre posse.* Cæsar B. G. III. 26, 5. Liv. I, 48. Id. II, 23.

*2. *Per* distributioni servit, et de loco, tempore, personis dicitur, et proxime ad *in* accedit.

Sallust. Catil. 51. *Censeo eos in vinculis habendos per municipia.* Id. 52. *Quasi vero mali atque scelesti tantummodo in urbe et non per totam Italiam sint.* Cic. I. ep. 7. *qui per provinciam imperii tui pecunias ei credidissent.* Livius I, 9. *Sabinorum omnis multitudo cum liberis ac conjugibus venit. Invitati hospitaliter per domos cum situm mœniaque et frequentem tectis urbem vidissent; mirantur tam brevi rem Romanam crevisse.* Id. XXV, 31. Id. XXVIII, 16. *Milites deserti ab ducibus pars transitione, pars fuga dissipati per proximas civitates sunt,* in die nächste Städte zerstreuet. Columell. III, 21.

3. *Per* ad personam relatum.

Per vulgo ad locum, sed sæpe etiam ad personam refertur. Cic. V. Att. 15. *Mihi nihil videbatur esse, in quo tantulum interesset, utrum per procuratores agerem, an per te ipsum.* Id. Rosc. Am. 38. *Recede de medio, per alium transigam.* Id. I. Orat. 9.

9. *Si velim exemplis uti, plura proferre possim detrimenta publicis rebus, quam adjumenta per homines eloquentissimos importata.* *Add. Id. Rosc. Am. 39.

4 *Per se* pro *sine alterius ope.* †

Sæpe tamen *per se* est *sine alterius ope.* Cic. Brut. 25. *Q. Pompejus summos honores, homo per se cognitus, sine ulla commendatione majorum, est adeptus,* durch sich selbst bekannt gemacht worden. Id. Sull. 24. *Existimo nihil audacter ipsos per se sine P. Sylla facere potuisse.* Id. Sext. 28. *Virtus per sese splendet semper, neque alienis unquam sordibus obsolescit.* Id. de Am. 21. *Amicitia per se et propter se expetenda.* *Sic dicimus *per me*, Planc. X. ep. 11. Cic. XIII. ep. 16, 1. *per nos*, XIV. ep. 5, 5. *per te*. XV. ep. 10. 3. (Dicitur etiam *per se* pro *ipse* non aliorum ministerio. Suet. Cæs. 56. *nisi ante per se portus explorasset.* Aug. 20. *externa bella duo omnino per se gessit* i. e. suo ductu, non legatorum. ibid. 64. *nepotes et literas - - per se docuit plerumque.)*

5. *Per* ad tempus relatum.

Alias refertur ad tempus. Cic. V. Verr. 12. *Per eos dies nemo istum extra illum locum videre poterat*, dieselbe Tage über. Id. II. Att. 9. *Nulla abs te per hos dies epistola inanis aliqua re utili et suavi venerat.* Id. Act. I. Verr. 5. *Nulla res per triennium, nisi ad nutum istius, est judicata*, drey Jahre lang ist über nichts das Urtheil gesprochen worden, welches nicht nach seinem Wink und Willen gemacht gewesen

† Vel *sine rebus aliis.* Vid. Celsus V, 25. *Somnium faciunt vel per se assumta catapotia, vel ex aqua data.* Ita idem alibi sæpe. Add. Livius XLV, 43. et Cic III. ep. 9, 5. et XII. ep. 15, et XV. ep. 4. Vel *sine respectu aliarum rerum.* Cic. XV. ep. 4. 31. *Ipsam quidem gloriam per se nunquam putavi expetendam.* Id. X. ep. 3. XIII. ep. 66, 1.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0588
DFG

gewesen wäre. Id. pro Leg. Manil. 2. *Quam provinciam tenuistis a prædonibus liberam per hos annos?* diese Jahre her. Id. in Brut. 83. *Duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se, sed Attici tamen*

* Huc refer illa: Pallad. V, 1. *Medica quater vel sexies potest per annum recidi* Et mox: *Ita et sexies per annum metis, et annis decem potes manere continuis.* Cicero mallet dicere *quater in anno.* Vide *in.*

** *Per tempus* zu rechter Zeit. Cujus contrarius est *post tempus*, zu spät, zu langsam Plaut. Menæch. Act. I, 2. *non potuisti per tempus magis advenire, quam nunc advenis.* Hadr. Linac. libr. I. p. 70.

*6. *Per* cum nominibus, quæ tempus adsignificant.

Livius XXXVIII, 2. extr. *Postero die per inducias sepeliendi cæsos potestas facta est.* Idem VIII, 13. Sueton. Neron. 7.

7. *Per* ad modum.

Sæpe ad modum accommodatur. Cic. IV. Verr. 14. *Cum iste ab se hydriam Boethi manu factam per potestatem abstulisset, Pamphilius tristis domum revertit*, mit Gewalt, Kraft seines Amts. Id. Div. in Verr. 17. *Symphoniacos conservos abducebat per injuriam*, unbilliger weise. Id. pro Dom. 13. *Quid filius fecerat, quod eum toties per insidias interficere voluistis?* mit hinterlistigen Nachstellungen. Id. I. Verr. 21. *Per scelus et latrocinium ex fanis auferre.* Id. Rosc. Am. 2. *Hoc damnato et ejecto sperat se posse quod adeptus est per scelus, id per luxuriam effundere atque consumere.* Id. I. Verr. 60. *Q. Opimium per ludum ac jocum fortunis omnibus evertit*, scherzweise. Id. Rosc. Am. 1. *Per summum dedecus vitam amittere*, mit der grösten Schande das Leben

verlieren. Id. V. Verr. 70. *Per ludum ac negligentiam ad honores pervenire*, ohne Mühe und Fleiß, und gleichsam spielend, zu Ehren kommen.

8. *Per simulationem; per speciem; per causam.*

Per simulationem; per speciem, per causam, idem fere significant. Cic. post red. ad Quir. 9. *Me per simulationem amicitiæ nefarie prodiderunt*, sie haben mich unter dem Scheine der Freundschaft, (indem sie sich stelleten, als wären sie meine Freunde) schändlich verrathen. Id. VI. Verr. 3. *Per simulationem ædilitatis statuas domum auferebant*, unter dem Scheine, oder Vorwand, als wollte er sie bey seinem Baumeister-Amte brauchen. *Add. Cæs. B. C. II, 35, 6, et Tac. hist. I, 74, 4. † Livius I, 41. *Servius per aliquot dies, cum jam expirasset Tarquinius, celata morte, per speciem alienæ fungendæ vicis, suas opes firmavit*, unter dem Scheine, als ob er des Königes Stelle vertrete. Id. I, 3. *Amulius fratris filiæ Rheæ Sylviæ per speciem honoris, cum Vestalem eam legisset, perpetua virginitate spem partus adimit.* Idem XXIV, 47. *Nobiles Campani per speciem prædandi ex hostium agro permissu magistratuum ab Capua profecti, ad castra Romana venerunt.* *Add. Livius VII, 39. Tacitus IV. Ann. 8, 3, et VI, 50, 4.

Livius II, 32. *Patres, per causam renovati ab Aequis belli, educi ex urbe legiones jussere*, unter dem Vorwande, (indem sie vorgaben) als hätten die Aequi den Krieg wieder aufs neue angefangen. Id. XXIV, 7. *Diomeni partes datæ sunt, ut, cum appropinquaret januæ rex, per causam aliquam sustineret ab tergo agmen*

† Ponitur etiam *per simulationem* sine casu secundo. Sueton. Claud. 45. *Mors ejus celata est. Itaque inducti per simulationem Comœdi, qui velut desiderantem oblectarent.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0590
DFG

agmen. * Add. XLIV, 44. Cæsar VII. B. G. 10, 1. Cic. pro dom. 5.

* 9. *Per speciem*)(*reipsa.*

Livius XXXIX, 35. *Interim per speciem auxilii Byzantiis ferendi, reipsa ad terrorem regulis Thracum injiciendum profectus Philippus, percussis iis uno prælio, in Macedoniam rediit.*

* 10. *Per partes*, stückweise.

Columell. I, 4. *Quid etsi per partes non nunquam damnosum est, in summa tamen fit compendiosum.* Id. IV, 24. *Hæc in universum, illa per partes custodienda sunt.*

* 11. *Per ordinem*, ordentlich.

Pallad. III, 25.

* 12. *Per vices*, wechselsweise.

Sueton. Claud. 42. extr. *Institutum est a Claudio, ut quotannis in altero museo Tyrrhenicon libri, altero Carchedoniacon diebus statutis velut in auditorio recitarentur toti a singulis per vices.* Add. Plin. I. ep. 3.

13. *Per literas*, schrifftlich

Per literas idem est, quod *literis* Cic. in Pison. 17. *Is a Senatu supplicationem per literas postulavit.* Id. I. Att. 16. *Quintus frater purgat se mihi per literas.* * Add. Id. V. Att. 20. extr. et III. ep. 5.

* 14. *Per occasionem*, bey Gelegenheit.

Livius I, 5. *Rem immaturam, nisi aut per occasionem, aut per necessitatem aperiri noluerunt Faustulus.* Id. I, 11. *Dum ea ibi Romani gerunt, Antemnatium exercitus per occasionem et solitudinem hostiliter in fines Romanos incursionem facit.* Id. I, 53. VII, 7.

(*Admonitio.*)

Facile foret multa his similia addere, ut *per ambitio-*

bitionem, *per gratiam*, *per oblivionem*, ſed talibus hic libellus non debebat onerari.

** 15. *Per* etiam jurantis eſt.

D. P. Virgil. IV. Aen. *Per caput hoc juro*, bey dieſem Haupte. Plaut. Amphit. *per Jovem, per Mercurium juro.* Cic. pro Rabir. 13. *Ubi ſemel quis pejeraverit, ei credi poſtea, etiamſi per plures Deos juret, non oportet.* Linac. lib. I. p. 70.

* Huc refer, cum *per* juramentis indignantium ſervit. Cic. Roſc. Am. 50. *Per Deos immortales, quæ iſta tanta crudelitas eſt?*

16. *Per ætatem* pro *ob ætatem, qua ætatem.*

Terent. I. Eunuch. *Patriam neque ſciebat puella neque per ætatem etiam poterat*, weil ſie zu jung war. Id. XIII. ep. 30. *Intellexi, ut primum per ætatem judicium facere potueris, quanti quisque tibi faciendus eſſet, me a te in primis cœptum eſſe diligi*, ſo bald du ein wenig zu Jahren gekommen und urtheilen können. Id. leg. Manil. 1. *Antea per ætatem hujus auctoritatem loci contingere non audebam.* Id. Dom. 13. *Factus es ejus filius contra fas, cujus per ætatem pater eſſe potuiſti.*

17. *Per* pro *propter.*

Per interdum eſt *propter.* Cic. III. Orat. 3. *Per invidiam depelli tribunatu.* Id. IV. Tuſc. 37. *Quomodo quemquam pœniteret, quod feciſſet per iram*, aus Zorn gethan hätte. * Add. X. ep. 1, et Livius II, 23.

** Sic *per hoc*, pro *propterea.* Plin. VIII. ep. 10. *Triſtior audies neptem tuam abortum feciſſe, dum ſe prægnantem puellariter neſcit, ac per hoc quædam cuſtodienda prægnantibus omittit.* (Suet. Tib. 52. *Per quæ multifariam inſcriptum.*)

18. *Per*

18. *Per* obsecrantis.

Nonnunquam obsecrantis est. Cic. III. Att. 20. *Ad ea recuperanda per fortunas incumbe*, so lieb dir dein Glück und Wohfahrt ist, bemühe dich, daß du es wieder bekommest. Id. ep. 15. Brut. *Sed propera per Deos*, eile um Gottes willen. *Add. X. ep. 3, et X. ep. 5, et XIV. ep. 1.

** D. Solebant in his formulis inter præpositionem ejusque casum interponere pronomen. Terent. Andr. V, 1. *Per ego te Deos oro.* Virgil. *Per ego has lacrymas dextramque tuam te oro.* Valla V. Eleg. 31. Weitz. ad Terent. p. 112, et ad Flac. p. 86.

** Notanda insuper in his formulis antiptosis, e Græcorum consuetudine traducta. Virgil. II. Aeneid. 141. *Per, si qua est, quae restat adhuc mortalibus usquam Intemerata fides, oro.* Pro, *per fidem.* Vide ibi Cerdam.

19. *Per* concedentis.

Alias concedentis. Cic. IV. Acad. 29. *Per me vel stertas, licet*, meinetwegen magst du auch gar schnarchen. Id. IV. Att. 16. *Per me ista pedibus trahantur.* Id. II. Philipp. 4. *Petis, ut tibi per me liceat quendam de exilio reducere*, du bittest, daß du mit meinem guten Willen dürffest. Id. Mil. 16. *Clodium nihil delectabat, quod aut per naturam fas esset, aut per leges liceret*, vergnügte nichts, was die Natur vergönnet oder die Gesetze zulassen.

20. *Per valetudinem*, Gesundheit halber.

Cic. II. Philipp. 22. *O miserum te, si intelligis hoc literis mandari, omnes consulares, qui per valetudinem exequi fugam illam clademque potuissent, sedibus suis expulsos esse.* Id. VII. ep. 1. *Cum per valetudinem posses, venire tamen noluisti.* Id. XVI. epist. 2.

Cum per valetudinem et per anni tempus navigare poteris, ad nos veni.

** D. P. *Per* in compositis *valde* significat. Vall. V. Eleg. 31. et libr. 17. Cic. II. Verr. *Pervellem audissent hi, qui adfuerunt antea.* Id. III. de fin. 11. *Sed haec quidem est perfacilis et perexpedita responsio.*

** Hoc in casu eleganter distrahitur per Tmesin. Cic. I. Orat. 47. *Nobis ista sunt pergrata, perque jucunda.* Et c. 49. *Per mihi mirum visum est.* Id. II. Orat. 67. *Per mihi scitum videtur.* Gell. II, 18. *Socrati et Platoni per fuit familiaris.* Id. XVIII, 4. *Per, inquit, magister optime, exoptatus mihi nunc venis.* Pro perjucunda, permirum, perscitum, perfamiliaris, perexoptatus.

CAPUT CLXXV.

De adverbio PERINDE.

* 1. *Perinde* absolute positum.

PERINDE pro *aeque* saepe solitarium est. Cic. I. fin. 21. *Vivendi artem tantam, tamque operosam et perinde fructuosam relinquat Epicurus?* Sollte Epicurus die so wichtige, mühsame und eben so nützliche Kunst zu leben fahren lassen? Planc. X. ep. Cic. 24. *Non perinde mihi turpe videtur.* Livius VIII, 17. Tacitus II. Ann. 63, 4. et XII, 41, 3, et IV. hist. 62, 4.

2. *Perinde ac; perinde-ac si; perinde-atque.*

Perinde usurpatur pro *aeque* vel *ita.* Jungitur autem saepe cum *ac, ac si, atque, ut.* Cic. V. Tusc. 3. *Philosophia non perinde, ac de hominum est vita merita, laudatur,* wird nicht so gelobet, als sie sich um das menschliche Leben verdient gemacht, nicht nach ihrem Verdienste gelobet. * Varro III, 8 de

de re ruſt. Cic. Partit. 24. *Quae perdifficilia ſunt, perinde habenda ſunt, ac ſi effici non poſſint.* Cæſ. III. B. C. 72. *Perinde ac ſi virtute viciſſent*, gleich als hätten ſie durch ihre Tapfferkeit den Sieg davon getragen. *Add. Cic. XI. ep. 27. et III. Att. 14. pro Marc. 4. *Vereor, ut hoc, quod dicam, non perinde intelligi auditu poſſit, atque ego ipſe cogitans ſentio.* Ich beſorge, es werde das, was ich ſagen will, im Hören nicht eben ſo verſtanden, als ich es in Gedanken empfinde. *Add. Liv. V, 42, et Cic. XVI. Att. 3.

3. *Perinde · ut*, pro *prout*. †

Perinde ut fere uſurpatur pro *prout*. Cic. IX. ep. 15. *Non perinde, ut eſt reapſe, ex literis id percipere potuiſti.* Id. III. Orat. 56. *Sed haec omnia perinde ſunt, ut aguntur.* Id. Brut. 50. *Haec perinde accidunt, ut eorum, qui audiunt, mentes tractantur.* Id. III. off. 33. *Habes a patre munus, Marce fili, mea quidem ſententia magnum, ſed perinde erit, ut acceperis.*

* 4. *Perinde ac*, vel *atque*, vel *ut*, pro *perinde ac ſi*.

Cæſar III. B. C. 60, 5. *Perinde ac ſatisfacere et fraudata reſtituere vellent, multis coëmtis equis, ad Pompejum tranſierunt.* Livius XXVIII, 38. *Romani Africam Scipioni, perinde ac debellatum in Italia foret, provinciam deſtinabant.* Id. VII, 3. Sueton. Neron. 15. *Nero ſententias tacitus ac ſecreto legens, quid ipſi placuiſſet, perinde atque pluribus idem videretur, pronunciabat.* Varro II. R. R. 1. *Perinde ut non aliquoties dicatur Romæ peperiſſe mulam*, eben als wenn man nicht zu Rom ſagte, daß eine Mauleſelin etliche mahl geworffen hätte. Id. V.

† Sic¹ pariter dicere licet *perinde · uti*. Cic. II. de Invent. 58. *Perinde uti quæque res erit, laboremus.*

L. L 7. *Cum* profanum *dicitur, id est perinde, ut sit fani factum.* Id. VIII L. L. 36. *Perinde ut non ea dicatur esse analogia, quæ a similibus verbis similiter declinatis similia declinat.*

* 5. *Perinde ac si*, pro *perinde ac.*

Columell. II, 7. *Nunc perinde, ac si temperatæ regioni præcepta dabimus.* (ubi tamen libri meliores *proinde ac si.*) Id. II, 8. *Quod sicco loco ingestum et inoccatum est, perinde ac si repositum in horreo non corrumpitur* Potest tamen hæc locutio declarari per ellipsin, *perinde ac si temperatæ regioni daremus* et *perinde ac si repositum esset.*

* 6. *Perinde ut-ita; perinde ut-sic.*

Cic. Cluent. 25. *Perinde ut opinio est de cujusque moribus, ita quid ab eo factum et non factum sit, existimari potest.* Livius VII. 5. VII, 6. Varro III. R. R. 17. *Perinde ut sacri sint pisces, ac sanctiores quam illi in Lydia: sic hos pisces nemo cocus in jus vocare audet.*

* 7 *Perinde utcunque-ita.*

Cic. II. Divin. 42. *Chaldæi verum esse censent, perinde utcunque temperatus sit aër, ita pueros orientes animari atque formari.*

*8 *Perinde ac si perinde*, rarum est.

Cic Rosc. Com 5. *Perinde ac si in hanc formulam omnia judicia legitima, omnia arbitria honoraria, omnia officia domestica conclusa et comprehensa sint, perinde dicemus.*

9 *Perinde-quasi*, vel *ne-tanquam.*

Perinde quasi est *perinde ac si.* Cic. III, Verr. 19. *Atque haec perinde loquor, quasi in eo sit iniquitas ejus reprehendenda.* Id. Cæcin. 21. *Perinde valebit, quasi urnati issimi fuerint*, wird eben so viel seyn, oder gelten,

gelten, als wenn sie mit Waffen aufs beste wären versehen gewesen. *Add. Ter. Heaut. I, 1, et Tacitus IV. Ann. 22, 3.

Livius IV, 3. *Et perinde valet, plebejusne consul fiat, tanquam servum aliquis consulem futurum dicat*, und es soll das, wenn ein gemeiner Bürger Consul werden soll, so viel heissen, als wenn man sagen wollte, daß es ein Sclav werden würde.

10 *Perinde-quasi* per ironiam.

Perinde-quasi sæpe ironiam continet. Cic. Mil. 7. *Perinde quasi Appius ille caecus viam munierit, non qua populus uteretur, sed ubi impune sui posteri latrocinarentur.* Id. I. Tusc. 36. *Metelli sperat sibi quisque fortunam, perinde quasi certi quicquam sit in rebus humanis.* Id. Milon. 7. *Perinde quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus vindicentur.* Id. I. Verr. 28. *Perinde quasi exscribendi potestatem non haberet.*

** 11. *Perinde-quam; tanquam si; prout.*

S. D. Sueton. 15. *Nulla re perinde commotus est, quam responso casuque Asceletarionis Mathematici.* *Add. Tacitus II. Ann. 1. extr. et II, 5, 3, et III, 31, 6, et IV, 20. extr. et VI, 30, 4, et XI, 10, 6, et XIII, 21, 3. Gellius XV, 29. *Hoc perinde est, tanquam si ego dicam.* *Add. Livius IV, 3. Plin. Paneg. *Meminerint perinde conjecturam de moribus suis homines esse facturos, prout hoc vel illud egerint.* Senec. ep. 89.

* 12. *Perinde-quam si* rarum est.

Tacitus XIII, 49, 3. *Cetera per omnes imperii partes perinde egregia, quam si non Nero, sed Thrasea regimen eorum teneret.* Id. I. Ann. 73, 4. *Jus jurandum perinde aestimandum, quam si Jovem fefellisset.*

* 13. *Perinde - et; perinde - que.*

Livius IV, 37. *Non perinde Patres moti sunt, et Sempronius, cui ea provincia forte evenit.* Tacitus II. Ann. 2, 6. IV. hist. 43, 2. Tacit. hist. V, 6, 6. *Periti imperitique nandi perinde attolluntur.*

** 14. *Perinde* pro *valde* †, cum *non.*

Suet. Galb. 13. *Quare adventus ejus non perinde gratus fuit.* Vall. II. Eleg. 50. Lin. libr. II. p. 135. Eidem tamen libr. VI. p. 431. videtur desiderari hic conjunctionem *quam* cum aliquo adjuncto.

15. *Perinde* cum positivo post superlativo, pro *æque.*

Plinius I. ep. 8. *Utilissimum munus, sed non perinde populare.* Id. II. ep. 1. *Funus Virgini Rufi, maximi et clarissimi civis, et perinde felicis.*

CAPUT CLXXVI.

De adverbio PLANE.

1. *Plane* pro *clare*, klar, hell.

PLANE idem est, quod *clare* et *aperte.* Cic. II. de fin. 5. *Epicurus, ut opinor, non vult plane et aperte loqui.* Id. II. fin. 3. *Sed tu istud dixisti bene latine, parum plane.* Id. VIII. Att. 16. *Explicari mihi tuum consilium plane volo, ut penitus intelligam.*

2. *Plane* pro *certe* vel *sane.*

Interdum usurpatur pro *certe* vel *sane.* Cic. I. Leg. 20. *Sed ego plane vellem me arbitrum inter antiquam Academiam et Zenonem.* Plaut. Mostell. *Ipsane est? Imo plane est.*

3. *Plane*

† Potius subintelligam ego *ac alia* (*ac debebat, futurus videbatur*) vel simile quid. Planc. X. ep. 24, 10. *Non perinde mihi turpe videtur*, eben nicht.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0598
DFG

3. *Plane* pro *omnino*.

Sæpe usurpatur pro *omnino*. Cic. XII. Att. 38. *Accepi Atticam plane belle se habere*, ich habe vernommen, daß sie sich vollkommen wohl befinde. Idem XIV. ep. 4. *Si te habeo, non mihi videbor plane periisse*, wenn ich dich bey mir haben werde, werde ich mich dünken lassen, daß es noch nicht ganz mit mir aus sey. Id. XVI. ep. 1. *Mihi placebat, ut te Leucadem deportares, ut tibi plane te confirmares*, daß du dich daselbst recht wieder erholest, (recht wieder zu Kräften kämest.) Id. III. Verr. *Nam iste eam, nisi plane nihil sapit, nunquam proferet*, wenn er nicht gar ein Narr ist. Id. Brut. 97. *Effice id, quod jam propemodum vel plane potius effeceras*, verrichte das, was du schon fast oder vielmehr gänzlich schon verrichtet hattest.

CAPUT CLXXVII.

De nomine PLERIQUE et adverbio PLERUMQUE.

* 1. *Plerique-alii*; *plerique multi-* et similia.

Livius XXVII, 3. *Erant pleraque tecta ex cratibus aut tabulis facta, alia arundine texta.* Add. Tacitus II. Ann. 42, 8, et IV. histor. 23, 3, et Ann. I, 29, 6. Cic. I. Invent. 36. *Multi nihil prodesse philosophiam, plerique etiam obesse arbitrantur.* Cic. II. Orat. 8. *Plerique temere ac nulla ratione causas in foro dicunt, nonnulli autem propter exercitationem aut propter consuetudinem aliquam.* Varro II. R. R. 5. *Pleræque boves pariunt in decem annos, quædam etiam in plures.* Tacitus II. Ann. 83, 7. et III. Ann. 16, 4. add. supra in *partim*.

* 2. *Adme-*

* 2. *Admonitio.*

Plerumque nomen pro *plurimum* rarius apparet; sed Livio tamen interdum usitatum est. (Itemque *plerique* pro *multis*, *plurimis*, sæpissime apud argenteæ ætatis scriptores inprimis Suetonium, quod tamen non est imitandum vid. Cæs. 52. Tiber. ult. et alibi.)

* II. *Plerumque - interdum; plerumque - nonnunquam.*

Livius XL, 46. *Ex infestis hostibus plerumque socii fideles, interdum etiam cives fiunt.* Cic. II. Nat. Deor. 27. *Diana adhibetur ad partus, quod ii maturescant aut septem nonnunquam, aut plerumque novem lunæ cursibus.* Colum. IV, 4. *Fossor obliquam vitem plerumque sauciat, et nonnunquam præcidit.* Id. IV, 30.

* 2. *Plerumque)(nunquam; plerumque - raro.*

Cic. I. Invent. 1. *Eloquentia sine sapientia nimium obest plerumque civitatibus, prodest nunquam.* Colum. VII, 4. *Tarentinum pecus raro foris, plerumque domi alitur.*

* 3. *Plerumque - sæpe; plerumque - semper.*

Cic. Orat. 51. *Id fit etiam ab antiquis, sed plerumque casu, sæpe natura.* Livius VII, 21. *Res difficillima tractatu, et plerumque parti utrique, semper certe alteri gravis.*

CAPUT CLXXVIII.

De adverbio PLUS * et PLURIMUM.

PLUS magis accedit ad nomen, quam *magis*; proinde non temere pro *magis* usurpandum est. Cic. Amic. 13. *Non verendum est, ne plus æquo in amicitiam congeratur*, mehr als recht ist. Id. IX. Att.

Att. 11. *recte non credis de numero militum. Ipso dimidio plus scripsit Clodia*, den halben Theil mehr.

** D. P. *Plus plusque* tamen declarat *magis magisque*. Cic. VI. Att. 2. *Pompejum plus plusque indies diligo.*

* Etiam *plus* solitarium pro *magis* ponitur interdum†. Cic. II. Leg. 2. *Istum, ubi tu es natus locum plus amabo posthac.* Id. I. Nat. D. 26. *Epicurus Xenocratem audisse non vult, credo plus nemini*, id est, nemini magis credo, Epicurum non fuisse discipulum Xenocratis. Plinius H. N. XVII, 18, *Qua locus ferax non erit, id plus concidito.* Cic. X. ep. 19, 4.

2. *Plus* pro *amplius*. ††

Sæpe autem usurpatur pro *amplius*. Cic. I. Nat. D. 35. *Molestum est, uno digito plus habere*, um einen Finger mehr haben ist verdrüßlich. Id. I. Phil. 3. *Plus una me nocte cupiens retinere non potuit.* Id. Sext. 39. *Tribunum plebis viginti vulneribus acceptis jacentem moribundumque vidistis.* Id. Rosc. Am. 27. *Is Romam multis annis non venit, neque unquam plus triduo fuit.* Id. Quint. 12. *At tecum anno plus vixit*, ist über (länger als,) ein Jahr bey dir gewesen.

** D. Idem hic observandum, quod supra in *amplius*. Ponitur enim *plus* pro *plures*, et subauditur particula *quam*. In quibusdam et per *diutius quam* exponi potest.

* 3. *Plus* de personis, pro *amplius*.

Cic. II. Quint. fr. ep. 14. *Ea comitia gratuita si fuerint, ut putantur, plus unus Cato fuerit, quam omnes*

† Sed considerate hæc talia imitanda sunt.

†† Cum hoc usu pene convenit locus Suetonii in August. 35. ubi per *sæpius* verti queat.

omnes legati omnesque judices. Cic. III. Verr. 3. *Is non tibi plus etiam, quam inimicus esse debeat?* Livius XLII, 8. *Nec enim plus decem millia hominum erant.* Id. XLII, 55. *Non plus quam trecenti erant equites in castris Romanis.* Liv. VIII, 25. *Samnitium plus, quam vellent, intra mœnia esse rebantur.* II. Philipp. 38. *Neque plus quam tres aut quatuor reliqui sunt.* Id. VII, 34. XXXIX, 38.

* 4. *Plus* quasi positum adjective rarissimum est.

Livius VIII, 4. *Quis dubitat, exarsisse Romanos, quum plus ducentorum annorum morem solveremus?* id est, morem vetustiorem ducentis annis. (Sed plus non refertur ad *morem*, verum ad numerum, ut n. 3.)

* 5. *Plus-plus.*

Celsus V, 29. circa princ. *Ex his alia sunt, in quibus plus medicamenta, alia in quibus plus manus proficit.*

* 6. *Plus plusque.*

Plaut. Aul. III, 3, 6, 10. *Plus plusque suspirent istuc.*

* 7 *Plus minus* pro *circiter* rarum est.

Hirtius VIII. B. G. 20, 1. *Castra non longius ab ea cæde abesse plus minus VIII. millibus passuum dicebantur.* Plinius XVI, 6. *Glandes continentur hispido calice, per genera plus minus cutem complectente.*

*Nonnunquam accedit conjunctio. Tacitus II. hist. 74, 5. *Est privatis cogitationibus regressus, et prout velint, plus minusve sumitur ex fortuna.* Livius III, 34. *Monuerunt, ut in medium, quid in quaque re plus minusve esset, conferrent.* Terent. Phorm. III, 3. *Quære obsecro, ne quid plus minusve faxit, quod nos post pigeat, Geta.* Celsus VII, 12. *Non est periculum, ne plus minusve præcidatur.*

* 8. *Plus*

* 8. *Pius satis; plus millies.*

Cic. XII. Att. 24. *Pusillum loci: ad hanc rem tamen plus etiam satis.* Terent. Eun. III, 1. *Plus millies jam audivi.* Et ita cum aliis adverbiis jungi potest *plus*, prætermissa etiam copula *quam*.

* 9. *Nimio plus; dimidio plus; tanto plus.*

Cic. X. Att. 8. *Te nimio plus diligo.* Livius I, 2. *Mezentius nimio plus quam satis tutum esset accolis, rem romanam crescere ratus est.* Id. II, 37. XXXIX, 40. *Simultates nimio plures et exercuerunt Catonem et ipse exercuit eas.*

Cic. III. Verr. 33. *Addicitur medimnis M M dimidio fere pluris, quam superiore anno.* Celsus VI, 6. *Chalcitidis aliquid et cadmiæ dimidio plus ex aceto simul conteruntur.* Id. VI, 11.

* Sic *uno plus*, Livius V, 30. *Legem una plures tribus antiquarunt, quam jusserunt*, es war eine Zunfft mehr, welche das Gesetz abgeschafft haben wollte, als derer waren, die darüber wollten gehalten wissen.

Cic. III, Verr. 50. *Dominus gaudet, quod tanto sibi plus mercedis ex fundo refectum sit.* Ibid. 54, et 97. *Tanto plus, quam erat ei concessum legibus, imperavit?* Id. V. Verr. 28. *Clamorem populi fore suspicabatur, cum tanto pluris abducti essent, quam relicti.* Liv. XXXIX, 44. *Ea decem tanto pluris, quam quanti essent, æstimabantur.* †

* 10. *Quod plus est*, was noch mehr ist.

Livius IX, 24. *Hoc adscensu vel tres armati quamlibet multitudinem arcuerint. Vos et decem numero, et, quod plus est, Romani Romanorumque fortissimi viri estis.*

11. *Plus*

† Ita dicimus etiam *multo plus*, cet.

11. *Plus quam; plus-quam quantum.*

Adſciſcit interdum *quam* et *quam quantum*. Cic. VI. ep. 1. *Ego habeo, cui plus quam tibi debeam, neminem.* Id. I. Orat. 24. *Exiſtimo, Craſſe, gratum te his eſſe facturum, ſi iſta expoſueris, quæ putas ad dicendum plus, quam ipſam artem prodeſſe.* Exempla paſſim reperias.

Cic. III. Verr. 23. *Iis plus frumenti imperabatur, quam quantum exararant*, hat ihnen mehr Getreyde zu geben auferlegt, als ſie gebauet hatten. Id. III. Orat. *Plus multo vidiſſe videntur, quam quantum noſtrorum ingeniorum acies intueri poteſt.* Id. VI. ep. ult. *Te intelligo plus conatum eſſe ſuſcipere reipublicæ cauſa muneris, quam quantum praeſtare potuiſſes.*

* 12. *Plures-quam quot; plus-quam quantum; plus-quam quod.*

Cic. III. Verr. 47. *Pluribus millibus medimnum venierunt decumae agri Leontini, quam quot millia jugerum ſata erant in agro Leontino.* Id. Planc. 22. *Queſtus es, plures te teſtes habere de Volitinia, quam quot in ea tribu puncta tuleris.* I. Orat. 36. *Alter plus lege agendo petebant, quam quantum lex in XII. tabulis permiſerat: alter iniquum putabat plus ſecum agi, quam quod eſſet in actione.* Livius XLI, 2. *Haud paulo ibi plus, quam quod ſecum ipſi attulerant Romani, terroris fecerunt.* Celſus I, 3. *Si plus eſt, quam quod concoqui poſſit, periclitari ne corrumpatur, non oportet.* Add. Tacitus H. I, 37, 6.

* 13. *Plus-quamſi.*

Cic. VII. Att. I. *Plus decrevit, quam ſi omnes decreviſſet triumphos.* XIV, 10. *Cogitata Cæſaris plus valent, quam ſi ipſe viveret.* Id. Planc. 27. Livius XXXVIII, 46.

14. *Non*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0604
DFG

14. *Non plus, quam, so wenig, als wenn.

Non plus quam comparationem quandam continet subobscuram. Cic. Amic. 13. *Angor iste, qui pro animo sæpe capiendus est, non tantum valet, ut tollat e vita amicitiam, non plus, quam ut virtutes, quia nonnullas curas et molestias afferunt, repudientur.* * Add. III. off. 23, et III. off. 33, et XV. ep. 21.

* Cic. pro Quint. 5. *Quod promisisset, non plus sua referre dicit, quam si, cum auctionem venderet, domini jussu quippiam promisisset.*

* 15. *Non plus quam* pro *nihil præter, tantum.*

Celsus præf. libr. I. *Medici rationales multa circumspiciunt, Empirici tantum facillima et non plus quam vulgaria.*

* 16. *Plusculum* pro *paulo plus.*

Cic. V. ep. 12. *Amori nostro plusculum etiam quam concedit veritas, largiare.* Id. II. Orat. 24. *Deducamus eum ad eas causas, in quibus plusculum negotii est.* Add. Columell. XII, 50. et XII, 54. Terent. Phorm. IV, 3.

* 17. *Plures - aliqui; plures - quidam.*

Plinius XI, 16. *Apum coitus visus est nunquam. Plures existimavere confici ex floribus compositis apte atque utiliter. Aliqui coitu unius.* Tacitus hist. I, 52, 2. *Redditi plerisque ordines, remissa ignominia, allevatæ notæ: plura ambitione, quædam judicio.*

*II. *PLURIMUM* iteratur.

Interdum duplicatur. Cic. I, off 15. *Primum illud est in officio, ut ei plurimum tribuamus, a quo plurimum diligimur.* Columell. V, 6. *Hi plurimum fructus afferunt, sed plurimum matri nocent.*

* 2. *Plurimi - aliqui - pauci.*

Plinius H. N. XIX, 7. *Semina plurimis rotunda, aliquibus oblonga, paucis foliacea et lata.*

* 3. *Plurima*)(*pauciſſima.*

Columell. VIII, 14. *Supponuntur gallinis hujus generis ova, ſicut pavonina, plurima quinque, pauciſſima tria*, zum höchſten fünf, zum wenigſten drey.

* 4. *Plurimum pro ut plurimum.* Nepos Chabr. III, 4 et 5.

* 5. *Ut plurimum*, meiſtentheils.

Palladius Februar. 26. *Porca, qui pabula ſuppetunt, ut plurimum ſex nutrire debet fœtus.* Cic. leg. II, 14.

CAPUT CLXXIX.

De adverbio PORRO.

1. *Porro* proprie eſt δεῦτε, *ultra locum, quo quis verſatur.* Plaut. Rud. III, 2, 1. *Porro Cyrenenſes populares, veſtram ego imploro fidem.* Laber. apud Macrob. II. Sat. 7. *Porro Quirites, libertatem perdimus.* Priapej. 25. *Porro Quirites.* Erat formula invocantium auxilium obviorum in ſubita vi. Vide Gronov. ad Grot. de J. B. I, 5, 2. Adde Varron. L. L. V, 7.

2. *Porro* pro *ultra, longius, latius.*

Nonnunquam ponitur pro *ultra.* Livius I, 7. *Ex loco infeſto agere porro armentum occæpit Hercules*, hat angefangen das Vieh aus dem unſichern Ort weiter zu treiben. Cic. IV. finib. 27. *Perge porro: nam de iſto magna diſſenſio eſt.* *Livius IX, 2. *Aut eadem, qua te inſinuaveris, retro via repetenda; aut ſi ire porro pergas per alium ſaltum arctiorem impeditioremque repetendum.*

3. *Porro*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0606
DFG

3. Porro est *deinde*, *postea*, ἔπειτα.

Terent. Andr. III, 4. *Move ocius te, ut quid agam, porro intelligas*, eile, damit du ferner hören könnest, was ich thun wolle. Id. I. Verr. 32. *Verres circumsessus est ab hominibus, et natura, et consuetudine et disciplina lenissimis: porro autem populi Romani conditione sociis, fortuna servis*, ferner aber, über dieses. Id. II. Verr. 3. *Sic porro nostros homines diligunt* cet. ferner lieben sie unsere Leute dergestalt. * Add. Terent. Phorm. V, 9, et Livius XL, 36.

4. *Porro* pro *autem*, δὲ vel δή.

Sæpe pro *autem* usurpatum continuat otationem. Cic. Milon. 9. *Occurrebat, mancam ac debilem præturam suam futuram, Consule Milone: eum porro summo consensu populi Romani consulem fieri videbat*, αὐτὸν δὲ, über das merkte er. Id. Planc. 33. *Nihil porro tam inhumanum.* Id. V. Verr. 22. *Age porro tu, qui te tam religiosam existimari voluisti interpretem fœderum*, wohlan, weiter. Id. Quint. 8. *Clamabat porro ipse Quintius sese nolle satisdare.* Id. I. Att. 4. *Porro autem neque mihi accidit, ut haberem, qui in Epirum proficiscerentur, neque dum te Athenis esse audiebamus.* Add. Cic. Dom. 51. et II. fin. 9.

CAPUT CLXXX.

De præpositione POST.

POST, quoties casum regit, præpositio est, cui *ante* opponitur. Cæs. VII. B. G. 88. *Repente post tergum equitatus cernitur*, hintenauf den Rücken, hinter den Rücken. * Add. Cic. II. ep. 5, et Livius IV, 18, et Cæsar, B. G. II, 9, 3. et II, 19, 3.

* Additur *post* etiam iis verbis, quæ motum significant. Hirtius B. Afr. 18, 5. *Hostes post collem dejicere*, hinter den Hügel.

* 2. *Post* de ordine rerum.

Cum series rerum, quarum aliæ aliis sunt ignobiliores, enarratur, *post* adhibetur interdum. Celsus II, 18. *Piscium gravissimi sunt, ex quibus salsamenta quoque fieri possunt, qualis lacertus est, deinde qui, quamvis teneriores, tamen duri sint, aurata, corvus, sparus, oculata: tum plani, post quos etiam leviores, lupi mullique, et post hos omnes saxatiles.* Et mox: *Aqua levissima pluvialis est, deinde fontana, tum ex flumine, tum ex puteo, post hæc ex nive aut glacie: gravior his ex lacu.*

* 3. *Post* de tempore.

Plerumque ad tempus accommodatur. Cic. VI. Att. 1. *Hic magistratus multis annis post decemviros institutus est.* Id. Rosc. Am. *Aliquot post menses is occisus est.* Livius V, 29. *Annum post quintum decimum creati consules.*

*4. *Post* cum nominibus personarum de tempore. †

Cic. IX. ep. 14. *Dolabellam post te consulem solum possumus vere consulem dicere.* Id. II. Phil. 38. *Nuper fixa tabula est, qua statuitur, ne post Brutum proconsulem sit Creta provincia.* Id. IV. Tusc. 3. *Post Amafamium multi ejusdem æmuli rationis multa scripserunt.* Id. IV. Acad. 1. Livius XLIII, 14.

* 5. *Post* cum aliis nominibus de tempore. (Germ. seit.)

Cic. Act. I. Verr. 16. *Vident homines, adhuc post legem tribunitiam unum senatorum vel tenuissimum esse damna-*

† Hæc observatio jam continetur in exemplo primo observationis proxime superioris, sed proprium locum mereri visa est.

damnatum. Et mox: *Constat inter omnes, post hæc judicia, quibus nunc utimur, nullum hoc splendore concilium fuisse,* daß seit der Zeit, daß wir uns dieser Gerichte bedienen, keine so ansehnliche Versammlung gewesen sey. Id. I. Verr. 7. *Constat, post hunc statum populi Romani, quo nunc utimur, simili splendore et dignitate concilium nullum fuisse.* Livius XXXIX, 51. XXXVIII, 9. et XLII, 28.

6. *Post* cum participio præteriti temporis.

Eleganter copulatur cum participio præteriti temporis. Cic. de Arusp. resp. 8. *Meam domum unam Senatus post hanc urbem constitutam ex ærario ædificandam putavit,* mein Haus ist, so lang Rom gestanden, das einige, welches der Rath aus der Casse hat aufbauen lassen. Ibid. 7. *Nego unquam post sacra constituta ulla de re tam frequens collegium judicasse.* Id. IV. Catil. 7. *Causa est post urbem conditam hæc inventa sola, in quo omnes sentirent unum atque idem.* Id. I. Divin. 44. *Id sexennio post Vejos captos factum esse videmus.* Add. id. VIII. Att. 16. et X, 4. (Elegantia non est in particula, sed in participio pro substantivo, *constituta sacra* pro, *constitutio sacrorum.*

7. *Post homines natos; post hominum memoriam.*

Huc illa pertinent *post homines natos; post hominum memoriam.* Cic. in Brut. 62. *Longe post homines natos improbissimus C. Servilius Glaucia.* Id. Milon. 26. *Unius post homines natos fortissimi viri magnitudinem animi desideras,* seit der Zeit, da Menschen gewesen. Id. de opt. gen. orat. 6. *Optimus longe post homines natos.* Id. Balb. 10. *Post genus hominum natum pauci reperti sunt, qui* cet.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0609
DFG

Cic. Piſo. 27. *Inſtant poſt hominum memoriam apparatiſſimi magnificentiſſimique ludi.* Id. II. Catil. 13. *Bellum inteſtinum ac domeſticum poſt hominum memoriam crudeliſſimum et maximum.* Id. V. Verr. 17. *Quod nemo unquam poſt hominum memoriam fecit*, bey Menſchen-Gedenken. Add. Id. X. ep. 16, et XI ep. 5.

* 8. *Poſt* etiam interponitur nominibus, quæ regit.

Liv. XLI, 25. *Proxenus paucos poſt dies ab uxore veneno eſt ſublatus.* Id. XXXVIII, 12. Id. XXXI, 24. *Paucas poſt horas.* Suet. Tib. 39, et Calig. 14.

* 9. *Poſt* ſubjicitur nominibus, quæ regit.

Livius XLII, 10. *Fulvius ædem Fortunæ Equeſtris annos ſex poſt quam voverat, dedicavit.* Sed hic uſus rariſſimus eſt.

* Ab hoc uſu diſcernendus eſt ille, qui ex hiſce elucet exemplis. Livius XXXI, 5. *Bellum cum Philippo initum eſt, paucis menſibus poſt pacem Carthaginienſibus datam.* Id. XXVII, 20. *Paucis poſt prælium factum ad Bæculam diebus.* Id. XXVII, 34. *Octavo ferme poſt damnationem anno, conſules reduxerant eum in urbem.*

* 10. *Poſt dies - ut.*

Colum. II, 11. *Paucos poſt dies, ut medica cœperit fruticare, omnes alterius generis herbas eruncato.*

* 11. *Poſt quæ*, pro *poſt ea*, rarum eſt.

Celſus IV, 2. de deſtill. *At ſi æque tenuis die quarto pituita eſt, vel nares æque clauſae videntur, aſſumendum eſt vinum amineum auſterum, deinde rurſus biduo aqua: poſt quae ad balneum et ad conſuetudinem revertendum eſt.* Et mox: *Ubi in balneum ventum eſt, multa aqua calida caput et os fovere usque ad ſudorem, tum ad vinum redire oportet: poſt quae*

vix

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0610
DFG

vix fieri potest, ut idem incommodum maneat. Id. V, 27. *Is si febre vacat, in calidum balneum mittendus, si non vacat, ungendus ex calefacientibus est. Post quae quies ei necessaria est.*

12. *Post* præpositio cum *quam.*

Præpositio *post* interdum assumit *quam.* Cic. IX. Att. 12. *Hoc scribis post diem quartum, quam ab urbe discessimus.* Id. Milon. 16. *Post diem tertium gesta res est, quam dixerat,* es ist drey Tage darauf, nachdem er es gesagt, geschehen. *Add. Col. XII, 21. et Cic. VI. Att. 3, et XVI. epist. 21, et Nepos Arist. 3, itemque Dion. 3. Sallust. Jugurth. 102. Cic. Milon. 16. extr.

* 13. *Multo post* vel *paulo post* cum accusativo.

Livius XL, 58. *Haud multo post famam mortis Philippi neque Thraces commercio faciles erant, neque Bastarnae emto contenti esse poterant.* Cæsar B. G. IV, 36, 3. *Ipse paulo post mediam noctem naves solvit.* Videtur prætermissum esse *tempore.*

* 14. *Post-deinde.*

Livius V, 41. *Post principum caedem, nulli deinde mortalium parci, diripi tecta, exhaustis injici ignes,* nach dem Mord der Vornehmsten wurde ferner keines Menschen geschonet.

* 15. *Post hæc deinde,* per pleonasmum.

Columell. III, 4. *Post haec deinde meminerit vinitor accurate locum vineis deligere.*

* 16. *Post hæc* et *post hoc* pro *postea,* argenteæ ætatis est.

Celsus I, 2. *Post haec paulum conquiescere opus est.* Id. I, 3. *Post haec omnibus fatigatis aptum est cibum sumere, eoque humido uti.* Id. VI, 6. et VII, 7. Colum. XII, 2, et XII, 38. Palladius I, 15.

Tacitus III, 16, 7. Columell. XII, 43. *Post haec opercula superponi oportet, et oblini grasso gypso.* (17. *Post* pro *secundum*, *si discesseris ab.*)

Claudian. Bell. Get. v. 4. *Solus post numina Tiphys incolumen, tenui damno servasse carinam fertur.*

CAPUT CLXXXI.

De adverbio POST.

POST adverbium nullum casum regit, etsi saepe jungitur cum ablativo temporis. ic. Brut. 91. *Ita non modo exercitatior, sed prope mutatus Romam recepi me biennio post.* Id. II. Divin. 33. *Anno post Paulus auspiciis paruit.* Id. I. ep. 9. *In Sardinia Pompejus fratrem meum paucis post diebus, quam Luca discesserat, convenit.* Id. Flacc. 23. *Pecunia recuperata est multis post annis*, das Geld hat man viele Jahre hernach wieder bekommen.

2. *Admonitio.*

Post, quoties ablativo jungitur, adverbium est. Neque enim casus ille a *post* regitur, sed absolute ponitur, quippe ablativus temporis†. Semper autem aut postponitur, ut *paucis diebus post*, aut interponitur, ut *paucis post diebus.*

*Auctor recte monet, adverbium *post* aut interponi aut postponi; spectat enim, ut suspicor usum Ciceronis, qui perpetuo vel interponit vel postponit. Sed alii scriptores eam consuetudinem non semper sequuntur. Livius XL, 47. *Legati post paucis diebus alios decem legatos secum adduxerunt.* Id. XL, 57. *Nam post paucis diebus gens Bastarnarum*

† Hic ablativus temporis regitur a subintellecta praepositione. Vide Sanctium in Minerv. et Grammaticam nostram latinam in ellipsi.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0612
DFG

rum diu sollicitata, Istrum trajecit. Id. XXXII, 5. *Ipse post paucis diebus graviore secutus agmine, maxime idoneum ad muniendum locum credidit esse praeter amnem Aoum.*

* 3. *Anno post*, pro *uno anno post.*

Cic. Brut. 43. *Omnibus quidem aliis in magistratibus, sed tribunus anno post fuit Crassus.* Id. Brut. 60. *Eas res idem Cæsar anno post, et deinceps reliquis annis administravit in Gallia.* Livius II, 16. *Valerius princeps belli pacisque artibus anno post moritur.* Id. VII, 38.

* 4. *Paulo post*, usitatissimum est.

Cic. XVI. ep. 5. *Malo te paulo post valentem, quam statim imbecillum videre.*

* 5. *Post paulo; post aliquanto: post non multo* rara sunt.

Livius V, 55. *Senatus post paulo in curia habebatur.* II, 31. *Cum Aequis post aliquanto pugnatum est.* Frequentius est *aliquanto post:* subintelligitur autem *tempore.* Nepos Pausan. 3. *At ille post non multo sua sponte ad exercitum rediit.* Huc refer illud ejusd. Cimon. 3. *Post neque ita multo in Cyprum cum ducentis navibus imperator missus, in oppido Citio est mortuus.*

* 6. *Post deinde* per pleonasmum.

Columell. V, 6. *Post deinde si ulmus exiguum incrementum recipit, verno tempore, antequam liberum demittat, decacuminanda est juxta ramulum, qui videbitur nitidissimus.*

7. *Post, ubi; post-ut.*

Interdum assumit *ubi* vel *ut.* Sallust. Catil. 10. *Post, ubi contagio quasi pestilentia urbem invasit,* darnach, wie die Sucht, wie eine Pestilenz, in die

Stadt eingeriſſen. *Ad. Cic. VI. Verr. 46, et Ovid. IV. faſtor. Salluſt. Catil. 16. et 47. Jugurth. 14. et 33, et 106. Cic. Or. 8. *Poſt ſenſim incedens Demoſthenes, judices ut vidit ardentes, exultavit audacius.*

* 8. *Poſt, cum; poſt, ſi.*

Cic. Cluent. 24. *Poſt, cum eſſet Scamander unus Staleni ſententia abſolutus, acrioribus ſaluti ſuae remediis ſubveniendum putavit Oppianicus.* Id. Mur. 13. *Mihi videntur plerique initio multo hoc maluiſſe: poſt, cum id aſſequi non potuiſſent, iſtuc potiſſimum ſunt delapſi.* Roſc. Am. 30. *De Capitone poſt viderimus, ſi quemadmodum paratum eſſe audio, teſtis prodierit.*

* 9. *Poſtmodo* et *poſtmodum.*

Ovidius Art. I, 486. *Inſequere et voti poſtmodo compos eris.* Terent. Hecyra II, 1, 11. *Me abs te immerito eſſe accuſatum, poſtmodo reſciſces.*

Poſtmodum eſt apud Livium.

* 10. *Die poſt, quam.*

Cic. XIII. Att. 1. *Undecimo die poſtquam a te diſceſſeram, hoc literularum exaravi,* Id. XIII. Att. 4. *Filius anno poſt quaeſtor fuit, quam Conſul Munius.* Livius XLIV, 2. *Conſul profectus decimo poſt die, quam exercitum acceperat, caſtra movit.* Id. XLV, 1.

11. *Poſt quam.*

Poſt ſæpe adſciſcit *quam.* Cic. XII. Att. 48. *Herî non multo poſt, quam tu a me diſceſſiſti, urbani quidam ad me literas attulerunt.* XIII. 30. *XIV annis poſt praetor factus eſt Tuditanus, quam conſul Memmius.* *Add. id. V, 20, et VI, 3.

12. *Poſtquam* cum *illico, extemplo, repente.*

Poſtquam adſciſcit interdum *illico, extemplo, repente,*

pente, aut aliquid ejusmodi. Terent. IV, 1. *Sed postquam adspexi, illico cognovi.* *Id. Hecyr. III, 3, et Andr. III, 2, et Plaut. Cistell. I, 3. Terent. Hecyr. III, 3. *Postquam introii, extemplo ejus morbum cognovi miser.* *Add. Livius XXIX, 22, et IX, 32, et VI, 22. *Livius IX, 31. *Hostium exercitus postquam intrasse Romanos vidit saltum, repente exortus cum clamore incautos invadit.*

* 13. *Postquam* cum *continuo, protinus.*

Cic. Cluent. 63. *Larinum postquam venit, instructam ei continuo et ornatam Larini medicinae exercendae causa tabernam dedit illa.* Hirtius B. Afr. 85, 4. *Hi postquam adverterunt, neminem esse ibi praesidio, protinus armis abjectis, in regia castra fugere contendunt.* Val. Maxim. V, 4. n. 3.

* 14. *Postquam tum, tum vero, tum demum.*

Cic. I. Invent. 2. *Postquam commoditas quaedam sine ratione officii dicendi copiam consecuta est: tum ingenio freta malitia pervertere urbes et vitas hominum labefactare assuevit.* Colum. XII, 3. *Hoc postquam omnia secrevimus, tum suo quaeque loco disposuimus.* Livius I, 54. XXII, 48, XXV, 10, et XXVII, 27. III, 66. *Postquam ibi nemo vindex occurrebat, tum vero exultantibus belli auctoribus ad moenia ipsa Romae populabundi regioni portae Esquiliae accessere.* Ovidius VII. Metamorph. 4. Sallust. Jug. 106. extr. Livius XXX, 10. *Cum diu stetissent, postquam nihil moveri ab hostibus viderunt, tum demum onerarias aggrediuntur.*

* 15. *Postquam - ibi demum; postquam - tunc.*

Terent. Hecyr. I, 2. *Pamphilus postquam videt paratas nuptias, ibi demum ita aegre tulit, ut ipsam Bacchi-*

Bacchidem ejus commiserescceret. Plin. VII, 54. *Postquam longinquis bellis obrutos erui cognovere, tunc institutum*, die Römer haben damahls erst angefangen die todten Leichname zu verbrennen, als sie gesehen, daß man die Todten wieder aufgrübe. Livius XLV, 3. *Postquam superatos saltus transgressosque in Macedoniam Romanos Rhodii audiebant, tunc legationem miserunt.*

* 16. *Post*)(*nunc.*

Post et *nunc* opponuntur. Terent. Hecyr. IV, 3. *Istuc est sapere, qui ubicunque opus sit, animum possis flectere, quod faciendum sit post fortasse, idem hoc nunc si feceris.*

* 17. *Post* omissum. †

** *Post* supprimitur interdum in temporis notatione. Vall. III. Eleg. 53. Goclen. p. 190. obs. Livius III. *Quadringentesimo anno, quam urbs Roma condita erat.* Linac. VI. p. 417.

* 18. *Post* tralate.

Sallust. Catil. 23. *Ubi periculum advenit: invidia atque superbia post fuere.*

CAPUT CLXXXII.

De adverbio POSTEA.

Jungitur interdum *postea* cum interrogatione. Terent. Hecyr. III, 1. *Quid tum postea?* Cic. Muren. 12. *Cedo, quid postea?* sage an, was mehr? Add. Id. Rosc. Am. 29, et 33. Livius IV, 4. Terent. Eun. II, 3. (Interponitur hæc formula narrationibus, ad exprimendam cupiditatem audiendi et cognoscendi exitus, vel impatientiam moræ in cognoscenda re et eventu.

2. *Postea*

† Vide infra *quam.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0616
DFG

2. *Postea quam; postea vero quam.* †

Postea sæpe adscisicit *quam.* Cic. X. ep. 1. *Postea quam de medio cursu reipublicæ sum voce revocatus,* nachdem ich mitten von der Reise zurück beruffen worden bin. Add. II. ep. 18, et IV. ep. 3, et II. off. 1. Cic. V. ep. 2. *Postea vero quam profectus es, velim recordere, quæ ego de te in Senatu egerim.* *Add. III. ep. 7.

* 3. *Postea - quam - inde.*

Livius XXIII, 17. *Pœnus posteaquam obstinatos vidit, obsidere inde atque oppugnare parat.* Idem XXXII, 23. *Posteaquam uno animo omnes et Macedones tanquam communem patriam tuebantur; omnis inde spes pugnantibus in vi et armis et operibus erat.*

* 4. *Posteaquam - tamen.*

Cic. I. Divin. 15. *Posteaquam a Cæsare tetrarchiæ regno pecuniaque multatus est Dejotarus: negat se tamen eorum, quæ sibi ad Pompejum proficiscenti secunda evenerint, pœnitere.*

5. *Posteaquam - repente.*

Posteaquam adscisicit interdum *extemplo, repente, illico, statim* aut aliquid ejusmodi. * Livius I, 6. *Numitor posteaquam juvenes perpetrata cæde pergere ad se gratulantes vidit, extemplo advocato concilio, scelera in se fratris ostendit.* Cic. V. Verr. 41. *Hæc posteaquam acta aut constituta sunt, procedit iste repente ex Prætorio.* * Add. Livius XXXI, 42, et XXIII, 20. Cic. V. Verr. 37. *Posteaquam inanem locum offenderunt illi, statim sine ullo metu in portum ipsum penetrare cœperunt.* Id. V. Verr. 69. Id. Vatin. 2. (In his *repente* et *statim* nullam habent conjunctionem cum particula *posteaquam.*

* 6. *Postea-*

† Possunt etiam alia vocabula intercedere inter *postea* et *quam* Vid. c. CLXXVII. n. 10.

*6. *Posteaquam-tum*; *posteaquam-tum vero*, vel *tum demum*.

Cic. III. Tusc. 17. *Posteaquam Tyrum venerunt, tum lamentari cœperunt.* Verr. II, 29. *Postquam ad causam dicendam ventum est, tum vero sine metu, sine cura omnes erant.* Livius XXXVIII, 48. *Posteaquam Gallos indomitos atque implacabiles cernebam, tum demum vi atque armis coercendos ratus sum.*

*7. *Postea-cum*; *postea-ubi*.

Cæsar II. B. C. 17, 3. *Varro se nullam in partem movebat. Postea vero, cum Cæsarem ad Massiliam detineri cognovit; se quoque ad motum fortunæ movere cœpit.* Cic. II. Nat. D. 35. *Homines postea, cum vidissent, motus mundi finitos et æquabiles; intelligebant inesse aliquem rectorem et moderatorem.* Id. Cluent. 67. Columell. XII, 26, et 50. Livius V, 54, et XXIX, 22. Sueton. Aug. 94. Cato 156. *Postea, ubi incipiet fervere, paulisper dimittito usque ad modum, dum quinque numeres.*

*8. *Postea*)(*ante*; *postea*)(*nunc*.

Plinius H. N. XXII, 22. *Fraxini folia nec postea nascentia nec ante decidentia.* Liv. V, 4. *Id consilium quam utile sit, postea edisseram: nunc de ipsa conditione militantium dicere libet.* II. 9. *Nec quisnam unus malis artibus postea tam popularis erat, quam tum bene imperando universus Senatus fuit.* Id. H. N. XXXI, 25.

*9 *Postea deinde*, per pleonasmum.

Celsus VII, 8. *Ubi aures perforatæ sunt et offendunt, trajicere id cavum celeriter caudente acu satis est, postea deinde imponere id quod purget, tum quod eum locum repleat et sic cicatricem inducat.*

10. *Admonitio.*

** S. D. Pro *postea* Comici quoque *post id* dixerunt

runt et *post illa.* Plaut. Casin. *Post id cum lassus fueris et famelicus noctu ut condigne te cubes, curabitur.* Id. Curc. *Nunquam post illa vidi.* Terent. Phorm. *Post illa jam, ut lubet, ludas licet.* Hoc et ad Arrium Catullus usus est. Fabric. ad Terent. p. 861. Linac. p. 388. lib. VI.

II. *Postea* de gradibus præstantiæ.

Plinius H. N. XVII, 16. *Fertilissima omnium inoculatio, postea emplastratio.* Et paulo ante: *Capacissima insitorum omnium dicitur platanus postea robur.* Ibid. 22. *Optimum autem, matrem esse firmam, postea fœtum audacem.*

CAPUT CLXXXIII.

De adverbio POSTERIUS, *POSTREMO ac POSTREMUM.

I. POSTERIUS pro *postea* usitatum est, contrarium enim habet *prius*, et ad tempus refertur. Cic. IV. Verr. 29. *Jubet iste posterius illos ad se reverti*, er befiehlt ihnen, hernach wieder zu ihm zu kommen. Id. Brut. 83. *Ipse Thucydides si posterius fuisset, maturior fuisset et mitior.* Id. I. Leg. *Sed haec posterius.* Id. Quint. 5. *Posterius, inquit, ista videbimus: nunc* cet. *Cic. VI. Att. 1, et Cluent. 38.

II. POSTREMO.

Postremo in enumeratione ultimum locum occupat. Cic. II. off. 24. *Valetudo sustentatur notitia sui corporis et observatione, quae res aut prodesse soleant, aut obesse: et continentia in victu omni atque cultu corporis tuendi causa, et praetermittendis voluptatibus: postremo arte eorum, quorum ad scientiam*

haec

pertinent. Id. III. off. 8, et off. II, 6. Salluſt. Jugurth. 3. init. et 31. Roſc. Amer. 26 et 31. Vide ſupra *Denique.*

* 2. *Per multos dies - poſtremo.*

Livius XLII, 25. *Cum ad regem perveniſſent legati, per multos dies conveniendi ejus poteſtas non eſt facta: poſtremo, cum deſperato jam colloquio profecti eſſent, tum demum ex itinere revocati ſunt.*

* POSTREMUM zum letzten mahl.

Terent. Andr. II, 1. *Si id facis, hodie poſtremum me vides,* ſiehſt du mich heute das letzte mahl. Cic. V Verr. 45. *Id poſtremum parentes ſuos liberi orabant, ut levandi cruciatus ſui gratia pecunia lictori daretur,* dieſes baten die Kinder ihre Eltern zu guterletzt. (H. l. *poſtremum* adjective eſt, referturque ad *id.*) Add. Livius II, 15.

CAPUT CLXXXIV.

De adverbio POSTHAC.

POSTHAC idem eſt, quod *in poſterum.* Contrarium habet *antehac.* Cic. VII. ep. 27. *Poſthac igitur erimus cautiores,* hinführo wollen wir behutſamer ſeyn. Id. II. Philipp. 31. *Caput autem literarum, ſibi cum illa mima poſthac nihil futurum.* Id. IV. Catil. 9. *Id ne unquam poſthac non modo confieri, ſed ne cogitari quidem poſſit, nobis hodierno die providendum eſt,* damit dieſes niemahls hinführo nicht nur nicht geſchehen, ſondern auch nicht einmahl gedacht werden könne. Id. II. ep. 19, *Poſthac ad te, aut ſi perfidelem habebo, eidem, ſcribam omnia plane: aut ſi obſcure ſcribam, tu tamen intelliges.*

* 2. *Poſthac*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0620
DFG

*2. *Posthac*)(*ante. Posthac*)(*nunc.*

Cic. VII. Att. 3. *Sed in hoc genere non accusabimur posthac: neque ante negligentes fuimus, sed amicorum multitudine occupati.* Terent. Andr. III, 5. *Posthac incolumem sat scio fore me, hoc nunc si devito malum.*

CAPUT CLXXXV.

De præpositione PRAE.

PRAE est *ante.* Cic. II. Phil. 12. *Ille, qui stillantem præ se pugionem tulit, is a te honoris causa nominatur?* der den von Blut triefenden Dolch öffentlich trug, frey hinhielt. Columell. I, 5. *Villa a tergo potius, quam præ se flumen habeat.*

2. Illa per translationem. Cic. II. off. 11. *Id difficile est, nisi speciem præ te boni viri feras;* wenn man nicht den Schein eines ehrlichen Mannes hat; wenn man sich nicht so erweiset, als ein redlicher Mann pfleget. Id. II. ep. 1. *Præ te ferebas perspectum mihi quidem, sed tamen dulcem et optatum amorem tuum.* Id. II. N. D. 18. *Vellei, noli quæso præ te ferre, nos plane expertes esse doctrinæ,* thue doch nicht, als wenn wir gar nichts verstünden. Id. II. Agr. 2. *Vocem vivam præ vobis indicem vestrarum erga me voluntatum et studiorum tulistis.*

3. *Præ* in comparatione.

Præ sæpe usurpatur *in comparatione.* Terent. Eunuch. II, 2. *Hic ego illum contemsi præ me,* habe ihn vor mir verachtet. Cic. II. Agr. 35. *Illi Romam præ sua Capua irridebunt,* sie werden Rom gegen ihr Capua verlachen. Id. Rosc. Am. 46. *Videtis, judices, ut omnes despiciat, ut hominem præ se neminem putet,* wie er niemand neben sich für einen

Menschen halte; daß er meyne, es sey kein anderer Mensch als er. Id. II. Verr. 16. *Tu Verres, ausus es pro nihilo præ tua præda tot res sanctissimas ducere.* Ibid. 64. *Omnium minas atque omnia pericula præ salute sua levia duxerunt*, sie haben gegen ihr Heil alle Gefahr gering geschätzet. Id. IV. ep. 4. *Videris non tu quidem vacuus molestiis, sed præ nobis beatus.* Id. Rabir. Perd. 5. *Quæ si in illo minima fuissent, tamen prae tuis facultatibus maxima putarentur.* Act. I. Verr. 13. *Res haec est ita populo grata, ut ipse consul in hac causa prae me minus etiam, quam privatus esse videatur.*

4. *Præ* pro *propter.*

Sæpe usurpatur pro *propter.* Terent. Heaut. II, 3. *Prae gaudio, ita me dii ament, ubi sim, nescio*, ich weiß, so wahr mich die Götter lieben, vor Freuden nicht, wo ich bin. Plaut. Amphitr. I, 1. *Neque miser commovere me possum prae formidine.* Cic. I. Tusc. 42. *Solem prae sagittarum multitudine non videbitis.* Id. VI. Att. 5. *Prae cura jocari non poteram*, vor Sorge konnte ich nicht scherzen. Id. II. Verr. 40. *Verres prae cupiditate officii sui rationem non habet.* Id. IX. Att. 14. *Non medius fidius prae lacrymis possum reliqua nec cogitare nec scribere.* Ib. XI, 7. *Prae fletu et dolore.*

5. *Præut.*

Praeut est *in comparatione.* Plaut. Amph. I, 1. *Parum etiam, praeut futurum est, praedicas*, du sagest noch wenig gegen dem, das geschehen wird. Ter. Eun. II, 3. *Ludum jocumque dices fuisse illum alterum, praeut hujus rabies quae dabit*, was jener gethan hat, ist ein Kinderwerk gegen dessen Wüten und Rasen. * Plaut. Bach. IV, 9, 5.

6. *Præ*

6. *Præ quod*, *Præ quam* non sunt imitanda.

** S. D. Invenitur et *prae quod* ac *prae quam*. Plaut. Stich. II, 2. *Omnes res relictas habeo, prae quod tu velis.* Gellius XVI, 1. *Laxioribus paulo longioribusque verbis comprehensa est, prae quam illud Graecum.* *Add. Plaut. Amphit. II, 2, et Aulul. III, 5, 33.

*CAPUT CLXXXVI.

De adverbio PRAECIPUE et PRAESERTIM.

(*Præcipue* pro proprie et præter alios, opp. *communiter.*)

* 1. *Præcipue* pro *inprimis*, *magisquam ceteros.*

Cic. VI. ep. 2. *Nihil est praecipue cuiquam dolendum in eo, quod accidat universis.* Cic. XIII. ep. 33. *Vereor, ne, quia complures tibi praecipue commendo, exaequare videar ambitione quadam commendationes meas.* Id. II. ep. 6 et IV. ep. 14.

* 2. *Præcipue*, *quod.*

Cic. IV. Verr. 47. *Est aliqua mea pars virilis, quod ejus civitatis sum, quam ille illustrem reddidit, praecipue quod in his artibus pro mea parte versor, quarum ille princeps fuit.*

* 3. *Præcipue si* rarum est†, zumahl wenn.

Plinius H. N. XXV, 5. *Veratrum album optimum quod celerrime movet sternutamenta, sed multum terribilius nigro, praecipue si quis apparatum poturorum apud antiquos legat, contra horrores, strangulatus* cet.

* 4. *Præcipue*, *deinde.*

Senec. epist. 15. *Hanc valetudinem praecipue cura, deinde et illam secundam.*

† Frequentius est *præsertim si.*

* 5. *Præcipue-meriti ſequentis-tertium.*

Palladius I, 10. *Arenae foſſitiae genera ſunt tria, nigra, cana, rufa. Omnium praecipue rufa melior; meriti ſequentis eſt cana; tertium locum nigra poſſidet.*

II. PRAESERTIM, abſonderlich.

Cic. I. off. 35. *Retinenda eſt hujus generis verecundia, praeſertim natura ipſa magiſtra et duce.* Id. I. off. 38. *Deforme eſt de ſeipſo praedicare, falſa praeſertim*, zumahl erlogene Dinge. Ib. 39. II, 15, 22.

* 2. *Præſertim cum. Cum præſertim.*

Cic. II. off. 14. *Hoc ſcribere, praeſertim cum de philoſophia ſcriberem, non auderem, niſi idem placeret Panaetio.* Id. III. off. 2. XI. ep. 21. I. Att. 13.

Cic. III. off. 30. *Cur igitur Regulus ad Senatum proficiſcebatur, cum praeſertim de captivis diſſuaſurus eſſet?* Id. II. ep. 6, et II. off. 16.

*3. *Præſertim ſi.*

Cic. de Senect. 2. *Faciam, Laeli, praeſertim ſi utrique veſtrum gratum futurum eſt.* Id. XIV. ep. 2. *Velim quam ſaepiſſime literas mittatis praeſertim ſi quid eſt firmius, quod ſperemus.* Id. III. Att. 7. VI, 1.

CAPUT CLXXXVII.

De adverbio PRAECISE.

PRAECISE eſt *ita ut praecidatur res.* Cic. nat. deor. II, 29. *Sed id praeciſe dicitur, ut ſi quis dicat, Athenienſium rempublicam conſilio regi, deſit illud Areopagi.* Id eſt, *per ellipſin vocabuli cujusdam*, ſo das ein Wort mangele. Cic. Att. VIII, 4. *Ego nemini tam praeciſe negavi quam hic mihi plane ſine ulla exceptione praecidit*, glat weg abgeſchlagen. (Gr. ἀποτόμως.)

CAPUT

CAPUT CLXXXVIII.

De adverbio PRAESTO.

PRAESTO signat *praesentiam*, et modo cum verbo *sum* jungitur. Cic. Cluent. 6. *Praesto est mulier audax.* III. ep. 8. *Ut ad omnia, quae tui velint, ita sim praesto*, zu allen bereit sey. Et IV, 15. *Sic velim judicas, me opera et consilio saluti tuae praesto futurum*, deinem Heil förderlich seyn werde.

CAPUT CLXXXIX.

De præpositione PRÆTER, PRÆTEREA, PRÆTERQUAM.

PRAETER est *ante*, sed motum adsignificat. Cic. III. Verr. 25. *Servi praeter oculos Lollii pocula ferebant*, vor den Augen (Gesicht) hin. Livius XXXVIII, 15. *Postero die est praeter Caralitin paludem agmen ductum.* Id. XXXIII, 18. *Praeter ripam euntibus Romanis Galli matris magnae occurrere cum insignibus suis, vaticinantes fanatico carmine*, am Ufer hin. Id. XL, 41. *Praeter oram Hetrusci matris Neapolin transmisit*, am Gestade des Meers hin. *Add. id. VI, 29, et XLII, 48, et Cæsar B. G. I, 48.

2. *Præter* pro *extra.*

Interdum usurpatur pro *extra.* Cic. I. Phil. 4. *Multa impendere videbantur praeter naturam praeterque fatum.* Id. II. Catil. 7. *Ei nihil adhuc praeter voluntatem ipsius cogitationemque accidit*, noch nichts wider seinen Willen und Gedanken begegnet. Idem Pison. 20. *Illud etiam accidit praeter optatum meum, sed valde ex voluntate.* Id. II. epist. 9. *Quod quia praeter opinionem mihi acciderat, referebam me ad illud* cet. Id. XV. epist. 13. *Si quid praeter*

spem erit, facies, ut sciam. Id. I. Div. 44. *Praeter modum crevit lacus Albanus*, ist über die Maße gewachsen.

3. *Præter* in exceptione.

Interdum *præter* excipit, similiter ut *extra*. Cic. I. ep. 5. *Amicum tibi ex Consularibus neminem esse video, præter Lucullum*, ausser den Lucullum, ausgenommen der Lucullus. Id. Cluent. 20. *Omnibus sententiis, præter unam, Scamander condemnatus est*, ist mit allen Stimmen, eine ausgenommen, verdammt worden. * Add. exempla proxima.

* 4 *Præter-etiam. Præter-quoque.*

Cæsar B. C. III, 32, 4. *Exactores præter imperatas pecunias, suo etiam privato compendio serviebant.* Livius X, 30. *Præter ingentem illatam populationibus agrorum hosti cladem, pugnatum etiam egregie est.* Id. XXI, 29. *Præter multa vulnera, cædes etiam prope par utrinque fuit.* Id. III, 70. VII, 42. XXIII, 14. Cæsar B. C. III, 57. extr. *Scipio præest suo nomine exercitui, ut, præter autoritatem, vires quoque coërcendum habeat.* Livius IV, 10. *Volsci præter cætera adversa, loco quoque iniquo ad pugnam congressi, cæduntur.* VI, 12. XLII, 55.

* 5. *Præter-tum etiam. Præter-etiamnum* rarissima sunt.

Columell. IV, 18. *Ea distinctio præter illud commodum, quod plus solis et venti vitibus præbet, tum etiam oculos et vestigia domini facilius admittit.* Plinius XXXVI, 5. *Praeter supra dicta opera Scopae, Mars est etiamnum sedens Colossus.*

(6. *Præter* pro *nisi*.)

Est etiam exceptionis genus, in quo *praeter* dicitur, quod ab superiori illo differt, cum dicitur pro

pro *nisi*. Cicer. Manil. 23. *Non locupletari praeter paucos*. ubi v. Græv.

6. b. *Præter* pro *supra*, vel *magis quam*.

Sæpe declarat *supra*. Cic. II. off. 7. *Testis est Phalaris, cujus praeter ceteros est nobilitata crudelitas*, vor andern berühmt iſt. Id. I. ep. Quint. fr. 1. *Ut optimum nomen consequeremur, unus praeter ceteros adjuvisti*. Id. II. Or. 54. *Sicuti in eo genere, et praeter ceteros Attici excellunt*. Id. Sull. 3. *Hoc mihi consuli praecipuum fuit praeter alios*. Id. III. Verr. 57. *Loquebantur Decumani palam, et praeter ceteros is, qui apud Verrem plurimum poterat, Apronius*, und mehr als andere der Apronius, welcher bey dem Verre ſehr viel vermochte.

* Huc ſpectat *praeterquam* pro *supra quam*. Terent. Heaut. I, 1. *Mihi videre praeter aetatem tuam facere, et praeter quam res te adhortatur tua*.

7. *Praterea*.

Praeterea dictum quaſi *praeter ea*. Ad perſonas quoque accommodatur, etiam numero ſingulari. Cic. IV. ep. 3. *A me filius sic diligitur, ut tibi uni concedam, praeterea nemini*, id eſt, præter te, dir allein, ſonſt keinem. Id. leg. Man. 2. *Dicunt hunc unum ab hostibus metui, praeterea neminem*, id eſt, præter eum. Id. I. Philipp. 1. *Quaerebatur, num qui exules restituti? unum, ajebat, praeterea neminem*, einer, nicht mehr. *Add. XIV. ep. 4, et XI. Att. 5 et 24.

Praterea ad perſonas plures.

* Cic. Arch. 8. *Homerum Colophonii civem dicunt esse suum: Chii suum vindicant: Salaminii repetunt: Smyrnaei vero suum esse confirmant; Permulti alii praeterea pugnant inter se atque contendunt*. Id. ad.

Quirit. 3. *Pro me, praesente Senatus, hominumque praeterea viginti millia, vestem mutaverunt.*

* 8 *Præter hæc*, pro *præterea*, argentei ævi est.

Celsus II, 1. extr. *Praeter haec graciles, tabes, dejectiones, item viscerum et laterum dolores fatigant.* Id. II, 2. *Praeter haec protinus timeri debet, si graviora membra sunt.* Id. II, 4. *Praeter haec periculum ostendit id, quod excernitur, si est exiguum, glutinosum, læve.* Id. V, 28. de pustul. gener. Id. VII, 7.

** 9 *Præter* adverbium pro *præterquam.*

Præter pro *præterquam* adverbialiter. Sueton. Ner. 56. *Religionis usque quaque contemtor, præter unius Deæ Syriæ.* Sallust. Cat. 36. *Ceteræ multitudini statuit, ante quam sine fraude liceret ab armis discedere, præter rerum capitalium condemnatis.* Varro I. R. R. 41. *Ex terra potius seminariis surculos de ficeto, quam grana de fico expedit obuere, præter si aliter nequeas*, es wäre denn, daß du nicht anders könnteſt. Linac. libr. II. pag. 114. quod cur Goclenius obſervatum potius quam uſurpatum velit p. 188. Obſ. cauſam non video. Flor. libr. II, 6. *Nec præter quod in bullis, cingulis, atque annulis erat, quicquam sibi auri reliquere*, ausgenommen was. Ubi et ellipſis locum habere poteſt pronominis *id*, pro *præter id, quod.*

** Porro hinc explicant quidam verſum Enniani apud Gellium XIX, 10. *Incerte errat animus, præter propter vitam vivitur*, id eſt, vivimus ita, ut videamur propter quidvis potius, quam propter vitam. Scal. cap. 157. de cauſ. lingu. Lat. Goclen. p. 188. Obſerv. Sed non videtur Gellius eo ſenſu adduxiſſe. Salmaſium igitur potius audiemus, qui

pag.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0628
DFG

pag. 879. ad Solin. legit, *praeter propter vita vivitur*, et *praeter propter* absolute dictum censet, ut *plus minus*, *ultro citro*. *Propter* enim veteribus fuit *juxta*; *praeter extra*. Sensus: interdum hoc modo, interdum alio vivi; modo propius, modo longius ab hoc vel illo vivendi proposito discedi. *Fortasse planius dicas et ad sententiam Ennii accommodatius, si sic interpreteris: *aut cis viam rectae rationis*, *aut ultra fere versantur homines*. *Errare* enim est *non insistere certam tritamque viam*. Animus igitur, qui *incerte errat*, discedit a via, et vel citra eam abripit hominem, vel ultra; id est, vel supra modum et leges sanæ rationis, vel intra modum et minus quam ratio postulet, facit. Sed suum cuique per me sequi licet judicium.

* 10. *Præter* adverbium pro *præterea* rarissimum est.

Plinius XXXV, 8. *Cimon Cleonaeus venas protulit*, *praeterque in veste et rugas et sinus invenit*.

* 11. *Præterquam*, non præmisso *nullus* vel *omnis*.

Plinius XXXVII, 4. *Adamantis invicta vis*, *violentissimae naturae rerum ferri ignisque contemtrix*, *hircino rumpitur sanguine*, *nec aliter quam recenti calidoque macerata*, *et sic quoque multis ictibus*, *tunc etiam*, *praeterquam eximias incudes malleosque ferreos frangens*. Vellejus II, 40. Adde §. 13.

12. *Præterquam* pro *nisi*.

Praeterquam pro *nisi* usurpari solet. Cic. III. ep. 7. *Nullas iis*, *praeterquam ad te et ad Brutum*, *dedi literas*, ich habe ihnen keine Briefe, als an dich und den Brutum mitgegeben. Id. III. Catil. 11. *Pro tantis rebus nullum a vobis praemium postulo*, *praeterquam hujus diei memoriam sempiternam*. Id.

II. Divin. 32. *A Junone Moneta praeterquam de sue plena quid unquam moniti sumus?*

** P. Usitata hic bonis autoribus est tmesis. Cic. III. de leg. 19. *Praeter enim quam* pro *praeterquam enim.*

* 13. *Præterquam - etiam; præterquam - quoque*, pro *non modo - sed etiam.*

Livius XXX, 6. *Iis caesis omnibus, praeterquam hostili odio, etiam ne quis nuncius effugeret, extemplo Scipio neglectas portas invadit.* Id. IV, 17. *Cum Vejentibus Fidenatibusque praeterquam finitimis populis, ab causa etiam tam nefanda bellum exorsis, atrox dimicatio instabat.* Id. V, 14. Justinus II, 6, 3. Celsus I, 9.

** S. D. Etiam sine *quod.* Celsus: *Aqua frigida infusa praeterquam capiti, etiam stomacho prodest.*

Sueton. August. 71. *Augustus lusit palam oblectamenti causa etiam senex, ac praeterquam Decembri mense, aliis quoque festis profestisque diebus.*

14. *Præterquam quod*, pro *nisi quod.*

Cic. II. ep. Qu. fr. 13. *Ego me in Cumano et Pompejano, praeterquam quod sine te, ceterum satis commode oblectavi.* Id. XI. ep. 28. *Non faciam, neque quod displiceat, committam, praeterquam quod hominis conjunctissimi doleo gravem casum,* ich will nichts thun, das mißfallen könnte, ohne daß ich den schweren Fall eines sehr vertrauten Menschen bedaure. * Add. Terent. Heaut. II, 4.

15. *Præterquam quod*, pro *non modo.*

Interdum usurpatur pro *non modo.* Cic. XV. Att. 15. *Suram autem, praeterquam quod nefarium hominem cognovi, praeterea in me contumacem semel omnino*

omnino domi meae vidi. * Add. Id. IX. Att. 18, et V. fin. 22, et III. Leg. 19.

Id. II. Divin. 12. *Ad id, praeterquam quod fieri non potuit, ne fingi quidem potest.* * Add. Livius III, 34. et XLV, 5.

* 16. *Praeterquam quod - etiam. Praeterquam quod - tum etiam*, nicht nur - ſondern.

Livius III, 50. *Virginius praeterquam quod agmine prope quadringentorum hominum veniens conſpectus eſt: ſtrictum etiam telum reſperſusque ipſe cruore tota in ſe caſtra convertit.* Id. VI, 24. *Dux praeterquam quod tot inſignis triumphis, etiam aetate venerabilis, inter prima ſigna ſe offerebat,* Add. id. VIII, 8, et III, 6, et IV, 7.

Columell. Arbor. 5. *Praeterquam quod vitis ſpeciem habet ſic compoſita, tum etiam minus laborat, cum undique velut aequilibrio ſtabilita in ſe requieſcit.* Et mox: *Quae vitis propius abraditur, praeterquam quod vulnus viti praebet eoque nocet; tum etiam de ipſa cicatrice plures radices prorepunt.* ibid. 12.

* 17. *Praeterquam quod - quoque*, vel *et.*

Livius XXXVIII, 4. *Praeterquam quod Ambraciam hinc amnis munit, hinc tumuli; muro quoque firmo ſepta erat.* Add. id. III, 36, et XXIX, 1.

Livius XXXV, 25. *Philopœmen praeterquam quod ita Quintio placeret, et ipſe exiſtimabat claſſem Romanam expectandam, quae a mari Gythium tueri poſſet.*

* 18. *Praeterquam quod -,-.*

Livius VIII, 25. *Praeterquam quod interſeptis munimentis hoſtium pars parti abſciſſa erat, fœdiora aliquanto intra muros iis, quibus hoſtis territabat, patiebantur.*

* 19. *Prae-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0631
DFG

*19. *Praeterquam ut.*

Livius IV, 4. extr. *Nec quod nos ex connubio vestro petamus, quicquam est; praeterquam ut hominum, ut civium numero simus.*

CAPUT CXC.

De adverbio PRIDIE et POSTRIDIE.

PRIDIE dictum quasi *priori die*, den Tag zuvor. *Postridie*, *postero die*, einen Tag hernach.

2. *Pridie et postridie quam.*

Aeque utrumque copulatur cum *quam*. Cic. de Amic. 2. *Scipio domum reductus est a patribus conscriptis, pridie quam exeesset e vita*, den Tag vor seinem Ende. XIV. ep. 7. *Quid causae fuerit, postridie intellexi, quam a vobis discessi.* II. Orat. 3. *Postero die, quam illa erant acta, hora fere secunda, cum etiam tum in lecto Crassus esset, repente Catulus senex venit.*

* 3. *Pridie, cum. Postridie, cum.*

Celsus IV, 17. *Pridie, cum multum allium ederit, vomat.* Cic. IV. ep. 9. *Ad eum postridie mane vadebam, cum haec scripsi.*

4. *Pridie et postridie ejus diei.*

Interdum assumunt *ejus diei*. Cic. I. ep. 4. *Sententiam Bibuli de tribus legatis pridie ejus diei fregeramus*, den Tag zuvor. Caro I. R. R. 2. *Pater familias postridie ejus diei villicum vocat.* Cic. XIII. Att. 45. *Dolabella se ad me venturum postridie Idum scribit.)*

5. *Pridie, postridie idus, nonas, calendas.*

Plerumque *idus, nonas, calendas* quarto casu adsciscunt. Cic. XIII. Att. 25. *Ego Romam pridie idus.* ibid.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0632
DFG

ibid. 14. *Auctionis diem obire facile poterunt, si me in Tusculano postridie nonas mane convenerint.*

**6. D. Sic et cum Accusativis aliorum nominum. Cic. II. Att. 13. *Pridie compitalia.* et XVI, 4. *Brutus sese scripturum ajebat, ut venationem eam, quae postridie ludos Apollinares futura est, proscriberent.* Paterc. II. de cæde Pompeji: *Pridie natalem ipsius.* Est autem ellipsis præpositionum *ante* et *post.* Linac. libr. V. p. 335, et libr. VI. p. 414. Valla II. Eleg. 10.

** Quare autem non *secundo Calendas* dicatur, ut *tertio, quarto Calendas,* sed *pridie* tantum; causa a quibusdam affertur, quod *secundus* a verbo *sequor* dicatur, dies autem ille non sequatur Calendas, sed præcedat. Lalamant. de anno p. 180. Voss. de vit. serm. p. 150. Aliam affert rationem Valla II. Eleg. 33. ut non dicimus *nudius secundus,* ita nec *secundo Calendas.*

* 7. *Usque ad pridie.*

Cic. II. Att. 10. *Ibi esse volo usque ad pridie Calendas Majas.* ibid. 12. *Nos in Formiano esse volumus usque ad pridie nonas Majas.*

CAPUT CXCI.

De adverbio PRIMUM et PRIMO, et de nomine PRIMUS.

PRIMUM et *primo* hoc ferme differunt, quod *primum* ad ordinem rerum pertinet; *primo* ad tempus.

* *Admonitio.*

Attendenda hic particula *ferme,* quam autor noster ponit. Nam in ipso etiam Cicerone, qui *primum* et *primo* curatissime discernit, alterum pro altero

altero ponitur. Arch. 3. *Ut primum ex pueris excessit Archias, primum Antiochiae celeriter antecellere omnibus ingenii gloria contigit: post* cet. Sed ceteri scriptores minus religiosi sunt in discrimine horum adverbiorum observando. Nepos Themistocl. 2, 3. *Classe celeriter effecta, primum Corcyraeos fregit, deinde maritimos praedones consectando mare tutum reddidit.* Id. Alcib. 4. *Alcibiades clam se a custodibus subduxit, et inde primum Elidem, deinde Thebas venit.* Add. Livius XXXVIII, 41.

2. *Primum* absolute positum.

Interdum *primum* absolute ponitur, quia *tum*, aut *deinde*, aut tale aliquid non subjicitur. Cic. II. ep. 8. *Primum tibi, ut debeo, gratulor, laetorque* cet. VII, 24. *Primum ipsas Musas numquam tanti putassem.* Lege Paulum Manutium ad hunc locum.

* 3. *Primum omnium.*

Columell. VI, 2. *Primum omnium spatiosum stabulum praeparetur, ubi domitor facile versari et unde digredi sine periculo possit.*

**Primum* conjungitur saepe cum nominibus temporis. Cic. Cluent. 32. *Hodierno die primum causa illa defensa est.*

Exempla enumerationis bipartitae.

4. *Primum* cum *deinde* vel *post*, vel *tum*, vel *tunc deinde.*

At *primum* saepe adsciscit *deinde* vel *post* vel *tum.* Cic. de Am. 24. *Omnis habenda est ratio et diligentia, primum ut monitio acerbitate careat, deinde ut objurgatio contumelia careat*, erstlich, zum ersten. Id. III. ep. 5. *Mihi magnae curae est, primum ut ipse tu tuique omnes; deinde etiam ut reliqui scire possint, me tibi esse amicissimum.* *Add. X. ep. 31, et I. Att. 16.

Cic.

Cic. I. ep. 9. *Primum reditus interceſſerat in gratiam per Pompejum: poſt autem Caeſaris, ut eum defenderem, mira contentio eſt conſecuta.* *Add. XIV. Att. 15, et VI. 1, et I. or. 38. Id. XVI. ep. 5. *Te valere tua cauſa primum volo, tum mea*, erſtlich deinet = hernach meinetwegen. *Add. id. Parad. V, 1, et II. Nat. D. 10. Tacitus XI, 35, 2. Interdum adjicitur *praeterea*. Terent. Adelph. III, 2. *Primum indotata eſt, tum praeterea, quae ſecunda ei dos erat, periit.*

Huc referre poſſis quodammodo. **Primum militiae vinculum eſt religio-tunc deinde facile cetera exiguntur.*

* 5. *Primum omnium-deinde.*

Cic. II. Verr. 11. *Primum omnium opera danda eſt, ut eos nobiscum ducamus, qui noſtrae famae capitique conſulant: deinde ſi in hominibus deligendis nos ſpes amicitiae fefellerit, ut vindicemus.* Liv. III, 55.

* 6. *Primum-iterum. Primum-mox.*

Cic. de Amic. 3. *Scipio factus eſt conſul bis; primum ante tempus, iterim ſibi ſuo tempore, reipublicae pene ſero.* Livius XXVIII, 25. *Ad eorum primum adventum exaſperati animi; mox ipſis placido ſermone permulcentibus, cum quibus congreſſi erant, leniti ſunt.* Tacit. II. Ann. 39, 4. Id. I. hiſt. 1, 3, et I, 64, 4.

* 7. *Primum-poſt aliquot annos*, vel *poſtea*, vel *poſtea vero quam.*

Cic. Sext. 21. *Ejus ſum civitatis, ex qua P. Decius primum pater, poſt aliquot annos patria virtute praeditus filius ſe ac vitam ſuam pro ſalute populi Romani victoriaque devovit.* Id. II. Philipp. 15. *Ego incolumitati civium primum, et poſtea dignitati: ille praeſenti potius dignitati conſulebat.* Id. IV. Acad. 37.

Cæſ.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0635
DFG

Cæs. B. C. III, 45, 3. Sallust. Jugurth. 29. *Jugurtha primum tantummodo belli moram redimebat: postea vero quam participem negotii Scaurum accepit, in maximam spem adductus recuperandae pacis, statuit cum eis de omnibus pactionibus praesens agere.*

* 8. *Primum - nunc.*

Cic. Planc. 39. *Ego Caesaris laudibus desim, quas primum populi Romani, nunc etiam Senatus plurimis atque amplissimis judiciis videam esse celebratas.* Columell. III, 10. *Nos primum rationem secuti, nunc etiam longi temporis experimentum, non aliud semen eligimus, nec frugiferum esse ducimus, nisi quod in parte genitali fructum attulerit.*

* 9. *Primum - dehinc*, vel *inde* varius est.

Celsus I, 2. *Qui ejicere volet, primum cibis vinisque utetur his, quae hoc praestant: dehinc, si parum illa proficient, aloen sumat.* Cic. orat. 12. *Haec tractasse Thrasymachum Chalcedonium primum et Leontinum ferunt Gorgiam: Theodorum inde Byzantium multosque alios.*

* 10 *Primum - ad extremum* vel *postremo.*

Cic. II. Att. 22. *Ille primum sane diu multa contra: ad extremum autem manus deait et affirmavit* cet. Livius IV, 14. *Maelius primum circumspectans tergiversari coepit: postremo cum apparitor jussu magistri equitum duceret, ereptus a circumstantibus fugiensque fidem plebis Romanae implorare.* Id. XXVII, 30. XXIII, 37.

Exempla enumerationis tripartitae.

11. *Primum - tum - post* vel *deinde* vel *denique* in enumerationibus.

In tripartita enumeratione rerum saepe usurpantur *primum*, *tum*, *post* vel *deinde*. Cic. I. offic. 3.

Primum

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0636
DFG

Primum igitur est de honesto, tum de utili, post de comparatione eorum differendum. ibid. 26. *Pecunia primum bene parta sit, tum quam plurimis se utilem praebeat, deinde augeatur ratione, diligentia, parsimonia.* *Add. Id. Sext. 67. Quintil. procem libr. VIII. Cic. post red. ad Quir. 7. *Primum vos docuit, meis consiliis remp. esse servatam. Tum in perorando posuit, vos rogari a Senatu. Denique ipse ad extremum pro me vos salute rogavit.*

* 16. *Primum - deinde - tum* vel *postremo.*

Alias *primum-deinde-tum* vel *postremo.* Cic. pro leg. Man. 2. *Primum mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de imperatore diligendo esse dicendum.* *Add. Id. I. off. 14. et I. Att. 16, et I. Orat. 42.

Cic. V. Att. 14. *Primum otium Parthicum, deinde confectae pactiones publicanorum, postremo seditio militum sedata ab Appio.* * Add. Clu. 30. Id. X. ep. 6, et Livius V, 39, et XXI, 54, et XL, 49. Dicitur etiam *primum-dein-postremo.* Tacit. III. Ann. 20, 1.

* 17. *Primum-deinde-ad postremum* vel *extremum* etc. etc.

Junguntur etiam *primum deinde* et tertio loco *ad extremum.* Cic. Pis. 12. *ad postremum* Liv. 31, 15. *deinde* Cic. Att. III, 7. V, 13. *accedit* Id. Tusc. III, 29. *postea* Id. Or. II, 15. Or. 63. Plin. XI, 6. *inprimis vero* Hirt. Bel. Al. I, 5. *tertium est.* Cic. off. I, 39. *novissime* Planc. X, 24. ep. Cic.

* 18. *Primum - deinceps - deinde - deinde* etc.

Aliter porro particulæ istæ ordinantur, v. c. sic: *primum, deinceps, deinde* ut Cic. Top. 20. *primum, post, tum.* Id. Ar. Resp. 9. *primum omnium, item, postremo.* Sall. Catil. 37. *primum, iterum,*

tertium. Cic. Inv. I, 39. Nep. Att. 6. *primo, secundo, tertium.* Cic. Planc. 20. Varr. R. R. III, 17. *primum, dein, mox* vel *postremo* Plin. XXXV, 17. Sall. Jug. 13. *primum, tum etiam, accedit.* Cæsar B. G. III, 2.

* 19. Exempla enumerationis quadripartitæ.

Primum, deinde, tum, postremo. Cic. ep. XV, 14. Nat. D. II, 1. III, 3. *pr. de. inprimis, postremo.* Cic. ep. VII, 2. *p. d. mox, tum.* Colum. III, 10. *p. d. tum, postea.* Celsus II, 1. *p. d. deinde, postremo.* Cic. Inv. I, 43. *p. d. d. postea.* Ib. II, 28. *p. d. præterea denique.* Id. Catil. II, 9. *p. d. p. postremo.* Id. Div. II, 56. *p. d. tum, post.* Id. Or. I, 32. *primum, ter sequente deinde.* Id. ep. III, 7. *primum, tum, deinde, postremo.* Id. Font. 14. *pr. mox, dein, postremo.* Plin. V, 29. *pr. secundo loco, deinde, tum etiam.* Cic. leg. I, 13.

* 20. Exempla enumerationis quinquepartitæ.

Primum, deinde, mox, tum, postremo. Colum. VIII, 2. *pr. de. tum etiam, accedit, postremo.* Cic. Balb. 28. *pr. de. tum, post, ad extremum* Id. Or. I, 31. *pr. deinceps, deinceps, deinde, tum ad extremum* Id. Fin. III, 6. *pr. de. post, deinde, postr.* Liv. XXXII, 19.

* 21. Exempla partitionis sex partium.

Enumerationes longiores solent esse liberiores. Itaque istæ particulæ varie ponuntur, interdum eadem bis: ut: *primum, tum, deinde, post, tum, deinde.* Cic. Fin. V, 23. Interdum *primum* omittitur ut Or. II, 19. eadem aliquoties, ut *primum, deinde, tum, tum, tum, tum.* Cic. Tusc. I, 28. *primum, deinde, deinde, deinde, postea, deinde, postremo.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0638
DFG

postremo. Id. Inv. I, 28. II, 13. *primum, deinde, postea deinde, postea, deinde.* Ibid. II, 50. *primum, postea, deinde, nec minus, tum, post, inde, postea* Colum. XII, 3. adde Cic. Inv. II, 27.

*II. PRIMO absolute, pro *in principio.*

Nepos Datam. 3. *Rex primo non credidit.* Cæs. IV. B. G. 33, 1. *Genus hoc est ex essedis pugnæ. Primo per omnes partes perequitant et tela conjiciunt.* Id. IV. B. G. 37, 1. *Morini spe prædæ adducti, primo non ita magno suorum numero circumsteterunt, ac si se interfici nollent, arma ponere jusserunt.*

* 2. *Primo-deinde,* vel *post etc. etc.*

Primo, ut diximus, ad tempus pertinet, cui ibidem variæ particulæ ordinis respondent, ut *deinde.* Cic. Cluent. 5. *Mater Aviti, generi sui amore capta, primo neque id ipsum diu, quoquo modo poterat, in illa cupiditate continebatur: deinde ita flagrare cœpit amentia etc.* erstlich, wiewohl nicht lange, hielte sie sich bey dieser Begierde, so gut sie konnte, in ihren Schranken: nachgehends aber ꝛc. Add. id. Rosc. Am. 40, et IV. Att. 1, ib. 3, et de Senect. 15.

Post: Cic. de Amic. 12. *Videtis in tabella jam ante quanta sit facta labes, primo Gabinia lege, biennio post Cassia.* Id. ep. Brut. 15. *Statuam Philippus decrevit: celeritatem petitionis primo Servius, post majorem etiam Servilius.* Add. Cæsar B. G. VII, 15, 6, et VII, 30, 2. Vellejus II, 64, 1. Celsus IV, 4. de Tussi. et IV, 5. Cic. Orat. III, 38.

Primo-dein. Primo-inde. Primo-tum.

Dehinc: Suet. Aug. 17. *Quo celerius cognosci posset: juvenes primo modicis intervallis per militares vias, dehinc vehicula disposuit.*

Dein: Plinus VI, 6. *Oppida in aditu Bosphori primo Hetmonossa, dein Cepi Milesiorum.*

Inde: Livius II, 47. *Primo stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit: silentium inde aliquamdiu tenuit.* Id. VI, 24. Id. VII, 26.

Tum: Celsus VII, 10. *Primo digeri materiam opus est, tum evocari.*

Itemque multæ aliæ, ut *jam*, Tac. Germ. 6. *nunc* Cic. ad Qu. fr. II, 7. *postea* Liv. V, 5, 20. XXIX, 22. *ad extremum* Cic. Cat. III, 5. *postremo* Liv. XXII, 43. etc. *tandem* id. XXXIX, 9. *iterum* id. II, 51. *rursus* Suet. Aug. 17. *mox* Livius XXVIII, 25. XXXIX, 39. etc. *tunc* Pallad. Nov. 13.

* 3. *Primo-postea-postremo etc.*

Sæpe etiam duæ particulæ ordinis excipiunt τὸ *primo*, ut *postea* et *postremo*. Liv. XXVI, 39, *mox*, *postremo*. Id. XXIX, 34. etc. *mox*, *dein*. Plin. XXVI, 11. *deinde*, *tum* vel *tunc*. Cic. Div. I, 27. Pallad. Dec. 1. *deinde*, *postea* vel *postremo*. Cels. V, 26. Liv. VI, 39. XXIII, 40. etc. etc. *deinde*, *tandem*. Liv. II, 54. *inde*, *inde*. Id. XXX, 11. *deinde*, *mox*. Colum. VI, 4. *deinde*, *post*. Cic. Or. 8.

Interdum etiam plures: ut, *deinde*, *tum*, *tum*. Cic. Fin. I, 16. *deinde*, *tunc*, *dehinc*. Pallad. VII, 1.

III. PRIMUS elegantes habet usus.

Prima nocte pro *principio noctis*. Cæsar B. G. I, 27, 4. sic *Lux prima*. Cic. ep. IV, 12.

In prima provincia esse pro *in extremis finibus provinciæ*, in aditu. Cic. III. ep. 6.

Primum aliquid fecisse, eine Sache zuerst gethan haben. Cic. Phil. VI, 8. *primus sententiam dicere etc.* Ter. Adel. V, 9. *Filio hodie primam mammam dedit.*

Primus

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0640
DFG

Primus dicitur etiam pro *primario*. Verr. I, 26. *viri primi*. add. V, 71. et quicunque in aliquo genere aut re ceteris præstat aut præponitur. Ter. Eun. III, 5. *primam dices* (virginem) *si videris*, h. e. pulcerrimam. Id. Eun. I, 2. *primus apud te est*. Ib. II, 2. *homines, qui esse primos se omnium rerum volunt.*

* 2. *Primus* alter, secundus etc.

In rebus enumerandis post *primus* vel *primi* variis vel adjectivis vel adverbis utuntur: ut *alter*, Varr. R. R. III, 3. etc. *secundus*. Suet. Dom. 6. Col. II, 11. *ceteri* Hirt. 13. Al. 31. *reliqui*. Cæs, B. C. III, 58. *postremi* Liv. XXXVIII, 40, 46, 53. *extremus*. Cic. off. III, 6. *posterus*. Liv. XXXVIII, 18. *posteriores*. Varr. R. R. III, 12. *proximus*. Cic. Att. IX. 4. Cæs. B. G. II, 27.

3. *Primus, alter, tertius. pr. secundus, tertius.*

Primus, *alter*, *tertius*, eleganter dicitur. Cic. Phil. I, 13. Liv. XXXIV, 19. sed tamen etiam pro *alter*, *secundus* interdum ponitur. Cic. ep. I, 2.

* 4. *Primus, proximus, deinde etc.*

In enumerationibus plurimum partium variis vel adjectivis vel particulis utuntur, ut, *primus*, *proximus*, *deinde*. Cic. off. I, 17. *pr. post*, *deinde*. Id. III, 24. *primi*, *sequentes*, *novissimi*. Suet. Cæs. 56. *primi*, *dein*, *postea*. Plin. H. N. VI, 7. *primi*, *tum*, *tum*. Liv. IX, 6. Cic. off. II, 13.

CAPUT CXCII.

De PRINCIPIO.

PRINCIPIO subintelligit *in*, et significat idem quod *initio*, anfangs, zuerst.

2. *Principio atque*, ſo bald als.

Plaut. Mercat. I, 1, 40. *Principio atque animus ephebis ætate exiit, amare cœpi.*

* 3. *Principio, poſtea.*

Livius XXX, 14. *Principio in Hiſpania ad jungendam mecum amicitiam veniſti, et poſtea in Africa te ipſum in fidem meam commiſiſti.* Cic. II. Divin. 35. *Jus augurum etſi divinationis opinione principio conſtitutum ſit, tamen poſtea reipublicæ cauſa conſervatum ac retentum.*

* 4. *Principio-deinde-poſtremo.*

Livius XXII, 28. *Principio levem armaturam demittit, deinde conferto agmine mittit equites: poſtremo inſtructis legionibus procedit.*

CAPUT CXCIII.

De nomine PRIOR et adverbio PRIUS item PRIVATIM.

PRIOR et *poſterior* de duobus dicuntur. Cic. in Piſ. 1. *Me ædilem priorem et prætorem primum populus Romanus fecit.* Id. Quint. 2. *Priore loco cauſam dicere.* Id. V. Verr. 55. *Id jam priore actione, cum hæc teſtes dicerent, intellexi.* Id. Brut. 21. *Ingenii, literarum, eloquentiæ, ſapientiæ denique etſi utrique primas, priores tamen libenter deſerunt Lælio.* Id. III. de fin. 23. *Quid? poſterius priori non convenit?* Id. III. ep. 17. *Priora tempora in ruinis reipublicæ noſtrisque jacuerunt; poſteriora autem me a ſcribendo retardarunt.*

* 2. *Prior* de ordine rerum.

Medulla bubula ex dextro crure priore trita cum fuligine, pilis et palpebrarum vitiis occurrit. Plinius XXVIII, 11. * 3. *Prior*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0642
DFG

* 3. *Prior* pro *melior*, vel *potior*, vel *carior*.

Livius III, 19. *Consilium et modum adhibendo, ubi res posceret, priores erant.* ibid. 59. *Patrum salutis libertatisque prior plebejo magistratui, quam patricio cura fuit.*

* 4. *Prior-alter. Prior-insequens. Prior-posterus.*

Cic. XVI. epist. 4. *Varie sum affectus tuis literis: valde priore pagina perturbatus, paulum altera recreatus.* Celsus IV, 13. *Prior morbus acutus est: insequens esse longus potest.* Vellejus II, 12, 4. *Amplius CL. millibus hostium priore ac postero die ab eo trucidatis.*

* 5. *Prior* et *successor* opponuntur.

Cic. Flacc. 14. *Crimen tuum videri solet, cum aliquis sumtus instituit eos, qui antea non erant instituti: non cum successor aliquid immutat de institutis priorum.*

* 6. *Prior* et *novus* opponuntur.

Livius III, 31. *Non hæc priorum calamitas consulem segniores novos fecerat consules.* Id. III, 28. *Hic instabat nova pugna: nihil remiserat prior.*

* 7. *Prior* et *hic* opponuntur.

Celsus V, 27. de cur. gangr. *Priori rei Philocratis, huic Hecatæi emplastrum maxime convenit.*

II. PRIUS.

Cic. de Amic. 16. *Alius finis veræ amicitiæ constituendus est, si prius, quid maxime reprehendere Scipio solitus sit, edixero.* Id. II. offic. 6. *Quemadmodum sit utendum eo subsidio, dicemus, si prius iis de rebus, quæ virtuti propiores sunt, dixerimus.* Et ita sæpe alibi.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0643
DFG

* 2. *Prius-dein. Prius-deinde.*

Plinius XXXVI, 19. *Pyrites coquuntur varie. Ab aliis iterum tertioque in melle, donec consumatur liquor: ab aliis pruna prius, dein melle: et postea lavantur, ut aes.* Cic. III. ep. 12. *Gatulabor tibi prius; deinde ad me convertar.* Id. I. Catil. 13. Livius XXI, 53. Cic. IV. Verr. 1. Add. id. II. Agr. 18.

* 3. *Prius-inde.*

Livius VI, 33. *Scalis prius moenia capta: inde effracta claustra portarum.*

* 4. *Prius-nunc.*

Livius XXXVI, 17. *Ut vos prius experti estis, nunc Antiochus experitur.* Id. XXXVII, 54. Id. XL, 14. *Criminose argumentari videretur Perseus, te quaerere ex iis, quos nominasset, jubebat, an ferrum habuissent.* Add. id. V, 11, 55.

* 5. *Prius-post. Prius-postea.*

Livius XXXVII, 52. *Regem Antiochum fusum fugatumque et exutum castris, prius Europa, post et Asia, quae cis Taurum montem est, expulerunt.* Id. XLII, 38. *Et Philippi prius et post Antiochi bello enixe adjuti a gente Thessalorum erant Romani.* Livius XXIX, 12. *Phoenice urbs est Epiri: ibi prius collocutus rex cum Eropo, postea cum Sempronio congreditur.* Add. id. XXXI, 11, et V, 33.

* 6. *Prius-novissime. Prius-postremo.*

Plinius XVII, 22. *Macras vites prius convenit putare, validas novissime.* Liv. XXXIV, 9. *Hispani prius, postremo et Graeci in civitatem Romanam adsciti.* Sallust. Catil. 45.

* 7. *Prius-tum. Prius-tunc.*

Livius XXXIV, 52. *Provincias consules prius, tum*

tum praetores sortiti. Varro I. R. R. 1. *Prius ostendam, quae secerni oporteat ab agricultura: tum de his rebus dicam.* Cato R. R. 135. Varr. V. L. L. 3. Tacitus XVI, 11, 4. Celsus V, 28. de pustul. gener. Livius VII, 37. *Multitudo prius sedendo ad Sueſſulam, et tunc certaminis mora, haud procul a rerum omnium inopia erat.*

* 8. *Prius - deinde - tunc.*

Columell III, 11. *Si necessitas facere cogit, prius quicquid est residuae vitis, extirpari debet: deinde totam solum sicco simo stercorari atque ita converti. Tunc rursus stercore vetusto pastinatum large contegi.*

*Adde huc

* 9. *Prius - quam.*

Priusquam sæpe divellitur. Cic. III. ep. 5. *Utriusque nostrum magni interest, prius ut te conveniam, quam decedas.* Id. X. Att. 11. *Nisi ita faceret, ego prius ad urbem quam accederem, ad te percurrissem.* Add. Livius VIII, 3. Terent. Heaut. IV, 6.

* 10. *Prius* pro *magis, citius, facilius.*

Balb. IX. ep. Cic. ad Att. 9. *Praestabo, Caesarem prius tuae dignitatis, quam suae utilitatis rationem habiturum.* Cic. V. Tusc. 27. *Aegyptii quamvis carnificinam prius subierint, quam Ibin aut Aspidem violent.* Add. Id. pro Ligar. 12.

III. PRIVATIM est *singulorum nomine*, sc. *a singulis* est. Seneca epist. 75. *Aspice, quantum publice privatimque patretur.*

(2. *Privatim* pro *suo nomine.*)

Privatim etiam oponitur τῷ̃ *communiter.* Cic. Quint. 4. *Nec societas tibi debet, nec privatim Quintius debuit.*

(3. *Privatim* opponitur τῷ *publice*.)

Privatim, cum oppositum habet *publice*, varie dicitur. Cic. Inv. I, 4. *Eloquentia publice privatimque abutuntur*, h. e. in causis publicis et privatis, in reip. et singulorum incommodum. *Privatim scribere est*, et suo nomine, et ad singulos privatos scribere, cui opponitur *publice*, i. e. ad senatum, principem, aut senatus principis nomine: similiterque *publice et privatim mitti*.

(4. *Privatim* de eo, vuod ad unum pertinet, et alias per *proprie* exprimitur, opponiturque pariter τῷ *communiter*.

Cic. ep. IV, 13. *Nulla me privatim insignis pepulit injuria*.

CAPUT CXCIV.

De præpositione PRO, adv. PROUT, et interjectione PROH.

1. *Pro*)(*contra*.

PRO sæpe contrarium habet *contra*. Cic. III, Or. 20. *Hoc non modo non pro me, sed contra me est potius*, ist nicht nur nicht für mich, ist mir nicht favorable. Id. Cluent. 32. *Docui judicia partim nihil contra Avitum valere, partim pro hoc esse*. Cic. XI, Att. 9. *Non tam pro se, quam contra me laborare dicitur*. * Add. Milon. 2 et 5.

Pro, zum Nutzen, zum Gebrauch.

Cæsar B. G. IV, 1, 4. *Reliqui Suevi domi manent: pro se atque illis* (qui e finibus bellandi causa educti sunt) *colunt*.

2. *Pro* pro *ante*.

Interdum usurpatur pro *ante*. Cic. II. Phil. 26. *Hasta posita pro æde Jovis Statoris, bona Cn. Pompeji voci acerbissimæ subjecta præconis*. Id. III. Philipp.

lipp. 11. *Nonne audiente populo Romano, sedens pro æde Castoris dixit*, vor dem Tempel sitzend. Id. Mil. 1. *Illa præsidia, quæ pro templis omnibus cernitis, contra vim collocata sunt.* Add. Cæsar B. G. I, 51. princ. * Huc refer, cum *pro* adjungitur verbis motum significantibus. Cæsar I. B. G. 48, 3. *Cæsar pro castris suas copias produxit.*

3. *Pro* pro *in.*

Alias pro *in.* Cæs. VI. B. G. 3. *Hac re pro suggestu pronunciata*, von dem Stuhl verkündigt. Liv. XXXVIII, 23. *Laudati quoque pro concione omnes sunt*, vor der Gemeinde. (Sic *pro rostris*, et *in rostris*, *pro vallo* et *in vallo*, *pro munimentis* et *in munimentis* promiscue dicuntur apud bonos scriptores. v. Cort. ad Sall. Jug. 59.)

Huc illud referri potest. Cic. Cluent. 47. *Lentulus Pompilium pro testimonio diligentissime laudat*, in seinem Zeugnisse aufs sorgfältigste gelobet. * Add. IV. Verr. 51.

3. *Pro* pro *vice* aut *loco.*

Nonnunquam est *vice* aut *loco.* Cic. IV. Verr. 41. *Tibi Marcelli statua pro patibulo fuit*, Marcelli Statue ist von dir zum Galgen, oder für einen Galgen gebraucht worden. Id. II. Att. 5. *Unus Cato est pro centum millibus*, der einige Cato ist mir so gut, als hundert tausend. Id. I. Att. *Hoc pro mercede, vel præmio, tibi erit.* Item illa trita: *pro nihilo habere, ducere, putare, esse*, für nichts halten, schätzen, geachtet werden.

** 5. D. P. Non longe abest ab hac significatione, cum ponitur pro *tanquam.* Corn. Nep. Datam. 6. *Datames in vulgus edit, suo jussu Mithrobarzanem*

burzanem profectum pro perfuga, id est, tanquam perfugam, specie perfugæ. Bœcl. *Add. I. Quint. fr. ep. 2, et pro Rosc. Am. 21. Cæsar I. B. G. 22, 4, et V, 7, 7, et de B. Civ. 109, 1.

6. *Pro* in comparatione.

Pro in comparatione sæpe idem est, quod, *si spectes*. Cic. pro Sext. 1. *Si quis antea mirabatur, quid esset, quod pro tantis opibus reipublicae tantaque dignitate imperii nequaquam satis multi cives forti et magno animo inveniren tur*, in Vergleichung mit der grossen Macht der Republick und Ansehen unsers Reichs lange nicht gnug standhaffte und großmüthige Bürger gefunden werden. Id. III. Philipp. 14. *Sunt impii cives pro caritate reip. nimium multi, pro multitudine bene sentientium admodum pauci*, in Ansehung, in Vergleichung der Liebe, welche man für die Republick haben sollte, sind der ehrvergessenen Bürger gar zu viel; nach der Menge derer aber, so es mit der Republick wohl meynen, ziemlich wenig. Id. Dom. 12. *Quid mihi pro expectatione populi Romani, pro Cneji Pompeji meritis erga me, pro ratione mei temporis faciendum fuerit, ignorant.* *Add. VI. ep. 2.

7. *Pro* pro *secundum*.

Alias est *secundum*. Cic. V. Verr. 25. *Civitatibus pro numero militum pecuniarum summas describere*, den Städten nach der Soldaten Anzahl gewisse Summen Geldes anschreiben. Id. XI. ep. 12. *Non dubito, pro tua singulari prudentia quin perspicias.* Id. III. Verr. *Quorum vobis pro vestra sapientia, Quirites, habenda est ratio diligenter.* Id. Muren. 40. *Ego vos pro mea summa et vobis cognita in rempubl. diligentia moneo, pro autoritate consulari hortor, pro magnitudine periculi obtestor, ut paci consulatis.*

8. Pro

8. Pro *mea, tuo, suo jure.*

Pro suo jure facere aut dicere aliquid, est idem, quod *jure suo* ac *pro potestate*, quam habeat in aliquam rem, dicere aliquid aut facere sine reprehensionis metu, quod nemo possit id jure reprehendere, aut impedire. Cic. III. Att. 2. *Non habebam locum, ut pro meo jure diutius esse possem, quam in fundo Siccæ*, da ich mit Fug und Recht länger seyn könnte. Id. Flacc. 38. *Pro meo jure dico.* Plaut. Rud. V, 3. *Nempe pro meo jure eras.* Cic. V. Verr. *Tum deprecabitur a vobis, tum etiam pro suo jure contendet, ne* cet. er wird euch sehr bitten, hernach auch nach seinem Recht ersuchen ꝛc.

Pro re. Pro re nata. Pro tempore. Pro opibus.

Eodem pertinent illa *pro re, pro re nata, pro tempore, pro opibus.* Virgil. IV. Aen. *Pro re pauca loquar.* Cic. VII. Att. 8. *Animadverteram, posse pro re nata te non incommode ad me in Albanum venire*, du könntest, wenn sichs schickte, nach Gelegenheit gar wohl zu mir ins Albanische Gut kommen. Cæsar V. B. G. 8, 1. *Labieno in continente relicto, ut portus tueretur, et consilium pro tempore et pro re caperet: ipse solis occasu naves solvit*, nach Gelegenheit der Zeit und der Sachen sich richten möchte. Cic. Dom. 41. *Civis est nemo, qui me non pro suis opibus in illa tempestate defenderit*, der mich nicht bey jener trübseligen Zeit nach seinem Vermögen vertheidiget.

10. *Huc refer

Pro temporibus, pro rei necessitate.

Cic. VIII. Att. 9. Εὐγενῆ *tua consilia et tamen pro temporibus non incauta, mihi valde probantur.*

Cæsar

Cæsar VII. B. G. 56, 4. *Vado per equites invento, pro rei necessitate opportuno, incolumen exercitum transduxit Cæsar.*

11. *Pro mea, tua, sua parte.*

Item illa *pro mea, tua, sua parte,* alia ejusmodi. Cic. V. ep. 2. *Ut ita fieret, pro mea parte, adjuvi,* und habe ich, so viel ich thun konnte, darzu geholffen, daß es so geschehen möchte. Id. pro Sull. 2. *Omnes, qui adsunt, pro sua parte atque autoritate, defendunt.* Id. I. Tusc. 45. *Cives pro sua quisque, a quibus laudetur, facultate parat,* jeder nach seinem Vermögen. *Cic. XII. ep. 13. *Volo vos bene sperare, et rempublicam, ut et vos istic expediistis, ita pro nostra parte celeriter iter nobis expediri posse confidere.*

12. *Pro se quisque.*

Pro se quisque idem est, quod *pro sua quisque parte,* (omnes ac singuli sine exceptione.) Cic. III. off. 14. *Pro se quisque, quod ceperat, afferebat,* ein ieder brachte vor sich, (seines theils) was er gefangen. Id. I. Verr. 26. *Pro se quisque manus affert,* ein ieder braucht die Fäuste, so gut er kan. Livius XXVI, 36. *Pro se quisque aurum, argentum et æs in publicum conferunt.* *Add Terent. Heaut. I, 1.

13. *Pro virili parte.*

Pro virili parte est *pro eo, quantum unus vir potest.* Cic. pro Sext. 66. *Hæc qui pro virili parte defendunt.* Idem XIII. Philipp. 4. *Me Lepidi beneficio plus quam pro virili parte obligatum puto,* ich achte mich ihm für seine Wohlthaten mehr verbunden zu seyn, als ich vermag. *Add. Livius III, 71, et VII, 7.

* Huc refer illud Marii XI. ep. Cic. 28. *Debeo pro civili parte rempubl. velle salvam.*

(Admo-

(*Admonitio.*)

Pro virili parte, ſ. *pro virili*: uam etiam ſic per ellipſin dicitur: proprie eſt, quantum in unum virum convenit, quantum unus debet; So viel als auf meinen Theil kömmt: non quod dicitur *pro viribus*, quocum vulgo permiſcetur non bene. Et ſic accipiendum eſt etiam in exemplis propoſitis. Sic v. g. cum Cicero dicit: *Se beneficio Lepidi plus quam pro virili parte obligatum* h. e. non modo, quoad id beneficium ad ſe quoque pertineat, non modo ſuo nomine, ſed omnium. Perſpicua res eſt ex his locis. Cic. Verr. V, 6. *Qui præſertim plus etiam, quam pars virilis poſtulat ſuſcipere debeam.* Ib. VI, 38. *Eſt aliqua mea pars virilis, quod ejus civitatis ſum etc.* Liv. V, 11. *Illius gloriæ pars virilis apud omnes milites eſt.* Add. Erneſt. Clav. Cic. in *virilis.*

* 14. *Pro virili portione.*

Tacitus III. hiſt. 20, 2. *Antonius demonſtrat, ut pro virili portione armis ac manu victoriam juverit.* Add. ejusd. Agr. 45, 5.

15. *Pro portione, pro rata portione, pro rata parte.*

Pro portione idem eſt, quod *pro rata portione* vel *parte.* Cic. II. orat. 79. *Sed oportet, ut ædibus ac templis veſtibula et aditus: ſic cauſis principia pro portione rerum præponere.* Add. Livius XXXIV, 50, et Cic. III. Verr. 21, et pro Flacc. 14.

Id. VI. de rep. 5. *Hic eſt ille ſonus, qui intervallis conjunctus imparibas, ſed tamen pro rata portione diſtinctis, impulſu et motu ipſorum orbium conficitur.* Cæſar I. B. C. 17, 4. *Militibus in concione agros ex ſuis poſſeſſionibus pollicetur, quaterna in ſingulos jugera,*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0651
DFG

gera, et pro rata parte centurionibus evocatisque, nachdem ihnen auf ihren Theil gebühret. Cic. I. Tusc. 39. *Omnia ista perinde ut cuique data sunt, pro rata parte aut longa aut brevia dicuntur.*

*Dicitur etiam *pro parte*. Cic. II. Verr. 59. *Imperasti, ut iidem pro parte in commune Siciliæ conferrent.*

16. Prout; pro eo ac; pro eo ut.

Prout, pro eo ac, pro eo ut idem declarant. Cic. II. Verr. 34. *Prout Thermitani hominis facultates ferebant*, nachdem es das Vermögen dieses Thermitaners litte. *Add. id. XI. Att. 6. Tacitus II. hist. 10, 3, et 98, 1. Cic. IV. Catil. 2. *Primum debeo sperare, Deos omnes, qui huic urbi præsident, pro eo mihi ac mereor, relaturos esse gratiam.* *Add. IV. ep. 5. Cic. V. Verr. 54. *Pro eo ut temporis difficultas æratarumque penuria tulit.*

* 17. Prout-ve: prout-aut; prout vel-vel.

Livius XXXVIII, 40. *Prout locus iniquus æquusve his aut illis, prout animus pugnantium est, prout numerus, varia pugnæ fortuna est.* Add. id. VIII, 21. Suet. Claud. 15, et Neron. 25. Tacit. Ann. I, 28. Cels. V, 20. de pastill. Andr. *Prout valentius aut lenius vitium est, cui medendum est.* Suet. Cal. 53. *Solebat Caligula defensiones meditari, ac, prout silus cesserat, vel onerare sententia sua quemque vel sublevare.*

* 18. Prout-ita.

Celsus IV, 4. de Tussi. *Si secuta ulcera sunt, si pus, si tussis est, prout sedes ipsa est, ita varia et periculosa genera morborum sunt.* Plin. V, 9. *Prout in Mauritania utres imbresve satiaverint, ita Nilum increscere observatum est.* Id. XXXVIII, 2. *Prout quæque accepta sunt, ita valent.* Sen. ep. 56, et Quæst. I, 5.

* 19. Pro

* 19. *Pro eo ac si.*

Cic. I. Invent. 32. *Quoniam taciturnitas imitatur confessionem, pro eo ac si concessum sit, concludere oportebit argumentationem.* Senec. ep. 102.

20. *Pro eo quod, pro eo quantum* in comparatione.

Cic. Planc. 38. *Vereor, ne parum tibi, pro eo quod a te habeo, reddiderim.* Id. Cluent. 15. *Avitus, pro eo quod se non solum suis commodis, sed etiam suorum municipum natum esse arbitrabatur, tantæ voluntati universorum Larinatium deesse noluit.* * Add. id. Rosc. Am. 51. IV. fin. 21. *Omnia pro eo, quantum in quibusque sit ponderis, æstimanda sunt.* Id. III. ep. 3. *Equidem pro eo, quanti te facio, quicquid feceris, approbabo,* nach der Hochachtung, welche ich für dich habe.

21. *Pro eo* absolute.

Cic. XIII. ep. 8. *Quod erit hujusmodi, ut, si a Cæsare, quod speramus, impetraverimus, tuo beneficio nos id consecutos esse judicemus: sin minus, pro eo tamen id habeamus; quando a te data sit opera, ut impetraremus,* wollen wir es dennoch davor halten.

22. *Pro* pro *ob* vel *propter.*

Interdum usurpatur pro *ob* vel *propter.* Plaut. Aul. III, 3. *Pro vapulando ego a te mercedem petam.* Terent. Andr. V, 3. *Pro hujus peccatis ego supplicium sufferam,* ich muß seine Schuld mit meiner Haut bezahlen. Terent. Eun. I, 2. *Heri minas viginti pro ambobus dedi.* Cic. I. Att. 2. *Misimus, qui pro vectura solveret,* ich habe einen geschickt, der für die Fuhre bezahlen soll. Id. II, Orat. 86. *Dixit se dimidium, quod pactus esset, pro illo carmine daturum.*

(23. *Pro bono.*)

Est etiam elegans usus hujus præpositionis, cum dicitur *pro bono facere*, ut in his: Livius XXIV, 48. *Ut pro bonis et fidelibus sociis facerent:* h. e. sicut boni et fideles socii. Sall. Jug. 22. *Populum Rom. neque recte neque pro bono facturum.* ubi v. Cort.

(*Admonitio.*)

Sunt etiam alii usus antiqui, ut in *pro tribu; pro præde litis vindiciarum satis dare:* quorum hoc Ciceronis est, illud Livii. Sed posterius ad numerum præcedentem referri potest, et utrumque magis ad intelligendum, quam ad scribendum prodest. Itaque hic nihil amplius dicendum. In Lexicis quidem explicari debebant.

II. PRO interjectio.

Pro sæpe interjectio est exclamantis, admirationi aut indignationi serviens. Cic. II. Philipp. 13. *Quæ res, pro sancte Jupiter! in terris gesta est major.* Id. Manil. 1. *Pro dii immortales, tantumne unius hominis incredibilis ac divina virtus lucis afferre reip. potuit?* Id. III. Verr. 60. *Pro Deum atque hominum fidem!* Livius XXII, 14. *Tantum pro dolor! degeneramus a majoribus nostris* †. Ita nos dicamus licet *pro Deus immortalis! pro sancte Deus!*

CAPUT CXCV.

De adverbio PROBE.

PROBE est, ita *ut probari possit*, seu recte, ut decet talem rem vel personam. Cic. Orat. III, 50. *Quem tu probe, Catule, meministi.*

† In meis libris deest *dolor.*

CAPUT

*CAPUT CXCVI.

De PROCUL.

PROCUL contrarium interdum habet *cominus*. Livius XLIV, 35. *Missilibus procul regia auxilia melius pugnabunt: cominus stabilior et tutior aut parma aut scuto Liguſtino Romanus erat.*

* 2. *Procul* cum ablativo.

Jungitur cum ablativo interdum, prætermisso *a*. Cic. VII. ep. 6. *Multi suam rem bene gesserunt et publicam patria procul.*

* 3. *Procul* tralate.

Livius VI, 16. *Jam haud procul seditione res erat.* Id. VII, 14. *Haud procul justo prælio res erat.* Id. VII, 37. *Multitudo haud procul ab rerum omnium inopia erat.*

* 4. *Non* vel *haud procul* - *quin.*

Livius IX, 2. *Legiones Samnitium Luceriam omnibus copiis circumsedere: nec procul absunt, quin vi capiant.* Livius I, 5. *Numitor haud procul erat, quin Remum agnosceret.* Id. V, 4. extr. V, 12.

CAPUT CXCVII.

De adverbio PROINDE et PROIN.

PROINDE seu *proin*, quod decurtatum est, significat *ideo* vel *quamobrem*. Cic. in Cæcil. 29. *Proinde, si sapis, vide, quid tibi faciendum sit.* Id. XII. ep. 6. *Proinde fac, tantum animum habeas, tantumque apparatum, quantum* cet. Ter. Eunuch. I, 1, *Proin tu, dum tempus est, etiam atque etiam cogita.*

2. *Proinde* - *ut* pro *proinde* - *ac si.*

Varro I. R. R. 2. *Sic factum, ut Libero patri, re-*

pertori vitis, hirci immolarentur, proinde ut capite darent pœnas.

Proinde quasi-ac non. Sallust. Jug. 4. extr.

Proinde-quasi non. Cic. Cluent. 39. extr. Sallust. Catil. 12.

3. *Admonitio.*

Proinde pro *perinde* si quando usurpatur; easdem conjunctiones, eosdem usus habet. Sed videndum, ne subsit mendum et *proinde* legatur pro *perinde*. * Vid. Lepid. X. ep. Cic. 34.

** 4. S. D. Non veretur Bœclerus Ind. ad Nep. ne ubique mendum sit. Certe mendum esse in Lucretio nullo modo potest, qui hoc significatu *proinde* duabus syllabis metri causa usurpat, quod in *perinde* facere non licuisset. Libr. III. de Scipione: *Ossa dedit terræ, proinde ac infimus esset*, et alibi. Vall. II. Eleg. 50. Atque sic et prosæ scriptores postea locuti sunt: Cicero locis quibusdam in *perinde* allegatis, in quibus alii legunt *proinde*. Nepos 6. Alcib. *Ut ad ejus triremem vulgus confluueret, proinde ac si solus adveniisset.* Gell. XIX, 14. *Varronis quidem monumenta in propatulo frequentique usu feruntur; Nigidianæ autem commentationes non proinde in vulgus exeunt.* Add. Riv. p. 82, ad Terent. Goclen. p. 189. Observ.

* 5. *Proinde-quo plura*, ἀκύρως.

Lepidus X. ep. 34. *Et proinde tua autoritate me tuendum existimes, quo plura tibi tuo merito debeo.* Potest tamen hic locus etiam aliter exponi.

CAPUT

CAPUT CXCVIII.

De PROPE et PROXIMUS.

1. *Prope* pro *juxta*.

PROPE est *juxta*. Cic. Brut. 14. *Plebs prope ripam Anienis consedit*, an dem Ufer des Flusses. Id. VII. ep. 24. *Ut non modo prope me, sed plane mecum habitare posses*, nicht allein nahe, sondern gar bey mir.

(* Sic per translationem) Livius I, 25. *Romani ovantes ac gratulantes Horatium accipiunt, eo majore gaudio, quo prope metum res fuerat.** Id. I. 58. cf. n. 11.

* 2. *Propemodum* pro *pene*.

Cic. VII. Att. 2. *Vehementius esse quiddam suspicor, quod te cogat cedere, et propemodum infringat.* Et ita alibi sæpe.

* 4. *Propediem. Prope lucem.*

Propediem est proximo quoque tempore. Cic. XVI. ep. 9. *Asclapo medicus plane confirmat, propediem te valentem fore.* Et ita sæpe alibi.

Prope lucem significat *sub lucem.* Suet. Claud. 44. *Multi Claudium statim hausto veneno obmutuisse ajunt, excruciatumque doloribus nocte tota, defecisse prope lucem.*

4. *Prope* pro *non procul*, sequente præpositione *a, ab.*

Interdum cum ablativum casum adsciscit, usurpatur pro *non procul.* Cic. V. Verr. 2. *At cum bellum in Italia tam prope a Sicilia gereretur, tamen in Sicilia non fuit.* Id. II. Verr. 3. *Commodum non mediocre populi Romani est, tantum civium Rom. tam prope ab domo, tam bonis fructuosisque rebus detinere.* Id. Pis. 11. *Prope a meis ædibus sedebas*, nahe bey meinem Hause.

5. *Prope* sine substantivo.

Cum sine casu ponitur, adverbii vicem obtinet, et contrarium habet *procul*. Cic. IX. ep. 7. *Volebam prope alicubi esse*, in der Nähe. Id. Senect. 14. *Adolescentia voluptates prope intuens magis fortasse lætatur: sed delectatur etiam senectus procul eas spectans.* Plaut. Casin. III, 5. *Nemo audet prope accedere*, es getrauet sich niemand nahe bey zu gehen.

* 6. *Prope* pro *pene*, *propemodum*.

Prope tralate pro *pene* ponitur. Cæs. B. G. III, 28, 1. *Etsi prope exacta jam æstas erat.* Id. B. G. V, 20, 1. Cic. I. ep. 7, 11.

7 *Prope est*, *ut*.

Prope est, *ut*, est *parum abest*, *quin*. Livius II, 65. *Jam prope erat*, *ut in summum clivi jugum evaderent*, *cum terga hostes dedere*, es war an dem, es fehlete wenig. Id. II, 30. *Appius vicit*, *ac prope fuit*, *ut dictator ille idem crearetur*, hat wenig gefehlet. *Add. Liv. II, 23. XL, 32. Celsus III, 23. extr. Senec. epist. 120.

8. *Prope est factum. Nihil propius est factum.*

Livius XXV, 21. *Ubi allatum est hostes adventare; prope est factum*, *ut injussu prætoris*, *signis convulsis in aciem exirent*, so wäre es fast geschehen, daß sie ohne Commando. Cic. I. ep. Qu. fr. 2. *Gabinius privatus Pompejum dictatorem appellavit: propius nihil est factum*, *quam ut occideretur*, er wäre bey nahe getödtet worden: es hat nicht viel gefehlet, daß er nicht ꝛc. Id. V. Verr. 36. *Nec quicquam propius est factum*, *quam ut illud Uticense exemplum de Hadriano transferretur Syracusas.* Id. Cluent. 21.

9 *Prope adest*, *ut* vel *cum*.

Prope adest, *non longe abest*. Plaut. Aul. II, 3.

Probrum

Probrum atque turpitudo, prope adeſt, ut fiat palam, es iſt an dem, daß die Schande auskomme. Ter. Andr. I, 1. *Prope adeſt, cum alieno more vivendum eſt mihi*, es iſt die Zeit nahe, da ich nicht nach meinem Willen leben darf.

10. *Propius abſum.*

Propius abſum idem eſt, quod *minus longe abſum*. Cic. de ſenect. 21. *Quod eo melius cernere mihi videor, quod ab ea* (morte) *propius abſum*, dieſes ſcheine ich mir um ſo viel beſſer zu ſehen, weil ich näher darbey bin. Id. I. Att. 1. *Quoniam propius abes.* * Add. VIII, 12.

* 11. *Propius* tralate, cum accuſ.

Liv. IV, 17. *Propius eſt fidem, obſtringi Fidenatium populum, ne reſpicere ſpem ullam ab Romanis poſſet conſcientia tanti ſceleris, voluiſſe.* Es iſt wahrſcheinlicher.

(*Propius* pro *magis.*)

Tacit. Agric. 16. *Propius eos agitabat timor.* v. ibi Erneſti notam.

12. *Proxime* cum accuſativo.

Proxime item ut *prope*, ex quo factum eſt, accuſandi caſum interdum habet. Cic. V. epiſt. 2. *Proxime Romam veniſti*, nächſt an Rom gekommen †. Id. X. Philipp. 11. *Brutus operam det, ut cum ſuis copiis quam proxime Italiam ſit*, ſo nahe an Italien ſey, als es möglich. * Add. XII. ep. 13. Plinius XVII, 23. (Cic. Mil. 22. *proxime Deos.* fr. in Piſ. *proxime Pompejum.* Liv. XXXIX, 10. *eras res proxime ſpeciem oppugnantium.* v. Drakenb. ad Liv. II, 41. XXI, 1. Sil. Ital. I, 13.)

† Hoc exemplum etiam aliter poteſt intelligi.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0659
DFG

*13. *Proxime* sequente præpos. *a.*

Colum. I, 6. *Omnes quam proxime alter ab altero debent habitare.* Add. Cels. IV, 7.

14 *Proxime* pro *maxime.*

Interdum usurpatur pro *maxime.* Cic. XI. ep. 21. *Sed velim tibi persuadeas, me huic tuæ virtuti proxime accedere,* am nächsten komme. Id. II. Verr. 5. *Siculorum ea virtus est, ut proxime ad nostram disciplinam illam veterem, non hanc, quæ nunc increbuit, videantur accedere,* kommen sehr wohl überein mit unsern alten Sitten.

* Huc refer illa: Livius XXIV, 68. *Statorius ex multa juventute regi pedites conscripsit: ordinatosque proxime morem Romanum instruendo et decurrendo signa sequi et servare ordines docuit.* Id. XXX, 10. *Erat res minime certamini navali similis, proxime speciem muros oppugnantium navium.* (immo melius referantur ad n. 12.)

* 15. *Proxime* pro *propediem.*

Proxime etiam de futuro tempore sæpe dicitur.

16. *Proxime* pro *novissime*, aut *ultimo loco.*

Alias pro *naperrime* aut *ultimo loco.* Cic. II. Phil. 5. *Proxime est mortuus,* ist neulich gestorben, Id. II. Nat. D. 23. *Fidem et mentem in Capitolio dedicatas videmus proxime a Marco Aemilio.* Id. V. ep. 15. *In iis literis, quas proxime a te accepi,* in dem Briefe, welchen ich zuletzt von dir empfangen. * Add. II. off. 6, et I. ep. 7.

* Huc refer illud Palladii August. 8. *Proxime solis occasum,* zu der Zeit, da die Sonne gleich untergehen will. Celsus III, 2. *Proxime abstinentiam sumendus est cibus exiguus,* id est, statim ab abstinentia.

* 17. *Pro-*

* 17. *Proxime-ante; proxime-olim.*

Livius XXXIX, 55. *Ager proxime Bojorum ante Tuscorum fuerat.* Sueton. Domit. 4. *Computata ratione temporum ab anno, non quo Claudius proxime, sed olim Augustus ediderat.*

18 *Proximè superior.*

Cic. III. Nat. D. 21. *Musæ, quas Pieridas solent poetæ appellare, iisdem nominibus eodem numero, quo proxime superiores.*

19. *Proxime* in ordine.

Cic. Cluent. 31. *Sapientissimus est, cui, quod opus sit, ipsi veniat in mentem: proxime accedit, qui alterius bene inventis obtemperat.* Id. II. off 3. *Proxime et secundum deos homines hominibus utiles esse possunt*, nechst GOtt können die Menschen einander am meisten Nutzen schaffen. * Vid. præcipue Cass. XII. ep. Cic. 13, et Plinius XVII, 21.

20. *Proxime atque.*

Cic. IX. ep. 13. *Lepta cum ita laboret, ut ejus fortunæ videantur in discrimen venire: non possum ego non aut proxime atque ille, aut etiam æque laborare*, kann ich nicht unterlassen, mich fast eben so, als er, oder auch eben so sehr, als er, zu bemühen.

II. *Proximus a* vel *post* vel *ante.*

Proximus alicui ferme dicitur. Cic. in Brut. 47. *Crasso et Antonio L. Philippus proximus accedebat.* Id. Cluent. 55. *Equites ordini Senatorio dignitate proximi.* Id. X. ep. 25. *Nolo te ignorare, quantam laudem consecutus sis: mihi crede, proximam Planco.* * Add. Id. I. Att. 11. Ita per translationem *Proximus invidiæ.* Livius III, 51.

Interdum tamen præpositionem *a* vel *post* vel

ante assumit. Cic. Orat. 64. *Proximus a postremo.* Plinius X, 75. *Somnia a vino et a cibis proxima vana sunt.* Cic. I. off. 30. *Qui praefectus classis proximus post Lysandrum fuit*, nächst nach dem Lysander. Id. Senect. 12. *Hic, Tito fratre suo Censore, qui proximus ante me fuerat, elapsus est*, der nächst nach mir gewesen war. * Add. XV. Att. 25.

* 3. *Proximus* cum accusativo.

Proximus jungitur etiam cum accusativo, subintellecta, ut videtur, praepositione *ad.* Liv. VIII, 32. *Qui proximi forte tribunal steterant, orabant dictatorem, ut parceret magistro equitum.* Id. XXIX, 7. *Is proximus eum forte steterat*, war eben ihm am nächsten gestanden. Cæsar III. B. G, 7, 2. *Crassus adolescens cum legione VII proximus mare in Andibus hiemabat.* (v. Heins. et Burm. ad Ovid. A. A. I, 139.)

* 4. *Proximus - ulterior.*

Tacitus German. 17, 3. *Gerunt Germani et ferarum pelles, proximi ripæ negligenter, ulteriores exquisitius.*

5. *Proximus* pro *proxime antecedente.*

Interdum *proximus* est *proxime antecedens.* Cic. Manil. 19. *An Falcidius et Metellus anno proximo legati esse potuerunt?* im nächst verwichenem Jahre. * Add. III. Catill. 3, et V. ep. 13, et XIV, 13.

6. *Proximus - superior; proximus - inferior.*

Proximus interdum confertur cum *superiore*, ut *superiores* sint, qui sunt ante *proximus.* Cic. Arch. 5. *Est enim obscurum, proximis Censoribus, hunc cum L. Lucullo apud exercitum fuisse: superioribus, cum eodem quæstore fuisse in Asia: primis Julio et Crasso,*

Crasso, nullam populi partem esse censam. Id. I. Catil. 1. *Quid proxima, quid superiore nocte egeris, nemo nostrum ignorat*, was du die nächste und vorige Nacht gethan habest.

Alias *proximus superior* conjunguntur. Cic. I. ep. 9. *Repentinam Crassi defensionem Gabinii, quem proximis superioribus diebus acerrime oppugnasset, si sine ulla mea contumelia suscepisset, tulissem*, die nächst vorhergehende Tage über. Id. II. Nat. D. 20. *Huic stellæ proximum inferiorem orbem tenet Mars*, den nächstfolgenden Kreis.

* 7. *Proximus prior.*

Tacitus I. Ann. 77, 1. *Theatri licentia proximo priore anno cœpta, gravius tum erupit.* (ubi v. Ernesti notam.)

8. *Proximus* pro *insequenti.*

Nec solum tempus præteritum *proximus* refertur, sæpe etiam ad futurum, ut *proxime insequentem* aut *consecutum* declaret. Cic. Milon. 9. *Clodius reliquit annum suum, seque in proximum transtulit.* Id. X. ep. 26. *Scilicet id agitur, utrum hac petitione, an proxima prætor fias.* Id. Brut. 0. *Hunc proximo seculo Themistocles insecutus est.** Add. id. X, ep. 33.

* 9. *Proximus* pro *brevissimus.*

Cic. II. offic. 12. *Præclare Socrates hanc viam ad gloriam proximam et quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, ut, qualis haberi vellet, talis esset.* Cæsar I. B. G. 10, 3. *Qua proximum erat iter.* Hirtius B. Alex. 32, 1.

10. *Proximus* in ordine.

Interdum *proximus* refertur ad ordinem. Cic. II. de invent. 58. *Summa necessitudo videtur esse honestatis:*

statis; huic proxima incolumitatis, tertia et leviſſima commoditatis. Id. I. offic. 33. *Ad hanc rationem natura vim maximam habet, fortuna proximam.* Id. I. Att. 1. *Satirus obſervat Domitium maxime, me habet proximum.* *Add. I. offic. 17. Plinius XII, 13.

11. *Proximus* in cognatione.

Interdum *proximus alicujus* dicitur, qui cognatione eum proxime attingit. Namque *proximi* conjunctiores ſunt, quam propinqui. Cic. II. Invent. 49. *Tyranno occiſo, quinque ejus proximos cognatione magiſtratus necato.* Id. de Amic. 19. *Si quam præſtantiam conſecuti ſunt amici, impertiant eam ſuis communicentque cum proximis.* Id. V. Verr. 64. *Cum hæc omnia tuis proximis plana fecero.* *Add. id. Mil. 26.

* 12. *Proximum eſt, ut.*

Cic. XII. Att. 42. *Proximum eſt, ut velim Clodiae, ſi iſta minus confici poſſunt, efficere quidvis.* Id. H. Nat. D. 29. *Proximum eſt, ut doceam, deorum providentia mundum adminiſtrari.* Id. Flacc. 12. Celſus I, 4.

CAPUT CXCIX.

De præpoſitione PROPTER.

1. *Propter* pro *prope*.

PROPTER ſæpe uſurpatur pro *prope* (et dicitur quaſi *propiter*.) Cic. III. Nat. D. 22. *Vulcanus tenuit inſulas propter Siciliam, quae Vulcaniae nominantur*, nahe bey Sicilien. Id. Brut. 6. *In pratulo propter Platonis ſtatuam conſedimus.* Id. II. Verr. 44. *Fanum eſt in agro propter ipſam viam, qua Aſſoro itur Ennam.* ibid. 61. *Propter aedem Vulcani.* Id. Roſc. Am.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0664
DFG

Am. 23. *Duo filii propter patrem cubantes.* Id. Pis. 3. *Mihi hic vir clarissimus, qui propter te sedet, L. Gellius civicam coronam deberi a republ. dixit,* der nahe bey dir sitzet. (* Eundem significatum tenet etiam casu destitutum. Cic. IV. Verr. 48. *Et enim propter est spelunca quaedam,* denn nahe darbey ist eine Höhle.) Add. id. II. Invent. 4. Cato R. R. 151. Tacitus IV. Ann. 54, 2.

2. *Admonitio.*

Propter pro *prope* usurpari solet, cum status in loco significatur: nam cum declaratur motus, *praeter* dici solis. Nam illud in II. de invent. 31. *Fluvius Eurotas, qui propter Lacedaemonem fluit, ita magnus et vehemens factus est, ut eo traduci victimae nullo modo possent,* videndum est, ne mendum contineat et pro *propterpraeter* legendum sit, unde *praeterfluere* conflatum esse constat. †

3. *Propter* causa efficiens aut finis. ††

Propter plerumque causam efficientem declarat. Cic. Brut. 26. *Ea suspicio propter hanc causam fuit.* Id. Rosc. Am. 4. *Opprimi me onere officii malo, quam id, quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abjicere, aut propter infirmitatem animi deponere.* *Add. id. Milon. 22, et 30.

Interdum finem significat. Cic. VII. Att. 5. *Tironem propter humanitatem et modestiam malo salvum, quam propter usum meum.* Ubi *propter usum* finem decla-

† Ego nolim dubitare, quin *propter* interdum ponatur pro *praeter.* Hirtius B. Afr. 73, 5. *Propter hostium castra praetergressus, aequo loco invitat ad dimicandum.* Phaeder. lib. II. fab. 6. *Venit per auras cornix, et propter volans, optimam sane praedam rapuisti unguibus.* (inquit cet.)

†† Etiam de personis pro *per.* Cic. VII. ep. 27, 4. *Me propter quem caeteri liberi sunt, tibi liberum convisum demiror.* Cic. Rosc. Amer. 22. *Propter quos hanc suavissimam lucem aspexerit.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0665
DFG

declarat. Id. I. 26. *Virtus ex se et propter se expetenda*, die Tugend iſt vor ſich und um ſich ſelbſt zu verlangen. Exempla legentibus non deſunt.

4. *Propter* caſui ſuo per anaſtrophen poſtpoſitum.

**P. Cic. in Piſ. *Quem propter urbs incenſa non eſt.*

** 5. *Propter* omittitur.

Terent. Eunuch. V, 7. *Nunc id prodeo, ut conveniam Parmenonem*, id eſt, *propter id prodeo.* Liu. lib. VI. p. 415. Lege *id* et *quid* pro *cur*, id eſt, *propter quid.*

6. *Propter* cum participio præteriti paſſivi.

Cic. I. ep. 7. *Offenſionem eſſe periculoſam propter interpoſitam autoritatem religionemque video.* * Livius XXX, 30. extr. *Propter* in his refertur ad ſubſtantivum, cujus epitheton eſt in participio.)

7. *Propterquam rem*, vel *propter quæ*, vel *propter quod* pro *quapropter* fere ſunt rariora.

Varro III. R. R. 16. *Propter quam rem etiam carius in ſacra via, quam mel, venit.* Livius XLIII, 11. *Haec ex Digitio ſunt audita. Propter quae veriti patres, ne qua major ignominia acciperetur, legatos in Macedoniam miſerunt.* Add. Columell. VI, 6.

* 8. *Propter hoc* pro *propterea.*

Varro III. R. R. 16. *Propter hoc Siculum mel fert palmam, quod ibi thymum bonum et frequens eſt.* Columell. I, 16. *Propter quod torcular debet a meridiana parte illuſtrari.* Id. VI, 32. *Propter quod bitumen et ſulphur et veratrum pici liquidae axungiaeque veteri commiſta pari pondere incoquuntur.* Id. VIII. ult.

9. *Propterea quod; propterea ut.*

Propterea ex *propter* et *ea* factum eſſe apparet: uſurpatur pro *iccirco*, et fere cum *quod* vel *ut* copula-

pulatur. Cic. V. ep. 18. *Ipse consolandus sum, propterea quod nullam rem gravius jam diu tuli*, ich bedarf selbst Trosts, weil ich in langer Zeit nichts schmerzlicher empfunden. Id. IX. ep. 18. *Eram otiosus in Tusculano, propterea quod discipulos obviam miseram.* Id. III. off. 3, et 4.

Cic. XIII. ep. 68. *Haec propterea scripsi, ut me non sine causa laborare intelligeres.* Id. Ligar. 3. *Haec propterea de me dixi, ut mihi Tubero ignosceret.* *Add. II. off. 23.

** 10. *Propterea quia.*

S. D. P. Cic. II. divin. 22. *Malae partus prolatus est a te, res mirabilis propterea, quia non saepe fit.* *Add. IV. ep. 5, et X. ep. 33, et I. divin. 15, et I. Fin. 16.

** 11. *Propterea-quoniam* non imitandum est.

S. D. Gellius VI, 2. *Propterea palmam signum esse placuit victoriae, quoniam ingenium ejusmodi ligni est, ut urgentibus non cedat.* Sylv. III. progr. 95.

CAPUT CC.

De adverbio PROTINUS.

* 1. *Protinus* pro *ante* vel *porro*, vorwärts, gerades Weges fort.

PROTINUS dictum videtur quasi *porro tenus*, et significat *ante*, vor sich hin. Cic. I. divin. 24. *Deus praecepit Hannibali, ut pergeret protinus: quid retro atque a tergo fieret, ne laboraret.* Cic. III. ep. 6. *Clodius a me petivit Corcyrae, ut Laodiceam protinus irem.* Id. XI. Att. 23. Livius IX, 2. XXIII, 18.

* 2. *Protinus a* pro *statim a* vix imitandum.

Celsus III, 9. *Neque ideo tamen non est temeraria ista medicina, quia plures, si protinus a principiis excepit,*

excepit, interemit. Id. VII, 8. *Solet evenire vel a prima natali die protinus, vel postea facta exulceratione.* Id VII. 26. de cur. calc. evulſ *Id protinus in imbecillioribus ab ipsa curatione faciendum est.*

* 3. *Protinus quam* pro *simul ac*, noli imitari.

Plinius XV, 17. *Quidam, ut has uvas faciant, in cinere lixivo tingunt protinus, quam detraxere vitibus; mox in sole siccant: tum foliis involutas vinaceis stipant.*

* 4. *Protinus ut* pro *statim simul ut.*

Celsus III, 6. *Periti medici est, non protinus ut venit, apprehendere manu brachium.* Id. V, 26. de ration. victus et nor. vuln. *Vomitus biliosus non voluntarius, vel protinus ut percussus est aliquis, vel dum inflammatio manet, malum signum est.* Valer. Max. V, 4. n. 4.

* 5. *Protinus, cum.*

Plinius XVIII, 17. *Veteri tribus temporibus nocent frumento et hordeo; in flore, aut protinus cum defloruere, vel matureſcere incipientibus.*

* 6. *Protinus)(ante.*

Celsus V, 26. de curat. gangr *Optime surculum educit superimposita arundinis radix, si tenera est, protinus contrita: si jam durior, ante in mulso decocta.*

* 6. *Protinus)(postea. Protinus)(tardius.*

Celsus VII, 8. *Solet evenire vel a prima natali die protinus, vel postea.* Plinius XVI, 25. *Concipiunt variis diebus, et pro sua quaeque natura. Alia protinus, ut animalia, tardius aliqua, et diutius gravida partus gerunt.*

* 8. *Protinus* post ablativos consequentiæ.

Celſ. III, 18. *Desipere plerumque breve esse consuevit, levatoque accessionis impetu, protinus mens redit.*

CAPUT

CAPUT CCI.
De PROUT et PULCRE.

PROUT vide supra in *pro*.

II. *Pulcre* proprie est schön.

Deinde ponitur pro *præclare*. Cic. I. epist. 2. *Cum in Senatu pulcerrime staremus.*

2. *Pulcre* est bene, vel accurate.

Planc. X. ep. 23. *Lepidum pulcre noram.*

* 3. *Pulcre* irrisionis vim habet.

Cic. Cluent. 26. *Qui esset totus ex fraude et mendacio factus, - pulcre asseverat, se ab Oppianico destitutum*, et sic pluribus aliis locis.

CAPUT CCII.
De adverbio QUA, QUACUNQUE, QUANAM.

Qua pro *per quem locum*. †

QUA proprie est *per quem locum*, ut planum est. Cic. III. Philipp. 8. *Ipse in templum, nescio qua, per cuniculum Gallorum adscendit.* * Add. Man. 9, et I. divin. 54. Tacitus II. Ann. 63, 2 ††.

** 2. *Qua-ea. Qua-eadem.*

S. D. P. Particulæ *qua* in loci significatione respondet *ea*, potestque utrobique subintelligi *via*, aut simile. Livius V, 24. extr. *Volsci qua modo simulato metu cesserant, ea in veram fugam effusi sunt.* * Add. id. I, 27, et V, 43. Inter-

† Subintelligitur *parte* vel *via*. Vid. Livius VI, 24 Vellej. II, 17. 1. *Finito ex maxima parte, nisi qua Nolani belli manebant reliquiæ, Italico bello.*

†† Nonnunquam præcedit nomen. Livius XXII, 11. *Ex agris demigrabant omnes regionis ejus, qua iturus Annibal esset.* Add. Celsus VII, 5.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0669
DFG

Interdum sequitur *eadem*. Nepos Themist. 5. *Xerxes, qua sex mensibus iter fecerat, eadem minus diebus triginta in Asiam reversus est.* (Cic. I. divin. 54. *Socrates eadem, qua ceteri, fugere noluit.*)

* 3. *Qua* tralate, pro *quatenus*.

Livius XXXIX, 48. *Statui non ultra attingere externa, nisi qua Romanis cohærent rebus.* Add. Quintil. IV, 1. Senec. ep. 66. pag. 201.

** 4. Alias *qua*, item ut *aliqua*, declarat *qua* vel *aliqua ratione*, vel *forte*. Virg. Eclog. 3. *Et si non aliqua nocuisses, mortuus esses.* Id. I. Aen. 22. *Si qua fata sinant.* Id. ib. v. 686. *Ne qua scire dolos mediusve occurrere possit.* Etsi Linacer p. 476. libr. VI. putet ibi redundare.

** 5. *Qua* pro *quacunque*.

Ovid. I. Metamorph. 241. *Qua terra patet, fera regnat Erynnis.* Linac. libr. II. p. 134.

6. *Qua-qua* pro *tum-tum*.

Sæpe tamen iteratur, ut significet *tum-tum*. Cic. III. Quint. fr. 1. *Topiarium laudavi, ita omnia convestivit hedera, qua basin villæ, qua intercolumnia ambulationis.* Id. XV. Att. 18. *Intelligo te distentissimum esse, qua de Buthrotiis, qua de Bruto*, so wohl der Buthroter, als des Bruti wegen. IX, 14. *Quam expedita tua consilia, quam evigilata tuis cogitationibus, qua itineris, qua navigationis, qua congressus sermonisque cum Cæsare*, wie richtig und wohl ausgesonnen sind deine Vorschläge sowohl der Reise zu Wasser und Land, als auch der Conversation und Rede wegen mit dem Cæsar. *Add. ib. II, 19.

II. *Quacunque*.

Quacunque est *per quemcunque locum*. Cic. I. Verr.

Verr. 16. *Verres quacunque iter fecit, ejusmodi fuit, ut non legatus populi Romani, sed ut quædam calamitas pervadere videretur*, allenthalben, wo er durch oder vorüber gereiset, hat er sich so verhalten, daß.

* Interdum præcedit nomen. Cic. Cluent. 68. *Nemo erat illorum, quin expiandum illum locum esse arbitraretur, quacunque illa iter feciſſet mater.*

Illud translate. Cic. V. fin. 2. *Quacunque ingredimur, in aliquam hiſtoriam veſtigium ponimus.* †

* 2. *Quacunque - ibi.*

Livius VIII, 9. *Quacunque Decius equo invectus eſt, ibi Latini haud ſecus quam peſtifero ſidere icti pavebant.*

III. *Quanam.*

Livius V, 34. *Galli circumſpectabant, quanam per juga cœlo juncta in alium orbem terrarum tranſirent.*

CAPUT CCIII.

De pronomine QUALIS, QUALISCUNQUE et QUALISLIBET.

* 1. *Qualis* abſolute.

Cic. de Amic. 19. *Sæpe excellentiæ quædam ſunt, qualis erat Scipionis in noſtro, ut ita dicam, grege.*

* 2. *Qualis - talis.*

Cic. Roſc. Am. 3. *Te quæſo, ut qualem te jam antea populo Romano præbuiſti, talem te et nobis et populo Romano hoc tempore impertias.* Id. II. off. 12. Ita ſæpe.

* 3. *Qualis - perinde.*

Livius XXVII, 17. Indibilis dicebat, *ſe id Scipionem*

† Hic locus vix habet tralati quicquam. Nam *hiſtoria* hic eſt *locus ubi memorabile quiddam. Quacunque* autem proprie poſitum videtur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0671
DFG

pionem orare, ut quales ex hac die experiundo cognorit, perinde operæ eorum pretium faceret.

* 4. *Qualislibet.*

Cic. II. Nat. D. 37. *Hoc qui existimat fieri potuisse; non intelligo, cur non idem putet, si innumerabiles unius et viginti formæ literarum vel aureæ, vel qualeslibet, aliquo conjiciantur, posse ex his in terram excussis annales Ennii effici.*

5. *Qualiscunque.*

Qualiscunque ex *quali* factum, plerumque ejus vim extenuat. Cic. XIII. Att. 45. *Turpe est nobis, illum qualiscunque est, hoc primo anno egere.* Ib. XIV, 16. *Homines benevolos, qualescunque sunt, grave est insequi contumelia,* es ist eine schwere Sache, seine Gönner, sie mögen auch seyn, wie sie wollen, mit Schmäh-Worten antasten. *Add. ib. XI, 21, et XV, 4.

6. *Qualiscunque-talis.*

Interdum refertur ad *talis.* Cic. III. de leg. 14. *Licet videre, qualescunque summi civitatis viri sunt; talem civitatem fuisse.*

* 7. *Qualiscunque-tamen.*

Livius XXIX, 17. *Qualescunque sumus, tamen hæc, quæ passi sumus, pati non debuimus.*

* 8. *Qualiscunque* divellitur interdum.

Cic. Nat. D. II, 30. *Aliquid profecto sit, necesse est, melius et majore vi præditum quam deos, quale id cunque est.*

CAPUT

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0672
DFG

CAPUT CCIV.

De adverbio QUAM.

*1. *Quam* post *incredibile est, sentiret* cet. pro *quantum.*

Cic. XIII. Att. 23. *Incredibile est, quam ego ista non curem.* Id. Brut. 17. *Non verisimile est, quam sit in utroque genere et creber et distinctus Cato.* Id. I. off. 21. *Consideret, quam illa res honesta sit.* Ib. 30. *Intelligemus, quam si turpe diffluere luxuria.* Ib. III, 21. *Id quam injustum in patriam, et quam turpe esset, non videbat.* Ovid. de Pont. IV. ep. 6, 35.

*2. *Quam* post nomina.

Livius XXXIX, 36. *Terror Achæis injectus erat et cogitatio, quam non ex æquo disceptatio futura esset.*

*3. *Quamdiu*, absolute.

Cic. II. off. 8. *Quamdiu imperium populi Romani beneficiis tenebatur, non injuriis, exitus erant bellorum mites.* Add. id. XIV. ep. 1 et 3. Id. Rosc. Am. 31.

4. *Quamdiu - tamdiu.*

Cic. II. Or. 22. *Quorum quamdiu manfit imitatio, tamdiu genus illud dicendi studiumque vixit.* Lege *tamdiu.*

5. *Tempus, quamdiu.*

Cic. Quint. 9. *Tempus, quamdiu diceremus, nobis præstituebas.*

*6. *Quamdiu, -: posteaquam.*

Cic. Provin. Cons. 10. *Quamdiu Cæsaris consilia in republica non maxime diligebatis, me quoque cum illo conjunctum videbatis: Posteaquam mentes vestras voluntatemque mutastis, me comitem sententiæ vestræ vidistis.* Id. pro Rabir. Post. 12. *Quamdiu inimicissimus Gabinio fui, non amicissimus mihi, non Pom-*

pejus fuit; nec, posteaquam illius autoritate eam dedi veniam, quam debui, quicquam simulavi.

* 7. *Quam mox.* Lege *Mox.*

8. *Quam pridem. Quam dudum.*

Terent. Eunuch. III, 3. *Ubi friget, huc evasit, quam pridem pater mihi et mater mortui essent; dico, jam diu*, ist er darauf gekommen, daß er fragte, wie lange es wäre, daß mir Vater und Mutter gestorben wären. Cic. Rosc. Com. 3. *Quam pridem hoc nomen, Fanni, in adversaria retulisti*, wie lange ist es, daß du diese Schuld in dein Buch eingetragen? * Add. Plaut. Stich. II, 2. Cic. I. Verr. 48.

* Plaut. Stich. II, 2. *Vide quam dudum hic adsto et pulto.* Id. Trinum III, 1. *Quamdudum istuc, aut ubi actum est?* Terent. Eunuch. IV, 4.

* 9. *Quam primum*, aufs eheste.

Cic. II. Verr. 4. *A Metello legationes universæ petiverunt, ut quam primum isti succederet.* Id. IV. Verr. 14. *Approbat consilium Verres: autor est, ut quam primum agere incipiant.* Ita sæpe alibi.

* 10. *Quom* abundare videtur in *Valde quom, sane quam.* Brut. XI. ep. Cic. 13. *Nam suos valde quam paucos habet.* Ibid *Sane quam sum gavisus.*

11. *Quam* pro *valde* cum positivo et interrogatione.

Quam cum positivo sæpe et interrogatione junctum significat *valde.* Cic. VII. Att. 15. *Suam in Senatu operam autoritatemque quam magni æstimat?* wie theuer schätzt er seine Mühe und Vorschläge beym Rath? Id. III. Nat. D. 21. *Soles ipsi quam multi a Theologis proferuntur?* Id. XI. ep. 24. *Te igitur imitabor, qaam multa quam paucis?* wie viel Dinge mit wenig Worten †. * Add. II. Philipp. 4.

* 12. *Quam*

† *Quot* et *quam multi* bene discernendi sunt. Cic. XI. Philipp. 5. *At videtis, quot et quam multos habeat Antonius latrones.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0674
DFG

* 12. *Quam* pro *valde* cum positivo sine interrogatione

Cæs. B. G. VI, 26, 2. *Ab ejus cornu summo, sicut palmæ, rami quam late diffunduntur*, an der Spitze des Horns theilten sich Enden sehr breit aus. Cic. IV. Verr. 25. *Sunt vestrum, judices quam multi, qui Pisonem cognoverunt.* Sueton. Galb. 3.

13. *Quam* cum *volo* pro *quantum*, vel *quantumvis, quamvis.*

Quam cum verbo *volo* usurpatur pro *quantum.* Cic. Cæl. 26. *Quam velit, sit potens*, sie sey so mächtig, als sie wolle. Ib. 28. *Quam volent, in conviviis faceti sint.* Id. II. Nat. D. 17. *Hic, quam volet, Epicurus jocetur*, er mag scherzen, lachen, wie er will. Id. IV. Verr. 42. *Quam voletis, multi dicent*, es werden es ihrer so viel sagen, als ihr wollet. *Palladius April. tit. 1. Cic. V. Verr. 5. Hic quoque *tam* latitare, dubitare nolim.

* 14. *Quam* cum *volo-tamen.*

Cic. I. divin. 26. extr. *Cajus Gracchus multis dixit, sibi Tiberium fratrem visum esse dicere, quam vellet cunctaretur, tamen eodem sibi leto, quo ipse interisset, esse pereundum.* Hic subintellige *tamdiu.*

15. *Quam* cum *possum* et superlativo.

Cic. Dom. 36. *Dico igitur, et quam possum maxima voce dico*, so sage ich nun, so stark ich es nur sagen kan. Id. de Senect. 14. *Convivium ad multam noctem, quam maxime possumus, vario sermone producimus*, so lange wir können. Id. II. Nat. D. 51. *Aves nidos construunt, eosque quam possunt mollissime substernunt.* Id. I. Divin. 32. *Exposui, quam brevissime potui, somnii et furoris oracula*, so kurz ich nur gekonnt.

*Videtur in hac loquendi ratione intelligi præ-

termissum *tam*, cum eodem verbo, quod vel præcedit vel subsequitur jungendum. Apparebit id ex illo Cic. VII. ep. 20. *Eum librum tibi misi Rhegii scriptum, quam plenissime res illa scribi potuit.*

** Observetur ellipsis verbi *fieri* in *quam potest.* Plaut. Menæch. *Concede huc mea nata ab istoc, quam potest, longissime.* Colv. p. 12. ad. Apul. Pro eodem et *quantum potest* invenies: de quo Dürrerus.

* 16. *Admonitio.*

Quam cum *possum* et positivo rarissime jungitur a scriptoribus Ciceroni æqualibus: a cæteris jungitur. Plinius XVIII, 28. *Tanta literarum occasio est. Quas equidem miscebo agrestibus negotiis, quam potero, dilucide atque perspicue.* Id. XX, 24. *Hæc tusa cribrataque vino quam possit excellenti, digeruntur in pastillos victoriati pondere.* Hic quoque *tam* subaudiendum esse, ratio persuadet, ut oratio sic cohæreat: *Literas miscebo tam dilucide, quam potero miscere.*

17. *Quam* cum superlativo.

Quam cum superlativo usitatissimum est. Cic. Partit. 1. *An est, mi Cicero, quod ego malim, quam te quam doctissimum esse?* was sollte mir, werther Sohn, lieber seyn, als daß du hochgelahrt wärest. Id. de Amic. 13. *Commodissimum est, quam laxissimas habere habenas amicitiæ*, das bequemste ist, daß man der Freundschaft den Zügel, so weit man kan, schiessen lasse. Id. XVI. ep. 21. *Peto a te, ut quam celerrime mihi librarius mittatur.* Id. I. Verr. 30. *Urget Dolabella, ut quamprimum securi feriantur, quo quam minime multi ex illis de istius nefario scelere audire possent*, so wenig als möglich.

** Valla I. eleg. 17. hæc ita distinguit, ut *quam* positivo

positivo junctum dicat valere *quantum*; superlativo *valde*, nisi *possum* aut simile verbum intercedat: nam et tum *quantum* significari, ut paulo post videbitur. Linac. lib. V. p. 343. Cic. ad Trebat. *Tu optimus es testis, quam* (id est, quantum) *fuerim occupatus*, wie sehr ich geschäftig gewesen. Id. IV. fin. *Verbis utamur, quam usitatissimis et quam maxime aptis*, die allergebräuchlichsten und allerfüglichsten. Addit enim pondus quoddam superlativo: ut si dicas *omnium usitatissima, omnium maxime apta verba.* Rara sunt exempla, in quibus hæc aliter observentur. At si particulæ *quam* præponantur *per, sane, admodum, oppido, nimis, valde;* idem Valla monet, positivo fere junctam inveniri, ut *perquam doctus: sane quam utile: admodum quam suavis: oppido quam libens: nimis quam ineptum: valde quam pauci.*

** 18. *Quam* pro *quanto* comparativis jungitur, respondente *tam* vel *tanto.* Plaut. Bacch. V, 1, 5. *Quam magis id repeto, tam magis uror.* Id. Menæch. I, 1. *Quam magis extendas, tanto adstringunt arctius.* Taubm. ibi. Interdum in altero membro *tam* desideratur. Virgil. III. Georg. 309. *Quam magis exhausto spumaverit ubere mulctra, Læta magis pressis manabunt ubera mammis.* Cerda ibi.

* 19. *Quam* inter duos comparativos.

Cic. Milon. 29. *Non timeo, judices, ne odio inimicitiarum mearum inflammatus libentius hæc in illum evomere videar, quam verius.* Id. opt. gen. orat. cap. 2. *Alius acutiorem se quam ornatiorem vult.* Id. pro Sext. 32. extr. *Rem talem per alios citius, quam per se tardius confici malebat.* Livius XXXI, 35. V, 23, et XLI, 10.

* 20. *Quam* sæpe postponitur comparativo, unde regitur. Livius III, 19. *Consul non in plebe coërcenda, quam Senatu castigando, vehementior fuit.* Id. VIII, 2. *Adeo injuriæ Samnitium, quam beneficii Romanorum memoria præsentior erat!* Id. XLIV, 19. *Oratio quam habitus fuit miserabilior.* Id. XLIV, 26, et XL, 35, et VII, 25. XXXVIII, 5. XXXI, 7, et XXII, 4. Celsus III, 6. Vellej. II, 9, 2.

* 21. *Non* cum comparativo - *quam.*

Quam subnexum comparativo, cui *non* præfixum est, in germanica lingua nihil simile habet: (estque eleganter pro *non modo, sed etiam.*) Livius III, 27. *Agmen, non itineri magis aptum, quam prælio.* Id. III, 72. *Id non Aricinis Ardeatibusque quam Patribus Romanis fœdius atque acerbius visum.* Id. IV, 2. *Id non plebis quam patrum, neque tribunorum magis, quam consulum culpa accedit.* Plura exempla sunt in proximis superioribus observationibus. Quod de *non* cum comparativo et *quam* diximus, idem accommodari potest ad *nec.* Livius IV, 42. *Nec pietas quatuor tribunorum, quam Hortensii tam placabile ad justas preces ingenium, pariter plebi Patribusque gratior fuit.*

* 22. *Quam pro* post comparativos.

Livius X, 14. *Minor cædes, quam pro tanta victoria fuit.* Id. X, 4. *Pulverem majorem, quam pro numero, excitabant.* Id. XXI, 29. *Prælium atrocius, quam pro numero pugnantium editur.* Id. XXV, 37. XXXII, 16. extr. XXXIX, 15.

23. *Quam - tam.*

Quam sæpe adsciscit *tam*, cum comparatio intercedit. Plaut. Capt. II, 2. *Quam tu filium tuum,*

tam

tam pater me meus desiderat. Cic. II. Verr. 2. *Quam audax est ad conandum, tam est obscurus in agendo.* Id. XVI. ep. 1. *Xenomenes hospes tam te diligit, quam si vixerit tecum*, liebet dich ſo, als wenn er.

* 24. *Quam* prætermiſſo *tam* rariſſimum eſt.

Juſtinus XII. 8. *Orabat, ut reliquias saltem suas paternis sepulcris reddat; quorum non studiis deficiatur, quam annis.* Add. annot. Bernegg.

* 25. *Quam-tam* cum ſuperlativis rariſſime jungitur.

Cato R. R. 157. *Quam plurimum ederit, tam citissime janus fiet ex eo morbo.* Varro R. R. II, 9. *Quam pauciſſimos reliqueris, tam optime in alendo fiunt propter copiam lactis.* (Reſpndet illi formæ, de qua ſupra: *ut maxime-ita maxime*, nec minus proba putanda eſt.)

* 26. *Quam* poſt *contrarius, dissimilis, diversus, duplex, multiplex.*

Claudian. II. in Eutrop. 265. *Sed Marsyæ velox, dum suus est flexuque carens, jam flumine mistus Mollitur, Mæandre, tuo, contraria passus Quam Rhodano stimulatus Arar.* Vellejus II, 55, 2. *Nec dissimilis adversus victos quam in priore clementia Cæsaris fuit.* Plinius XIX, 8. *Eruca præcipue frigorum contemtrix, diversæ est, quam lactuca, naturæ.* Quintil. I, 4. extr. *Pransus atque potus diversum valent, quam indicant.* Plinius XIX, 1. *Ideo duplex quam ceteris pretium.* Colum. I, 8. Livius VII, 8. *Quidquid hinc aut illinc communis mars belli aufert, multiplex quam pro numero damnum est.* Huc refer illud Livii XLV, 18. *Placuit dimidium tributi, quam quod regibus ferre soliti erant, populo Romano pendere.*

* *Quam*

Quam post *alius* vide supra in *alius*. *Quam* post *æquus*. Vellejus II, 121, 1. *Quam* post *ne quis* rarissimum est. Curtius IV, 10. extr. *Precor ne quis Asiæ rex sit, quam iste tam justus hostis.*

27. *Quam quantum.*

Quam in comparatione sæpe adsumit *quantum*. Cic. III. Orat. 4. *Majus quiddam de Crasso, quam quantum a nobis exprimetur, suspicantur.* Id. III. Verr. 23. *Iis plus frumenti imperabatur, quam quantum exararant*, hat ihnen mehr Getraide zu schaffen auferleget, als sie erbauet hatten. Id. II. Verr. 29. *Accusatores multo majorem pecuniam prætori pollicentur, quam quantum tu dedisti.* ibid. 44. *Intelligetis sexies tantum, quam quantum satis sit, ablatum esse.* Id. I. Orat. 36. *Alter plus petebat, quam quantum lex permittebat.* *Id. Cluent. 1.

* 28. *Quam qui* post comparativos.

Livius III, 72. *Famæ ac fidei damna majora sunt, quam quæ æstimari possint.* Cæsar B. G. V, 1, 2.

* 29. *Quam quod* pro *quam quantum.*

Cic. I. Orat. 36. *Alter iniquum putabat plus secum agi, quam quod esset in actione.*

* 30. *Quam quot.*

Livius XXXVI, 10. *Ibi castra metatus latius, quam pro copiis et plures, quam quot satis in usum erant, ignes cum accendisset, speciem quam quæsierat, hosti fecit*

31. *Quam quod; quam ut.*

Jungitur interdum cum *quod* vel *ut*. Cic. XI. Att. 7. *Sed ex omnibus nihil tamen magis desideratur, quam quod in Africam non irem.* *Add. id. in Brut. 60, et orat. 45, et post redit. in Sen. 5.

Cic.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0680
DFG

Cic. II. orat. *Sed hoc majus est quiddam, quam ut ab iis postulandum sit*, es ist etwas grösseres, als daß man es von ihnen fodern sollte. Id. I. de Nat. D. 18. *Hæc sunt dicta subtilius, quam ut quivis ea possit agnoscere.* Id. III. Orat. 6. *Hoc videtur esse altius, quam ut id nos humi strati suspicere possimus*, es ist höher, als daß wir, die wir auf der Erde liegen, es sehen sollten. *Add. id. III. Att. 1.

* 32. *Quam* cum conjunctivo, dissimulato *ut*.

Cic. Mur. 29. *Est paulo durior, quam aut veritas, aut natura patiatur.* Livius XL, 4. *Mulier ausa est dicere, se sua manu potius omnes liberos interfecturam, quam in potestatem Philippi venirent.* Cic. Orat. III, 49.

* Sæpe tamen *ut* intelligi vix, aut plane non potest. Cic. Planc. 2. *Illi merita Planci erga me minora esse dicebant, quam a me ipso prædicarentur.* Id. Brut. 31. *Stoicorum adstrictior est oratio aliquantoque contractior, quam aures populi requirunt.* Id. Brut. 64. extr. *Is me adolescentem nactus octo annis minorem, quam erat ipse, multos annos in studio ejusdem laudis exercuit.* Id. I. Nat. Deor. 18. *Fretus intelligentia vestra dissero brevius, quam causa desiderat.* Add. Livius XII, 46.

* 33. *Quam ne; quam ut ne*

Cic. II. Att. 14. *Nihil est jam, quod magis timendum nobis putem, quam ne ille noster Sampsiceranus ruere incipiat.* Terent. Heaut. IV, 6, 4. *Nec quicquam magis nunc metuo, quam ne denuo miser aliquo extrudar hinc.* Add. Sueton. Domit. 9.

Cic. Cluent. 6. *Filius statuit nihil sibi in tanto scelere matris gravius faciendum, quam ut illa matre ne uteretur.*

34. *Quam*

34. *Quam quomodo.*

Cic. de Senect. 4. *Multa præclara in eo viro cognovi, sed nihil admirabilius, quam quomodo ille mortem Marci filii tulit.* Id. III. Or. 4. *Crassum pleniorem fuisse putat, quam quomodo a nobis inductus est.*

* 35 *Quom si. Quam cum.*

Cic. V. Att. 20. *Nunc publice literas Romam mittere parabam: uberiores erunt, quam si ex Amano misissem.* Id. VII. ep. 3. *Exul sum non incommodiore loco, quam si Rhodum me contulissem.* Add. id. XI. ep. 17, et II. Orat. 21.

Cic. XI. Att. 13. *Quintus mihi per literas satisfecit multo asperioribus verbis, quam cum gravissime accusabat.* Id. Cœl. 27. *Potueruntne meliore tempore prosilire, quam cum Licinius venisset?* Add. id. II. Orat. 74 et Livius XLIV, 22.

36. *Quam* optantis.

Cic. II. Att. 22. *Quam vellem Romæ mansisses!* ib. VII, 1. *Quam vellem etiamnum in provincia morari*, wie gerne wollte ich, (was gäbe ich drum,) daß ich noch in der Provinz wäre. Id. III. fin. 3. *Quam vellem, ut te ad Stoicos inclinasses?* wie gerne sähe ich es, daß du. * Add. VII. Att. 1.

37. *Quam* admirantis.

Cic. VII. Att. I. *Quam non est facilis virtus! quam vero difficilis ejus diuturna simulatio.* Id. V. fin. 22. *Quam cupiunt laudari, ut pudet vinci!* Id. IX. Att. 2. *O rem difficilem, planeque perditam! quam nihil prætermittis in consilio dando, quam tamen nihil, quod tibi ipsi placeat, explicas.* * Add. id. in Læl. 16, et IX. Att. 14.

* 38. *Quam*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0682
DFG

*38. *Quam* dolentis.

Terent. Andr. I, 1. *Quam timeo, quorsum evadas.* Id. Heaut. V, 4. *Eheu! quam ego nunc totus displiceo mihi.* Idem Phorm. I, 1. *Quam inique comparatum est, hi qui minus habent, ut semper aliquid addant divitioribus.* Cic. IX. Att. 11. et V, 3.

* 39. *Quam* in interrogatione rhetorica

Cic. V. ep. 15. *Quid enim? ad amicosne confugiam? quam multi sunt?* Add. IX. Att. ult. et pro Quint. 25.

*40. *Quam-? tamen.*

Cic. Flacc. 4. *Quam promtus homo Septimius? quam iratus de judicio et de villico? tamen hæsitabat.*

** 31. *Quam* pro *postquam.*

**P. Florus II, 2. *Intra sexagesimum diem, quam cæsa silva fuerat, CLX. navium classis in ancoris stetit.* Plinius VI. ep. 33. *Intra undecim dies, quam ille novercam ei amore captus induxerat.* Lege *post.*

* Quia propter præpositionem *intra*, quæ in his exemplis est, dubitare possis, satisne recte etiam *post* intelligatur; afferam exempla, in quibus particulam *quam* nulla præcedat præpositio, certe non *intra.* Livius III, 8. *Valerius Publicola tertio die quam interregnum inierat, consules creat.* Id. III, 33. *Anno trecentesimo altero, quam condita Roma erat, iterum mutatur forma civitatis.* Add. Id. IV, 7, 47, et XXII, 14. Hirtius B. Afr. 26, 5. Cic. II. Orat. 3. Columell. XII, 25. Vellejus I, 2, 1.

(*Admonitio.*)

In his quædam sunt minutiora, quædam etiam inutiliter tradita; in quibus scilicet nihil est quod proprie ad particulam *quam* pertineat, aut ad ejus vim et usum intelligendum ut n. 31. sqq. Sed ea delere non sustinuimus.

CAPUT

CAPUT CCV.

De particula QUAMOBREM.

1. *Quamobrem* cum *causa*.

Cic. XV. ep. 1, 11. *Quamobrem in provinciali delectu spem habeatis aliquam, causa nulla est.* Ib. III, 10, 1. *Multa mihi veniebant in mentem, quamobrem istum laborem tibi etiam honori putarem fore.* Sic item post alia nomina ponitur, pro *propter quam*, vel *propter quod* etc.

2. *Quamobrem* in interrogatione vera sæpe usurpatur: sæpius in interrogatione obliqua. Cic. III. ep. 10, 21. *Quamobrem non debueris credere, pauca dicam.* Ex hoc et superioribus exemplis constat, *quamobrem* sæpe poni pro *ob quæ*, *ob quod* cet.

CAPUT CCVI.

De conjunctione QUAMVIS.

Quamvis pro *etiamsi*, cum *tamen*, *attamen*; *certe*.

QUAMVIS non tam significat *quanquam* apud Ciceronem, quam *etiamsi*. Assumit autem *tamen*, *attamen*, *certe*. Cic. lib. VII. ep. 3. *Si me audissent, quamvis iniqua pace, honeste tamen viverent.* Add. id. II. offic. 7, et III. off. 13. Id. II. Phil. 45. *Res bello gesserat, quamvis Reipublicæ calamitosas, attamen magnas.* Id. Att. XVI. ep. 7. *Quamvis non fueris suasor, et impulsor profectionis meæ, approbator certe fuisti.*

* 2. *Quamvis*, omisso *tamen*.

Cic. I. offic. 22. *Quamvis Themistocles jure laudetur, et sit nomen ejus quam Solonis illustrius; non minus præclarum hoc quam illud judicandum est.* Columell. IV, 22. extr. *Illa mali generis vineta, quæ, quamvis*

quamvis robusta sint, propter sterilitatem fructu carent, emendantur insitione facta. Id. IV, 24. III, 2. Palladius III, 18.

* 3. *Quamvis - modo.*

Cic. III. Verr. 97. *Utinam Verres posset aliqua ratione hoc crimen, quamvis falsa, modo humana atque usitata, defendere.*

** 4. *Quamvis - nihilominus* vel *nihilo magis.*

S. D. Colum. Præf. *Quamvis tenuem, nihilominus aliquam industriam desiderant.* * Add. IX, 14. Senec. ep. 66. et quæst. nat. IV, 13.

** S. D. Varr. I. R. R. 2. *Quæ tamen quamvis sint fructuosæ, nihilo magis sunt agriculturæ partes.*

** 5. *Quamvis - at.*

Virg. IV. Georg 206. de apibus: *Ergo ipsas quamvis angusti terminus ævi excipiat (neque enim plus septima dicitur æstas:) at genus immortale manet.* Positum hic videtur *at* pro *tamen.*

6. *Admonitio.*

Quamvis pro *quanquam*, in principiis maxime, a Cicerone raro admodum usurpatur.

** 7. Jungitur autem fere conjunctivo: rarius Indicativo, uti observant Grammatici. Colum. II. Rust. 9. *Quamvis de mensura minus auctoribus convenit: hanc tamen videri commodissimam docuit noster usus.* Ovid. I. de Pont. 2. *Qui nasci ut posses, quamvis cecidere trecenti, non omnes Fabios abstulit una dies.* et ibid. *Felicem Niobem, quamvis tot funera vidit.* Propert. II. Eleg. 8. *Quamvis ista mihi mora est inhonesta futura.* Sic I. Eleg. 15. Quintil. Decl. 5. *Quamvis, Judices, in tanta malorum continuatione jam poteram nihil ex accidentium meorum novitate*

mirari, nullumque mihi reliquerint impatientia genus adversa, quæ de solatiis remediisque creverunt: confiteor tamen cet. Vall. 2. Eleg. 21. * Celsus semper *quamvis* indicativo jungit: Ovidius sæpissime. (Etiam Nepos Milt. 2. Sueton. Aug. 42. etc. sed id fit tum demum, cum pro *quanquam, etsi* ponitur. Secus est cum pro *quantum vis*, ubi necessario habet conjunctivum. adde Perizon. ad Sanct. Min. III, 14. n. 3.)

*8. *Quamvis* pro *quantumvis.*

Sæpissime *quamvis* nominibus et adverbiis junctum pro *quantumvis* ponitur. Cic. XII. Att. 36. *Quamvis prudens ad cogitandum sis, sicut es, tamen* cet. Id. Rosc. Am. 16. *Quasi vero mihi difficile sit, quamvis multos nominatim proferre*, gleich als wäre mir es schwer, so viel wie du wilst, mit Nahmen anzuzeigen. Id. lib. II. ep. 16. *Eo si onere carerem, quamvis parvis Italiæ latebris contentus essem*, wollte ich mich an einem Schlupfwinkel, sollte er auch noch so klein seyn, begnügen lassen. Id. II. Verr. 54. *Quidvis facere in ejusmodi rebus, quamvis callide, quamvis audacter, quamvis imprudenter*, so verschlagen, so keck, so unverschämt, als man es denken kann.

** 10. Interdum planius per *valde* vel *admodum* exponi potest. Catull. Epigr. 12. *Quamvis sordida res et inurbana est.* Muret. ibi. Plaut. Menæch. II, 2. *Solet jocari sæpe mecum illo modo. Quamvis ridiculus est, ubi uxor non adest.* Taubmann. ibi. (Cic. Rosc. A. 32. *Quamvis diu dicere.* add. Tusc. I, 21.)

CAPUT

CAPUT CCVII.

De adverbio QUANDO et QUANDOQUE.

QUANDO proprie est *quo tempore*. Cic. I. de Orat. 22. *Quando me ista curasse arbitramini?* Id. Agrar. II, 16. *Tum, quando, Alexandro mortuo, legatos Tyrum misimus.* Id. II. off. 21. *Utinam tunc essem natus, quando Romani dona accipere cœpissent.* Id. Dom. 27. *Quando igitur est turpe? Quando est pœna peccati?*

* 2. *Quando - nisi.*

Cic. V. fin. 22. *Quoties hoc agitur, quandove, nisi admirationibus maximis?*

* 3. *Quando primum*, pro *primo quoque tempore, cum primum.*

Liv. XXXVIII, 11. *Qui non comparabunt, quando quisque primus inventus fuerit, reddatur.*

* 4. *Quando - tum. Si quando - tum.*

Plaut. Menæch. III, 3. *At tu quando habebis, tum dato.* Id. ib. V, 5. *Ubi satur sum, nulla crepitant intestina: quando esurio, tum crepant.* Idem Pseud. IV, 7, er Trinum. III, 2. Livius V, 15. Cic. IV. Tusc. 15. *Impotentia animi si quando adepta est id, quod ei fuerat concupitum, tum fert etc.*

* 5. *Si quando* pro *si aliquando.*

Cic. I. off. 26. *Sunt, qui delectantur re sua familiari, eam amicis impartientes et reipublicæ, si quando usus sit.* Id. II. off. 3. XI. ep. 28, et pro Rosc. Amer. 13.

* 6. *Ne quando*, pro *ne aliquando.*

Cic. de Amic. 16. *Diligentiam adhibere debemus in amicitiis comparandis, ut ne quando amare incipiamus eum, quem aliquando odisse possimus.* Idem

Rosc. Amer. 50. *Ostendis id te vereri, ne quando liberis proscriptorum bona patria reddantur.* * Add. id. III. Catil. 12, et X. ep. 13.

* 7. *Num quando* pro *num aliquando.*

Cic. de Amic. 19. *Exiſtit hoc loco quæſtio, num quando amici novi veteribus ſint anteponendi.*

8. *Quando* et *quandoquidem* pro *quoniam*, dieweil, ſintemal.

Cic. X. ep. 12. *Quam facultatem quando complexus es, et tenes, perfice, ut ne minus respublica tibi, quam tu reipublicæ debeas.* Id. V. ep. 20. *Quando te id video deſiderare.* Id. in Brut. 44. *Quandoquidem tu iſtos oratores tantopere laudas, vellem*, cet. Id. II. Verr. 3. *Statuerunt urbes ac ſedes ſuas relinquere, quandoquidem agros jam ante iſtius injuriis exagitati reliquiſſent.* * Add. II. off. 9. XII. ep. 14.

9. *Admonitio.*

Frequentius tamen in ſoluta oratione uſurpatur *quoniam.* Vide infra caput de *quoniam.*

** Hoc Pareo non videtur.

** II. *Quandoque*, vulgo putatur ſignificare *interdum.* Unde verſum Heſiodi in fine Dier. ἄλλοτε μητρυιὴ πέλε ἡμέρη, ἄλλοτε μήτης, quem et Gellius adfert XVII, 12, ſic reddiderunt: *Ipſa dies quandoque parens quandoque noverca eſt.* Advocant et Horatii verſum ex arte poët. *Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.* Sed ibi *quandoque* eſt *quandocunque*, non ut ipſi volunt, *interdum.* Victor. ad l. 2. Colum. p. m. 67. Nam eadem forma *ubique* dicebant, et *quisque* pro *ubicunque*, *quicunque* Palmer. Spicil. 12. (Immo tu vide Periz. ad Sanctium III, 14. p. 498, et Gron. ad Liv. I, 24. vbi oſtendit, veteres τὸ *que* addidiſſe relativo

relativo et indè derivatis atque etiam τῷ *quando.)* Et sic boni scriptores non raro usurparunt, quanquam in plerisque locis ex inscitia correctorum *quandocunque* irrepserit. Sueton. 81. Jul. *Tabula ænea inventa est, conscripta literis verbisque Græcis hac sententia: Quandoque ossa Capyis detecta essent, fore, ut Julo prognatus manu consanguineorum necaretur.* (add. Sanct. Min. III, 14. p. 497. Gron. et Drakenb. ad Liv. I, 31. Ceterum tamen sunt loca indubia, in quibus *quandoque* pro *interdum* ponitur. vid. n. 3.)

2. Alias idem est, quod *olim*, seu *aliquando*, referturque tum ad præteritum tempus: Macrob. II. in som. Scip. 10. *Quis non hinc existimet, mundum quandoque cœpisse?* Tum ad futurum, Senec. ep. 24. *Stultum, quia quandoque sis futurus miser, esse jam miserum:* Et ep. 17. *Ut quandoque moriaris, etiam invito positum est.* Tacit. VI, 20, 4. *Et tu, Galba, quandoque degustabis imperium.* Muret. XI. Var. Lect. 1. Quintil. Declam. 17. in fin. *Quandoque tamen hoc occidet, quod bibere jussisti.* (Etiam Cicero sic usus est Ep. VI, 19. add. Sanctium in Min. l. c. et ibi Periz.)

3. *Quandoque - quandoque* pro *interdum.*

Senec. Quæst. natur. I, 1. extr. *Quandoque fiunt trahæ, quandoque clypei.* (add. Colum. VII, 3. Cels. VI, 6. init.)

(4. *Quandoque* pro *quoniam.*)

Dicitur etiam ut *quando* pro *quoniam.* Liv. IX, 10. *Quandoque hice homines injussu populi R. Quiritium fœdus ictum iri spoponderunt - - ob eam rem hosce homines vobis dedo:* Nam ita ibi est in omnibus

prope bonis libris, pro vulgato olim *quandoquidem*. v. Drak. ad h. l.

CAPUT CCVIII.

De conjunctione QUANQUAM.

Quanquam-tamen. Quanquam-sed.

QUANQUAM plerumque quidem *tamen* adsciscit, quod exempla passim docent; veruntamen interdum assumit *sed*. Cic. lib XII. ep. 14. *Quanquam egregios Consules habemus: sed turpissimos Consulares.* Id. lib. XIII. ep. 32. *Quanquam a te quidem cumulate satisfit et mihi et meis, sed sic velim existimes.* Id. lib. X. ep. Att. 14. *Quanquam ipsum non videram, sed ex familiarissimo ejus audiebam* †. *Add. Suet. in Galb. 14. princ.

2. *Quanquam-sed tamen, sed certe, veruntamen.*

Cic. III. Orat 14. *Quanquam sunt omnes virtutes aequales et pares: sed tamen est species alia magis alia formosa et illustris*, wiewohl alle Tugenden gleich seyn, so ist doch. * Add. id. IV. Acad. 23, et Liv. IV, 15. Id. I. ep. 9, 4. *Quamquam tua quidem causa, ut debeo, laetor, sed certe*, cet. Id. lib. V. ep. 21. *Puto autem mea non nihil interesse, quanquam id ipsum quid interfit, non sane intelligo, veruntamen quicquid*, cet.

*3. *Quanquam-attamen.*

Cic. Orat. 32. *Quanquam aliud videtur oratio esse, aliud disputatio; nec idem loqui esse, quod dicere, attamen utrumque in differendo est.* Id. III. fin. 15. *Quanquam negent Stoici nec virtutes nec vitia crescere: attamen*

† In hoc exemplo *sed* pendere possit videri ex *non*: neutiquam ex *quanquam*.

attamen utrumque eorum fundi quodammodo et quasi dilatari putant.

* 4. *Quanquam - nihilominus tamen* minus probatur.

Auſon. grat. action. *Quanquam me dixerim iſtam ſepoſuiſſe materiam, et in tempus aliud reſervare: nihilominus tamen ut nunc aliqua contingam, nutu et prope murmure cohortantur.*

5. *Quanquam* abſolute poſitum.

Quanquam interdum abſolute ponitur, nimirum, quia ad dicta magis reſpicit, quam ad ea, quæ dicenda ſunt. Cic. XII. ep. 25. *Rempublicam ſi licebit, more noſtro tuebimur: quanquam ad modum ſumus jam defatigati.* Id. de Amic. 10. *Quanquam ille quidem nihil difficilius eſſe dicebat, quam amicitiam usque ad extremum vitae diem permanere.* *Add. id. I. Catil. 9. et III, 12.

6. *Admonitio.*

Huc plerumque pertinent illa, quæ modo expoſui, cum pro *tamen* reponitur *ſed.*

*7. *Quanquom* in principio, prætermiſſo *tamen*, rariſſimum eſt.

Tacitus II. Annal. 1, 2. *Phrahates, quanquam depuliſſet exercitus ducesque Romanos, cuncta veterantium officia ad Auguſtum verterat.* Idem II. Annal. 34, 2.

(*Admonitio.*)

Quod in loco Taciti, Auſonii, *quanquam* conjunctivo jungitur, quod etiam in aliis argenteæ ætatis ſcriptoribus reperitur, imitandum non eſt.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0691
DFG

CAPUT CCIX.

De QUANTO.

* 1. *Quanto* absolute, a principio periodorum, pro *tanto*, vel *et tanto*. (immo pro *multo*, quod in interrogatione fit *quanto*.)

QUANTO sæpe sic ponitur, ut *tanto* apponi vel subintelligi non possit. Cic. II. off 16. *Quanto Aristoteles gravius et verius nos reprehendit, qui has effusiones pecuniarum non admiremur, quae fiunt ad multitudinem deliniendam?* Idem I. Nat. D. 44. *Quanto Stoici melius, qui a vobis reprehenduntur?*

* 2. *Quanto* prætermisso *tanto*.

Liv XXI, 53. *Annibal sciebat, Gallorum ingentem multitudinem segnius secuturam, quanto longius ab domo traherentur.* Colum. II, 21. *Frumenta quanto sunt expolitiora, minus a curculionibus exeduntur.* Id. IV, 5. princ. et 16. et 18. V, 7. extr. XII, 20.

* 3. *Quanto-tanto*, cum duobus comparativis. †

Cic. Milon. 9. *Quanto ille plura miscebat, tanto hic magis indies convalescebat.* Varro I. R. R. 65. *Genera sunt vini, in quo falerna, quæ quanto plures annos condita habuerunt, tanto cum prompta sunt, fructuosiora.* Add. Cic. IX. Att. 2, et Terent. Eunuch. V, 9.

* 4. *Quanto-tantum*, noli imitari.

Liv. VI, 38. *Quanto jure potentior intercessio erat, tantum vincebatur favore legum ipsarum latorumque.* Plinius XXII, 25. *Quanto innocentior est alica, Hippocrates tantum sorbitionis gratia laudavit.* Tacit. Ann. II, 24, 1. (id fit, ubi nullus comparativus sequitur; nec est vitiosum. add. ad c. seq. n. 15.)

* 5. *Quanto*

† Interdum alter comparativus deest. Vid. Livius VI, 14. Sed exempla pauciſſima ſunt.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0692
DFG

*5. *Quanto* cum positivo - *tanto* cum comparativo non imitandum.

Tacitus I. Ann. 68, 4. *Sonus tubarum, fulgor armorum, quanto inopina, tanto majora offunduntur.* Add. III. Annal. 46, 4. IV. Ann. 67, 4. XII, 11, 2. †

*6. *Quanto eo*, non imitandum.

Pompejus VIII. Att. 18. *Quanto magis appropinquare adversarius cœperat, eo tibi celerius agendum erat.* Liv. III, 8. Id. XXX, 30. Add. Colum. XII, 23, 30.

* *Quanto* respicit verbum *memini* et alia multa.

Plinius I. ep. 8. *Meminimus, quanto majore animo honestatis fructus in conscientia, quam in fama reponatur.*

CAPUT CCX.

De nominibus QUANTUS, QUANTUSCUNQUE, QUANTUSLIBET, et adverbiis QUANTUM, QUANTULUM, QUANTULUMCUNQUE, QUANTUSVIS, QUANTUSQUANTUS, QUANTOPERE.

* 1. *Quantum* pro *tantum enim*, vel pro *ut multum*, vel simili quadam particula.

Sallust. Jugurth. 31. *Nam et illius, quantum importunitatis habent, parum est, impune male fecisse.*

Immo dictum est pro vulgari illo: *pro importunitate sua, pro ea, qua sunt importunitate.* Simile est illud Ciceronis ad Trebatium: *Moriar, ni, quæ tua gloria est, laudari malis, quàm inaurari.* i. e. *pro tua gloria:* qui modus loquendi multis aliis locis reperitur.)

† Ego nolim dubitare, quin *magis* intelligendum sit. (nempe e comparativo vel sequente vel antecedente.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0693
DFG

2. *Quantum* absolute, so viel als.

Quantum adverbium ex nomine, sæpe absolute ponitur. Cic. lib. V. ep. 8. *Quamobrem tu, quantum nobis tuo judicio tribuendum esse putes, statues ipse.* lb. VI, 11. *Quantum quidem ego intelligere potueram.* Id. lib. I. de Or. 21. *Ego (quantum auguror conjectura) non despero fore aliquem.* Id. I, 3. de Leg. *Hæc lex Attico nostro non placet, quantum ex vultu ejus intelligo.* Id. II. de Orat. 19. *Sed tamen est eorum doctrina, quantum ego judicare possum, perridicula.*

*3. *Quantum* post verba *incredibile est*, cet. pro *quam multum*. Cic. XIII. Att. 26. *Credibile non est, quantum scribam die, quin etiam noctibus.* Id. VI, 2. *Hac re, incredibile est, quantum civitates emerserint.*

4. *Quantum in me, in te, in ipso est*, so viel an mir, dir, ihm gelegen: was ich kann, was ihn anlanget.

Huc pertinent illa: *quantum in me, in te, in ipso est.* Cic. ad Q. fr. I, 1. *Quantum in me erit.* Id. III. de Nat. D. 7. *Non igitur adhuc, quantum quidem in te est, intelligo, deos esse.* Id. V. Att. 2. *Quantum esset in ipso.* Id. Flac. 25. *Græci nomen civium Romanorum, quantum in ipsis fuit, sustulerunt.* Id. Arch. 1. *Huic profecto ipsi, quantum est situm in nobis, opem ferre debemus.*

*5. *Quantum-id omne, hoc omne.*

Cic. I. ep. 9. *Quantum literis, quantum studiis veteribus nostris delectationibus consequi possum, id omne ad arbitrium tuum, qui hæc semper amasti, libentissime conferemus.* ib. X, 4. *Hoc unum tibi persuade, quantum viribus eniti, consilio providere, autoritate movere potuero, hoc omne reipublicæ semper futurum.*

*6. In

* 6. *In quantum* pro *quatenus*, est Poëticum.

* Rutilius Itiner. I, 45. *Oramus veniam lacrymis et laude litamus, in quantum fletus currere verba finit.* (Sed pro *quoad* præcedente *in tantum* aut sequente dicitur aliquoties Vellejo, ut 2, 43. *viris in tantum boni, in quantum humana simplicitas intelligi potest.* ibid. 94. *in quantum quisque aut cognoscere aut intelligere potuit, in tantum miratur ac diligit.*

* 7. *Quantum - tot* non est imitandum.

Cato R. R. 114. *Ubi vites ablaqueantur, quantum putabis ei rei satis esse vini, tot vites ablaqueato et signato.*

8. *Quantum possum.*

Sæpe *quantum* jungitur cum verbo *possum*. Cic. Pis. 30. *Pompejum, quantum potui, multis sæpe orationibus ornavi.* Idem pro Sext. 13. *Ut afflictæ Reipublicae quantum posset, mederetur.* Idem VI. Phil. 7. *Quamobrem, Quirites, consilio, quantum potero, labore, plus pene quam potero, vigilabo pro vobis.* * Add. id. XV. Att. 25.

* 9. *Quantum* cum *possum* † et superlativo.

Livius IX, 24. *Soranus decurrit, quanto maxime poterat cum tumultu, ad arma clamitans.* Id. X, 29. *Signo dato in transversos quanto maximo possent impetu incurrere jussit Fabius.* Id. X. cap. 40. ib. 41. XXI, 41. Cic. I. Orat. 37. *Nonne Cato eloquentia tanta fuit, quantam illa tempora atque illa aetas in hac civitate ferre maximam potuit,* Add. Liv. VII, 9, et XLII, 7. et XXII, 3. Celsus I, 3. Cic. de Amic. 20.

** 10. *Nimium quantum; Mirum quantum; Incredibile*

† Et aliis verbis. Cic. XIII. ep. 23. *Gratissimum mihi feceris, si commendationi meæ tantum tribueris, quantum cui tribuisti plurimum.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0695
DFG

credibile quantum; Immane quantum, ad Græcorum exemplum prolata sunt. Dicunt enim ii: πλεῖσον ὅσον, θαυμαστὸν ὅσον, ἀμήχανον ὅσον. Fabric. ad Terent. p. 81. Declarant autem hæc omnia *valde* cum quadam exaggeratione. **Ergo luna per se roscida quoties alget, infinitum quantum illo tempore cadentes pruinas congerat.* Plin. XVIII, 28. Minutius Felix Octav. *Poëtæ per mirum quantum veritati ipsi sua auctoritate nocuere.* Plin. XVIII, 3 *Dona amplissima imperatorum ac fortium civium, quantum quis uno die plurimum circumaravisset.*

* 11. *Quantusquantus* pro *quantuscunque.*

Cic. XII. Att. 24. *Quantiquanti, bene emitur, quod necesse est.* Terent. Adelph. III, 3. *Tu quantus quantus, nihil nisi sapientia es.* Idem Phorm. V, 8. *Heus quantaquanta hæc mea paupertas est: tamen adhuc curavi unum hoc quidem, ut mihi esset fides.*

* 12. *Quantusvis; quantumvis: quantumvis* cum *licet.*

Cæsar B. G. V, 28, 4. *Quantasvis magnas copias etiam Germanorum sustineri posse, munitis hibernis, docebant.* Cic. III. Verr. 16. *Quantumvis et te et patronos tuos ingeniosos esse dicito.* Id. de Amic. 20. *Non possis tu, quantumvis licet excellas, omnes tuos ad honores amplissimos perducere.*

* 13. *Quantuslibet.*

Livius IX, 8. *Quantalibet magnitudo hominis concipiatur animo, unius tamen ea magnitudo hominis erit.*

** 14. *Quantum et quanti* pro *quot*, magnitudinis vocabulum pro multitudine. Weitz. ad Flac. p. 92. Catul. Epigr. 3. *Quantum est hominum venustiorum*, pro *quotquot sunt*, so viel ihrer ist. Propert.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0696
DFG

pert. I. Eleg. 5. *At tibi curarum millia quanta dabit?* pro *quot millia.* Claud. II. de rapt. 308. *Conveniunt animæ, quantas truculentior Auster Decutit arboribus frondes* cet. Senec. III. de ir. 31. e Lipsii lectione: *Dii quoque iraſcimur, quod aliquis nos antecedat, obliti quanti ſequantur a tergo, ſpiculis ingentis invidiæ ſauciati.* Sic *Aliquanti* pro *Aliquot.* Veget. II, 3. *Neceſſe eſt morbo aliquantos debilitari, atque dimitti, aliquantos militiam deſerere, vel diverſis caſibus interire.* Spartian. in Adr. *Non ſolum amicis ſed etiam paſſim aliquantis multa largitus eſt.* Et *tanti* pro *Tot,* ut apud Græcos τοσοῦτοι pro τόσοι Matth. XV, 33, et alibi Nann. in Ambroſ. Tom. 3. p. 330. Rittersh. ad Salvian. p. 144. Taubm. ad Plaut. pag. 407. et 1342. Drepan. Paneg. *Unde cum tantis promiſſa perſolveris, quid cui promiſeris, ſciat.* Weitz. p. 795. ad Terent. Val. Flacc. V. Argon. 635. *Quid tantæ coeunt in prælia gentes?* Weitz. ibi. Talia ſunt: *tria tanta, ſexcenta tanta, bis tanta.* Hirt. *Peditum ac levis armaturæ quater tantis.* Viermahl ſo viel. Hadrian.

* 15. *Quantum* cum comparativo.

Livius XXVI, 19. *Quum extra ſortem collegæ optionem dari provinciæ iniquum fuerit, quantum majorem injuriam, imo contumeliam eſſe, ſortem ſuam ad eum transferri.* Colum. XII, 21. *Sumitur hæc aqua quam longiſſime a littore; nam liquidior et purior eſt, quantum altiori mari hauſta eſt.*

(*Admonitio.*)

Locus Livii eſt alienus, nam ibi in ed. J. Gron. *quantum* vitio operarum irrepſit pro *quanto.* Apud eundem XLIV, 7. J. Fr. Gron. volebat legi *quanto,* et ſic habent edd. variæ. Sed eſt alius locus V,

10.

10. quem huc advocat Drak. ad XLIV, 7. Sed is similis est iis, quæ prolata sunt ad n. 4. ubi *tantum* pro *tanto*, et nullus disertus comparativus; add. n. 20. Verba hæc sunt: *quantum augebatur militum numerus, tanto majore pecunia in stipendium opus erat.* Sed hic quæritur de *quantum* cum diserto comparativo, etsi ceterum etiam *quanto* ponitur in talibus locis, ubi disertus comparativus non est. v. Heins. et Burm. ad Ovid. Her. XVII, 71. Atque etiam in illo Liviano loco multi libri habent *quanto*. Sed huc facit maxime locus Sall. Jug. 85. *Quantum vita illorum præclarior, tanto horum socordia flagitiosior:* ubi τὸ *quantum* pro vulgato *quanto* ex optimis libris restituit Cortius, qui videndus. add. Obs. Misc. T. V. p. 196. Drak. ad Liv. V, 10 Simile est etiam hoc, quod *quam* pro *quo* comparativis jungitur, vid. supra in *quam* n. 18.

(16 *Quantum* cum superlativo)

Vell. II, 11. de Mario: *Quantum bello optimus, tantum pace pessimus:* quod eodem modo dicitur, quo *quam* et *tam* cum superlativo; estque admodum frequens apud optimos scriptores.

17. *Quantulum* et *quantulumcumque* in extenuatione.

Quantulum et *quantulumcunque* extenuationi serviunt. Cic. III. Verr. 1. *Nos, qui jam et quid facere, et quantulum judicare possemus, ostendimus,* was in unserm Vermögen oder geringem Verstande sey. Id. II. Agr. 25. *Etenim quantulum interest, utrum in Massici radices aliove quopiam deducamini,* Lieber, was ist doch vor ein grosser Unterscheid, ob ihr. Id. I. de Orat. 29. *Ut ne plus nos assequamur, quam quantulum in dicendo assecutus es.* Id. II. de Div. 65.

Mist

Misit conjectori somnians, quantulum visum est de argento.

18. *Quantulumcunque* apertius extenuat. Cic. II. Verr. 74. *Sed tamen quicquid erit in his libellis, quantulumcunque videbitur esse, hoc quidem certe manifestum erit.* Id. II. de Orat. 23. *Ex eo quod dico, quantulumcunque id est, quid faciam judicari potest,* es sey so wenig, als es wolle. Id. Orat. 30. *Aures civitatis nos primi, quicunque eramus, et quantulumcunque dicebamur, ad hujus generis dicendi, audiendi, incredibilia studia convertimus.* * Add. Columell. XI, 1.

*19. *Quantus* conjuncte cum *quam.* Nepos Dat. 5. *Artaxerxes reminiscens, a quanto bello ad quam parvam rem principem ducum misisset* cet.

20. *Quantum tantum,* vel *tantundem.*

Interdum adsciscit *tantum* vel *tantundem.* Cic. lib. XVI. ep. 4. *Quantum me diligis, tantum fac, ut valeas.* Id. lib. XVI. ep. 7. *Quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentiæ,* wende so groſſen Fleiß auf dich, als du mich lieb haſt. Id. lib. VI. ep. 19. *Quantum de illo libro, tantundem de mei judicii fama detrahatur.* Id. lib. XV. ep. 11. *Quantum tibi omnes debent, quo minus tantundem ego unus debeam, non recuso,* ich allein will dir gar gern so hoch verbunden seyn, als dir alle zusammen verbunden sind.

*21. *Quantum-tanto* rarius est.

Cæsar I. B. G. 81, 3. *Quantum opere processerant, et castra protulerant; tanto aberant ab aqua longius.* Livius V, 10. XXVII. 47. XLII, 5. Tacit. Histor. II, 99, 2. (add. Virg. Aen. XII, 19. et dicta ad n. 15.)

* 22. *Quan-*

* 22. *Quantum-eo.*

Livius III, 25. *Quantum juniores patrum plebi se magis insinuabant, eo acrius contra tribuni tendebant, ut plebi suspectos eos criminando facerent.* (Simile est superiori.)

* 23. *Quantuscunque.*

Cic. XV. ep. 1. *Regis Dejotari copias, quantæcunque sunt, nostras esse duco.* Id. Brut. 93. *Nos non desistebamus, cum omni genere exercitationis, tum maxime stilo nostrum illud, quod erat, augere quantumcunque erat.* Add. id. Marcell. 2, et pro Arch. 6.

* 24. *Quantumcunque-tantum.*

Colum. XII, 25. *Quantumcunque humoris est, tantum in amphoram musti portionem adjici oportet.*

* 25. *Quantumcunque-nihilominus.*

Columell. XII, 50. *Quantumcunque adjeceris salis, nihilominus saporem non recipit oleum.*

* 26. *Quantuscunque-is.*

Cic. II. ep. 1. *Quantæcunque tibi accessiones fient fortunæ et dignitatis, eas tu non potuisses consequi, nisi meis consiliis puer paruisses.*

II. *Quantopere* pro *quantum*, vel *quam*.

Quantopere refertur ad *tantopere*, et *quantum* aut *quam* significat. Cic. I. de Orat. 35. *Neque enim hanc disputationem tantopere desiderabam, quantopere ejus ratione delector* cet. Idem III. Verr. 87. *Perspicere vos certe scio, quantopere Siculis hoc expediat.* Idem Attic. lib. XIV. ep. 6. *Dici non potest, quantopere gaudeant.* *Add. II. off. 14.

* 3. *Quanto opere* disjunctum.

Cic. XIII. ep. 8. *Quantoque opere ejus municipii causa laborarem, tibi ostendi.* Id. II. Nat. Deor. 49.

Jam

Jam vero illa etiam notiora videtis, quanto se opere custodiant bestiæ, ut in pastu circumspectent, ut in cubilibus delitescant.

CAPUT CCXI.

De conjunctione QUARE.

* 1. *Quare* pro *ideo, itaque.*

Cic. II. ep 3. *Quare omnem hanc disputationem in adventum tuum differo.* Id. XI. Att. 22. *Quare istud feramus.* Ita sæpe.

* 2. *Quare* in interrogatione, *qua de caussa.*

Cic. XI. Att. 15. *De Fuffidianis quare nihil potuit confici?* Cic. I. Orat. 16. *Namque illud quare, Scævola, negasti te fuisse laturum?*

* 3 *Quare*, pro *propter quod, propterquam* etc.

Cic. IX. Att. 12 *Nihil dignum faciebat, quare ejus fugæ comitem me adjungerem.* Id. VII ep. 10. *Sic tibi persuadeas velim, unum mihi esse solatium, quare facilius possim pati, te esse sine nobis.* Id. Rosc. Am. 19. *Quid ergo affers, quare id factum putemus.* Id. Quint. 19, et 21, et XI. Att. 22.

* Huc refer ea exempla, in quibus præcedit nomen *causæ.* Cic. VIII. Att. 18. *Miror, quid causæ fuerit, quare consilium mutaris.* Cæsar VII. B. G. 63, 7. *Hæc fuit causa, quare toto abessent bello Treviri, et neutri auxilia mitterent.* Cic. II. Invent. 10. *Causa, quare peccaverit, non intercessit.*

Item cum præcessit *ratio.* Cic. Partit. 38. *Quærenda etiam ratio est, si qua poterit inveniri, quare non sit exceptum.* Id. II. Divin. 6. *Potestne earum rerum, quæ nihil habent rationis, quare futuræ sint, ulla esse præsensio?*

* 4. *Quare*, pro *per quæ*.

Plancus ad Cic. X. ep. 21. *Omnia feci, quare Lepido conjuncto ad rempublicam defendendam perditis resisterem.*

* 6. *Quare* post *miror*, et alia verba.

Plin. XX, 20. *Miror, quare difficulter in Italia id nasci tradiderit Solon Smyrnæus.*

CAPUT CCXII.

De adverbio QUASI.

Quasi, pro *tanquam* vel *sicut*.

QUASI adverbium est similitudinis, et *tanquam* significat. Cic. I. de Orat. 3. *Philosophia laudandarum omnium artium procreatrix quædam, et quasi parens.* Id. II. Nat. D. 5. *Tertia deorum notio est, quæ terret animos fulminibus, tempestatibus, lapideis imbribus, et guttis imbrium quasi cruentis.* Id. I. N. D. 36. *Epicurus quasi pueri delicati, nihil cessatione melius existimat.* Id. Senect. 23. *Nec vero velim, quasi decurso spatio, a calce ad carceres revocari.* Id. I. Tusc. 4. *Quo commodius disputationibus explicentur, sic eas exponam, quasi agatur res, non quasi narretur.*

2. *Quasi-sic, quasi-ita*, pro *sicut*, vel *non secus, ac*.

Interdum est *sicut*, vel *non secus*, *ac*, et assumit *sic*, aut *ita*. Cic. IX. ep. 16. *Ut quasi aurum igne, sic benevolentia fidelis periculo aliquo perspici possit*, wie das Gold im Feuer. Id. Senect. 8. *Literas Græcas sic avide arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens*, nach der griechischen Sprache habe ich so begierig gegriffen, als ob ich einen langwierigen Durst löschen wollte. Add. id. III. ep. 13. Id. Quinct. 2.

Quasi

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0702
DFG

Quasi sua res, aut honor agatur, ita diligenter Nævii cupiditati morem gerunt, eben als wenn es ihre eigene Sache oder Ehre beträffe. Id. II. Agr. 18. *Sed plane quasi ea res nobis saluti futura sit, ita cogit, atque imperat, ut* cet. Add. id. Sext. 52. (Suet. Tib. 50. *quasi Augusti ita et Liviæ etc.)*

3. *Quasi si. Quasi-haud secus.*

** S. D. P. Plaut. Casin. Prol. *Educavit magna industria, quasi si esset ex se nata.* Id. Trin. *Quasi canes, haud secus circumstabant navem turbines venti.*

** 4 *Quasi uti*

P. Plaut. Mercat. *Quasi uti mihi foret custos.*

** 5. *Quasi-item. Quasi-itidem.*

S. D. Plaut. Rud. *Quasi muretum juncis; item ego vos virgis circumvinciam.* Idem Asin. I, 3. *Quasi piscis, itidem est amator lenæ, nequam et nisi recens.*

6. *Quasi* et *quasi vero* per Ironiam.

Quasi et *quasi vero* sæpe Ironiam continent. Cic. II. Phil. 39. *Medico tria millia jugerum, quasi te sanum facere potuisset*, eben als wenn er dich ꝛc. Id. II. de finib. 3. *Quasi me pudeat istorum, aut non possim, quemadmodum ea dicantur, ostendere.* Add. id. Rosc. Amer. 33. Cæsar B. C. II, 31, 3 Idem I. Verr. 13. *Quasi vero id cupiditate defendendæ nobilitatis ac studio partium fecerit.* Id. lib. III ep. 7. *Quasi vero ad cognoscendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint.* * Add. id. III. off. 9.

* 7. *Quasi vero-ac non. Quasi-ac non.*

Cæsar B. G. VII, 38, 7. *Quasi vero consilii sit res, ac non necesse sit nobis Gergoviam contendere.* Add. I. Verr. 13, et Rosc. 33 Boëthius libr. V. Consol. prof. 4. Cic. I. Verr. 56. *Quasi quicquam*

redivivi ex opere illo tolleretur, ac non totum opus ex redivivis constitueretur. Id. V. Verr. 66. *Quid ego plura de Gavio? quasi tu Gavio tum fueris infestus ac non nomini, generi, juri civium hostis.*

* 8. *Quasi vero - et non. Quasi - et non.*

Cic. Mur. 36. *Quasi vero esset Diogenes Cynicus mortuus, et non divini hominis Africani mors honestaretur.* Id. Planc. 25 et 29. *Quasi vero me tuo arbitratu et non meo gratum esse oporteat.* Cic. II. Divin. 21. *Quasi non potuerit id evenire casu, et non in omni marmore necesse sit inesse vel Praxitelia capita.*

*9. *Quasi* post verba *admonere* aliaque, pro *quod*.

Sueton. Tib. 8. *Admonentibus domesticis, quasi plura polliceretur, quam praestare posset, non oportere, ait, quenquam a sermone principis tristem discedere.* Tacitus Ann. XII, 52, 1.

10. *Quasi* pro *fere*.

Interdum usurpatur pro *fere*. Cic. Act. I. in Verr. 8. *Reperi ex his quasi decem fiscos ad Senatorem illum relictos esse, comitiorum causa*, gegen oder bey zehen Geldsäcke gelassen worden. Id. II. Acad. 26. *Sol quantulus vobis videtur? mihi quidem quasi pedalis*, mir scheinet sie fast einen Schuh breit. *Add. Terent. Heaut. I, 1, et Cic. Orat. 13. (Suet. Cal. 58.)

11. *Admonitio.*

Quasi pro *fere*, cum contrahitur numerus, spatium, aut aliud ejusmodi, apud Ciceronem rarum admodum est. Ejus loco *fere, ferme, pene, prope, propemodum* usurpari solent. (Est in Cæcil. 8. Orat. 13. etc.)

12. *Quasi* in translationibus.

**D. *Quasi* metaphoris inservit, lenitque translationem.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0704
DFG

lationem. Cic. III. ep. 2. *Facilior erit mihi quasi decursus mei temporis.* Sic Plinius VIII. ep. 16. *Quasi testamenta servorum* appellat, quæ vera et justa appellare non licuisset, Buchn. ibi: et paulo post: *Servis*, inquit, *Resp. quædam, et quasi civitas domus est.* * Add. Cic. Læl. 16, et II. off. 9, et V. ep. 19.

* 13. *Quasi aliquis*, vel *quidam.*

Quasi quum metaphoras emollit, sæpe adjunctum habet *aliquis* vel *quidam.* Cic. Arch. 1. *Omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum et quasi cognatione quadam inter se continentur.*

CAPUT CCXIII.

De adverbio QUATENUS.

1. *Quatenus* pro *ad quem terminum.*

* QUATENUS proprie de loco dici videtur; uti Livius usurpavit XXVIII, 39. *Italiæ, nisi quatenus vallum castrorum cingit, nihil reliqueritis Pœno.* Et mox: *Petentibus Saguntinis, ut quatenus tuto possent, Italiam spectatum irent; duces dati, literaeque per oppida missae, ut Hispanos comiter acciperent.*

Quatenus tralate.

Quatenus est *ad quem terminum.* Cui respondet *eatenus.* Cic. Amic. 11. *Quamobrem id primum videamus, quatenus amor in amicitia progredi debeat,* wie weit die Liebe in der Freundschaft gehen dürffe. Id. Orat. 22. *In omnibus rebus videndum est quatenus, etsi enim suus cuique modus est: tamen magis offendit nimium, quam parum.* Id. Amic. 17. *Est enim quatenus amicitiae dari venia possit,* es hat sein gewisses Ziel und Maaß, wie weit man um der Freundschaft willen durch die Finger sehen dürffe.

2 Interdum refertur ad tempus wie lang. Cic. XIV. Philipp. 5. *Quibus auſpiciis iſtos faſces Augur acciperem? quatenus haberem? cui traderem*, wie lange ſollte ich ſie haben? wem ſollte ich ſie übergeben?

3. *Quatenus*, pro *qua ex parte.*

Interdum uſurpatur pro *qua ex parte.* Cic. I. ep. 2. *Poſtulatum eſt, ut Bibuli ſententia divideretur, quatenus de religione dicebat, Bibulo aſſenſum eſt*, ſo viel das Gewiſſen über die Sibylliniſche Bücher betraff. * Add. id. II. off. 3, et III. off. 12.

** 4. D. *Quatenus* pro *Quoniam* poſt Ciceronem dici cœptum eſt. Quintil. IX, 3. *Quatenus incidimus, paulo plus de ſcholis agemus.* Plin. III. ep. 7. *Quatenus negatur nobis diu vivere, relinquamus aliquid, quo nos vixiſſe teſtamur.* Vall. II. Eleg. 42. Linac. lib. I. p. 95. (adde Suet. Claud. 26.)

CAPUT CCXIV.

De conjunctione Enclitica QUE.

** 1. QUE notæ ſignificationis particulam Græcorum τε exprimit, ſtatimque annectitur illi dictioni, cui alias *et* præponeretur. Cic. I. de Div. 56. *Qui ſolis et Lunæ, reliquorumque ſiderum ortus, obitus, motusque cognoſcerent*, id eſt, et reliquorum, et motus.

2 *Que* ad verbum poſterius rejectum.

Interdum tamen ubi præpoſitio occurrit, ſecundo loco ponitur. Cic. I. Offic 26. *Eorum adminiſtratio latiſſime pateat, ad plurimosque pertineat.* Idem I. ep. 6. *Ut collectam gratiam floreutiſſimi hominis effunderem, a meque ipſe deficerem.* Id. I. de finib. 1. *In reque.* Nep. Hannib. 3. *In Italiamque.*

** 3. Sed

** 3. Sed Poetæ non dubitant eam alicubi longius projicere. Tibull. 1. Eleg. 6.

---Labentur opes, ut vulnere noſtro
Sanguis, ut hic ventis diripiturque cinis.

Propert. II. Eleg. 20.

In te ego et æratas rumpam, mea vita, catenas.
Ferratam Danaes tranſiliamque domum.

* 4. *Que-et* pro *et-et* non licet imitari.

Tacitus XII, 51, 1. *Nec aliud Rhadamiſto ſubſidium fuit, quam pernicitas equorum, quis ſeque et conjugem abſtulit.* Id. XII, 60, 5. XIII, 40. Livius V, 49. Salluſt. Jugurth. 6. *Opportunitas ſuæque et liberorum ætatis.* Et 26. *Suadent, ut ſeque et oppidum Jugurthæ tradat.* Adde 55. Huc refer *que-et-et.* Tacit. Ann. XII. 37, 4. *Ad ea Cæſar veniam ipſique, et conjugi, et fratribus, tribuit.* Eodem refer *que-atque.* Tacitus IV, 34, 6. *Uterque opibusque atque honoribus perviguere.* Cui geminum eſt illud. Tac. IV, 3, 5. *Atque ille, cui avunculus Auguſtus, ſeque ac majores et poſteros municipali adulterio fœdabat.* (frequentiſſimum hoc Livio v. Drakenb. ad l. c. et X, 30. etc.)

* 5. *Que etiam* pro *atque etiam* non imitandum eſt.

Tacit. XIII, 43, 6. *Filio et nepti pars concedebatur, eximebanturque etiam, quæ teſtamento matris aut avi acceperant.* Add. Celſ. II, 3. Tacit. III, 36, 2. (Quid vitii ſit in hac forma, non intelligimus.)

6. *Que* geminatum vel ſæpius repetitum.

** Iidem Poetæ hanc particulam frequenter geminant, immo vel ter aut quater repetunt. Virgil. VII. Aen. 301. *Vires cœlique marisque.* Idem I. Aen. 89. *Una Eurusque Notusque ruunt, creberque*

berque procellis Africus. Id. IV. Georg. 36. *Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque.* *Ovid. XV. Metam. 670 etc.

*7. *Que* geminatum ab historicis et oratoribus.

Livius XXIV, 19. *Captivi, quique Campanorum, quique Annibalis militum erant, Romam missi.* Id. XXV, 22. *Post eam diem quique exissent, quique ibi mansissent, hostium futuros numero, literis significabatur.* Id. XXII, 26. XXVI, 51, et XXIX, 21, et XLII, 14. Vellejus II, 113, 1. Plin. IX. ep. 13, 1. Sallust. Catil. 9. Jugurth. 21. extr. et 100.

Cic. I. Orat. 26. *Mihi, quique optime dicunt, quique id facillime atque ornatissime facere possunt, tamen nisi timide ad dicendum accedunt, pene impudentes videntur.* Id. de Orat. I. p. 134. b. Trigeminum est in Cic. V. fin. 21. *Omnium quaeque sint notitiae, quaeque significentur rerum vocabulis, quaeque cujusque vis et natura sit, mox videbimus.* Sed, ut videre licet, ad pronomen *qui* potissimum adhæresçit *que* geminatum vel ter repetitum. Vid. tamen Tacitus II. Ann. 3, 3.

8 *Que* pro *etiam.*

** *Que* pro *etiam*, vel *quoque.* Plin. XXXV, 12. *Ab hoc eodem factum Herculem, qui hodieque materiæ nomen in urbe retinet.* Linac. lib. II. p. 136. Plin. IV. ep. 19. *Nam cum matrem meam parentis loco venerere, meque a pueritia statim formare solebas* Buchn.

*9. *Que* pro *sed.*

Que rarissime pro *sed* ponitur, Columell. V, 8. *Olea neque depressa loca, neque ardua, magisque modicos clivos amat; quales in Italia Sabinorum vel tota provincia Bætica videmus.*

*10. *Que*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0708
DFG

* 10. *Que* pro *tum.*

Sammonic. 47. *Membra line, fotuque ferus mulcebitur ignis.* (sed in hac forma in omnibus linguis copula ponitur, Virgil. *Dic quibus in terris, et eris mihi etc.*)

* 11. *Que* ab initio.

Non modo commata, sed etiam membra conjungit, vid. Monum. ingen. p. 140. ubi Facciolato respondimus. (adde Ernestum ad Sueton. Ner. 38.)

CAPUT CCXV.

De adverbio QUEMADMODUM.

Quemadmodum pro *quomodo*, wie, was gestalt, oder was massen.

QUEMADMODUM factum ex tribus verbis, *quem ad modum*, idem est quod *quomodo*. Cic. Att. I, 5. *Velim cogites, quemadmodum bibliothecam nobis conficere possis.* Ib. VII, 24. *Hæc res quemadmodum ceciderit, velim ad me scribas.* * Add. II, 22, et IV, 1.

* 2. *Quemadmodum* in interrogatione.

Cic. II. Catil. 10. *Quemadmodum illis carere poterunt?* Livius XXII, 50. *Quemadmodum hi boni fidelesque cives esse possunt?* Cic. I. N. D. 8. *Quemadmodum obedire et parere voluntati architecti aër, ignis, aqua, terra potuerunt?* Add. id. Quint. 27.

* 3. *Quemadmodum* post *ratio.*

Cic. XIII. ep. 29. *Adjuves, ineasque rationem, quemadmodum ea mulier Romam perducatur.* Id. III. N. D. 16. *Nam quos ab hominibus perveniisse dicis ad Deos, tu reddes rationem, quemadmodum idem fieri potuerit.*

4 *Quemadmodum - sic*, vel *ita.*

Interdum assumit *sic*, vel *ita.* Cic. ad Q. frat. I, 1.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0709
DFG

Ut quemadmodum gubernatores optimi vim tempestatis, sic illi fortunæ impetum superare non possent. Id. Am. 4. *Si quemadmodum soles de cæteris rebus, cum ex te quæruntur, sic de amicitia disputaris.* Id. ad Q. fr. II, 12. *Tu quemadmodum me censes oportere esse in Rep.* cet. *ita et esse, et fore auricula infima molliorem scito.*

* 5. *Quemadmodum - sic etiam.*

Nonnunquam accedit *etiam.* Varro VIII. L. L. 64. extr. *Quemadmodum is, qui etc. sic etiam in his, quæ non duobus dicuntur etc.* Exempla non sunt rara.

* 6. *Quemadmodum - adæque* rarissimum est.

Livius IV, 43. *Quemadmodum tribunis consulari potestate creandis usi sunt; adæque in quæstoribus liberum sit arbitrium populi.*

** 7. *Quemadmodum - eodem modo.*

** P. Cic. 2. Fin. 26. *Quemadmodum sint erga seipsos animati, eodem modo sint erga amicos.*

9. *Quemadmodum - sed.* †

Alias *Sed.* Cic. Flacc. *Nunquam laborant, quemadmodum probent, quod dicunt, sed quemadmodum se explicent dicendo.* Id. III. Verr. 5. *Quærat non solum quemadmodum nostro crimini, sed etiam quo pacto suæ confessioni medeatur.*

(10. *Quemadmodum*, omisso in consequente *ita.*)

Cic. Acad. IV, 34. *Non enim, quemadmodum, si quæsitum sit ex eo, stellarum numerus par an impar sit - nescire se dicat.* Ordo enim est; non enim ita dicat se nescire, quemadmodum dicat se nescire, si quæsitum sit etc.

CAPUT

† Hoc *sed* non tam respicit *quemadmodum*, quam particulam negativam, quæ præcedit.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0710
DFG

CAPUT CCXVI.

De pronom. QUI vel QUIS, (*QUICUNQUE et QUISQUIS et QUOD.)

*1 *Qui* cum *pauci, multi, nulli* cet.

QUI cum nomine *pauci*, *multi*, et similibus nominibus, conjungendum, eundem casum, quem *pauci*, *multi* cet. habent, retinet; id quod Germanica lingua non patitur. Cic. de Senect. 14. *Tempestivis conviviis delector cum æqualibus, qui pauci admodum restant*, davon wenige mehr übrig sind. Id. I. ep. 1. *Regis causa si qui sunt, qui velint, qui pauci sint, omnes rem ad Pompejum deferri volunt*: derer wenige sind. Milon. 4. *Si tempus est ullum jure hominis necandi, quæ multa sunt; certe illud est justum, cum vi vis illata defenditur.* II. Catil. 10. I. fin. 17. *Alique e nostris aliter existimant, quos quidem video esse multos, sed imperitos.* I. off. 20. Huc refer illa: Cic. Balb. 27. *Si qui sunt, quibus infinitum sit odium, quos video esse nonnullos, cum ducibus ipsis confligant.* Livius I, 55. *Exaugurare fana Tarquinius, quæ aliquot ibi a Tatio rege vota, consecrata inauguratagque postea fuerant.* Cic. XI. Att. 4. *Meas literas quod requiris, impedior inopia rerum, quas nullas habeo litteris dignas.* Id. II. Orat. 4. extr. *Omnium ineptiarum, quæ sunt innumerabiles, haud scio an ulla sit major illorum, qui* cet. derer unzehlig sind: (pro quo vulgo etiam dicunt, *quorum pauci sunt.*

* 2. *Est, qui* sæpe abundare videtur Germanis, sed est elegans.

Cic. XVI. ep. 4. *Sic habeto, neminem esse, qui me amet, quin idem te amet*, daß mich niemand liebe, der

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0711
DFG

der dich auch nicht lieben sollte. Id. I. ep. 1, 2. *Regis causa si qui sunt, qui velint, qui pauci sunt, omnes rem ad Pompejum deferri volunt*, diejenigen, so dem Könige wohl wollen, deren doch wenige sind, wollen die Sache dem Pompejo übergeben wissen. Adde Cicer. Rosc. Amer. 23, et 29. *Quid est ergo, quo tandem accusator, inopia argumentorum, confugerit?*

* 3. *Quæ tua est humanitas*, cet.

Notandæ sunt formulæ, *quæ tua est humanitas*, et similes. Cic. VII. Att. 7. *Certe ille gratias agere debuit, et, si esset factum, quæ tua est humanitas, adscripsisses.* Id. VII. ep. 2. *Si mihi permisisses rem, qui meus amor in te est, confecissem cum cohæredibus.* XIII. ep. 79. *Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio et munio: cognitum per te ipsum, quæ tua natura est, dignum tua amicitia judicabis. Non dubito, quin sine mea commendatione, quod tunm est judicium de hominibus, ipsius Lamiæ causa studiose omnia facturus sis.* XII, 29, 5. Id. Dom. 32. *Pater tuus si viveret, qua severitate fuit, tu profecto non viveres.* IX. ep. 9, 9. *Quæcunque de tua dignitate erunt impetranda, qua est humanitate Cæsar, facillimum erit ab eo tibi ipsi impetrare.* (Ceterum de hac forma loquendi dignus est, qui legatur, Perizonius ad Sanctii Minerv. II, 9.

4. *Quem dixi; quam dixi; quod dixi*, cet.

Cicero non temere ponit *supra dictus;* præoptat dicere *quem dixi, quam dixi, quod dixi* cet. Cic. VI. ep. 11. *Illud alterum, quod dixi, literarum genus quotidie mihi fiet proclivius.* Id. VII. ep. 3. *Ex omnibus iis, quæ dixi, incommodis nihil tolerabilius exilio.* Exempla reperies infinita.

5. *Qui*

5. *Qui* pro *quis*.

Qui sine interrogatione ac dubitatione adhiberi plerumque solet. Cic. I. offic. 12. *Cato negat jus esse, qui miles non sit, pugnare cum hoste.* Id. I. Philipp. 5. *Misi pro amicitia, qui hoc diceret.* Exempla sunt passim obvia.

Interdum tamen *qui* pro *quis* usurpatvr. Cic. Dom. 25. *Qui tantus fuit labor? quæ simultas?* Id. II. Phil. 36. *Qui tu vir, et quantus fuisses?* Id. in Pis. *Vereor ne qui sit.* (hoc pertinet ad n. 6.) Id. Muren. 15. *Si diligenter, qui vir ille fuerit, consideravis.* (loco e Phil. et Mur. pertinent potius ad n. 10.) **Qui* pro *quis* usurpatur vel in interrogationibus, vel post particulam *ne, si* et similes, ut ex allatis exemplis apparet. Sic *nescio qui* pro *nescio quis*. Cic. XII. ep. 18. (add. Drak. ad Liv. I, 7. Periz. ad Sanct. p. 489.)

(6. *Qui* pro *aliquis*.)

Dicitur etiam interdum *qui* pro *aliquis*, ut apud Ciceronem Att. VII, ult. *nisi qui Parthicus casus extiterit*: et aliis locis.

7. *Quem quis* in eodem commate, *cui quid, cujus quis* cet.

Cic. VII. ep. 20. *Quid ego dicam te* (amari,) *quem quis non amat.* (omnino latini ut quique elegantiores sunt, ita magis delectantur cumulatione pronominis relativi.)

8. *Qui* pro *ut*.

Interdum *qui, quæ, quod* usurpatur pro *ut*. Cic. Dom. 34. *Nec sum tam insolens, qui Jovem esse me dicam*, bin nicht so stolz und übermüthig, daß ich mich für den Jovem ausgebe. Id. X. ep. 6. *Talem autem te esse oportet, qui primum te disjungas a so-*

cietate

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0713
DFG

cietate impiorum civium. *Add. Livius XXVI, 12. Cic. I. offic. 8. Id. Manil. 19.

9. *Qui* pro *eo quod.*

** *Qui* pro *eo quod.* Cic. XVI. ep. 1. *Peccasse mihi videor, qui a te discesserim* Goclen. pag. 192. Obs. Schor. p. 57. rat. disc. Nep. *Atticus, qui civitatem conservatam cuperet, pecuniam numeravit de suo.* Linac. lib. III. p. 168. qui addit, Fabium, et alios ejus ætatis in hac loquendi figura particulam *ut* pro *utpote* relativo præponere; ut Inst. 3. *Omnia nova offendit, ut qui solus didicerit, quod inter multos faciendum est.* (In hac forma *qui* est pro *quod* cum pronomine: ut in primo: *quod ego*, in altero, *quod ille:* et sic in aliis.)

10. α. *Qui* pro *qualis.*

Alias pro *qualis.* Cic. VI. Att. 3. *Sed illum eum futurum esse puto, qui esse debet.* Lege pronomen *Is.*

* β. *Qui* pro *qualis* sæpe subjectum sibi habet *is.* Planc. X. ep. Cic. 11. *Me, si quem esse voluisti, cum exitu rebusque cognoscis, defende ac suscipe.*

* 11. *Qui* cum nomine, quod respicit.

Qui sæpe repetit nomen, quod respicit. Cic. Manil. 12. *Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longe lateque dispersum, quo bello omnes gentes premebantur, Pompejus extrema hieme apparavit, media æstate confecit.* Id. I. Catil. 3. *Meminisline, me ante diem XII Cal. Nov. dicere in Senatu, certo die fore in armis, qui dies futurus esset in ante diem IIX Cal. Nov.* Id. Mil. 20. *Ante fundum Clodii, quo in fundo propter insanas illas substructiones facile hominum mille versabatur.* Id. Cluent. 57. *Cluentius eques Romanus causam dicit ea lege, qua lege Senatores*

tores soli tenentur. Id. Rosc. Am. 26. *Tanti maleficii crimen, cui maleficio tam insigne supplicium est constitutum, probare te censes posse talibus viris?*

* 12. *Qui* cum nomine quodam, quod declaret illud nomen, ad quod refertur *qui.*

Cic. II. ep. 10. *Cum venissem ad Amanum, qui mons mihi cum Bibulo communis est, Cassius noster feliciter ab Antiochia hostes rejecerat.* Id. III ep. 8. *Cum Synadis, cum Philomelii, cum Iconii essem, quibus in oppidis omnibus commoratus sum, omnes jam istius generis legationes erant constitutæ.* Id. III. ep. 10. *Pontinius, qui a te tractatus est præstanti ac singulari fide, cujus tui beneficii sum ego testis, præstat tibi memoriam benevolentiamque, quam debet.* Id. I. div. 23. *Magi Cyro dixerunt, quod genus sapientum et doctorum habebatur in Persis, ex triplici appetitione solis XXX annos Cyrum regnaturum esse portendi.* Nep. Att. 1 et 2.

* 13. *Qui modo.*

Sallust. Catil. 39. *Cujuscunque modi genus hominum, quod modo usui bello foret.*

14 *Qui, hic* vel *is.*

Qui, quæ, quod, eleganter præponitur: subjicitur autem *hic* vel *is.* Cic. lib. II. ep. 1. *Sic ad nos confirmatus revertere, ut quam expectationem tui concitasti, hanc sustinere ac tueri possis.* * Add. id. Rosc. Am. 13, et Læl. 22, et II. Catil. 13. Id. lib. VI. ep. 8. *Quae ad te pertinere arbitrabor, ea mea sponte faciam.* Id. lib. VI. ep. 23. *Quae didicisti, iis hoc tempore utare.* Idem lib. II. ep. 4 *Quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus eae laudes comparantur, in iis esse laborandum, statues.* *Add. id. II. off. 5. (Titulus hujus numeri debebat esse: *propo-*

propositio vel membrum, in quo est relativum, eleganter praeponitur alteri, in quo est pronomen demonstrativum.)

* 15. *Qui ille. Qui iste*, rarissima sunt.

Cic. IX. Att. 19. *Mandata Caesaris ad Consules, et ad Pompejum, quae rogas, nulla habeo: quae Ægypta attulit, illa e via misi ad te.* II. fin. 32. *Qui in summo malo est, iste, cum in eo est, non est beatus.* (Sed in illo loco lectio est incerta: in hoc libri meliores habent *is tum, cum* etc. ut ed. Gruteri e Cod. Palatino, etinde aliæ.)

* 16. *Si qui-is*, pro *si quis-is.*

Cic. Rosc. Am. 38. *In privatis rebus si qui rem mandatam malitiosus gessisset sui quaestus causa, eum majores summum admisisse dedecus existimabant.* v. ad n. 14.

* 17. *Nihil, quod-id* cet.

Cic. II. Nat. D. 18. *Nihil, quod animi, quodque rationis est expers, id generare ex se potest animantem compotemque rationis.* Id. paulo post: *Omne quod vivit, sive animal, sive terra editum, id vivit propter inclusum in eo calorem.* Id. II. Nat. D. 10. *Omnia quae terra concipiat, semina, quae ipsa ex se generata stirpibus infixa contineat, ea temperatione caloris et oriuntur et augescunt.*

* 18. *Qui-is totus.*

Cic. I. fin. 10. *In quo maxime consuevit jactare vestra se oratio, id totum evertitur eo delectu rerum, quem modi dixi, constituto.*

19. *Qui, idem.*

Interdum subjicitur *Idem*, aut nonnullis vocibus interjectis aut etiam proxime. Plaut. Asin. II, 2.

Fortiter

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0716
DFG

Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonum. Liv. II, 15. *Ut qui libertati finis erit in urbe, idem sit urbi.* Cic. III. Verr. 87. *Qui mille modium suae partis in cellam gratis dedisset, idem nunc*, cet. Huc referre quodammodo possis illud Cic. III. Phil. 10. *Quod idem fecit L. Philippus vir, avo, patre majoribusque suis dignissimus.*

* 20. *Qui-hic idem.*

Cic. Rosc. Com. 16. *Quae poena ab diis immortalibus perjuro, haec eadem mendaci constituta est.* Add. id. Brut. 50.

* 21. *Qui-st idem-hic.*

Cic. II. Philipp. 32. *Habebat hoc omnino Caesar, quem plane perditum aere alieno egentemque, si eundem nequam hominem audacemque cognoverat, hunc in familiaritatem libentissime recipiebat.*

* 22. *Miles qui-idem.*

Cic. Cluent. 46. *Miles, qui locum non tenuit, qui hostium impetum vimque pertimuit, potest idem postea miles esse melior.* Ib. 49. *Ipse populus Romanus, qui Quintii fictis querimoniis antea concitatus, rem illam et rogationem flagitarat, idem Junii pueri parvuli lacrymis commotus totam illam legem repudiavit.* Id. I. Agr. 9. *Perficiam, ut hujus ordinis, quae apud majores nostros fuit, eadem nunc longo intervallo reipublicae restituta esse videatur.* Vide supra *Idem.* (Redit res ad n. 19.)

* 23. *Qui* postponitur.

Qui ponitur interdum post unum aut alterum vocabulum. Cic. II. Verr. 15. *Jus est certum Siculis, inter se quo jure certarent.* Id. III. Verr. 81. *Cum civitatibus frumentum, in cellam quod sumi oporteret, aestimavit.* Considerate haec imitere et raro.

* *Qui* præponitur præsertim præpositionibus.

Cic. Mur. 4. *Ille, quem contra veneras, causa cadebat.* Id. IV. Verr. 48. *Enna est loco præcelso, quo in summo est æquata agri planicies.* Id. Vatin. 7. *Leges, quas contra nemo unquam est facere conatus.* Id. Cœl. 22. *Illius periculum, quem propter hæc ipsa studia diligebat, negligere potuisset?* Considerate hoc imitari licet.

24. *Quicum* et *quocum.*

Etsi *quicum* usitatius est; tamen *quocum* inusitatum non est. Utrumque autem usurpatur pro *cum quo*, quod usitatum non est. † Cic. I. off. 12. *Quid ad hanc mansuetudinem addi potest, cum, quicum bellum geras tam molli nomine appellare?* Id. IV. ep. 1. *Nemo est omnium, quicum potius mihi, quam tecum communicandum putem.* * Add. IX. ep. 13, et III. off. 10. Cic. IV. Att. 9. *Sic literis sustentor et recreor, maloque in illa tua sedecula, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere, quam in istorum sella curuli; tecumque apud te ambulare, quam cum eo, quocum video esse ambulandum.* * Ib. I, 15. et VII. ep. 33, et XIII, 13.

* Etiam in plurali *quibuscum.* Cic. III. Orat. 3. *Sulpitius, quibuscum privatus conjunctissime vixerat, hos in tribunatu spoliare instituit omni dignitate.* Id. IV. Acad. 6. *Homines dignos, quibuscum disseratur, putant.* ** Duo

† Sed Nepos Attic. 5. *Eas nuptias M. Cicero conciliarat, cum quo a condiscipulatu vivebat conjunctissime.* Livius I, 58. *Collatinus cum Bruto venit, cum quo forte Romam rediens ab nuncio uxoris erat conventus.* Id. VII, 33. *Primus omnium consul invadit hostem; et cum quo forte contulit gradum, obtruncat.* Idem Livius dicit etiam *cum quibus*, libr. IV, 5. *Nemo dimicaturus est pro superbis dominis, cum quibus nec in republica bonorum, nec in privata communibii societas est.* Add. id. IV, 24, 27, et VIII, 2. extr. et XXXVIII, 25, et XLIII, 3, et XLV, 39.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0718
DFG

** Duo hic sunt observanda, primum anastrophe; postponitur enim præpositio casui suo: deinde, *qui* esse ablativum antiquum pro *quo*, unde et *abs quivis* homine Terentius dixit Adelph. II, 3. pro *abs quovis*. Weitz. ad Terent p. 234. et Plaut. Pers. *A quiquam homine*, pro *a quoquam*. Colv. ad Apul. p. 236. Quin et fœminino genere *quicum* pro *cum qua* dixisse Virgilius deprehenditur XI. Æneid. 822. † Nam *quis* vetusto seculo erat generis communis. Gocl. IV. probl. gram. 17. Pontan. ad Virg. Ostendit Dousa I. Plaut. expl. 25. *qui* etiam plurali numero pro *quibus* inveniri docet, Plaut. Capt. *Patriciis pueris coturnices dantur, quicum lusitent.* (Add. Cic. Att. XIII, 23. *habere, qui utar.* v. Gron. Sest. II, 7.)

(*Admonitio.*)

Sub finem hujus capitis non alienum videtur, quædam de usu pronominis *qui* admonere, quæ scribentibus latine profint. Ac

1. Observandum elegantiorem scribendi rationem ferre, ut *qui* post quædam verba, ut *esse, habere, invenire, audire, videre* conjunctivum regat, ut dicamus, *sunt, qui tradant, auctores habeo, qui dicant, multi reperiuntur, qui putent, sæpe audivi, qui dicerent, vidi, qui essent etc.* Et quanquam in nonnullis exemplis variant librarii; tamen et multitudo exemplorum, in quibus constanter libri boni omnes in conjunctivo consentiunt, et dissensus librorum meliorum in locis dubiis facit, ut illa regula standum sit. v. Drakenb. ad Liv. XLII, 66.

† Etiam Terent. Hecyr. IV, 1. *Nam si is posset ab ea sese derepente avellere, quicum tot consuevisset annos, non eum hominem ducerem, nec virum satis firmum gnatæ.* In neutro est apud Cicer. IX. ep. 13.

Sic Liv. II, 41. multi libri habent, *sunt, qui ferunt*, sed optimi *sunt, qui ferant:* unde merito in Gron. et Drak. edd. servatur *ferant.* Neque contra hæc tam multa exempla valent aliquid exempla poetarum, cujus generis tamen vix unum ex Horatio afferre potuit Cortius ad Sall. Cat. 19, 4. nam alterum Horatianum ex Arte Poet. *erit, quæ capiet*, vitiosum puto, etiam temporis causa.

2. Pariter *qui* conjunctivum desiderat, ubi accusativus cum infinitivo, aut alius conjunctivus inprimis, qui ab *ut, quo* etc. pendeat, præcesserit; quibus locis siquis sensum, aut vernaculam consuetudinem sequatur, aberret ab elegantia scribendi. Exempli loco illud esse potest, quod mox e Philipp. III. laudabimus. Sall. Cat. 20, 11. *quis tolerare potest, illis pecunias superare, quos profundant:* non *profundunt*, ut ibi male libri quidam. Cic. Phil. III, 2. *nullum genus crudelitatis præteriturum fuisse? quippe qui jusserit etc.* non, *jussit*, ut libri quidam. ib. 3. *si eum consulem judicasset, quem videret:* non *videbat.* et sic locis innumerabilibus. Atque etiam in aliis structuris conjunctivus desideratur, de quibus præcipi distincte non potest. Auris lectioni bonorum scriptorum adsueta facile sentiat, ubi conjunctivo opus sit nec ne.

3. *Qui* tempus desiderat imperfectum præcedente perfecto, præsens præcedente futuro. Nep. præf. *fore plerosque, qui dubitent* et sic semper: unde in illo Horatiano legendum, *erit, quæ capiat.* Cic. Phil. III, 2. extr. *nunc enim primum ita convenimus, ut possemus ea, quæ sentiremus libere dicere:* quo loco, ex consuetudine Germanorum, aut si quis sensum consulere velit, præsentia tempora requiri

putet

putet. Atque in hoc consentit nobiscum etiam, qui in primo illo a nobis dissentit, Bentlejus ad Horat. Serm. I, 6, 4.

II. *Quicunque* pro *quisquis*.

I. *Quicunque* idem est, quod *quisquis*, sed ejus usus latius patet. Cic. I. Quint. fr. 2. *Quoscunque de te queri audivi, quacunque ratione potui, placavi.* Id. I. Orat. 12. *Quicquid erit quacunque de re, quocunque de genere.* Add. id. III. off. 6, et I. ep. 19.

* 2. *Quicunque-hic*, vel *idem*, vel *is*.

Cic. XIV. Att. 13. *Quemcunque hæc pars perditorum lætatum morte Cæsaris putabit, hunc in hostium numero habebit.* Add. id. IV. Tusc. 17, et Cæsar I. B. C. 75, 1. Cic. II. Orat. 61. *Hoc mementote, quoscunque locos attingam, unde ridicula ducantur, ex iisdem locis fere etiam graves sententias posse duci.* Id. III. Leg. 14. *Nam licet videre, si velis replicare memoriam temporum, quæcunque mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo secutam.* Add. id. XIII. ep. 19. Cic. III. off. 4. *Nobis nostra Academia magnam licentiam dat, ut, quodcunque maxime probabile occurrat, id nostro jure liceat defendere.* Id. XIII. ep. 6. *Pluribus verbis tecum egi, ut quoscunque tibi ejus necessarios commendarem, haberes eos in numero meorum necessariorum.* Add. id. VIII. Att. 13, et X. ep. 31, et Nepos Pelopid. 2. (Ceterum horum est eadem ratio, quæ supra I, 14. in *qui*, itemque num. seq.)

* 3. *Quicunque-ille*, rarissimum est.

Plinius XI, 4. *Quaecunque est ratio vitalis, illa non certis inest membris, sed toto in corpore.*

* 4. *Quicunque-tamen*, vel *certe-tamen*. †

Cic. II. Orat. 62. *Quod quibuscunque verbis dixeris, facetum tamen est, re continetur.* Id. V. Tusc. 29. *Quaecunque dissentientium philosophorum sententia de finibus sit, tamen virtus satis habet ad vitam beatam praesidii.* III. Orat. 9. *Nos quicunque in dicendo sumus: certe tamen ab hujus multum genere distamus.*

5 *Quicunque* pro *qualiscunque*.

Quicunque saepe imminuit, et usurpatur pro *qualiscunque*. Cic. Orat. 3. *Fateor, me oratorem, si modo sim, aut etiam quicunque sim, non ex rhetorum officinis, sed ex Academiae spatiis extitisse.* ib. 30. *Aures civitatis nos primi, quicunque eramus, et quantulumcunque dicebamus, ad hujus generis dicendi, audiendi incredibilia, studia convertimus.* Id. red. in Senat. 6. *Is est Epicureus non penitus illi disciplinae, quaecunque est, deditus*, sie sey nun beschaffen wie sie wolle. Id. Mil. 35. *Milo vestra studia et sermones, quemcunque casum fortuna dederit, secum ablaturum esse dicit.* Id. Sext. ult. *Ego vos in omni fortuna, quaecunque erit oblata, complectar*, es gehe, wie es wolle, es mag mir vor Glück oder Unglück zustossen, was es vor welches seyn möge.

6. *Quicunque* pro *quantuscunque*.

Alias auget, ut sit *quantuscunque*. Cic. Cæl. 2. *Quaecunque in equite Romano dignitas esse possit, quae certe potest esse maxima, ea semper in Cœlio habita est summa.* Id. VIII. Att. 17. *Vos hortor, ut quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis.* *Livius V, 42. *Principibus Gallorum placuerat, non omnia concremari tecta, ut quodcunque superesset urbis,*

† Cum *tamen* sequitur, *quicunque* fere est *qualiscunque*.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0722
DFG

urbis, id pignus ad flectendos hostium animos haberent. Add. id. X, 14.

* III. *Quicquid* sine *id.*

Cic. II. ep. 10. *Quicquid erit, tibi erit.* Add. id. in Læl. 11, et XIII. ep. 17. IX, 17. VII. Att. 17. extr.

2. *Quicquid* cum *id, idem, id totum, id omne.*

Quicquid adsciscit *id idem, id totum, id omne.* Cic. Amic. 8. *In amicitia quicquid est, id et verum et voluntarium est.* * Add. id. VII. ep. 1, et X, 1, 5, 16. Plaut. Menæch. III, 2. *Mulier quicquid dixerat, idem ego dicebam.* Cic. X. ep. 5. *His difficillimis reipublicae temporibus, quicquid subveneris, id erit totum et proprium tuum,* Terent. Phorm. II, 1. *Quicquid præter spem eveniet, omne id deputabo esse in lucro.* Add. Cic. Manil. 24, ubi duo sunt exempla, et Livius VII, 30. (vid. supra I, 14.)

* 3. *Quicquid - hoc omne,* vel *illud totum.*

Cic. X. ep. 23. *Quicquid aliquando futurum fuit in castris perditorum contra patriam, hoc omne jam convenit.* Cæsar B. C. II, 39, 5. *Multa spolia præferebantur: ut quicquid intercederet temporis, hoc omne victoriam morari videretur.* Cic. Brut. 77. *Leutulus quicquid habuit, quantumcunque fuit, illud totum habuit ex disciplina.* (vid. supra I, 14.)

* 4. *Quicquid - tamen.*

Cic. VI. Att. 2. *Quicquid acturus de tali re fuit, scribendum tamen ad libertum non fuit.* Id. II. Div. 8. *Quoquo modo nos gesserimus, fiet tamen illud, quod futurum est.*

* 5. *Quicquid - certe.*

Cic. Rabir. Post. 8. *Gabinius illud quoque consilio fecit, fecit certe suo.*

* 6. *Quicquid* pro *quantumcunque.*

Hæc significatio apparet jam ex quibusdam exemplis superioribus. Livius VII, 32. *Quicquid ab urbe longius proferrent arma, magis magisque in imbelles gentes eos prodire*, pro *in quantumcunque spatium.* Id. VIII, 39. *Quicquid progrediebantur, magis magisque turbatos hostes cernebant.* Id. XXX, 1.

* 7. *Quicquid* de personis pro *quicunque.*

Cic. II. Verr. 54. *Accusatorum ac quadruplatorum quicquid erat, habebat Verres in potestate.* Livius III, 17. *Quicquid Patrum plebisque est.* Id. III, 54. *Legatos quicquid in urbe hominum supererat, prosequitur.* Add. Id. XLV, 24.

* IV. *Quis* pro *uter.*

Livius I. 24. *Fœdus ictum est, ut cujus populi cives ex certamine vicissent, is alteri populo imperitaret.*

V *Quis* pro *aliquis.*

Quoties antecedit *si*, *nisi*, *ne* pro *aliquis* eleganter dici solet *quis.* Cic. II. Philipp. 14. *Si te in judicium quis inducat, vide quæso, ne hæreas.* Id. I. Att. 13. *Reipublicæ status ille, quem tu meo consilio confirmatum putabas, nisi quis nos Deus respexerit, elapsus est de manibus.* Brut. 13. *Quis Argivum oratorem, aut Corinthium aut Thebanum scit fuisse temporibus illis? nisi quid de Epaminonda suspicari libet.* II. de Leg. 9. *Ne quis agrum consecrato.* I. offic. 20. *His idem propositum fuit, quod regibus, ut ne qua re egerent, ne cui parerent.*

(Reperiuntur tamen non pauca, etiam apud Ciceronem, exempla, ubi post *si*, *ne*, est *aliquis.* Or. 24. et alibi v. Ernest. Clav. Cic. in *si* et *ne.*)

*Sæpe etiam si *ne*, *nisi*, *si* non præcesserit, tamen *quis* pro *aliquis* ponitur. Cic. III. offic. 19.

Non

Non igitur faciat (dixerit quis) vir bonus, quod utile sit? Ib. III, 20. *Utrum se ex homine convertat quis in belluam?* Senect. 12. *Sive natura sive quis Deus.* VI. Att. 1. *His de causis credo Scaptium iniquius de me quid ad Brutum scripsisse.* Cæsar B. C. III, 32, 3. Id. I. Orat. 43.

*Interdum bis eodem in commate *quis* ponitur pro *aliquis*. Livius XXXIX, 17. *Senatores indici præmium proposuerunt, si quis quem ad se deduxisset, nomenve absentis detulisset.*

*2. *Si quis-hic. Si quis-is.*

Cic. II. offic. 13. *Si quis ab ineunte ætate habet causam celebritatis et nominis, in hunc oculi omnium conjiciuntur.* Id. Cæl. 17, et III. Philipp. 8. Ita etiam *sin quis-hic.* Cic. III. ep. 8. *Sin quem mea instituta in provincia non delectant, hunc ego amicum habere non curo.* Cic. III. ep. 8. *Si quis est, qui neminem bona fide in gratiam putet redire posse, non nostram is perfidiam coarguit, sed indicat suam.* Id. I. offic. 41 *Si quid reprehensum sit a pluribus, id corrigatur.* Id. ep. V, 8. I, 5. I. Quint. fr. 1.

*3 *Si quid-idem. Si quid-id omne* vel *id totum.*

Cic. I. offic. 41. *Nec quemquam hoc errore duci oportet, ut, si quid Socrates aut Aristippus contra morem fecerint locutive sint, idem sibi arbitretur licere.* Id. V. ep. 5. *Abs te hoc peto, ut si quid residet in te amoris erga me, id omne in Pomponii negotio ostendas.* Livius XXXI, 44. Cic. in Caecil. 5. *Si qua reliqua spes est, quæ sociorum animos consolari possit, ea tota in hac lege posita est.*

4. *Quid* otiosum.

** *Quid* παρέλκει interdum post *ne, num, si* et

nisi, ut τὶ apud Græcos ἔιτι, μήτι, ἄτι. Ennius apud Gellium II, 29. *Ne quid expectes amicos, quod tute agere posses.* Cic. I. offic. 3. *Num quid officium aliud alio majus?* Id. IV. ep. 1. *Trebatio mandavi, ut si quid tu eum velles ad me mittere, ne recusaret*, ſo du ihn zu mir ſchicken wollteſt. Id. II. ep. 15. *Ego nisi quid me Eteſiæ morabuntur, celeriter, ut ſpero, vos videbo.* †

* 5. *Si quis alius - tum maxime.*

Livius X, 3. *Is terror a Fabio abhorret, quod si qua alia arte cognomen ſuum æquavit, tum maxime bellicis laudibus.*

* 6. *Neſcio quis* pro *aliquis. Neſcio quid aliquid.* (dicitur minuendi cauſa.)

Cic. I. Orat. 46. *Non cauſidicum neſcio quem, neque proclamatorem aut rabulam hoc ſermone noſtro conquirimus.* Id. II. Catil. 5. *Breve neſcio quod tempus.* Id. ep. VI, 19. VII, 5. et 20. XV, 4.

V. *QUIS* interrogativum.

1. *Quis* ſervit interrogationi vel dubitationi. Cic. Amic. 12. *Quis clarior in Græcia Themiſtocle? quis potentior?* (In hoc exemplo interrogationi ſervit, quæ vim affirmandi habet

* 2. *Quis eſt - qui* pro *quis?*

Interdum aſſumit *qui*. Cic. V. Verr. 45. *Jam hoc quis tum fuit Syracuſis, qui non audierit?* *Cic. III. offic. 28. *Quis eſt, qui utilia fugiat?* pro *quis utilia fugit?* Id. Roſc. Am. 47. *Quis erat, qui non videret humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere?* pro *quis non videbat?* Idem Man. 10. *Quæ*

† Hæc exempla partim ab aliis aliter leguntur, partim ita explicari poſſunt, ut nihil abundare videatur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0726
DFG

Quæ res est, quæ cujusquam animum in hac causa dubium facere possit? Cic. Flacc. 25. et 28, et VIII. Att. 22.

Huc spectant illa. Cic. pro Rosc. *Considera, quis quem fraudasse dicitur*, siehe zu, wer den andern soll betrogen haben. * Sic Quintil. I, 6. *Notatum est in sermone, quid quomodo caderet.* Scilicet *quis* repetitur diverso casu. Senec. epist. 108. *Multum ad rem pertinet, quo proposito ad quam rem accedas.* Id. de benef. IV, 32. *Ego quid cui debeam, scio*, ich weiß was und wem ich verbunden sey. (Inest duplex interrogatio, veluti in unam conflata.)

2. *Qui* pro *quomodo*. †

Qui pro *quomodo* usitatum est ferme in interrogatione. Cic. II. fin. 4. *Qui fit, ut ego nesciam: sciant omnes quicunque Epicurei esse voluerunt*, wie kömmts, wie ists möglich, daß ichs nicht weiß, da es alle wissen. Id. I. Nat. D. *Sed nos qui Deum, nisi sempiternum, intelligere possumus?* Id. VII. Philipp. 2. *Qui enim convenit, ut qui in rebus improbis populares fuerint, iidem etc.* wie schickt sich das. Id. II. fin. 10. *Qui igitur convenit ab alia voluptate dicere naturam proficisci, in alia summum bonum ponere*, wie stehet das beysammen, daß man vorgiebt, die Natur ꝛc. Cic. Mil. 17. *Quæro, qui Milo scire potuerit.*

* 3. *Quid* repetitur.

Quid repetitur in animi motu vehementiore significando. Cic. V. Att. 20. *Qui, malum, isti Pindenissæ? qui sunt, inquies?* Id. XIV. ep. 4. *Quid Cicero meus, quid agat?* Id. Font. 2. *Quid coloni Narbo-*

† *Qui* est vetus ablativus, ut *forti* a *fortis*. Ponitur igitur pro *qua re*; id est, *qua ratione.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0727
DFG

Narbonenſes? quid volunt? quid exiſtimant? Id. Sext. 53. *Quid populares illi duo, quid egerunt?* Terent. Phorm. V, 3. *Quid illa filia amici noſtri, quid futurum eſt?* Huc refer illa: Livius III, 68. *Quid tandem privatæ res veſtræ quo ſtatu ſunt?* Cic. Piſ. 36. *Quid? illam armorum officinam ecquid recordaris?*

* 4. *Quis-niſi. Quis-præter* vel *præterquam.*

Cic. III. off. 19. *Hoc quam vim habet, niſi illam, nihil expedire, quod non deceat?* Id. Mil. 34. *Quid reſtat, niſi ut orem obteſterque vos, judices?* Id. Cluent. 71. et ep. Brut. 15. * Huc refer *quis alius-niſi.* Cic. Roſc. Am. 19. *Quid eſt aliud judicio ac legibus abuti ad quæſtum atque ad libidinem, niſi hoc modo accuſare?* Id. II. Orat. 89. *Quæ eſt enim alia cauſa, niſi quod nobis morem gerere voluiſti.* Cic. II. ep. 16. *Quid fuit in illis literis, præter querelam temporum?* Ib. VII, 13. *Quis te ferret præter me, qui omnia ferre poſſum?* Ib. II, 13. *Quis hoc putaret præter me?* Id. II. Philipp. 5, 7. Cic. II. Divin. 32. extr. *A Moneta, præterquam de ſue plena quid unquam moniti ſumus?*

* 5. *Quis-quin. Quis-qui non.*

Cic. I. Verr. 59. *Quis unquam templum illud adſpexit, quin avaritiæ tuæ teſtis eſſet?* Id. Flacc. 27. *Quis ignorat, quin tria Græcorum genera ſint vere?* Varro II. R. R. cap. 4. *Quis fundum colit noſtrum, quin ſues habeat?* Cic. VIII. Att. 22. ib. Man. 11. *Quis navigavit, qui non ſe aut mortis aut ſervitutis periculo committeret?* Id. II. Catil. 4. *Quid mali aut ſceleris fingi poteſt, quod non ille conceperit?* Add. id. I. Verr. 7, et II. Verr. 10, et 21.

* 6. *Quis-tamen.*

Cic. I. Orat. 59. *Quis neget opus eſſe oratori in hoc-*

hoc oratorio motu ſtatuque Roſcii geſtum ac venuſtatem? tamen nemo ſuaſerit ſtudioſis dicendi adoleſcentibus in geſtu diſcendo hiſtrionum more elaborare. Quid eſt oratori tam neceſſarium, quam vox? tamen, me autore, nemo dicendi ſtudioſus Graecorum more voci ſerviet. Id. Orat. 16. *Quid poteſt eſſe tam diverſum? tamen eſt in utroque aliquid excellens.*

* 7. *Quis* indignantis: (item irridentis.)

Cic. I. Orat. 23. princ. *Quem tu mihi Staſeam, quem peripateticum narras?* Id. X. Att. 15. *Viris bonis me non nimis excuſo. Quas eos enim cœnas facere et obire ſcripſit ad me Seſtius? quam lautas? quam tempeſtivas?* Id. IX. ep. 16. *quem tu mihi tyrotarichum etc. narras?*

* 8. *Quis* admirantis et laudantis.

Cic. I. Att. 13. *Quas ego pugnas, et quantas ſtrages edidi?*

* 9. *Quis* pro *quisque* non imitandum.

Tacit. II. Ann. 26, 1. *Addidit munificentiam Cæſar, quantum quis damni profeſſus erat, exolvendo.* Id. II. Ann. 54, 4. Id. III. hiſt. 58, 3. *Amicorum ejus quanto quis clarior, minus fidus.*

* 10. *Quis* cum adjectivo quodam.

Cic. I. Orat. 12. extr. *Quis hoc Philoſophus tam mollis, tam languidus, tam enervatus, probare poſſet?* Id. Roſc. Am. 2. *Forſitan quæretis, qui iſte terror ſit, et quæ tanta formido?* Id. Roſc. Am. 34. Id. 46. *Quos ſumtus quotidianos, quas effuſiones fieri putatis?* Add. I. Nat. Deor. 31. * Huc refer illud Cic. Mil. 73. *Quodnam concepi tantum ſcelus? aut, quod in me tantum facinus admiſi, judices.*

* 11. *Quid*

* 11. *Quid* pro *quis* de perſonis.

Cic. Milon. 2. *Quid nobis duobus laborioſius, judices? quid magis ſolicitum, magis exercitum dici aut fingi poteſt?* Id. III. Att. 15. *Quid enim ſum? ſed non faciam, ut tuum animum angam querelis.* Id. II. Verr. 43.

* 12. *Quid hominis, quid mulieris.*

Quid hominis, pro *quis homo*: *Quid mulieris*, pro *quae mulier*, eleganter dicimus. Terent. Heaut. IV, 8. *Quaeſo, quid tu hominis es?* Lieber, was biſt du vor ein Menſch? It. Eun. III, 4. *Quid hoc hominis? qui hic ornatus eſt?* Plaut. Amph. II, 2. *Quid ſit hoc hominis?* Cic. II. Verr. 54. *Exponam vobis breviter, quid hominis ſit*, ich will euch kürzlich ſagen, was er für ein Menſch ſey. Terent. Heaut. *Sed quid mulieris uxorem habes.* * Dicimus etiam *quid hominum.* Ter. Andr. IV. ſc. 5. *Quid turbae eſt apud forum? quid illic hominum litigant.*

Ejusdem generis ſunt illa: *Quid animi?* pro *quis animus? Quid rei?* pro *quae res?* et alia ejusmodi. Plaut. Mercat. act. II, 3. *Qui ſcio, quid ſit ei animi.* Terent. Eun. IV, 7. *Quid cum illa tibi rei eſt?* was haſt du mit ihr zu thun? Cæſ. I. B. G. 21. *Quid ſui conſilii ſit, oſtendit*, er ſagt ihnen, was er im Sinn habe. Terent. Andr.. *Quid iſtus gaudii eſt?*

* 13. *Quid* pro *quantum.*

Cic. Roſc. Am. 46. *Quid praeterea cælati argenti? quid ſtragulae veſtis? quid pictarum tabularum? quid ſignorum? quid marmoris apud illum putatis eſſe? tantum ſcilicet, quantum e multis ſplendidisque familiis coarcervari una in domo potuit.* Id. I. Att. 4. et 6. I. Verr. 1, et III, 85. Brut. XI. ep. 1.

* Etiam

* Etiam *qui*, ſed rariſſime tamen, pro *quantus* ponitur. Sueton. Cæſar. 44. *Caeſar deſtinabat, bibliothecas Graecas et Latinas, quas maximas poſſet, publicare.*

* 14. *Quid ita?* wie ſo?

Quid ita pro *quomodo*. Terent. Eunuch. V, 5. *Quid ita? aut quid factum eſt? cedo*, wie? ich? Et mox verſ. 17. *Quid audacia tantum facinus audet?* Py. *Quid ita tantum?* wie ſo? wie ſoll es eine ſo groſſe Sache ſeyn?

15. *Quid* pro *Cur? Quid ita* pro *Cur ita?*

Quid ſæpe ponitur pro *Cur*. Terent. Heaut. III, 2. *Sciſne factum, ut ego dico? Quid ego neſciam?* warum ſollte ich nicht wiſſen, daß es geſchehen ſey? Virg. II. Georg. 481. *Quid tantum oceano properent ſe tingere ſoles?* Id. Mil. 16. *Sed quid ego argumentor? quid plura diſputo?* Cic. I. epiſt. 4, 5. Cicero Roſc. Am. 12. *Accuſatis Sex. Roſcium. Quid ita? quia de manibus veſtris effugit*, warum? aus was Urſache? Idem I. de Nat. Deor. 35. *Quam moleſtum eſt uno digito plus habere? quid ita? quia etc.* wie ſo? warum das?

* 16. *Quid ita* indignantis et objurgantis.

Quid ita fere indignationi ſervit. Liv. XXXII, 21. *Quid ita paſſus eſt Eretriam Caryſtumque capi? quid ita tot Theſſaliae urbes? quid ita Locridem Phocidemque? quid ita nunc Elatiam oppugnari patitur? cur exceſſit faucibus Epiri?* Id. XLI, 7. *Quaerebant: quid ita non potius Manlius Romam veniſſet, ut rationem redderet Populo Romano? cur ex Gallia in Iſtriam tranſiſſet?* Id. XLII, 40. *In literis tuis quaeris, quid ita legati cum militibus venerimus, et praeſidia*

in

in singulas urbes dimittamus? Add. Tac. III. hist. 7, 2. Cic. Rosc. Com. 1, 4, 18. Senec. ep. 59.

* 17. *Quid* pro *cur-si quidem.*

Cic. Brut. 97. *Quid, te exercuit Pammenes, vir longe eloquentissimus Graeciae? quid illa vetus Academia, atque ejus haeres Aristus, si quidem similes majoris partis oratorum futuri sumus?* Worzu, warum hat dich denn Pammenes unterwiesen, wenn wir nur gemeine Redner werden wollen?

18. *Quid est, quod?* vel *cur?* vel *quamobrem?* vel *quare.*

Jungitur interdum cum *quod*, vel *cur*, vel *quamobrem.* Terent. Ad. III, 2. *Quid est, quod trepides?* Warum fürchtest du dich denn? Idem Eunuch. III, 5. *Quid est quod laetus sis?* Cic. II. Verr. 20. *Quid est, quod tu alios accuses? quid est, quamobrem putes te tuam culpam derivare in aliquem posse?* Exempla dantur infinita. Idem I. de Fin. 10. *Quid est, cur verear, ne ad eam sententiam non possim accommodare Torquatos nostros?* *Add. Id. IX. ep. 8, et Cluent. 53. et III. ep. 10, et I. Orat. 16. Cluent. 47. *Quid est, quamobrem quisquam nostrum Censorias subscriptiones omnes fixas et in perpetuum ratas putet esse oportere?* Cic. Dom. 33. *Quid est, quare quisquam mihi se ipsa populari ratione anteponat?* Senec. quaest. nat. III, 17.

* 19. *Quid est ergo-quo*, pro *ad quod.*

Cicero Rosc. Am. 29. *Quid est ergo, quo tandem accusator inopia argumentorum confugerit?*

20. *Quid? quid si?* interrogantis aut instantis.

Sæpe est interrogantis aut instantis. Cicero pro Cæcin. *Testes quid erunt?* Plaut. Capt. *Quid pater? vivitne?* Cic. Parad. I, 3. *Quid duo propugnacula*

pugnacula belli Punici C. et P. Scipiones, - - - Quid Africanus minor? Quid major? Quid inter horum ætates interjectus Cato? Quid innumerabiles alii? nam domesticis exemplis abundamus: An cogitasse quidquam putamus in vita sibi expetendum, nisi quod laudabile esse et præclarum videretur?

Cicero ad Q. Fr. I, 2. *Quid si inficiatur? Quid si omnino non debetur? Quid? Prætor solet judicare deberi? Quid? Ego Fundanio non cupio?* Cicer. III. off. 23. IX. ep. Att. 2.

* *Quid* sæpe tantummodo interrogationem urgentis indicat, et tamen etiam *nonne*, similesque particulas adjunctas habet. Qui usus ut magis eluceat, quam ex Autoris nostri vel regulis vel exemplis apparet, proferemus plura exempla. (Estque usitatissimum in proferendis exemplis, rationibus, ac fere significat *porro*, ut apud Græcos, inprimis Xenophontem, τί δέ;

* 21. *Quid. nonne*, vel *ne*, vel *num.*

Cic. III. off. 6. *Quid si Phalarim vir bonus vestitu spoliare possit, nonne faciat?* Id. III. off. 21. *Quid? qui omnia recta et honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur? nonne idem faciunt, quod etc.* Id. Manil. 16. Id. II. off. 7. *Quid? Macedones nonne Demetrium reliquerunt? Quid? Lacedæmonios injuste imperantes nonne repente omnes fere socii reliquerunt?* Add. id. IV Acad. 47. Cic. III. off. 20. *Quid igitur? possumusne illum Marium virum bonum judicare?* Id. III. off. 25. *Quid? si is apud te pecuniam deposuerit, bellum inferat patriæ, reddesne depositum?* Cæsar B. G. VII, 77, 10. Cic. III. off. 21. add. id. de fat. 2. Cic. I. Orat. 10. *Quid? hæc jura civilia, num aut inventa sunt*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0733
DFG

aut cognita aut omnino ab oratorum genere tractata? Add. quæso I. N. Deor. 31.

* 22. *Quid? - quantus. Quid? - quam. Quid? - quis.*

Cic. Manil. 13. *Quid? ceteræ, quas paulo ante commemorare cœperam, quantæ ac quam multæ sunt?* Id. III. ep. 10. *Quid? illa vincula, quibus quidem libentissime adstringor, quanta sunt, studiorum similitudo, suavitas consuetudinis, delectatio vitæ?* Cic. de senect. 7. *Quid Jureconsulti? quid Pontifices? quid augures? quid philosophi senes? quam multa meminerunt?* Id. IV. Acad. 47. *Quid? cum Cleanthe doctore suo quam multis rebus Chrysippus dissidet?* Id. off. 7. *Quid enim censemus superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum? Quid? Alexandrum Pheræum quo animo vixisse arbitremur?* Id. I. Divin. 34. princ.

23. *Quid? quod?* †

Interdum adsciscit *quod*, vehementius instandi gratia. Cic. Man. 5. *Quid? quod salus sociorum summum in periculum ac discrimen adducitur?* was wollen wir dazu sagen, daß unsere Bundsgenossen in die gröste Gefahr gesetzet werden? Id. IV. Acad. *Quid? quod si ista vera sunt, ratio omnis tollitur?* * Add. id. Senect. 8, et I. ep. Qu. fr. 3.

24. *Quid? quod*, sæpius iteratum.

Nonnunquam *quid quod* sæpius iteratur. Cic. I. de Nat. Deor. 38. *Quid? quod ejusdem hominis imagines in meum animum incurrunt aliæ, aliæ in tuum?*

† Sine dubio elliptica est locutio: pro *quid illud est, quod; quid illud taceo, quod*: vel certe simile quidp am prætermissum est. Inepti igitur homines vertunt *quid? quod* per *imo*. Quod docent hujus generis exempla: *Quid, qui pecunia cupiditates fecerunt --- hic nullane est adhibenda excusatio?* Cic. III. Tusc. Quæst. 9.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0734
DFG

tuum? Quid? quod earum rerum quæ nunquam omnino fuerunt, neque esse potuerunt, ut Scyllæ, ut Chimæræ? Quid? quod hominum, locorum, urbium earum, quas nunquam vidimus? Quid? quod simul ac mihi collibitum est, præsto est imago? Quid? quod etiam ad dormientem veniunt non vocatae?

25. *Quid ni?* pro *cur non?* †

Cic. II. off. 22. *Laudat Africanum Panaetius, quod fuerit abstinens. Quid ni laudet?* Terent. Andr. I, 1. *Quid tibi videtur? adeone ad eum?* By. *Quid ni?* Gehe ich hin zu ihm? warum nicht? Cic. Quint. 21. *Erat, inquit, illarum partium. Quid ni? qui apud te esset educatus.*

* 26. *Quid ni non*, pro *cur non?*

Senec. ep. 74 *Quid ergo? non est beatior et amicorum et liberorum turba succinctus? quid ni non sit?* Senec. ep. 102. *Quid ni non timeat, qui mori sperat?* Add. id. ep. 6, et 52, Benef. V, 5, et Brevit. vit. 7.

27. *Quid enim?*

Aliquando adsciscit *enim*. Cic. II. Fin. 28. *Quid enim? summus dolor plures dies manere non potest?* Kann denn ein sehr grosser Schmerz nicht etliche Tage währen? * Add. V. ep. 15, et II. Philipp. 31, et III. Tusc. 21. (Elegans est formula hæc, in principiis demonstrationum sæpissime Ciceroni usurpata. Fluxit a Græcis, inprimis Socraticis.)

Elliptica videtur esse locutio pro *quid aliud feceris, ni hoc feceris? quid esset, nisi hic esset?* Vel *ni* ponitur more vetere pro *ne*, ut in *nimirum* quasi *ne mirum*, seu, ut usitatius loquimur, *non mirum*. *Quid* autem subintelligit præpositiones *ob, propter*; ut *quid ni* sit *propter quid non?*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0735
DFG

* 28. *Quid vero? Quid ergo? quid igitur?* argumentantis, concludentis, instantis.

Cic. II. Verr. 59. *Quid vero? modum statuarum habere nullum placet? atqui habeatur, necesse est.* Id. III. Orat. 43. *Quid ergo? iste Crassus, quoniam ejus abuteris nomine, quid efficit?* Id. Brut. 26. *Quid ergo? estne ista Fannii oratio? nam varia opinio pueris nobis erat.* Id. V. Verr. 28. IV. Verr. 46. princ. Huc refer illud Cic. Cæcin. 12. *Quid ergo est? impune feci: nam quid agas mecum ex jure civili, non habes.* Add. Vatin. V. ep. 10, 6. Cic. R. Am. 42. *Quid igitur? Chrysogonus sui maleficii occultandi causa quaestionem de his haberi non vult? minime*, wie stehet es demnach um die Sache? wie ist es denn nun? Id. Act. I. Verr. 7. *Quid igitur? quod tota Sicilia, omnes publicae privataeque literae Romae sunt, nihilne id valebit? nihil.* Id. V. Verr. 4. *Quid igitur? nulline motus in Sicilia servorum, Verre praetore? nihil sane.* Id. Flacc. 23.

* 29 *Quid tum?*

Quid tum et plura quærentis est, et extenuantis. Cic. Cæcin. 28. *Quid tum? Prætor, inquit, interdixit, ut, unde dejectus esset, eo restitueretur.* Id. Muren. 12. *Cedo, quid postea? cum ego ex jure meum esse ajo. Quid tum? inde ibi ego te ex jure manu consertum voco*, was noch mehr? Interdum est was ist es denn mehr? Cic. III. Verr. 30. *Age, quid tum? si Apronio, deliciis praetoris, lucelli aliquid jussi sunt dare*, Lieber, was ists nun mehr? Id. IV. Verr. 59. *Quid tum? mediocrine tandem dolore eos affectos esse arbitramini?*

30. *Quid loquar? Quid dicam?* in reticentia, pro *Sileo, Taceo.*

Quid loquar? quid dicam? usum habent in reticentia.

centia. Cic. I. Verr. 21. *Quid ego de M. Marcello loquar, qui Syracusas cepit? quid de Lucio Scipione, qui bellum in Asia gessit? quid de Flaminio*, cet. Cic. II. Nat. Deor. 51. *Quid dicam, quantus sit amor bestiarum in educandis iis, quae procreaverunt?*

(*Admonitio.*)

Qui sensus his formulis tribuitur plane alienus est. Usurpantur autem eleganter in transitu ad novum argumentum, et in coacervatione exemplorum, quae tangere tantum volumus. Atque sic est in exemplis propositis.

* 31. *Quid dicam* in dubitatione.

Cic. ad Brut. 17. *Quaedam mihi videtur, quid dicam, imperite vir omnium prudentissimus, an ambitiose fecisse?*

* 32. *Quid aliud dicam.*

Quid aliud dicam ponunt veteres scriptores in confirmando eo, quod minus recte vel nimis imprudenter dixisse videri poterant. Cic. II. Philipp. 31. *O hominem nequam, (quid enim aliud dicam? magis proprie nihil possum dicere.)*

* 33. *Quid dico* in correctione.

Cic. XII. ep. 3. *Auget tuus amicus furorem indies, ut non modo sicarii, sed etiam parricidae judicemini. Quid dico, judicemini, judicemur potius.* Idem II. Orat. 90. *Saepe ego doctos homines, quid dico saepe? imo nonnunquam* cet. Id. IV. Att. 12.

34. *Quid quæris? quid multa?* kurz von der Sache zu kommen, mit einem Worte.

Cum rem in pauca conferimus, eleganter dicimus, *quid quaeris? quid multa?* pro *quid plura?* Cic. Att. VII, 8. *Quid quæris? et si mihi crebro ξυνὸς ἐνυάλιος occurrebat: tamen levabar cura, etc.*

Was sage ich viel? * Add. Cic. III. ep. 1. VII, 3. IX, 18. id. I. ep. 9. *Quid multa? quæstus est graviter.* Huc pertinent illa: *Quid verbis opus est? Quid multis opus est?* et alia ejusmodi.

*35 *Quid plura?*

Cic. XIII. Att. 34. *Quid plura? ipse enim adsum, nisi quid tu prorogas.* Id. II. Divin. 22. extr. *Sed quid plura? ortum videamus haruspicinae.* Idem II. Leg. 1. *Quid plura? hanc vides villam lautius aedificatam patris nostri studio.* Add. id. VI. Att. 1, et VII. Philipp. 2.

* 36. *Quidvis.*

Quidvis diligenter est ab *omni* discernendum. *Quidvis* enim delectum quendam significat. Cic. Læl. 20. *Quod si etiam possis quidvis deferre ad alterum, videndum est tamen, quid ille possit sustinere.* Id. I. off 30. *Sunt, qui quidvis perpetiantur, cuivis deserviant, dum quod velint, consequantur.* Add. id. II. ep. 15. et 16. (at vid. quæ diximus supra in *Omnis*, n. 15.)

Cum *quidvis* convenit *quidlibet.* Cic. III. Att. 23. *Id caput sane nolim novos tribunos plebis ferre: sed perferant modo quidlibet.*

*V. *Quod* de personis.

Liv. XXX, 30. *Quod ego fui ad Transimenum, ad Cannas, id tu hodie es.* Id. XLI, 7. *Castra Romana capta, quod peditum, quod equitum in castris fuit*, id est, *quicunque pedites et equites in castris fuerunt*, vel *quicquid peditum etc.* was an Fußvolk und Reuterey im Lager gestanden.

2. *Quod* cum genitivo rei.

Cic. I. off 6. *Iis vitiis declinatis, quod in rebus honestis et cognitione dignis operae curaeque ponetur, id*

id jure laudabitur. Cæsar I. B. C. 36, 3. *Frumenti quod inventum est, in publicum conferunt.* Id. II, 20. *Varro, quod penes eum est pecuniae, tradit.* Add. Cic. I. off. 38, et XIII. ep. 1. Fere autem cum genitivo jungitur *quod*, cum pro *quantum* ponitur (vel *quicquid.*)

* 3. *Quod* ad priora referendum.

Quod cum totam orationem respicit, sæpe interponitur vel præmittitur sententiæ, quam respicit. Cæsar B. G. III, 23. *Pelles pro velis, sive propter lini inopiam atque ejus usus inscientiam, sive, quod est magis verisimile, quod tanta onera navium regi velis non satis commode arbritrabantur.* Cic. I. ep. 9. et II, 10, et 12. XV, 2. XI, 27.

* 4 *Quod nolim*, abominantis.

Cic. XII. ep. 6. *Si, quod nolim, adversi quid evenerit.* XII, 8.

* 5. *Quod ajunt.*

Quod ajunt interponitur vel apponitur proverbiis. Cic. de Senect. 7. *Nec sepulcra legens vereor, quod ajunt, ne perdam memoriam.* Id. VII. ep. 26. *Urge igitur, nec transversum unguem, quod ajunt, a stilo.*

* 6. *Quod supereſt.*

Concludendi formula est *quod supereſt.* Ceterum enim rarissimum est in scriptis Ciceronis. Cic. V. Att. 11. *Quod supereſt; si verum illud est ὁιατ' ἂν δέσποινα certe permanebunt.* Ib. IX. ep. ult. *Quod supereſt, scribe quam accuratissime, quid censeas.* Add. id. XI. ep. 15.

* 7. *Quod* pro *quantum, quotd.*

Quod nonnunquam significat *quantum.* Cic. Att. I, 3. *Nuncvero censeo (quod commodo tuo facere poteris)*

eris) venias ad tempus. Ib. 14. *Ipse (quod commodo tuo fiat) cum eo colloquere.* Id. 14. ep. 5. *Tu velim, quod commodo valetudinis tuae fiat, quam longissime poteris, nobis obviam properes.* Id. Att. I, 4. *Quae tibi mandavi, velim, (ut scribis) cures, quod sine molestia tua facere poteris.* Id. XIII. ep. 24. *Quod sine molestia tua fiat*, so viel ohne deinen Verdruß geschehen kann. Id. II. Verr. 5. *Ut se tota res habeat, quod ad eam civitatem attinet, demonstrabitur vobis alio loco.* (significatio *quantum, quoad*, tantum cadit in exemplum primum, secundum et ultimum, et quæ sunt ejusdem formæ, ubi est cum indicativo. In ceteris *quod c. t. fiat* et similibus est aliter, nempe pro: quod velim tuo commodo, sine molestia tua fieri, estque formula optandi. add. Gronov. ad Liv. XXVI, 32.)

Admonitio.

Non dicitur latine *quoad hoc, quoad illud*, sed *quod ad hoc spectat, quod ad illud attinet.*

8. *Quod*, pro *quantum ad id, quod.*

Quod in principiis, pro *quantum ad id quod*, frequentissimum est. Cic. Att. I, 3. *Quod a me scribis de Hermathena, mihi gratissimum est.* Was das belanget, daß du von ꝛc. Ib. I, 2. *Quod ad me saepe scripsisti de nostro amico placando, feci, et expertus sum omnia.* * Add. id. IX. ep. 15, et III. Quint. fr. 1. et locis epistolarum innumerabilibus.

*8 *Quod vero.*

Quod pro *quantum ad id, quod* sæpe adjunctum habet *vero.* Cic IX. Att. 11. *Quod laudas, quia oblivisci me scripsi antefacta et dicta nostri amici; ego vero ita facio.* Et mox: *Quod autem quasi vereri videris, ne mihi tua consilia displiceant; me vero nihil delectat*

delectat aliud, nisi consilium et literæ tuæ. Ib. IX, 12. XI, 7, et II. Quint. fr. 6. XIV. ep. 2.

* 10. *Est, quod.* †

Cic. VII. ep. 10. *Est, quod gaudeas, te in ista loca veniisse, ubi aliquid sapere viderere.*

11. *Nihil est, quod.* ††

Frequentissime *quod* jungitur cum *nihil est.* Cic. Pis. 38. *Nihil est, quod me invites,* es ist umsonst, daß du mich einladest. Id Sull. 3. *Quare nihil est, quod ex tanto comitatu virorum amplissimorum me unum abstrahas.* Id. XIV. ep. 12. *In viam quod te des hoc tempore, nihil est.* Add. Id. III. Quint. fr. 1. *Sic etiam *non est, quod.* Cic. VII. ep. 13. *Neque est, quod illam exceptionem interdicto pertimescas.*

12. *Quod* pro *quamobrem.*

Quod non raro tanquam adverbium usurpatur, pro *propter quod* vel *quamobrem.* Terent. Andr. I, 5. *Quod ego te per hanc dextram oro et genium tuum,* warum ich dich bitte. Cic. XIV. ep. 4. *Quod utinam minus vitæ cupidi fuissemus, certe nihil aut non multum in vita mali vidissemus.*††† Horat. I. ep. 17. *Quod te per genium, dextramque deosque penates obsecro.* Virg. VI. ep. 363. *Quod te per cœli jucundum lumen et auras, per genitorem oro.* (Durum est in his formulis *quod* capere pro *quamobrem.* Lenius fuerit ac melius, intelligere *in quo, qua in re:* omninoque et in his et in similibus servit transitioni. vid. exempla plura laudata in Ernesti Clav. Cic in *quod* et add. præter Gronovium et Perizonium,

† Subintelligitur fortasse nonnunquam *aliquid, propter.*

†† Subaudi *propter*, ut plenum sit *nihil est. propter quod.*

††† Hoc exemplum esse dubium videtur. (Nempe videtur potius pertinere ad n. 15. si sequare interpretationem a Tursellino positam.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0741
DFG

nium, ibi laudatos. Drakenb. ad Liv. XXXII, 37. extr. Burm. ad Virg. Aen. II, 141.)

13. *Quod* pro *quia.*

Quod pro *quia* notius est, quam ut exemplis illustrandum esse videatur. Gaudet autem etiam indicandi modo. Cic. V. Tusc. 37. *Qui enim beatior Epicurus, quod in patria vivebat, quam Metrodorus, quod Athenis?*

* 14. *Quod - iccirco - ideo - propterea - eo.*

Cic. I. offic. 44. *Quod ea, quæ natura desiderat, consequi sine aliis atque efficere non possumus, iccirco ista est cum hominibus communitas et societas.* Id. Rosc. Am. 50. *Quod bona, quæ Roscii fuerunt, tua facta sunt, iccirco hunc illius filium studes perdere.* Add. II. Philipp. 15, et VIII. Att. 17. III. Qu. fr. 1. *Quod multos dies epistolam in manibus habui; ideo multa conjecta sunt aliud alio tempore.* Add. Id. IV. ep. 3. Cic. I. off. 9. *Philosophi quod in veri investigatione versantur, propterea justi sunt.* Id. XII. ep. 28. *Quod erat vetus et magnus amor, propterea nullum periculum pro me adire dubitavit.* Id. I. Divin. 42. Interdum adscisit *eo.* Cic. I. Verr. 8. *Hoc interest, utrum id onus vosmet ipsi rejeceritis, an quod probare populo Romano fidem vestram et religionem non potueritis, eo vobis judicandi potestas ademta sit?*

16. *Quod si - certe* vel *profecto.*

Quodsi sæpe assumit *certe* aut *profecto.* Cic. I. ep. 13. *Quod si tibi unquam sum visus in republica fortis: me certe in illa causa admiratus esses.* Add. I. Quint. fr. 1. Celsus VIII, 10. Cic. II. Att. 16. *Quodsi in eam me partem incitarem, profecto jam aliquam*

quam reperirem resistendi viam. *Add. Id. I. ep. Qu. fr. 4. et VII. ep. 10. et pro Arch. 2.

**Additur autem in his et aliis *quod* eleganter, ubi inchoandæ periodo *si* aut aliæ particulæ non sufficiunt, neque sustinere possunt frontem argumenti. Bœcl. Ind. Nep.

(Habet autem *quod* in hac forma eandem quam antea n. 12. indicavimus significationem. Unde patet referri semper ad antecedentia, neque posse poni in principio universæ orationis, aut epistolæ: quod etiam exempla veterum docent: neque in media periodo, aut alio ullo loco, nisi post punctum, ponitur.)

* 16. *Quodsi-næ* vel *vero.*

Cic. Cluent. 71. *Quodsi quæ calamitas hunc in hoc judicio afflixerit innocentem, næ iste miser, judices, si in vita remanebit.* Mur. 4. *Quod si licet desinere, ego vero libenter desino.* * Huc refer illud Celsi præfat. libr. I. *Quodsi jam incidat mali genus aliquod ignotum, non ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obscuris existimant.*

* 17. *Quodsi-qui* vel *quomodo*, vel *cur*, vel *num.*

Cic. II. Divin. 44. *Quodsi eorum vi cælum modo hoc, modo illo modo temperatur, qui potest eadem vis esse nascentium? cum cœli tanta sit dissimilitudo.* IV. Acad. 9. *Quod si omnia visa ejusmodi essent, qualia isti dicunt: quomodo quempiam aut concluisse aliquid aut invenisse diceremus?* II. Nat. D. 37. *Quodsi mundum efficere potest concursus atomorum: cur porticum, cur templum, cur domum, cur urbem non potest?* Id. II. Div. 59. Id. VII. in Verr. 50, et Nepos Attic. 10. Cæsar I, 14. B. G. *Quodsi veteris*

ris contumeliæ oblivisci vellet: num etiam recentium injuriarum memoriam deponere posset? Cic. Font. 17.

18. *Quodsi-quid*, vel *quanto.*

Cic. Orat. 16. *Quodsi in philosophia tantum interest, quemadmodum dicas: quid tandem in causis existimandum est?* Id. Orat. 48, et de fat. 15. Id. I. Orat. 59. *Quod si in gestu et in voce elaborare nobis non licet: quanto minus est ad juris civilis perdiscendi occupationem descendendum?* Ib. 60. Læl. 21, et I. fin. 18. Cæs. B. C. II, 31.

*Si interrogationem nolis, tum pones *multo* cum comparativo. Celsus libr. I. præfat. *Quodsi scientiam hanc non subjiciat evidens causa, multo minus eam posse subjicere, quæ in dubio est, contendunt.* Cic. I. Invent. 10. *Quodsi generis causæ partes non possunt recte putari, multo minus recte partis causæ partes putabuntur.*

* 19. *Quodsi-nihilominus* vel *at.*

Celsus VIII, 5. *Quodsi plura erunt fragmenta, nihilominus intrinsecus singula in suas sedes digitis erunt compellanda.* Cic. II. Philipp. 44. *Quodsi seipsos illi nostri liberatores conspectu nostro abstulerunt, at exemplum facti reliquerunt.* Livius XXXVI, 7.

20. *Quodsi-tamen*, vel *tamen certe.*

Alias adsciscit *tamen* aut *tamen certe.* Cic. Arch. 7. *Quodsi ipsi hæc neque sensu nostro gustare possemus: tamen ea mirari deberemus.* *Add. Id. Cluent. 38, et Sext. 24, et IV. Cat. 10. Cic. III. ep. 10. *Quidsi essem ea perfidia, qua sunt ii, qui in nos hæc conferunt: tamen ea stultitia certe non fuissem.*

* 21. *Quodsi-ergo.*

Cic. III. Nat. D. 30. *Quodsi luna dea est, ergo etiam*

etiam Lucifer, ceteræque errantes numerum deorum obtinebunt.

* 22. *Quodſi-tum* vel *tum vero.*

Livius XXIII, 13. *Quodſi nunc quoque fortuna aliquid variaverit; tum pacem ſperatis, cum vincemur? quam nunc, cum vincimus, dat nemo?* Cic. Brut. 2. *Quodſi fuit in republica tempus ullum, cum extorquere arma poſſet e manibus iratorum civium boni civis autoritas et oratio: tum profecto fuit, cum patrocinium pacis excluſum eſt.*

*23. *Quodſi-jam.*

Cic. I. Leg. 12. *Quodſi intereſſe quippiam tantulum modo potuerit, jam amicitiae nomen occiderit.*

24 *Quod niſi.*

** D. Ita *quod niſi.* Linac. lib. I. p. 49. et II. p. 103. Cic. XII. Att. 43. *Quod niſi me Torquati cauſa teneret, ſatis erat dierum, ut Puteolos excurrere poſſem et ad tempus redire.* Nep. Annib. 1. *Quod niſi domi civium ſuorum invidia debilitatus eſſet, Romanus videtur ſuperare potuiſſe.* Utique hic aliquo fulcro indigebat *niſi*, qualia alias ſunt *ſane niſi; equidem niſi.* Boecl.

25. *Quod utinam.*

** Sic et *quod utinam*, quod alias ita videas fulciri, *atque utinam.* Cic. XIX. ep. 4. *Quod utinam minus vitae cupidus fuiſſem.* Linac. libr. II. p. 103. * Salluſt. Jugurth. 14.

* 26. *Quod ne* pro *ne.*

Columell. V, 11. *Quod ne longiore exordio legentem fatigemus, unum quaſi exemplum ſubjiciemus.*

* 27. *Quod ubi* pro *ubi* ſeu *poſtquam.*

Cic. II. Orat. 49. princ. *Quod ubi ſenſi me in poſſes-*

possessione judicii ac defensionis meae constitisse; tunc admiscere huic generi orationis vehementi genus illud alterum lenitatis coepi. Id. III. Verr. 26.

** 28. D. Tale est cum *quod* pro *sed* exponunt. Plinius XVIII, 23. *Quod ut hanc quoque curam determinemus.*

** 29. D. *Quod* pro *quamvis.* Palm. Spicileg. XI, 180. Propert. III. eleg 1. *Quod non Taenariis domus est mihi fulta columnis: At Musae comites.* Weitz. ad Terent. p. 280.

(*Admonitio.*)

Hæc omnia exigenda sunt ad id, quod antea posuimus. In exemplo Propertiano, *quod* potius capiam ut n. 8.

30. *Quod* conjunctio, daß. †

Cum antecedit *hoc*, *illud*, *id* aut aliquid ejusmodi, conjunctio *quod* eleganter subjicitur. Cic. Brut. 80. *Hoc ipsum posui pro argumento, quod ille solute, leviter, oscitanter egisset.* Idem Quint. 1. *Illud quoque nobis accedit incommodum, quod M. Junius hoc tempore abest.* Id. VIII. Att. 3. *Omitto illa vetera, quod istum in rempublicam ille aluit, auxit, armavit.* Id. Brut. *Si id dolemus, quod eo jam frui nobis non licet, nostrum est id malum.* Id. III. Att. 24. *Accedit aliud incommodum, quod illa gravis opinio amissa est.* Ib. IV, 6. *Nos malo solatio, sed nonnullo tamen consolamur, quod ipsius vicem minime dolemus.*

31. Verba etiam multa sunt, quæ conjunctionem

† Rarissime ponitur. Malunt Romani infinitivum cum accusativo ponere ibi, ubi daß Germanorum poni solet. Sed quum *hoc*, *illud* cet. præcessere, tum *quod* subsequi fere debet. (Item verbum *mirari* et alia, post quæ significationem *rē quia* habet, aut intelligi potest *in eo.*)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0746
DFG

nem *quod* libenter adſciſcunt. Cic. II. Divin. 24. *Cato mirari ſe ajebat, quod non rideret Aruſpex, Aruſpicem cum vidiſſet*, ſagte, er verwundere ſich, daß er nicht lachte. Id. III. Leg. *Sane gaudeo, quod te interpellavi*, ich freue mich, daß ich dir bin in die Rede gefallen. Quibus locis, *quod* cauſæ vim videtur obtinere.† Id. III. fin. 4. *Bene facis, quod me adjuvas*, du thuſt wohl daran, daß du mir hilfſt. Id. II. Att. 4. *Feciſti mihi pergratum, quod Serapionis librum ad me miſiſti*, du haſt mir einen groſſen Gefallen gethan, daß du mir das Buch geſchickt. Ib. I, 10. *Accedit eo, quod mihi non eſt notum, ut quisque in Epirum proficiſcatur*, hierzu kommt, daß ich nicht weiß. Id. VIII. ep. 2. *Acceſſit huc, quod poſtridie ejus abſolutionis in theatrum Curionis Hortenſius introiit.* Id. IV. Verr. 17. *Non tibi objicio, quod hominem omni argento ſpoliaſti.* Id. II. Nat. D. 7. *Apparet, quod aliud a terra ſumſimus, aliud ab humore.* Quanquam verbum *apparet*, ſæpius infinito modo gaudet. In exemplis autem propoſitis intelligi videtur *hoc*, *illud* vel aliquid ejusmodi. (vid. ad hos duos numeros inprimis Geſneri diſputatiunculam accuratam de conjunctione *quod* in Lexico Fabriano et Theſauro L. L.)

CAPUT CCXVII.

De adverbio QUIA et QUONIAM.

QUIA cauſam reddit plerumque et reſpicit *propterea*, ut græce ὅτι, διότι. Cic. Amic. 4. *Recordatione noſtræ amicitiæ ſic fruor, ut beate vixiſſe videar, quia cum Scipione vixerim.*

Quoniam plerumque rei ſtatum, aut conditionem

† Et tali tempore *quod* ſemper ponendum eſt.

nem declarat, et est idem quod *siquidem*, vel *quando*, seu *quandoquidem*, nachdem, ἐπειδή. Cicero I. Leg. 6. *Quoniam in populari ratione omnis nostra versatur oratio: populariter interdum loqui necesse erit*, weil wir von Dingen, so das Volck betreffen, reden, so müssen wir ꝛc. Idem Planc. 33. *Quoniam tu ita vis, nimium me gratum esse concedam.* Id. Att. II, 1. *Quoniam quidem ea, quæ scribimus, te etiam delectant.* Cæsar B. G. V, 7, 7. *Quibus, quoniam pro piet..te satisfecerit, habere se nunc rationes officii*, i. e. *postquam.*

* 2. *Quia* sine consequente particula concludendi.

Livius III, 21. *Quia plebs Senatus consultum in continuandis magistratibus solvit, ipsi quoque solutum vultis.*

3. *Quia*, cum *eo*, *idcirco*, *propterea.*

Interdum *quia* præponitur, et cum *eo*, *idcirco*, *ideo*, *propterea* jungitur. Cic. Attic. X, 15. *Quia scripseras te proficisci cogitare, eo te hærere censebam.* Ib. XII, 22. *Quæ omnia quia Cato extulerat in cælum, idcirco in ejus sententiam est facta discessio.* Id. XIII. ep. 7. *Sed quia confido, mihique persuadeo, illum æquitatis habiturum rationem; ideo a te non dubitavi contendere, ut* cet. Sallust. Catill. 20. Cic. XII. ep. 11. *Quia semper animadverti, studiose te operam dare, ut ne quid meorum tibi esset ignotum, propterea non dubito, quin scias, cujus municipii sim.*

** 4. D. *Quia nam* pro *cur* Poëtis est familiare. Virg. V. Aen. 13. *Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nimbi?* †

5 *Ad-*

† Fortasse legendum, *Heu! quidnam* cet. Statim quidem subsequuntur verba: *Quidve, pater Neptune, paras?* Legendi tamen

5. *Admonitio.*

Quoniam pro *quia*, nimirum cum causa redditur, rarum est. Cic. III. Tusc. 7. *Qui fortis est, idem est fidens; quoniam confidens mala consuetudine in vitio ponitur.* Servius Ciceroni IV. ep. 5. *Tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata erat.* Quanquam his locis, et aliis ejusmodi, *quoniam* pro *siquidem* positum videri potest.

*6 *Quoniam quidem.*

Sallust. Catill. 31. *Tum ille furibundus: quoniam quidem circumventus, inquit, ab inimicis præceps agor, incendium meum ruina restinguam.* Senec. ep. 74. et ep. 99 extr. Cic. XII. Att. 6. et Rosc. Am. 11, et Flacc. 28. Ergo *quidem* accedit, ut vis addatur orationi.

*7. *Quoniam - iccirco.*

Columell. XII. præfat. *Quoniam hunc sexum custodiæ et diligentiæ assignaverat natura, idcirco timidiorem reddidit, quam virilem.*

*8. *Quoniam - certe* vel *profecto.*

Cic. III. fin. 19. *Quoniam illa vox inhumana dicitur, certe verum est, etiam iis, qui aliquando futuri sint, esse propter ipsos consulendum.* Id. VIII. Att. 15. *Quæ quoniam ratio omissa est, perficiam profecto, ut neque respublica civis a me animum, neque tu amici desideres.* Add. id. Orat. 30.

*9. *Quoniam - at.*

Livius I, 28. *Quoniam tuum insanabile ingenium est:*

men etiam sunt commentarii libri. (*Quidnam* etiam in libris scriptis reperitur, sed si scripti variant libri Virg. et veterum Grammaticorum consensus, et Quintiliani testimonium indubiam facit vulgatam.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0749
DFG

est: at tu tuo supplicio doce humanum genus ea sancta credere, quæ a te violata sunt.

* 10. *Quoniam - nunc. Quoniam - jam.*

Cic. Rosc. Am. 41. *Quoniam fidem magistri cognostis: cognoscite nunc discipuli æquitatem.* Id. V. fin. 21. Add. Tacitus Orat. 33. Suet. Aug. 61. Plinius XVIII, 7. Cic. Flacc. 15. *Quoniam de communi totius Asiæ crimine dictum est, aggrediar jam ad singulas civitates.* Ib. 29.

* 11. *Quoniam - quid.*

Cic. de fat. 4. *Quoniam tantum natura a natura distat, quid mirum est has dissimilitudines ex differentibus causis esse factas?*

* 12. *Quoniam - etiam.*

Cic. I. Nat. D. 39. *Ais, quoniam sit natura mortalis, immortalem etiam esse oportere.* Add. id. I. off. 39. Livius VIII, 6. Huc refer illud Quintiliani VII. cap. 4. *Non quoniam res pares sunt, etiam id est justum, quod antecessit.*

CAPUT CCXVIII.

De pronomine QUIDAM.

QUIDAM certum hominem aut rem declarat. Terent. Eun. III, 2. *Nec tibi obstat quod quidam facit.* Cic. Cluent. 64. *Quidam ex amicis Sassiæ.* Id. II. de Orat. 3. *Tu pudore a dicendo, ac timiditate ingenua quadam refugisti.*

2. *Certus quidam.*

Interdum magis significandi gratia *certus* adjungitur. Cic. I. de Orat. 60. *Quod si ille adstrictus certa quadam numerorum moderatione, ac pedum.* Ib. III, 12. *Cum sit quædam certa vox Romani generis;*

atque

atque Urbis propria, in qua nihil displicere possit, hanc sequamur. * Add. id. II. ep. 17.

*3. *Quodam tempore.*

Sæpe Cicero *quodam tempore* utitur pro *quondam vel aliquando.* Cic. Æl. 6. *Quis clarioribus viris quodam tempore jucundior?* Id. V. fin. 2. *Scis me quodam tempore Metapontum venisse tecum.*

* 4. *Quidam ex.*

Cic. II. Att. 7. *Illud scire cupio, quod jacis obscure, jam etiam ex ipsis quinque viris loqui quosdam: quidnam id est?*

* 5. *Quidam-quidam.*

Cic. Topic. 21. *Illud intelligendum est, quibusdam quæstionibus alios, quibusdam esse alios aptiores locos.* Columell. de arbor. 4. Varro VIII. L. L. 11. *Quædam verba in declinatione melius, quædam deterius dicuntur.* Id. ibid. 42.

* 6. *Quidam* ter quaterve.

Celsus V, 26. de sign. perc. v. *Quædam obmutescunt, quædam mente labuntur, quædam sui compotes oculorum dolore urgeri se confitentur.* Id. VI, 4. Id. III, 18. *Quorundam vani metus levandi sunt. Quorundam audacia coërcenda est. Quorundam intempestivus risus et objurgatione et minis prohibendus est. Quorundam discutiendæ tristes cogitationes.*

* 7. *Quidam* sequentibus aliis verbis in partitione vel distributione.

In partitionibus ac distributionibus varia verba post *quidam* ponuntur, ut *alii, nonnulli, plerique, plures, multi, ceteri* etc. ut exempla subjecta docent. Livius XLV, 10. *Excesserunt urbe sub adventu Romanorum quidam, alii mortem sibi conscivérunt.* Add. Tacit. III. hist. 73, 6, et IV. hist. 51, 5,

et Annal. XV, 38, 6. Sueton. Aug. 100. Colum. XII, 19. *Quidam partem quartam ejus musti, quod in vasa plumbea conjecerunt, nonnulli tertiam decoquunt.* Id. XII, 37. Sueton. Neron. 37, et Vespas. 1. Tacit. A. I, 56. *Quidam-reliqui.* Id. I. hist. 77. *Otho ut in multa pace munia imperii obibat, quædam ex dignitate reipublicæ, pleraque contra decus ex præsenti usu properando.* Celsus III, 2. *Videndum est, morbus an increscat, an consistat, an minuatur, quia quædam remedia increscentibus morbis, plura inclinantibus conveniunt.* Add. Tac. Orat. 40. Idem Ann. XIV, 6. et XV, 68. Id. II. hist. 87. *Onerabant multitudinem obvii ex urbe Senatores equitesque: quidam metu; multi per adulationem; ceteri ac paulatim omnes, ne aliis proficiscentibus, ipsi remanerent.* Colum. XI, 2. *Quidam quum vidissent, partem aliquam uvarum rarescere, crediderunt tempestivam esse vindemiam: quidam quum coloratas et perlucidas uvas animadvertissent: nonnulli etiam quum pampinos ac folia decidere considerassent.* Plinius XVII, 24. *Quædam hac injuria moriuntur: aliqua deteriora tantum fiunt, aliqua vero etiam utiliora.* Id. XVI, 12. *Fructum quædam proximo anno ab incisu largiuntur, aliæ secundo, quædam tertio.* Huc refer illud Plin. IX, 20. *Nullis piscibus supra quaternas datæ sunt pinnæ; quibusdam binae, aliquibus nullae.* Cic. I. Nat. 24. *Ista enim flagitia Democriti, esse corpuscula quaedam levia, alia aspera, rotunda alia, partim angulata, curvata quaedam et quasi aduncа.*

* 9 *Quidam* per contemtionem.

** Nominibus autem propriis sæpe per contemtum jungitur. Corn. Nep. 5. Timol. *Huic quidam Lamestius, homo petulans et ingratus, vadimonium*

monium cum vellet imponere. Bœcl. (saltem hominem obscuriorem indicat.)

9. *Quidam* cum *quasi* vel *tanquam* in translationibus seu metaphoris.

** Inservit etiam metaphoris hoc pronomen, ita ut *quasi*, quo cum et interdum jungitur. Cicero II. de Orat. p. 129. *Curiana defensio tota redundavit hilaritate quadam.* * Cic. Arch. 1. *Omnes artes quasi cognatione quadam inter se continentur.* Lege *quasi.*

10. *Quidam* per emphasin.

Quidam sæpe vim atque emphasin addit, significatque rem tantam esse, ut verbis exprimi non possit. † Cic. lib. I. ep. 9. *Quoniam tibi incredibilem quendam amorem et omnia in te ipsum summa et singularia studia deberem.* Id. II. de Orat. 74. *Incredibili quadam magnitudine consilii et ingenii Athenienses Themistocles fuisse fertur.* Ibid. *Crassi quidem responsum excellentis cujusdam est ingenii, ac singularis.* Id. de Prov. Consul. 18. *Quod magni cujusdam hominis et persapientis videtur.* Id. I. Acad. 9. *Ideas Plato mirifice erat amplexatus, ut in his quiddam divinum esse diceret.* Id. I. ep. 9. *Commemoranda quaedam et divina Caesaris liberalitas.*

† Mihi dicendum fuisse videtur: *quidam* conjungi cum vocabulo gravi et magni momenti, ut ostendatur, gravi illo verbo quo usi sumus, nihil falsi nec commentitii significatum esse, sed rem verissimam et gravi illo vocabulo dignam. E. c. Cicero ne videretur amorem suum erga Lentulum præter veritatem inepte prædicasse, et nimis magnifice extulisse, apponit nomen *quidam*, ut significet satis considerate et vere se amorem suum dixisse incredibilem, sed incredibilem *quodammodo*, vel ut vulgo loquimur, *in suo genere.* *Quidam* enim est nomen, quo rerum genera et descriptiones seu ordines designamus. Cicer. IV. ep. 7. *Medium quoddam tuum consilium fuit*, id est, *quodammodo.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0753
DFG

16. *Major quidam.*

Cicero Att. VII, 16. *Sed audio majorem quendam in urbe timorem esse.* Id. II. Agr. 14. *Verbum mihi deest, cum ego hanc regiam potestatem appello: sed profecto major est quaedam.* Id. I. de Orat. 4. *Sed nimirum majus quoddam est hoc, quam vulgo opinantur.* * Add. id. I. Tusc. 24.

17. *Cujusdam modi.*

Cicero V. fin. 12. *Jam vero animus non esse solum, sed etiam cujusdam modi esse debet.* * Add. IV. fin. 10.

CAPUT CCXIX.

De adverbio QUIDEM.

*1. *Quidem*, zwar.

QUIDEM cum germanico zwar consentit; quod neminem fugit.

* 2 *Quidem non* pro *ne quidem* rarissimum est.

Livius III. ult. dicebat: *Scaptium ipsum id quidem, etsi praemortui jam sit pudoris, non facturum.* (non *quidem non* est pro *ne quidem*; sed *S. ipsum quidem non* est pro *ne Scaptium quidem f.*

* 3. *Quidem* interdum omitti videtur.

Cic. II. off. 15. *Hoc ille filio: sed praeceptum putemus omnibus*, dieses schreibet jener zwar seinem Sohne vor, aber wir müssen es vor eine allgemeine Regel halten. Id. IV. ep. 9. V. ep. 2, et Sext. 27. Vellej. II, 45.

* 4. *Quidem* pro *vero*, aber.

Quidem sæpe pro *vero* poni videtur. Cic. IV. Verr. 33. *Hoc simulacrum Dianae translatum Carthaginem locum tantum hominesque mutarat: religionem*

nem quidem priſtinam conſervabat. Id. Cluent. 19. *Verbo ille reus erat, re quidem vera, et periculo et tota accuſatione Oppianicus.* Id. Aruſp. 28. *Mea fuerunt verba fortaſſe plura, ſententiae quidem omnes aruſpicum.* Id. in Piſ. 7. Id. II. Tuſc. 17. III. off. 5, et I. Orat. 11.

* 5. *Quidem* vim addit.

Particula *quidem* ſæpe tantum vim quandam addit nomini, cui adjicitur. Cic. I. off. 5. *Formam quidem ipſam et tanquam faciem honeſti vides.* Ib. 35. *Scenicorum quidem mos tantam habet a vetere diſciplina verecundiam, ut in ſcenam ſine ſubligaculo prodeat nemo.* * Add. II. off. 2, 15, et II. ep. 12. et IV. Att. 6.

* 6. *Quidem* in reſponſionibus ad interrogationem.

Cic. II. Tuſcul. 11. *Animadvertebas igitur, etſi tum nemo erat admodum copioſus, verumtamen verſus ab his admiſceri orationi? A. Ac multos quidem a Dionyſio Stoico.*

7. *Quidem* cum nominibus propriis abſolute.

Quidem nominibus propriis eleganter jungitur in principiis. Cic. de Sen. 9. *Cyrus quidem apud Xenophontem in eo ſermone* cet. Κῦρος μέν. Idem 3. de Or. 59. *Theophraſtus quidem Tauriſcum quoddam dixit.* * Add. id. de Senect. 22, et I. off. 16 et 17.

8. *Quidem*, cum pronominibus abſolute.

Sæpius pronominibus: ſed in fine magis, aut in medio, quam in principio. Cic. Planc. 22. *Fortius tu quidem quam nonnulli*, cet. Id. I. Philipp. 5. *Dixit nimis iracunde hoc quidem, et valde intemperanter.* Id. II. Philipp. 9. *Quanquam de morte P. Clodii fuit quaeſtio, non ſatis prudenter illa*

quidem constituta. Id. Att. II, 19. *Tantum doleo, et mirifice quidem.*

* 9. *Admonitio.*

Quidem cum *sed* vel simili quapiam particula conjungendum, semper, aut certe plerumque, postulat *tu* vel *vos*, si oratio secundam personam postulet; *ille* si tertiam; *ego* vel *nos*, si primam. Cic. Mur. 31. *Hos ad magistros si qua te fortuna Cato cum ista natura detulisset, non tu quidem vir melior esses, nec fortior, nec justior, sed paulo ad lenitatem propensior.* Id. I. fin. 5. *Quoniam nacti te sumus aliquando otiosum, certe audiam, quid sit quod Epicurum nostrum non tu quidem oderis, sed certe non probes.* Idem I. Tusc. 5. *Si solos eos diceres miseros, quibus moriendum esset, neminem tu quidem eorum, qui viverent, excipieres, esset tamen miseriae finis in morte.* Id. de fat. 2. *Oratorias exercitationes non tu quidem, ut spero, reliquisti, sed certe philosophiam illis anteposuisti.*

De particula *quidem* cum *ille* conjungenda vide supra *ille*. Interdum tamen, sed rarius, omittitur *ille*. Cic. ep. Brut. 3. *Consules duos, bonos quidem, sed duntaxat bonos, amisimus.* Id. II. ep. 1. *Præ te ferebas perspectum mihi quidem, sed tamen dulcem et optatum amorem tuum.*

10. *Quidem*, cum *sed, at, sed tamen, veruntamen.*

Plerumque assumit *sed* aut aliquid ejusmodi. Cic. III. ep. 7. *Superiorem quidem nunquam, sed parem me vobis speravi esse factum.* *Add. ib. II, 13. VII, 20, et in Orat. 9. extr.

Idem IX. ep. 18. *Ceteri quidem fœde perierunt, at Cato praeclare.* *Add. id. I. off. 22, et II. fin. 8, et III. Nat. D. 37.

Cic.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0756
DFG

Cic. VI. ep. 2. *Misera est illa quidem consolatio, sed tamen necessaria*, es ist zwar ein schlechter, aber doch unentbehrlicher Trost. * Add. V. ep. 15, et Planc. 8, et Livius XXV, 22.

Cic. Att. VI, 2. *Sed est magnum illud quidem, veruntamen multiplex pueri ingenium.* *Att. id. I. Att. 17, et in Brut. 61. extr. et 68. pr.

*11. *Quidem - autem, vero, verum.*

Cic. II. off 10. *Admirantur communiter illi quidem omnia, quae magna animadvertunt: separatim autem in singulis, si perspiciunt, nec opinata quaedam bona.* Id. Senect. 11. VII. Att. 6. I. off. 11, in Brut. 30. Celsus II, 9.

Cic. XIV. Att. 10. *Liberatores illi semper quidem erunt clari, conscientia vero facti sui etiam beati.* Add. id. Milon. 2, et II. Qu. fr. 7, et I. Att. 14. Cels. VI, 6. de ocul. morb.

Cic. III. off. 18. *Est istud quidem honestum, verum hoc expedit.* Id. I. Orat. 23. extr. Columell. III, 9, et Sueton. Oth. 9.

*12. *Quidem-tamen*, vel *nihilominus*, vel *nihilominus tamen*, vel *sed nihilominus*, vel *at vero.*

Cic. I. Tusc. 5. *Neminem tu quidem eorum, qui viverent, exciperes, esset tamen miseriae finis in morte.* *Cic. Orat 9, et Tusc. I, 8. Liv. XXV, 36. Pallad. I, 5. Senec. ep. 11. *Magis quidem pudor in juvenibus apparet: nihilominus veteranos, et senes tangit.* Celsus III, 3. *Aliae febres sic desinunt, ut aliquantum quidem minuatur ex febre, nihilominus tamen quaedam reliquiae remaneant.* Id. IV, 8. *Sciri quidem debet, vix ei malo posse succurri, nihilominus tamen haec tentari possunt.* Senec. epist. 115. *Oculis miti quidem, sed nihilominus vivido igni flagranti-*

bus. Id. epist. 117. *Quid prohibet, quo minus aliud quidem sit, sed nihilominus bonum?* Cic. II. Tusc. 16. *Videmus ex acie efferri saepe saucios et quidem rudem illum et inexercitatum, quamvis levi ictu, ploratus turpissimos edere: at vero ille exercitatus et vetus, ob eamque rem fortior, medicum modo requirens, a quo obligetur, o Patrocles, inquit* cet.

13. *Quidem-ceterum* historicorum est potissimum et sequioris ævi.

** S. D. Sueton. 66. Aug. *Laudavit quidem pietatem tantopere pro se indignantium: ceterum et illacrymavit, et vicem suam conquestus est.* *Add. Tacit. IV, 17. XVI, 35. Livius I, 52, et XLV, 28. et XLII, 14. Senec. epist. 108. et 120.

14. *Quidem sed et, sed etiam, sed certe.*

Plinius XXXIV, 8. *Phidias, ex ebore quidem et auro, sed et ex ære signa fecit.* Quintilian. IV, 2. Cic. in Brut. 20. *Numero eodem fuit Sex. Aelius, juris quidem civilis omnium peritissimus, sed etiam ad dicendum paratus.* Cic. III. Orat. 34. *Quid Critias? quid Alcibiades? civitatibus suis quidem non boni, sed certe docti atque eloquentes, nonne Socratis erant disputationibus eruditi?* Id. II. fin. 4. *Vos de Pelasgis omnibus colligitis bonos illos quidem viros, sed certe non pereruditos.* Add. Id. de fat. 2. et I. finib. 5, et Cæl. 2.

* 15. *Quidem* pro *saltem.*

Cic. XIV. epist. 4. *Huic utinam aliquando gratiam referre possimus, habebimus quidem semper.* Id. IX. Att. 2. *Non video causam, cur ita sit, hoc quidem tempore,* zum wenigsten ietzo nicht. Id. IV. Acad. 5.

16. *Qui-*

16. *Quidem certe*, pro *saltem*.

Quidem certe pro *saltem* subjicitur. Adhibetur autem, cum res dubia antecedit. Cicer. Att. I, 1. *Spero me tibi causam probasse, cupio quidem certe*, zum wenigsten wünsche ich es. Idem IV. Verr. 21. *Si minus ejusmodi quippiam venari poterant, illa quidem certe pro lepusculis capiebantur.* Idem Quint. 1. *Ut summa haberem cætera, temporis quidem certe vix satis habui*, wenn ich an andern Dingen gleich einen Ueberfluß gehabt hätte, so habe ich doch wenigstens kaum Zeit genug gehabt. Idem de Prov. Conf 17. *Quam sapienter repudiarim, non disputo; constanter quidem et fortiter certe.* Lege *certe quidem.*

* 17. *Quidem utique.*

Cic. V. Att. 9. *Non audeo tibi omnia onera imponere. Annum quidem utique teneto.*

18. *Quidem profecto.*

Quidem profecto vehementius affirmat. Cicero VI. Attic. 5. *Nunc quidem profecto Romæ es.* *Add. Id. Quint. 12, et I. Quint. fr. 1.

(Admonitio.)

Ut quæ in hoc capite congesta sunt, facilius teneri et ad usum, cum in intelligendo, tum in dicendo, conferri possint, universe quædam de vi hujus particulæ addemus. Habet igitur 1. *vim concedendi*, quæ est maxime vulgaris, ad eamque pertinent maxime n. 9-14. 2. *vim distinguendi, et* aliquid ad certum genus aut partem *restringendi*: quæ et ipsa valde frequens est, tumque fere significat, *quod attinet*, ut in illo: *ceteri quidem fœde perierunt: at Cato præclare:* in quo genere sunt etiam n. 4. et quædam n. 5. 15. 16. etc. 3. *vim explicandi*,

plicandi, ut græcorum δή: unde etiam adhibetur in exemplis, teſtimoniisque proferendis eleganter ac ſæpe, ut n. 5. 6. 7. deniqúe 4. *aſſeverandi*, item ut græcum δή: ut n. 8. unde etiam per pleonaſmum additur *utique*, *profecto*, *certe* n. 16. 17. 18.

CAPUT CCXX.

De particula QUIN.

1. *Quin* cum interrogatione pro *cur non*.

QUIN adverbium dictum quaſi *quid non?* Itaque pro *cur non* uſurpari ſolet. Terent. And. II, 3. *Quin taces?* Warum ſchweigeſt du nicht ſtille? Cic. II. de Orat. 61. *Quin prodis?* warum kommſt du nicht heraus? Idem lib. 6. de Rep. 3. *Quid moror in terris? quin huc ad vos venire propero?* Id. Ibid. *Quin tu aſpicis ad te venientem Paulum patrem?* Id. lib. VII. ep. 8. *Quin tu urges accaſionem iſtam?* Id. IV. Attic. 16. *Quin tu huc advolas?* warum kommſt du nicht eilend hieher? Idem Rab. Perd. 6. *Quin continetis vocem indicem ſtultitiæ veſtræ?* warum haltet ihr das Maul nicht, welches eure Narrheit verräth?

* 2. *Quin* cum imperativo hortantis eſt.

Terent. Andr. I, 1. *Quin tu uno verbo dic, quid eſt, quod me velis.* Id. Phorm. V, 6. *Quin tu pollicitationes aufer, et, quod fers, cedo.* Cic. Roſc. Com. 9. *Quin tu hoc crimen aut objice, ubi licet agere, aut jacere noli, ubi non oportet.* Add. Terent. Phorm. III, 2.

* 3. *Quin* pro *quam ut*.

Salluſt. Catilin. 39. *Neque illis qui victoriam adepti forent, diutius ea uti licuiſſet, quin defeſſis et exanguibus, qui plus poſſet, imperium atque liberta-*

tem

tem extorqueret. Cic. Milon. 24. *Neque aliter facere possunt ii, quibus tota commissa est respubl. quin etiam audiendus sit popa Licinius, nescio quis, de circo maximo.* (In exemplo secundo *quin* est, ut titulus habet: in primo est *nisi*, ohne daß.)

4. *Quin*, pro *quod non*, vel *quominus*.

Interdum *quin* usurpatur pro *quod non*, vel *quo non*. Cic. IV. epist. 7. *Non quin ipse dissentiam, sed quod ea te sapientia judicem, ut meum consilium non anteponam tuo.* Id. VII. Attic. ult. *Non quin rectum esset, sed quia* cet. nicht, daß es nicht recht wäre. Idem in Brut. *Non idcirco Isocrates causas non defendit, quin id utile esse et honestum existimaret.* Idem Quinct. 9. *Cum causæ nihil esset, quin secus ipse de se judicaret.* Id. II. Invent. 28. Id. II. epist. 17. *Num quid causæ est, quin agros vendituri sunt?* Cic. Agrar. II, 15. extr. *Quid igitur causæ est, quin coloniam in Ianiculum possint deducere?* ibid. 27.

7. *Quin* cum *dubito, prætermitto, possum* cet.

Sæpe jungitur *quin* cum verbis *dubito, praetermitto, possum*, et aliis ejusmodi. Cic. VII. ep. 1. *Quo quidem apparatu non dubito, quin aequissimo animo carueris.* Id. Sen. 10. *Quod si acciderit, non dubitat, quin brevi Troja sit peritura.* Id. Dom. 26. *Non quod dubitaret Bibulus, quin ab isto, nihil legibus, nihil religionibus, nihil jure esset actum, sed ne quis oriretur aliquando* cet. II. Phil. 10. *Ego nihil prætermisi, quantum facere potui, quin Pompejum a Cæsaris conjunctione avocarem.* Id. Quinct. 18. *Causæ nihil dico, quin tibi vadimonium promiserit.* Id. Att. XII, 26. *Facere non possum, quin quotidie*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0761
DFG

quotidie ad te mittam. Ib. XI, 15. *Prorsus nihil abest, quin sim miserrimus*, es fehlet nichts, daß ich nicht recht elend sey.

* *Admonitio* I.

Quin sequitur pæne omnia verba, quæ vel *non*, vel *nihil*, vel *nunquam*, vel simile quidpiam adjunctum habent. *Dubito* autem et alia etiam *quin* habent, cum interrogant. Cic. Paradox VI, 2. *Quis igitur dubitet, quin in virtute divitiæ positæ sint?* Livius IV, 5. *Quis dubitat, quin in æternum urbe condita in immensum crescente, nova imperia, sacerdotia, jura gentium hominumque instituantur?* XXII, 21. *Si sua voluntate tot socios reliquit hostibus diripiendos, quid recusare potest, quin et socii sibi consulant?* Cic. XI. ep. 28, 19.

Admonitio II.

Dubito, cum significat *audere*,† jungi solet infinitivo potius, quam *quin*.†† Cic. I. de Orat. 40. *Mancinus in Senatum introire non dubitavit.* Id. 2. Acad. 19. *Te hominem amicissimum, et aliquot annos minorem natu non dubito monere.*

At cum dubitationem significat, infinitum respuit apud Oratores. Itaque non dices: *Non dubito te facturum*, sed *quin sis facturus.* Ita: *Quin ille sit venturus*, non: *illum esse venturum*, et cetera eodem modo: siquidem præcedat negatio. Alioquin adsciscit *an, verum, de, quid, hoc*, aut aliquid ejus-

† Rectius fortasse, *deliberandum sibi putare*, sich besinnen.

†† Recte et considerate loquitur Autor. Nam interdum habet adjunctum *quin*. Cicer. leg. Manil. 16. *Dubitabitis, Quirites, quin hoc tantum boni in rempublicam conservandam atque amplificandam conferatis?* pro, an conferatis vel conferre velitis. Id. Milon. 23. *Non dubitaturum fortem virum, quin, cum suo periculo salutem reipublicæ attulisset, cederes æquo animo legibus.* Curt. III, 13, 2.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0762
DFG

ejusmodi. † Plaut. Capt. II, 3. *At etiam dubitavi, hos homines emerem, an non emerem, diu.* Cic. III. Verr. 89. *Desinite dubitare, utrum sit utilius, propter multos improbos uni parcere, an,* cet. Id. V. Verr. 29. *Potes de damnatione dubitare?* Idem IV. Acad. *Cum dubitavit, quid sit extremum.* Id. III. off. 19. *Haec, non turpe est, dubitare Philosophos, quae ne rustici quidem dubitent?* * Id. Milon. 17. *Dubito, ei fuisse nunciatum, Cyrum architectum esse mortuum.*

** Castissimæ Latinitatis scriptor Corn. Nepos contra Ciceronis usum *non dubito* semper infinitivo junxit: ut in Præf. *Non dubito fore plerosque,* pro quin futuri sint. Id. Milt. 3. *Miltiades non dubitans, tam multis consciis, ad regis aures consilia sua perventura,* pro: quin perventura essent. Agesil. 3. *Barbarus non dubitans, eo potissimum hostes impetum facturos,* pro: quin facturi essent, et mox: *vidit hostes non credituros, aliasque regiones occupaturos, nec dubitaturos, aliud esse facturum ac pronunciasset.* Vide Comm. Lamb. * Sed Cicero filius XVI. ep. 21. *Gratos tibi optatosque esse, qui de me rumores afferuntur, non dubito.*

6. *Quin,* pro *quin non, quæ non, quod non.*

Sæpe *quin* usurpatur pro *qui non, quæ non, quod non.* Cic. V. Verr. 54. *Nemo Lilybæi fuit, quin viderit: nemo in Sicilia, quin audierit,* es ist niemand zu Lilybäen gewesen, der es nicht gesehen. Idem IV. Verr.

† Interdum etiam *quin* pro *an.* Cic. in Cæcil. 5. *Quasi vero dubium sit, quin tota lex de pecuniis repetundis sociorum causa constituta sit.* Id. XIII. Philipp. 10. *Quodsi quis adhuc dubitare potuit, quin nulla societas huic ordini cum illa bestia posset esse, desinat profecto dubitare* cet. pro *an nulla.* Cicer. Verr. II, 44. *Dubitate, si potestis, quin eum iste potissimum ex omni numero delegerit.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0763
DFG

Verr. 1. *Nego ullam gemmam aut margaritam fuisse, quin quaesierit, inspexerit, abstulerit*, hoc est, quam non. Idem ad Quint. fr. III, 3. *De qua aqua, et via nihil praetermisi quadam epistola, quin enucleate ad te perscriberem*, pro, quod non. Id. Att. I, 1. *Dies vero nullus est, quin hic Satrius domum meam ventitet*, id est, quo non.

7. *Quin* sine interrogatione, pro *Immo. Quin etiam* pro *Immo etiam.*

Interdum autem adverbium *quin* usurpatur pro *immo.* Cic. VII. ep. 31. *Quin hinc ipse evolare cupio.* Idem Milon. 29. *Quin sic attendite, Judices, nempe haec est quaestio de interitu Clodii.* Add. Id. XI. Att. 7, et IX. ep. 21. Idem de Am. 16. *Quin etiam necesse erit cupere, et optare, ut quam saepissime peccet amicus*, ja er wird auch wünschen müssen, daß ꝛc. Idem VII. epist 1. *Delectatio nulla exstitit: quin etiam misericordia consecuta est.* *Add. Id. I. offic. 22, et 30, et Mil. 9.

*8. *Quin imo, quin potius.*

Cic. I. Att. 10. *Quin imo inter se dissident.* Plinius I. ep. 8. *Quin imo fortasse hanc ipsam cunctationem nostram in alterutram sententiam emendationis ratio deducet.* Livius XXVI, 19. *His miraculis nunquam ab ipso elusa fides est: quin potius aucta arte quadam nec abnuendi tale quicquam, nec palam affirmandi.*

*9. *Quin contra.*

Livius XXXI, 31. *Non inficias imus, civitates, quae in parte Carthaginiensium fuerunt, stipendiarias nobis ac vectigales esse. Quin contra, hoc et vos et omnes gentes scire volumus, pro merito cuique ergа nos fortunam esse.* Id. XXXV, 26. *Nihil ea res animum*

mum militaris viri et multos experti casus imminuit: quin contra si in re navali, cujus esset ignarus, offendisset, eo plus in ea, quorum usu calleret, spei nactus, breve id tyranno gaudium se effecturum affirmabat. Add. Idem XXXVII, 15. et VI, 37.

* 10. *Quin vero* pro *immo.*

Senec. epist. 98. *Quin vero metuenda declina.*

*CAPUT CCXX.

De particula QUINAM.

1. *Quinam* pro *quis.*

Noti est usus. Quare exempla prætermittimus. (item pro *quisnam:* quæ duo promiscue ponuntur. v. Burm. ad. Phædr. V, 1.)

2. *Quinam* de duobus rarum est.

Pontanus in Antonio ex Cæsaris B. G. V. 44, 2. *Ii perpetuas controversias inter se habebant, quinam anteferretur.* Sed ut hæc lectio, Ursino teste, aliquibus libris probatur, ita aliis præoptatum est, *uter alteri anteferretur.* (Post ea quæ Oudendorpius ad eum locum dixit, nemo jam amplius de lectionis veritate, et dictionis bonitate dubitet: quem vide.)

CAPUT CCXXI.

De adverbio QUIPPE.

Quippe pro *certe*, aut *videlicet.*

QUIPPE idem est fere, quod *certe*, et eodem modo etiam subjicitur, aut rejicitur in extremum. Cic. Mur. 30. *Dixisti quippe, jam fixum et statutum est*, gewiß, du hast es gesagt, das ist gewiß. Id. Cæcin. 19. *Recte igitur diceres, te restituisse? quippe.*

quippe. Id. Muren. 35. *Ergo ad cœnam petitionis causa si quis vocat, condemnetur?* *Quippe, inquit,* ja freylich, allerdings. (adde Fin. IV, 3.)

2. *Quippe*, per ironiam.

Virg. lib. I. Aen. 43. *Quippe vetor fatis: Pallasne*, cet. Cicero Mil. 12. *Movet quippe me lumen curiæ*, ja freylich.

3. *Quippe*, pro *utpote.*

Interdum usurpatur pro *utpote.* Cic. I. de Fin. 6. *Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito,* als einem gelehrten Manne. Id. in Brut. 69. *Non puto existimare te, ambitione me labi, quippe de mortuis.*

4. Alias pro *quia*, vel *nam*, denn. Cicero II. Phil. 29. *Hærebat nebulo: quo se verteret, non habebat. Quippe in his ipsis temporibus dicebatur* cet. Idem II. de Orat. 54. *Leve nomen habet utraque res. Quippe leve est totum hoc, risum movere.* Id. Dom. 48. *Jam fateor, inquit, in Gabinium me nefarium fuisse, quippe vides*, cet.

5. *Quippe qui, quæ, quod*, pro *utpote qui, quæ, quod.*

Cic. Rosc. Am. 18. *Convivia cum patre non inibat Roscius, quippe qui ne in oppidum quidem, nisi perraro, veniret*, als der nicht einmal. Id. II. de Invent. 45. *Quippe quæ in lege scripta non sit.* *Exempla sunt ubivis plurima.

6. *Quippe cum*, pro *utpote cum.*

Cic. II. off. 9. *Harum igitur duarum ad fidem faciendam justitia plus potest, quippe cum ea sine prudentia satis habeat autoritatis.* *Add. id. X. Att. 3, et Parodox. I, 3, et Livius IV, 24, et XXVI, 39.

**7. *Quip-*

** 7. *Quippe quod; Quippe quia.*

Ci. I. fam. 9. *Multa de mea sententia questus est Cæsar, quippe quod etiam Crassum ante vidisset.* † Terent. Heaut. III, 2. *Quippe quia magnarum sæpe id remedium ægritudinum est.*

CAPUT CCXXII.

De pronomine QUISPIAM et QUISQUAM.

I. QUISPIAM interdum *aliquem* significat. Cic. Cluent. *Quæret fortasse quispiam,* es möchte vielleicht jemand sagen. Id. Quint. 15. *Pecuniam si cuipiam fortuna ademit; tamen dum existimatio est integra, facile consolatur honestas egestatem.* Id. III. Tusc. 9. *Num aliud quodpiam membrum tumidum non vitiose se habet?* Id. III. de Nat. Deor. 35. *Nec si uredo aut grando quidpiam nocuit, id Jovi animadvertendum fuit.*

* *Admonitio.*

Sunt in scriptis veterum Romanorum loca, ubi *quisquam* pro *quispiam* poni videatur: sed nulla dantur, ubi *quispiam* pro *quisquam* positum sit. Boëth. Consol. III. præf. 2. *quisquam* pro *quisque* posuit. Barbare. Barbare item Consol. IV. prof. 2. *quisque* pro *quisquam.*

II. *Quisquam* occultam quandam augendi vim habet; idemque pæne est, quod *ullus*, ac sæpe in comparatione adhibetur. * Fere autem post particulas negantes ponitur, post quas *aliquis* et similia poni non possunt. Nam Cicero Catil. I, 2. *Quamdiu quisquam erit, qui te defendere audeat, vives.*

† Alii legunt *quippe qui etiam* ce-

2. *Quisquam* in comparatione.

Cic. XIV. ep. 7. *Nisi vos fortiores cognoviſſem, quam quemquam virum.* Idem Att. VII, 1. *Neuter quemquam omnium pluris facit, quam me*, keiner hält von einem Menſchen mehr, als von mir. Idem V. Verr. 55. *Tetrior hic tyrannus Syracuſis fuit, quam quisquam ſuperiorem.*

* 3. *Quisquam-præter* vel *præterquam.*

Cic. III. off. 3. *Illud perfectum officium eſt, nec præter ſapientem cadere in quemquam poteſt.* Id. II. ep. 17. *De præda mea præter quæſtores Romanos teruncium nec attigit nec tacturus eſt quisquam.* Id. III. ep. 11. *Tullius me non convenerat, nec erat jam quisquam mecum tuorum, præter omnes meos, qui ſunt omnes tui.* Add. ib. XV, 15, et IX, 15. Id. V. Att. 21. *Nullus teruncius ſumtus factus eſt nec in rempublicam, nec in quemquam meorum, præterquam in Tullium legatum.*

4. *Quisquam-niſi.*

Cic. I. Parad. 3. *An cogitaſſe quicquam putamus Africanum in vita ſibi expetendum, niſi quod laudabile eſſe videretur?* Id. II. Philipp. 32. *Quisquamne divinare poteſt, quid vitii in auſpiciis futurum ſit, niſi qui de cœlo ſervare conſtituit?* Id. IV. Att. 15. *Non mentio potuit fieri cujusquam ab iis, qui diſputant, niſi ejus, qui illis notus eſſet.* Add. id. IX. Att. 22.

* 5. *Quisquam* opponitur *univerſis.* †

Cic. VII. ep. 3. *Nunquam volui plus quemquam poſſe, quam univerſam rempublicam.*

* 6. *Quisquam unus* vim majorem habet.

Livius III, 45. *Adverſus injuriam decreti multi magis fremebant, quam quisquam unus recuſare auderet.*

† Idem valet in *nihil quicquam* cet

deret. Id. III, 55. *Hæc omnia non adversantibus patriciis transacta: quia nondum in quemquam unum sæviebatur.* Add. id. XXXIX, 50, et II, 9.

7. *Quisquam* cum interrogatione.

Jungitur interdum cum interrogatione. Cic. X. Phil. 7. *Ab hoc igitur quisquam bellum timet?* fürchtet sich nun jemand von diesem eines Kriegs? Idem Do. 43. *Hanc deam quisquam violare audeat?* Id. lege Man. 15. *Et quisquam dubitabit, quid virtute perfecturus sit, qui* cet. und will noch jemand sich lang bedenken. Id. Clu. 10. *Et est quisquam, qui cum hoc cognovit, suspicari possit,* cet.

* 8. *Quisquam* geminatum.

Cic. II. Orat. 19. *Quis est istorum Græcorum, qui quendam nostrum quicquam intelligere arbitretur?*

* 9. *Quisquam* cum genitivo.

Cæsar I. B. C. 21, 5. *Neque vero tam remisso ac languido animo quisquam omnium fuit, qui ea nocte conquieverit.* Id. II. B. C. 5, 4. *Neque erat quisquam omnium, qui non in ejus diei casu suarum omnium fortunarum eventum consistere existimaret.* Add. Cic. II. Verr. 48.

* 10. *Non quisquam, ne-quidem.*

Cic. Rosc. Am. 50. *Tibi omnia sua præter animam tradidit, nec sibi quicquam paternum, ne monimenti quidem causa, reservavit.*

11. *Quisquam*, cum *si*, vel *quasi*.

Alias cum *si*. Terent. Eun. Prol. *Si quisquam est, qui placere studeat bonis.* Cic. Att. XIV, 1. *Si quisquam est facilis, hic est.* * Add. I. off. 31. et XV. ep. 4. * Cic. IX. ep. 17, 1. *Quasi aut ego quicquam sciam, quod iste nesciat* cet.

* 12. *Quisquam - qui non.*

Cic. III. off. 19. *Nullo modo videri potest quicquam esse utile, quod non honestum sit.* Id. X. Att. 6. *Neque quicquam timebat, quod non esset timendum.* Add. id. IX. ep. 6, et III. Att. 8. XX, 33. *Nihil quicquam.*

Quicquam abundat præcedente *nihil.* Terent. And. A. 1, 1. *Comperiebam nihil ad Pamphilum quicquam attinere.* Linac. lib. VI. p. 471. Nisi dicas, *nihil* ibi pro *non* esse positum. (Immo, pro omnino nihil.)

* 13. *Quicquam* de personis.

Cic. II. ep. 10. *Nec mihi est te jucundis quicquam, nec carius.* Id. III. ep. 7 *Scilicet contemsi te, nec potest fieri me quicquam superbius.*

*14. *Non quicquam-quam* pro *tantum*, non optimæ notæ est.

Suet. Claud. 10. *Hic ad alios commilitiones fluctuantes, nec quicquam adhuc, quam frementes, perduxit.* Id. in Neron. 43. *Nero affirmavit, inermem se in conspectum exercituum proditurum, nec quicquam aliud, quam fleturum.* † Add. id. in Vespas. 3.

CAPUT CCXXIII.

De pronominibus QUISQUIS et QUISQUE.

QUISQUE est *quicunque.* Cic. Brut. 73. *Plus attulit huic populo dignitatis, quisquis est ille, si modo est aliquis, qui* cet. er sey wer er wolle, so es nur jemand ist. Plaut. Pers. IV, 7. *Quisquis es, adolescens, operam fac* cet. *Add. IX. Att. 2. ib. XVI, 5. Vide supra *quisquis.*

* 2. *Quic-*

† Sine dubio omissum est verbum *facere*, vel simile quidpiam. (atqui illa ellipsis est elegans: vid supra in *nihil aliud quam*. non ergo illa loquendi forma Suetonii non bonæ notæ.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0770
DFG

* 2. *Quisquid-illud.*

Cic. Brut. 77. Lentulus *quicquid habuit, quantumcunque fuit, illud totum habuit e disciplina.*

* 3. *Quicquid* de personis.

Senec. ep. 113. *Alexander Indos et quicquid gentium usque in oceanum extendit ortus, vastabat.*

*4 *Quoquo modo*, wie sichs thun läßt, auf was vor Art und Weise ꝛc.

Cic. I. ep. 5. *Catoni, quoquo modo se res habeat, resistimus.* * Add. id. V. ep. 20, et III. off. 22, 23. Vid. infra *quomodo.*

II. QUISQUE.

I. *Quisque* idem quod *unusquisque*†, postponi autem solet pronomini, aut nomini. Cic. III. Nat. D. 34. *Dionysius edixit, ut quod quisque e sacris haberet, id ante diem certam in suum quodque fanum referret*, ein ieder wieder in den Tempel, dahin es gehörete, tragen sollte. Id. I. Orat. 28. *Roscius jamdiu hoc est consecutus, ut in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur.* Id. de opt. Orat. 9. *In ceteris suus est cujusque certus scnus.* Id. VI. ep. 1. *Ea est perturbatio omnium rerum: ut suæ quemque fortunæ maxime pœniteat*, daß einem ieden sein Zustand der elendeste zu seyn scheinet. Id. ad Quir. 1. *Quid dulcius hominum generi natura datum est, quam sui cuique liberi?* Id. Rab. Post. 12. *Tertio quoque verbo excitabantur Alexandrini*, allemahl nach dem dritten Worte. Id.

† Nam Plautinus usus obsolevit, Plaut. Mil. Glor. II, 2, 5 *Quemque a milite hoc videritis hominem in nostris tegulis, huc deturbatote in viam.* Plaut. Mercat. I, 1, 20. *Hæc non illum modo qui amat, sed quemque attigit, magno multat infortunio.* Id est, *quemcunque.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0771
DFG

II. Verr. 56. *Quinto quoque anno Sicilia tota censetur*, allemal über das fünfte Jahr.

2. *Admonitio.*

Cum adest pronomen *se*, *suus*, *qui*, *tertius*, (**optimus*, *pessimus*) aut aliud ejusmodi; *quisque* præponi non solet, sed postponi, sic: *Se quisque diligit*, *sua quemque delectant*, *quod cuique obtigit*, *octavo quoque die.* †

4. *Decimus quisque* cet.

Decimus quisque est *unus e decem*; *centesimus quisque*, *unus e centum.* (sive potius e decuria, centuria quaque unus) Livius II, 39. *Cetera multitudo sorte decimus quisque ad supplicium lecti.* *Add. Cæsar V. B. G. 52, 2. Id. VII, 35, 3. Livius XLII, 48. Cic. V. ep. 5.

*4. *Unusquisque.*

Cic. I. offic. 17. *Omnium societatum nulla gratior est, quam ea, quæ cum republica est unicuique nostrum.* Id. Rosc. Am. 42.

* 5. *Unusquisque* post *suus.*

Pallad. I, 39. *Contra hæc et cetera, suo unumquodque mense reddemus.* Interdum præponitur. Livius

† Recte monet Autor. Neque imitanda sunt temere exempla contraria. Cic. in Læl. 16. *Tertia sententia est, ut quanti quisque se ipse facit, tanti fiat ab amicis.* Et mox: *Tertius ille finis deterrimus est, ut quanti quisque se ipse faciat, tanti fiat ab amicis.* Hirtius b. Afr. 31. n. 2. *Equitatui quoque edicit, ut quisque suo loco paratus armatusque præsto esset* Columell. XII, 3. *Cuique sua annumeravimus.* Et mox: *Admonuimus, ut quisque suo loco reponeret.* Tacitus VI, 36, 7. *Vitellius monet illos, obsequium in regem, reverentiam in nos, decus quisque suum et fidem retinerent.* Cic. III. Orat. 18. *Contra id, quod quisque se sentire dixisset, disputare.* Huc refer illud Columell. VIII, 5. *Eligenda quæque optima et deteriora vendenda.* Senec. vit. beat 23. *Cum multa sint, quæ quisque sua dicere velit.* Et mox: *Quod quisque suum agnoverit, tollat.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0772
DFG

Livius III, 68. *Jam unicuique ex agris sua damna nunciabantur.*

Quod si nihil est ejusmodi, liberius usurpatur. Cic. II. Nat. Deor. 11. *Principatus est, quo nihil in quoque genere potest esse præstantius.* *Cæsar B. G. VI, 23, *Hospites violare fas non putant: qui quaque de causa ad eos venerunt, ab injuria prohibent sanctosque habent.* Poëtæ autem etiam cum adest pronomen *suus*, liberiores sunt. Virg. VI, 743. Aeneid. *Quisque suos patimur manes.*

6. *Quisque* pro *quicunque.*

** D. *Quisque* pro *quicunque.* Auson. *Pareto legi, quisque legem sanxeris.* Scal. II. Lect. Auson. 2. Palm. Spicil. 8. Sueton. 14. Vitell. *Pronus ad cujusque et quacunque de causa necem atque supplicium.* (In exemplo Ausoniano potius dicitur antique pro *qui*, ut aliquoties est apud Cic. L. II. de Legg. de qua ratione vid. Gronov. ad Liv. I, 24.)

*7. *Quisque* differt ab *omnis.*

Tacitus IV. hist. 55, 5. *Certatim proclamant, omnes exercitus suis quemque bellis distineri.* Sic Id. II. hist. 82. *Ea cuncta per idoneos ministros suis quæque locis, festinabantur.*

* 8. *Quisque* de duobus ne imitere temere.

Livius II, 44. *Dicebant, duas civitates ex una factas: suos cuique parti magistratus, suas leges esse.* Id. II, 7. Id. I, 24. Id. X, 12. Cæsar B. G. VII, 32. Add. Pontan. in Antonio.

9. *Quisque* cum nominibus vel verbis pluralis numeri.

Cic. I. off. 41. *Pictores, et ii, qui signa fabricabantur, et vero etiam Poëtæ suum quisque opus a vulgo considerari vult.* Sallust. Catil. 52. *Neque*

mirum; ubi vos separatim sibi quisque consilium capitis. Livius I, 7. *Adversos boves, eximium quemque pulcritudine, caudis in speluncam traxit Cacus.* Id. I, 35. II, 15. X, 36. Columell. VIII, 5.

* 10. *Quisque* in plurali cum nominibus pluralibus.

Livius XI, 5. *Cætera in suum quæque tempus agenda differunt.* Id. XLII, 44. *Civitatium principes, suo quique proprio decreto Persei societatem asperuati, Romanis se adjungebant.*

* Nota etiam illud Taciti IV. Ann. XXV, 4. *Infensus miles memoria laborum, et adversum eludentes optatæ toties pugnæ, se quisque ultione et sanguine explebant.*

* 11. *Quisque* post *quid, cur, quemadmodum, quanti, quam, unde, ubi,* et cetera interrogativa.

Cic. I. off. 45. *Non est difficile in exquirendo officio, quid cuique sit præponendum, videre.* Id. II. Orat. 22. Act. I. in Verr. 18. Cecin. 28. I. Div. 39. *Cur fiat quidque, quæris: recte omnino.* Varro II. R. R. 1. *Quarta pars est de jure in parando, quemadmodum quamque pecudem emi oporteat civili jure.* Cic. V. fin. 30. *Aliter homines, aliter Philosophos loqui putes oportere, quanti quidque sit.* Varro IX. L. L. 1. *Hujus generis verborum quam late quidque patevt, diligentius expedietur.* Liv. III, 27. *Vallum sumsere, unde cuique proximum fuit.* Quintil. V, 10. *Nec avem aut feram reperias, ubi quæque nasci aut morari soleat ignarus.* Et mox: *Si scierimus, ubi quicque nascatur.*

9. *Quotus quisque.*

Quotus quisque respicit certum numerum, uti sunt *decimus quisque, centesimus quisque.* Cic. I. Nat. D. 28. *Quotus enim quisque formosus est.* Id. Planc.

Planc. 25. *Quotus enim quisque disertus? quotus quisque juris peritus est?* Id. Flacc. 41. *Quotus enim quisque qui hanc in republica sectam sequatur.* Id. II. Tusc. 4. *Quotus enim quisque Philosophorum invenitur, qui sit ita moratus, ut ratio postulat.* Id. II. Divin. 24. *Quota enim quæque res evenit prædicta ab aruspicibus?*

* 10. *Quotus quisque* in interrogatione indefinita.

Senec. de brevitat. vitæ 3. *Repete memoria tecum, quando certus consilii fueris, quotus quisque dies, ut destinaveras, recesserit.*

11. *Quisque* diverso casu repetitum in eodem commate.

Cic. III. fin. 21. *In urbe mundove communi non adversatur jus, quo minus suum quidque cujusque sit.* Id. III. off. 17. *Magni est judicii statuere, quod quemque cuique præstare oporteat.* Cæsar B. G. IV, 5.

* 12. *Quisque-quisque* in commatibus finitimis.

Cic. I. Quint. fr. 1. *Non mihi placet scrutari te omnes sordes, sed quanta sit in quoque fides, tantum cuique committere.* Id. III. Philipp. 10. *Divina opportunitas, ut quæ cuique apta esset, ea cuique obveniret.* Id. IV. fin. 13. *Tum esset simile, si in ceteris quoque naturis id cuique esset ultimum quod in quaque excelleret.* Id. de fat. 1. *In utramque partem perpetua explicatur oratio, quo facilius id a quoque probetur, quod cuique maxime probabile videatur.*

* 13. *Quisque* cum superlativo uno.

Cic. IV. Att. 2. *Quæ æstimatio vehementer ab optimo quoque reprehenditur.* Livius II, 29. Cæsar I. B. G. 31.

14. *Quisque* cum duobus superlativis elegantissimum est.

Cic. de senect. 23. *Sapientissimus quisque æquissimo*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0775
DFG

mo animo moritur, je weiser jemand ist, je lieber stirbt er. Id. II. fin. 25. *Optimum quidque rarissimum est.* * Cic. Arch. 11. Id. ad Brutum 8. Id. VII. ep. 18, VII, 34.

* 15. *Quisque* cum comparativo et superlativo ne temere imitere.

Cic. I. off. 24. *Postea leges, et proximæ quæque duriores: tot rei, tot damnati.* Columell. VIII, 7. *Antiquissimum est autem, maximam quamque avem lautioribus epulis destinare.* Add. Tacit. II. Ann. 33, et III, 17.

* 16. *Quisque* cum positivo ne jungas temere.

Tacitus XII, 43, 1. *Invalidus quisque obtriti.* add. n. 21. Huc refer illud Cic. VIII. Att. 3. *Infimus quisque propensius in alteram partem.* (Hoc posterius est alienum, pertinetque ad n. 13.)

* 17. *Quisque* cum comparativo *quo.* †

Plinius I. ep. 20. *Bonus liber melior est quisque, quo major.*

* 17. *Quo quisque - eo* cum comparativis. ††

Livius XLII, 45. *Quo quæque opulentior civitas erat, eo accuratius agebant.* Cels. II, 18. *Quo majus quodque animal est, eo robustior ex eo cibus est.* Adde insequentia: *Quo valentior quæque materia est, eo minus facile concoquitur.*

19. *Ut quisque - ita.*

Cic. Orat. 35. *Quod cum statuerit, tum ut quidque erit dicendum, ita dicet.*

* 20. *Ut quisque* sine *ita.*

Sallust. Catil. 14. *Ut cujusque studium ex ætate flagra-*

† Noli imitari crebro et temere.
†† Vid. paulo post admonitionem auctoris.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0776
DFG

flagrabat, aliis scorta præbere, aliis canes cet. pro *ita aliis scorta præbebat* cet.

* 21. *Ut quisque* cum positivo - *ita.*

Tacitus I. hist. 2. *Ut cuique exercitui vicinæ, ita in favorem aut odium contactu valentiorum agebantur.* Interdum deest *ita.* Sic Sallust. Catil. 56. *Dein uti quisque voluntarius venerat, æqualiter distribuerat.* Adde seqq. Tac. III. Ann. 55. *Ut quisque opibus, domo, paratu speciosus, per nomen et clientelas illustrior habebatur.* Id. II. hist. 23, 6. *Certatim ut quisque animo ignarus, procax ore.*

* 22. *Ut quisque* - cum comparativo - *ita.*

Columell. VI, 27. *Ut quæque est præstantior, ita ubere campo pascitur.*

* 23. *Ut quisque* cum uno superlativo.

Cic. in Læl. 5. *Ita nati sumus, ut inter omnes esset societas quædam: major autem, ut quisque proxime accederet.* Rarior hic usus est.

24. *Ut quisque* cum duobus superlativis.

Sæpe *quisque* cum duobus superlativis copulatur. Cic. I. ep. Qu. fr. 1. *Ut quisque est vir optimus, ita difficillime alios esse improbos suspicatur.* Id. I. Orat. 26. *Ut quisque optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem timet,* je beredter jemand iſt, je mehr fürchtet er ſich, es werde ihm nicht flieſſen. *Add. id. I. off. 16. et de senect. 18. et II. Phil. 46.

* 25. *Ut quisque* cum superlativo - *ita* cum positivo rarissimum est.

*Tacit. VI. Ann. 8, 3. *Ut quisque Sejano intimus, ita ad Cæsaris amicitiam validus.*

26. *Admonitio.*

Cum antecedit *ut quisque* cum suo superlativo, compa-

comparativus sine vitio subjici non potest, sed alterum superlativum reddi oportet. Quodsi antecedit *quo quisque*, tum vero comparativus geminatur. Cic. pro Rosc. Com. 11. *Quo quisque est solertior et ingeniosior, hoc docet iracundius ac laboriosius.* Verum id rarum admodum est, contraque *ut quisque* cum gemino superlativo usitatissimum.

CAPUT CCXXIV.

De particulis QUO et QUOAD et QUOCIRCA.

I. QUO.

** 1. *Quo* pro *in quem locum*, vel *ut eo*.

Ovidius IV. Fast. *Dignus Roma locus, quo Deus omnis erat.* *Cic. II. ep. 9. Ib. III, 5. Add. Cæs. II. B. G. 7, 3. etc.

2. *Quoquo-eo.*

Plaud. Pseud. III, 2, 69. *Quoquo hic spectabit, eo tu spectato simul.*

* 3. *Quo-eodem.*

Cic. Arch. 10. *Si res hæ, quas gessimus, orbis terræ regionibus definiuntur; cupere debemus, quo minus manuum nostrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare.* Livius XXXVII, 54.

4. *Quo-hoc*, et *quo-eo*, cum comparativis pro *tanto-quanto*.

Quo-hoc, et *quo-eo*, pro *tanto-quanto* eleganter ponuntur. Cic. Quint. frat. III, 1. *Sed quo erant suaviores, eo majorem dolorem ille casus afferebat.* Id. I. off. 19. *Quo difficilius, hoc præclarius.* *Add. id. IV. ep. 13, et III. Att. 16. Senec. ep. 85.

5. *Quo minus*, pro *quanto minus*.

Sæpe *quo minus* usurpatur pro *quanto minus*. Cic.

Quinct.

Quinct. 1. *Nam quo minus ingenio possum; subsidio mihi diligentiam comparavi.* Id. IV. ep. 13. *Quo minus familiaris sum, hoc sum ad investigandum curiosior.* Id. I. offic. 21. *Hæc eo faciliora sunt philosophis, quo minus multa patent in eorum vita, quæ fortuna feriat, et quo minus multis rebus egent.* *Add. Id. Manil. 20.

* 6. *Quo* non respondente *eo.* †

Livius II, 51. *Quo plures erant, major cædes erat.* Quintil. VIII, 3. Columell. VIII, 11. Id. XI, 3. Id de Arbor. 10.

* 7. *Quo-tanto* rarissimum est.

** S. D. *Quo-tanto.* Planc. ad Cic. X. ep. 23. *Quo magis me petiverunt, tanto majorem iis frustratio dolorem attulit.* *Add. Terent. Phorm. II, 2.

8. *Quo* absolute, cum comparativis, pro *et eo.*

Cic. Marc. 6. *Quo gratior tua liberalitas, C. Cæsar, nobis qui illa vidimus, debet esse,* um so viel angenehmer muß uns deine Gütigkeit seyn. Id. Man. 19. *Quo etiam mihi indignius videtur, obtrectatum esse adhuc Gabinio dicam? an Pompejo? an utrique?* Add. Id. XI. Att. 15, et IV. ep. 6. XIII, 53. et Muren. 23.

Quo pro *ut eo* cum comparativo.

Cic. XVI. ep. 4. *Medico puto aliquid dandum esse, quo sit studiosior,* daß er um so viel desto eifriger sey. Barbari dicunt, *ut eo sit studiosior.* *Cic. III. ep. 9, 5.

9. *Quo* pro *ut,* cum *idcirco.*

Quo pro *ut* interdum assumit *idcirco.* Cic. Att. I, 16.

† Rarum est: nec obstat multitudo exemplorum nostrorum; ea enim comparata cum iis, quibus *eo* additum est, paucitate sua erubescunt.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0779
DFG

16. *Lucullus dixerat, se, quo facilius probaret illa Romani hominis esse, idcirco barbara quædam et obsoleta asperssisse.*

* 10. *Quo* pro *quod* cum *eo.*

Terent. Eunuch. I, 2. *Non quo quemquam plus amem, aut plus diligam, eo feci.*

* 11. *Quo ne* pro *ut ne.*

Livius XXXIV, 6. *Cautum erat, quo ne plus auri argentique facti, quo ne plus signati argenti et æris domi haberemus.* Sed hoc nolim imitari. (Non cepit h. l. auctor: neque hic *quo ne* sic dicitur, ut ipse existimat. Sensus est: constitutus lege erat certus auri argentique facti modus, quo modo plus habere non liceret.)

* 12. *Quo* pro *ad quod, ad quos, in quos* cet.

Cic. Rosc. Am. 29. *Quid est ergo, quo tandem accusator inopia argumentorum confugerit?* Et paulo ante: *Restare tibi videbatur servorum nomen, quo confugere posses.* Id. IV. Verr. 18. Plaut. Asin. II. 2, 4. *Dicamur dignissimi esse, quo cruciatus confluant.*

** 13. D. P. *Quo*, pro *in quem finem?* Buchn. ad Plin. n. 279. Horat. I. ep. 5. *Quo mihi fortunas, si non conceditur uti?* Linac. lib. 1. p. 94.

* 14. *Quo loco* pro *ubi* rarum est.

Cic. II. Divin. 66. *Draco visus est ei radiculam ore ferre, et simul dicere, quo illa loci nasceretur.* Id. VIII. Att. 10.

Huc refer illud: Liv. XXXIX, 54. Legati dixerunt, *sese tacitos abire, quo terrarum possent, in animo habuisse.* Eodem modo etiam dicitur *quoquo terrarum.* Terent. Phorm. III, 3. Utrumque vero *ad locum* significat, non *in loco.*

15. *Quo*

15. *Quo minus*, pro *ne*, daß nicht.

Quo minus dicitur pro *ut minus*, id est, *ne*, sed fere certis cum verbis jungitur. Cic. I. de fin. 10. *Nihil impedit, quo minus id, quod maxime placeat, facere possimus.* Id. I. Orat. 60. *Non repugnabo, quo minus omnia legat.* Id. I. Tusc. 38. *Mors non deterret sapientem, quo minus in omne tempus reip. suisque consulat.* Id. Att. II, 4. *Præter quercum Dodoneam nihil desideramus, quo minus Epirum ipsam possidere videamur.* Id. Dom. 31. *Nihil de me tulistis, quo minus in civium essem numero.* Id. lib. I. Orat. 10. *Est finitimus oratori poëta: in hoc quidem certe prope idem, nullis ut terminis circumscribat jus suum, quo minus ei liceat vagari, qua velit.* Id. XI. ep. 10. *Interpellent me, quo minus honoratus sim: dum ne interpellent, quo minus respublica a me commode administrari possit.* Id. Pis. 15. *Nemini civi ulla, quo minus adesset, satis justa excusatio est visa*, kein Bürger hat die Entschuldigung, daß er nicht da wäre, für gut und zulänglich gehalten. Id. III. Catil. 6. *Quæ religio C. Mario non fuerat, quo minus C. Glauciam Prætorem occideret, ea nos religione in privato Lentulo puniendo liberabamur.* Cic. IV. Verr. 11.

16. *Non quo*, pro *non quod*, cum *sed*.

Non quo pro *non quod* interdum adsciscit *sed, sed quia, sed quod.* Cic. XVI. Att. 15. *Non quo republica sit mihi quicquam carius, sed desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam*, nicht daß mir etwas lieber wäre, als die Republic: sondern weil auch ꝛc. Id. XII. ep. 17. *Non quod de tua constantia dubitem; sed quia mos est ita rogandi, rogo.* Id. VI. ep. 4. *Non quo ego certo scirem: sed quod*

non difficilis erat conjectura, nicht daß ich es gewiß wüste, sondern weil es leichtlich zu muthmassen war. *Lege *non*.

17. *Non quo-sed tamen. Non quo-sed ut.*

Interdum assumit *sed tamen*, vel *sed ut*. Cic. Brut. 21. *Non quo illa* (oratione) *Lælii quicquam sit dulcius, sed multo tamen vetustior atque horridior ille, quam Scipio.* Id. VII. Att. 15. *Non quo haberem magnopere, quod scriberem, sed ut loquerer tecum absens*, nicht daß ich was sonderliches zu schreiben hätte, sondern daß ich mit dir abwesend redete. * Lege *non*.

II. QUOAD.

1. *Quoad* de loco.

Livius II, 25. *Hostibus fugientibus, quoad insequi pedes potuit, terga cæsa: eques usque ad castra pavidos egit.* Id. XXXVIII, 22. XXII, 6.

* 2. *Ad eum finem, quoad. Modus, quoad.*

Nepos Epamin. 2. *Epaminondas exercebatur plurimum currendo et luctando ad eum finem, quoad stans complecti posset atque contendere.* Plaut. Menæch. V, 2, 19. *Verum est modus tamen, quoad pati uxorem oportet.*

* 3. *Quoad*, bis, de tempore.

Cic. VI. ep. 21. *Nihil puto tibi esse utilius, quam ibidem opperiri, quoad scire possis, quid tibi agendum sit.* Idem Mil. 10. Adde Sueton. Cæs. 29. Vespas. 4, et Domitian. 2.

* 4. *Quoad usque*, bis.

Varro IV. L. L. 2. *Ab eo præco dicitur locare, quoad usque id emitur, quod in aliquo consistit pretium.* Sueton. Jul. 14.

* 5. *Quoad*

5. *Quoad* interrogantis.

Terent. Phorm. I, 2. *Senem quoad expectatis vestrum?*

6. *Quoad*, so lang, so fern.

Quoad refertur ad *quousque* et terminum plerumque temporis, loci, alteriusve rei declarat. Cic. XV. Att. 23. *Quousque, inquies? quoad erit integrum.* Id. V. Verr. 29. *Domi tuæ piratæ, a quo tempore capti sunt, quoad per me licitum est, fuerunt.* Id. III. Catil. 7. *Quoad Catilina fuit in urbe, ejus consiliis obstiti*, so lange Catilina in der Stadt gewesen. Id. senect. 4. *Flaminio quoad potuit, restitit.* Id. Arch. 1. *Quoad longissime potest mens mea respicere spatium præteriti temporis*, so weit ich mich der vergangenen Zeit erinnern kann. Id. XI. Phil. 3. *Mihi Antonius pervenisse videtur, quoad progredi potuerit feri hominis amentia*, Anton scheinet so weit gekommen zu seyn, als ein wilder und unsinniger Mensch gehen kann.

* 7. *Quoad · posteaquam.*

Cic. X. Philipp. 4. *Quoad vos omnia pati vidit, usus est ipse incredibili patientia: posteaquam vos ad libertatem vidit erectos, præsidia vestræ libertati paravit.*

8. *Admonitio.*

Quoad hoc, quoad illud, latine dici non videtur: sed *quod ad hoc spectat, quod ad illud pertinet.*

* Singularis est locus hic Livii XLII, 6. *Apollonius justis causis regem excusavit; quod stipendium serius quoad diem præstaret.* In melioribus scriptoribus non reperias *quoad* cum accusativo. (Sed lectio loci merito suspecta est, nec improbabilis conjectura corrigentium *serius quam ad diem* etc.)

9. *Quoad ejus.*

Interdum adhibetur *ejus* elegantiæ gratia: Cic. Att. XI, 12. *Tu, velim, ne intermittas, quoad ejus facere poteris, ſcribere ad me.* Idem lib. III. ep. 2. *Si eam* (provinciam) *quoad ejus facere potueris, quam expeditiſſimam mihi tradideris, facilior erit mihi quaſi decurſus mei temporis.* * Add. id. V. ep. 8, et II. Invent. 6.

III. QUOCIRCA.

Dictum videtur quaſi *circa quod.* Uſurpatur autem pro *quamobrem.* Cic. I. Divin. 4. *Quocirca bene apud majores Senatus decrevit* cet. Id. ſenect. 12. *Quocirca nihil eſſe tam deteſtabile, tam peſtiferum, quam voluptatem cenſebat.*

CAPUT CCXXV.

De Adverbiis QUOMODO, QUONDAM, QUONIAM, QUOQUO, QUOQUOVERSUS et QUORSUM.

QUOMODO adverbium ex *quo* et *modo* factum apparet. Cic. Roſc. Am. 15. *Quomodo crimen commentitium confirmaret, non inveniebat,* er ſahe nicht, wie er dieſes erdichtete Verbrechen erhärten könnte. Id. II. de Orat. 36. *In hac arte nullum eſſe præceptum, quomodo verum inveniatur, ſed tantum eſt, quomodo judicetur,* (περὶ τοῦ πῶς.)

* 2. *Ratio, quomodo.* †

Livius XXIII, 48. *Scripſerunt ſe, ſi ærarium inops eſſet, aliquam rationem inituros, quomodo ab Hiſpanis ſtipendium ſumant.*

3. *Quo-*

† Similes formulas vide in *cur, quare* cet.

3. *Quomodo* admirantis.

Interdum ſervit admirationi. Cic. Att. VIII. ult. *Qui nunc quomodo occurrunt? Quomodo autem ſe venditant Cæſari?* Ib. II, 7. *Quomodo expectabam epiſtolam, quam Philotimo dediſſes.* Ib. I, 13.

Admonitio

Uſitatius multo eſt *ut:* Lege *ut* admirantis.

4. *Quomodo* pro *ut*, vel *ſicut.*

Nonnunquam *quomodo* uſurpatur pro *ut*, vel *ſicut.* Cic. XIV. ep. 1. *De familia quomodo amicis placuiſſe ſcribis, faciemus.* Cic. Roſc. Am. 2. *Poſtulatio brevis et quomodo mihi perſuadeo, aliquanto æquior*, wie ich glaube. Id. Aruſp. 5. *Concio riſit hominem, quomodo ipſe gloriari ſolet, ducentis confixum Senatus conſultis.* * Add. id. II. Qu. fr. 2. Salluſt. Catil. 23.

* 5. *Quomodo* pro *quomodocunque.*

Senec. ep. 54. extr. *Quomodo volet, dummodo non ex animo ſuſpirem.*

6. *Quomodo - ita* vel *ſic.*

Alias adſciſcit *ita*, vel *ſic.* Cic. III. fin. 20. *Quomodo hominum inter homines juris eſſe vincula, putant Stoici: ſic homini nihil juris eſſe cum beſtiis.* Add. id. IV. Verr. 31. I. Tuſc. 38, IV. Tuſc. 6, et V. Tuſc. 7. Plaut. Ciſtel. I, 1. *Neceſſe eſt, quo tu me modo vis eſſe, ita eſſe, mater.* * Add. Cic. V. Philipp. 4. Tacitus XV, 21.

7. *Quomodo nunc*, pro *prout nunc*; ſ. *ut nunc.*

Quomodo nunc eſt *prout nunc.* Cic. Att. XIII, 2. *Nam, quomodo nunc eſt, pedem ubiponat in ſuo, non habet*, wie es jetzo ſtehet, oder vorjetzo, ſo hat er nicht ſo viel, daß er ſeinen Fuß drauf ſetzen könnte.

Id. II. de Orat. *Quomodo nunc istorum se artes habent, pertimescenda est multitudo causarum.* *Add. id. VIII. Att. 23. et III. Nat. D. 16.

8. *Quomodocunque.*

Quomodocunque est *quocunque modo.* Cic. V. fin. 11. *Hoc cum in amicitiis dicitur, quomodocunque dicitur, intelligi tamen, quidquid dicitur, potest,* es mag auch gleich gesagt werden, wie es wolle, so kann man doch das, was man saget, verstehen. *Add. id. XIV. ep. 12.

*9. *Quoquo modo.*

Cic. Mil. 3. *Quis est, qui, quoquo modo quis interfectus sit, puniendum putet?* Idem XIII. ep. 38. *Add. id. II. Att. 4. et XIV. ep. 4.

*10. *Quoque modo-tamen.*

Cic. II. Verr. 29. *Iste quoquo modo se in ea quæstione præbebat, tamen in consilio habebat homines honestos.* Id. V. Verr. 34. Add. id. II. Agr. 26, et Cæl. 5.

** II. De adverbio QUONDAM.

**I. *Quondam* cum ad tempus præteritum refertur, significat *olim,* vor Zeiten, hiebevor. Cic. III. de Orat. 4. *Omnia fere, quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa et dissipata quondam fuerunt.* *Add. id. Man. 9. et 11. I. Catil. 1.

**2. Alias designat *aliquando,* einstens, einsmahls. Sueton. Jul. 24. *Adeo ut Senatus quondam legatos mittendos decreverit.* Et Domit. 7. *Ad summam quondam ubertatem vini edixit, ne quis* cet.

**3. D. Præsenti vero tempori junctum denotat *interdum,* aut *incertum quodcunque tempus.* Virg. II. Aeneid. 367. *Quondam etiam victis redit*

in

in præcordia virtus, bisweilen. Id. III. Georg. 99. *Ut quondam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis in caſſum furit.*

* 4. *Quondam-poſtea. Quondam-mox.*

Plinius XXV, 5. *Candidum elleborum quondam terribile, poſtea tam promiſcuum.* Add. Cic. III. Leg. 7. et XI. Philipp. 1. Tacitus XIII. Ann. 55, 4. *Chamavorum quondam ea arva, mox Tubantum, et poſt Uſipiorum fuerunt.*

* 5. *Quondam-nunc.*

Cic. I. Leg. 5. *Iſta res quondam a multis claris viris, nunc ab uno ſumma autoritate et ſcientia ſuſtinetur.* Id. V. Verr. 47. Add. III. off. 1. Liv. X, 11. Cic. pro Sulla 1 et 27.

* 6. *Quondam-paulo ante.*

Cic. Cluent. 66. *Melini illa quondam ſocrus, paulo ante uxor fuit.*

* 7. *Quondam-tum* vel *tunc.*

Cic. Piſon. 10. *Templum ſublato aditu, revulſis gradibus, a conjuratorum reliquiis atque a Catilina, prævaricatore quondam, tum ultore, armis tenebatur.* Livius II, 5. Add. Tacitus I. hiſt. 46, 1. Tacitus VI, 40. *Ne Tigranes quidem Armenia quondam potitus, ac tunc reus, nomine regio ſupplicia civium effugit.*

* 8. *Quondam, cum. Quondam, dum.*

Cic. Cæl. 6. *Me ipſum quondam pene Catilina decepit, cum et civis mihi bonus et firmus amicus videretur.* Ovid. II. Faſt. *At quondam, dum longa gerunt pugnacibus armis Bella, parentales deſeruere dies.*

* III. QUOQUAM pro *ad ullam rem.*

Brutus XI. ep. 3. *Sed pulcre intelligis, non poſſe nos quoquam impelli.*

IV. QUOQUO, wohin nur.

Cic. Paradox. III, 1. *Ipsum quidem illud peccare, quoquo te verteris, unum est.* Id. VII. ep. 25. *Amoris tui, quoquo me verti, vestigia vel proxime de Tigellio perspexi.*

V. QUOQUO VERSUS et QUOQUO VERSUM.

Quoquo versus est *versus quemcunque locum.* Cæs. lib. I. de B. C. 36. *Domitii imperio classem quoquo versus dimittunt Massilienses*, allenthalben hin. Id. II. B. C. 8. *Patebat hæc turris quoquo versus pedes XXX*, auf allen Seiten. Ib. I, 25. *Rates duplices quoquo versus pedum XXX e regione molis collocabat.* Cic. IX. Phil. 7. *Senatui placet Sulpitio statuam æneam statui, circumque eam statuam locum gladiatoribus ludisque; liberos posterosque ejus quoquo versus pedes quinque habere.* Sunt, qui legant *quaqua versus*, quam recte, alii viderint.

VI. QUORSUM et QUORSUS pro *quoversus.*

Quorsum et *quorsus* facta sunt ex *quo* et *versus.* Cic. Att. III, 24. *Quorsum id casurum esset, verebar*, ich stunde in Sorgen, wo es hinaus wollte. Idem Rosc. Com. 15. *Quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro.* Id. III Nat. D. 23. *Vestri hæc confirmant interpretando, quorsum quidque pertineat.*

2. *Quorsum* et *quorsus*, pro *ad quem finem.*

Sæpe *quorsum* et *quorsus* significant *ad quem finem.* Cic. Amic. 12. *Quorsum hæc? Quia sine sociis nemo quicquam tale conatur.* Id. I. de Leg. 1. *Quorsum tandem aut cur ista quæris?* worzu und warum fragst du das? Idem ad Quir. 2. *Quorsum igitur hæc disputo? quorsum? ut intelligere possitis*, cet.

Idem

Idem I. Tusc. 25. *Quorsum igitur hæc spectat oratio*, wo zielet nun diese Rede hin? Cic. Brut. 85. *Quorsus inquam istud? non enim intelligo*, worauf zielet das? was wilst du hiermit verstanden haben?

Admonitio.

Quorsus et rarum est, et redolet antiquitatem: *quorsum* longe usitatius.

CAPUT CCXXVI.

De Conjunct. QUOQUE.

1. *Quoque - nedum.*

Senec. ep. 51. *Desidiam victori quoque, nedum vincenti, periculosam merito reprehenderet.*

2. *Quoque* ei vocabulo postponi debet, cui vis addenda est.

Cels. VI, 18, 10. *Nam id quoque interdum fit.* Id. VII, 1. *Sicut in oculis quoque deprehendi potest.* Hic dicere non licet: *Sicut quoque in* cet.

3. Periodos item connectit *quoque.*

Celsus VI, 18, 11. *Fungo quoque simile ulcus in eadem sede nasci solet.* Id. VII. præf. *Gorgias quoque et Sostratus quædam repererunt.*

CAPUT CCXXVII.

De pronomine QUOT et QUOTUS.

1. QUOT refertur ad numerum, cui respondet *tot*, vel *totidem.* Cic. III. Orat. 9. *Ut quot oratores, totidem reperiantur genera dicendi.*

* 2. *Quot - tot.*

Cic. Orat. 21. *Quot officia oratoris, tot sunt genera dicendi.*

* 3. *Quotcunque - tot.*

Cic. III. Legib. 3. *Quotcunque Senatus creaverit, populusve jusserit, tot sunto.*

** 4. *Quotquot* est *quotcunque.*

P. ** Cic. II. Inv. 49. *Si leges duæ, si plures, aut quotquot erunt*, so viel ihr seyn wollen.

5. Ut *quotannis* est *singulis annis*, jährlich; ita et *quot mensibus*, *quot diebus*, et similia dicebant veteres pro *singulis mensibus et diebus*, monatlich, täglich. Quod inscite reprehendit Valla VI. Eleg. 60. uti docet Alciat. lib. IV. de verb. signif. Taubm. ad Plaut. p. 1259. Dicebant et *quotquot annis*, *quotquot mensibus*, quod plenius est. Taubm. d. l. Victor. IV. Varr. Lect. 13. Apulejum et *quot dies* pro *quotidie* dixisse invenio lib. XI. Metam. *Sedulum quot dies obibam culturæ sacrorum ministerium.*

* 6. *Omnes quotquot.*

Cic. XI. ep. 23. *Peream, si te omnes, quotquot sunt, conantem loqui ferre possunt.*

II. QUOTUS.

Quotus ad numerum ordinandi, primus, secundus, tertius. Horat. I. ep. 5. *Tu, quotus esse velis, rescribe*, der wievielste du seyn wolleſt; id est, tertius, an quartus conviva. Id. II. Ser. 6. *Hora quota est?* Ovid. I. Pont. 10. *Qui quota terroris pars solet esse mei?* id est, vix millesima pars. Cic. IV. Verr. 94. *Quotus erit iste denarius, qui non sit deferendus?* id est, vix centesimus. Plerumque autem *quotus* apud Ciceronem assumit *quisque*, ut sit *quotus quisque.*

** 2. *Quotus* pro *quot.*

Martial. *Dic quotus es?* pro, *quot estis?* wie viel sind eurer? Vall. I. Eleg. 14. Atque sic illud quoque Horatii commodius exponitur: *Tu quotus esse velis, rescribe*, laß mich wissen, wie viel ich ihrer neben dir soll zu Gaste laden.

CAPUT

CAPUT CCXXVIII.

De adverbio QUOTIDIE.

QUOTIDIE est *singulis diebus.* Cic. lib. I. fin. 5. *Quotidie inter nos ea, quæ audiebamus, conferebamus.* * Id. I. Att. 10. *Nosmet ipsi, qui Lycurgi a principio fuissemus, quotidie demitigamur.*

* 2. *Quotidie donec.*

Cato R. R. 67. *Quotidie oleo locum commutet, donec in dolium pervenerit.*

3 *Quotidie magis. Quotidie plus.*

Quotidie magis, quotidie plus idem quod *in dies magis* Cic. VI. ep. 6. *Me quotidie Cæsar magis amplectitur.* Id. I. Phil. 2. *Quotidie magis magisque perditi homines tectis ac templis urbis minabantur.* * Add. id. XIV. Att. 21. Cic. IV. fin. 23. *Alter valet plus quotidie, alter videt.* Id. ad Q. Fr. III. ep. , *Quod scribis, te a Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.* * Add. Cic. V. Att. 9.

4 *Quotidie* cum aliis comparativis.

Jungitur etiam cum aliis comparativis. Cic. V. Att. 7. *Quotidie, vel potius in singulos dies, breviores ad te literas mitto,* ich schicke dir alle Tage kürzere Briefe. Id. VI. ep. 14. *Sed hoc intelligimus eum quotidie remissius et placatius ferre.*

CAPUT CCXXIX.

De adverbiis QUOTIES et QUOTIESCUNQUE.

1. *Quoties - toties. Quotiescunque - toties.*

QUOTIES est, quod barbari dicunt *quot vicibus,* et refertur ad *toties.* Cic. I. de Orat. 27 *Quoties dicimus, toties de nobis judicatur.* Id. I. Att. 11.

Quoties

Quoties patriam videret, toties se beneficium meum videre, dicebat. * Add. id. Marcell. 6, et II. de Orat. 30.

Interdum assumit *cunque*. Cic. Cluent. 18. *Quotiescunque dico, toties mihi videor in judicium venire non ingenii modo, sed etiam virtutis.* Id. II. de Orat. 61. *Quin prodis, mi Spuri, ut quotiescunque gradum facias, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem.*

* 2. *Quoties - nisi.*

Cic. V. fin. 22. *Quoties hoc agitur, quandove, nisi admirationibus maximis?*

* 3. *Quotiescunque - semper.*

Nepos Hannib. 1. *Quotiescunque Hannibal cum populo Romano congressus est in Italia, semper discessit superior.*

4. *Quoties* et *quotiescunque* absolute, wie offt.

Interdum absolute ponitur. Cic. I. Catil. 6. *Quoties jam, quoties tibi extorta est sica ista de manibus?* Cæs. V. de B. G. *Quoties quæque cohors præcurrebat: ab ea parte magnus hostium numerus cadebat.* Cic. Sext. 69. *Quotiescunque me viderit, ingemiscet.* Ubi *toties* intelligitur,

CAPUT CCXXX.

De adverbio QUOUSQUE.

QUOUSQUE non solum ad locum, sed sæpius ad tempus refertur. Cic. I. Catil 1. *Quousque tandem abutere, patientia nostra?* wieſlange willſt du dich unſerer Geduld mißbrauchen? Id. Att. XV, 23. *Quousque inquies? Quoad erit integrum.* Id. I. Nat. D. 40. *Quousque ludis?* Id. Planc, 31. *Quousque dicis nihil*, cet.

CAPUT

*CAPUT CCXXXI.

De particula RARO. †

1. RARO est *non sæpe*. Quare naturam particularum negantium habet.

* 2. *Raro · nisi.*

Celsus præf. lib. 1. *Ipsa evidentia Erasistrati opinioni repugnat, quia raro, nisi post horum aliquid, morbus venit.*

* 3. *Raro)(sæpe.*

Celsus V, 28. *Maxime id evenit in ætate puerili, raro in medio corpore, sæpe in eminentibus partibus.*

(CAPUT CCXXXII.)

De particula RECTE.

Particula *recte* varios habet elegantes usus:

1. *Recte* in respondendo affirmat et negat. Dicitur igitur primum eleganter in respondendo et affirmandi causa et negandi; in quo posteriori genere etiam aliquam urbanitatem habet, ejusque exempla sunt apud Comicos inprimis. v. Terent. Eun. II, 3, 51. Hec. III, 3, 39. etc.

2. *Recte* pro *recta via, perpendiculariter.*

Cic. Fin. I, 6. De atomis Epicuri: *sive aliæ declinabunt, aliæ suo nutu recte ferentur:* ibidemque mox *recte* et *oblique* opponuntur.

3. *Recte* in omnibus rebus dicitur in bonam partem. Denique in omni genere *recte* dicitur de rebus ita comparatis, ut debent et optamus. v. c. Verr. V, 98. *Recte vendere* est, bono pretio. Livius XXXIV,

† *Rarus* de paucitate et infrequentia arborum aliarumque rerum dicitur proprie. Ergo tralate de tempore. Fortassis igitur ipsum *temporis* nomen huic ablativo mente subjiciendum est.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0793
DFG

XXXIV, 35. *Ut mancipia dominis recte restituerentur*, i. e. sine dolo malo, ubi v. Drakenb Ter. Heaut. I, 1, 107. *Recte spero.* Ibid. II, 1, 16. *Quod eidem, recte est:* i. e. paratum, in promtu. Phorm. I, 4. *Recte mihi vidissem*, i. e. bene mihi prospexissem. vid. alia in Drakenb. Ind. Livian. v. *recte.*

CAPUT CCXXXIII.

De particulis RELIQUUS, RELIQUUM EST et RESTAT.

* 1. RELIQUUS proprie videtur esse, *qui quoquo modo usquam relinquitur.*

2. Præcipue de eo dicitur *quod in rationibus remanet*, der Rest in einer Rechnung. Cic. I. off. 18. *Ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus, et addendo deducendoque videre quæ reliqui summa fiat.* Elegans continuatio metaphoræ. Id. II. ep. 13. *Mihi erat in animo, quoniam publicanis etiam superioris lustri reliqua conservaram, proficisci in Ciliciam.* Adde huc Oiselium tab. XV, n. 9. Plin. IX. ep. 37.

3. Interdum idem est ac *futurus.* Cic. V. ep. 4. Cic. Manil. 16. Hinc extitit illa oppositio:

* 4. *Præterita)(reliqua.*

Cic. Manil. 16. *Hac utar moderatione dicendi, non ut in illius potestate fortunam positam esse dicam, sed ut præterita meminisse, reliqua sperare videamur.*

* 5. *Reliqui præter.*

Cæsar VI. B. G. 3. *Concilio Galliæ primo vere indicto, cum reliqui præter Senones, Carnutes, Trevirosque venissent, initium belli ac defectionis hoc esse arbitratus, concilium in Lutetiam Parisiorum transfert.*

* 6. *Reliquum est* cum infinitivo.

Cic. VII. Att. 5. *Reliquum est jocari, si hic sinat.*

7. Reli-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0794
DFG

7. *Reliquum est, ut. Reliquum est, ne.*

Reliquum est idem, quod *restat:* sed *restat,* cum *ut* jungitur; *reliquum est* etiam cum *ne.* Cic. II. Acad. *Restat, ut respondeam, qui,* cet. Id. ad Q. Fr. I, 1. *Reliquum est, ut te orem, ut* cet. Id. IX. ep. 16. *Reliquum est, ne quid stulte, ne quid temere dicam contra potentes.*

8. *Reliquum est,* absolute.

Interdum etiam absolute ponitur. Cic. XIV. ep. 14. *Reliquum est, quod ipsæ optime considerabitis, vestri similes fœminæ sintne Romæ.*

Nonnunquam *relinquitur* pro *reliquum est* usurpatur. Cic. Flac. 34. *Relinquitur illud, quod vociferari non desistit, non debuisse suum negotium agere.*

9. *Quod reliquum est. De reliquo.*

Quod reliquum est, idem est, quod *de reliquo.* Cic. X. ep. 11. *Quod reliquum est, munus tuum tuere.* Ib. III, 29. *Quod reliquum est, velim augeas tua in eum beneficia.* * Add. id. XIII. ep. 73, et XII. ep. 4. Cic. XIII. ep. penult. *De reliquo, si dignum eum tua amicitia hospitioque cognoveris; peto, ut eum complectare.* * Add. id. XII. ep. 3.

CAPUT CCXXXIV.

De adverbio RETRO.

Retro id est *a tergo,* hinterwärts in loco. Cic. Divin. II, 24. *Quid retro atque a tergo fieret, ne laboraret.*

2. De tempore. Cic. Tusc. V, 2. *Tam longe retro respicere non possunt nec eos a quibus vita hominum instructa primo sit, fuisse philosophos arbitrantur.*

CAPUT

CAPUT CCXXXV.

De adverbiis SÆPE et SALTEM.

* 1. *Sæpe* geminatum propter vim.

Cic. I. Divin. 28. *Sæpe tibi meum narravi, sæpe ex te somnium audivi tuum.* Celsus VII, 1. *Eadem sæpe salutaria, sæpe vana sunt.* Add. id. VI, 9. Livius XXIII, 15. Etiam trigeminum reperitur. Cic. I. Divin. 36 extr. *Fit sæpe specie quadam, sæpe vocum gravitate et cantibus, ut pellantur animi vehementius: sæpe etiam cura et timore.*

* 2. *Sæpe et diu.*

Cic. Quint. 31. *Eorum sæpe et diu ad pedes jacuit stratus, obsecrans per Deos immortales, ut secum jure contenderent.*

* 3. *Sæpe et multum.*

Cic. I. Invent. 1. *Sæpe et multum hoc mecum cogitavi, bonine an mali plus attulerit hominibus copia dicendi.* Id. Cluent. 71. Add. id. Planc. 42. extr. Frequens est etiam *multum et sæpe.* Cic. III. Leg. 15. *Versabor in re difficili, ac multum et sæpe quæsita.* Add. id. Quint. 1.

* 4. *Sæpe - nonnunquam.*

Cic. I. Divin. 18. *Id et somniantibus sæpe contigit et nonnunquam vaticinantibus per furorem.* Add. id. Verr. III, 9. et Cæl. 19.

* 5. *Sæpe, aliquando*, vel *interdum.*

Tacitus Agric. 8. *Sæpe parti exercitus in experimentum, aliquando majoribus copiis ex eventu præfecit.* Ib. 28. Plinius I. ep. 20. *Saepe diversum, interdum idem sentiunt.* Sueton. August. 41. extr. Celsus VII, 7. de ungue oculi.

* 6. *Sæpe*)(*raro.*

Cic. III. Nat. D. 27. *Vinum aegrotis prodest raro, nocet saepissime.*

* 7. *Sæ-*

* 7. *Sæpe-nuper.*

Cic. V. Tusc. 8. *Ista mihi et cum Antiocho sæpe, et cum Aristone nuper dissensio fuit.*

* 8. *Sæpe-postremo.*

Livius XXIV, 28. *Cum sæpe acta res esset magna certaminibus, postremo pacem fieri placuit.* Idem XXXVIII, 45. Add. Tacit. III. hist. 65.

* 9. *Sæpe semper. Sæpe)(nunquam.*

Cic Partit. 8. *Amplificatio quanquam habet proprium locum, sæpe etiam primum, postremum quidem fere semper; tamen* cet. Id. III Catil. 10. *Multi sæpe honores diis justi habiti* sunt et debiti, *sed profecto justiores nunquam.*

* 10. *Sæpe numero.*

Cic. senect. 2. *Sæpe numero mirari soleo cum hoc C. Lælio.* Add. id. Rosc. Am. 29 et 41, et id. XVI. ep. 21.

* 11. SALTEM.

Saltem pro *minimum* zum wenigsten rectissime ponitur: pro *tantummodo* non nimis recte. Exemplis non opus est, quæ plurima ubivis sunt.

CAPUT CCXXXVI.

De particula SANE.

* 1. *Sane* pro *certe*, gewißlich, wahrhaftig.

Varro III. R. R. 16. *Vejanis a patre relicta erat parva villa, et agellus non sane major jugero uno.* Cic. Rosc. Am. 23. *Erat sane suspiciosum,* das war freylich bedenklich. Exempla dantur innumerabilia. *Non sane intelligo.* Cic. V. epist. 21.

* 2. *Sane,* in concessione, immerhin, laß es seyn.

Cic. Brut. 84. *Si anguste et exiliter dicere est Atico-*

ticorum, sint sane Attici; sed in comitium veniant. Id. Acad. IV. 2, 26, 27 et 32. Sext. 54, et Provinc. Consul. 7. Sallust. Catil. 52.

* 3. *Sane quam.*

Cic. II. de leg. 10. init. *Concluſa est quidem apte tam magna lex sane quam brevi.* Servius IV. ep. Cic 5. Add. Cic. XI. epist. 13, et II. Quint. fr. 6.

CAPUT CCXXXVII.

De adverbio SATIS.

SATIS non est idem quod *valde*, sed *quod sat est* et *sufficit.* Cic. Orat 63. *Animo istuc satis est, auribus non satis.* Id. I. Philipp. 15. *Mihi fere satis est, quod vixi, vel ad ætatem, vel ad gloriam.* Id. lib. IV. ep. 14. *Satis de rebus nostris, vel etiam nimium multa.*

* 2. *Satis*)(*parum.*

Cic. Orat. 45. *Easdem argutias in tragœdias satis quidem ille acute, sed parum tragice transtulit.* Id. ib. 71, et Quint. 1, et I. Acad. 3, et IX. ep. 16.

* 3. *Satis*)(*nimium.*

Cic. V. fin. 27. *Quod satis est, eo quicquid accesserit, nimium est.*

* 4. *Satis*)(*abunde.*

Livius IV, 22. *Frumentum non necessitati modo satis, sed copiæ quoque abunde ex ante convecto sufficiebat.*

* 5. *Satis*)(*nihil.*

Celsus VI, 6. de imbecill. ocul. *Interdiu satis, noctu nihil cernunt.*

6. *Satis* cum nominibus.

Sæpe cum nominibus jungitur. Cic. Brut. *Cum*

latinis

latinis literis, tum græcis satis eruditus, lateinisch und griechisch gelehrt genug. Id. lib. VI ep. 4. *Satis multa vel plura potius, quam necesse fuit.* Id. I. offic. 8. *Negabat ullam satis magnam pecuniam esse ei, qui in republica princeps vellet esse*, er sagte, es könnte keiner Gelds gnug haben, der in der Gemeine der Vornehmste seyn wollte. Id. III. offic. 14. *Homo nec inficetus et satis literatus.*

7. Interdum tanquam nomen neutrius generis genitivum assumit. Unde illa: *Satis erit signi: Satis temporis non habui: Satis ingenii: Satis doctrinæ.* (Atque hæc est ordinaria et legitima ratio. Reperitur tamen etiam cum nominativo vel accusativo substantivi, ut ap. Cic. Att. XII, 50. *Satis consilium:* quod tamen non facile imitandum, præsertim in prosa. v. Burm. ad Ovid Heroid. XI, 36. et Virg. Aen. III, 348. Cort. ad Sall. Cat. 58, 9.)

8. *Satis* cum verbis et adverbiis

Sæpe etiam cum verbis et adverbis copulatur. Cic. Att. X. *Satis mirari non queo hominis negligentiam.* Id. lib. XII. ep. 9. *Non satis occurrit, quid scribam.* Id. II. Acad. *Non satis intelligebam*, ich verstunde es nicht genug. Id. I. Nat. Deor. 26. *Sed cum agellus eum non satis aleret, ut opinor, ludi magister fuit*, weil sein Aeckerlein zur Unterhaltung nicht zulangte, weil er sich davon nicht ernehren konnte, so ist er ein Schulmeister worden. Id. Rosc. Am. 12. *Quem pro dignitate ne laudare quidem quisquam satis commode posset*, den niemand genug loben könnte.

** 9. *Satis, cur.* Livius lib. II. *Id satis consuli visum, cur pro victo relinqueret hostem.* Ellipsis est nominis *causæ*: Ursache genug warum.

10. *Satis superque.*

Satis superque est *satis et plus quam satis.* Cic. II. Nat. Deor. 1. *Contra Epicurum satis superque dictum est*, es ist mehr als genug. Id. Rosc. Com. 5. *Satis superque se habere dicit, quod sibi ab arbitro tribuatur*, übrig genug, nur zu viel. Id. de Orat. *Satis superque prudentes sunt, qui* cet. Id. I. de Orat. 47. *Mihi videtur satis superque istorum studiis, si modo sunt studiosi, esse factum.* †

* 11. *Satisne salvæ.* (et *recte.*)

Satisne salvæ erat formula de statu alicujus quærendi. Terent. Eunuch. V, 6. *Quid est? quid trepidas? satisne salvæ?* Add. Id. Phorm. V, 1. Livius I, 58, et III, 26, et XL, 8. (Similiter dicitur *satisne recte* ap. Ter. Andr. IV, 5. item melius et lenius *satin salvæ* etc.

CAPUT CCXXXVIII.

De adverbio SCILICET.

SCILICET dictum quasi *scire licet.* Usurpatur pro *certe* aut *videlicet*, ja freylich, es versteht sich, ist gut zu gedenken. Cic. X. ep. 26. *Scilicet id agitur, utrum hac petitione, an proxime, prætor fias.* Id. Mil. 18. *Me scilicet latronem ac sicarium abjecti homines ac perditi designabant.* †† Id. Att. IV, 6. *De Lentulo scilicet sic fero, ut debeo.* Ib. IV, 6. *Si taceo,*

† Interdum *satis superque* genitivum habet. Livius XXV, 32. *Spes erat satis superque ad id virium esse.* Id. XXVIII, 29. *Satis superque pœnarum habeo.* Id. XLI, 25. *Quo quæque modo gesta sunt, persequi non operæ est, satis superque oneris sustinenti res a populo Romano gestas scribere.*

†† Libri mei omnes habent *videlicet me latronem* et reliqua; non *me scilicet.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0800
DFG

taceo, oppressus et captus existimor; quo dolore esse debeo? quo sum scilicet.

2. *Scilicet* per ironiam.

Non raro usurpatur per ironiam. Cic. Rab. Per. 5. *Scilicet tibi graviorem dolorem patrui tui mors attulit, quam C. Graccho fratris.* Id. IV. Verr. 58. *Consumetur, inquis, scilicet expectemus legitimum illud quinquennium.* Id. Att. XIII, 34. ex Terent. *Id populus curat scilicet,* ja hinter sich.

(3. *Scilicet* pro *scito, scias licet.*)

Exquisitior usus hujus particulæ est, cum dicitur pro, *scito, scias, quod attinet ad,* ex quo genere quædam sunt etiam n. 1. Cic. Q. Fr. II, 8. *illud scilicet; cœnabis, cum veneris.* Id. IX. ep. 6. *est igitur adventus scilicet Cæsaris in exspectatione.* ibid. 21. *privatas causas et eas tenues agimus subtilius, capitis aut famæ scilicet, ornatius;* i. e. quod autem attinet ad causas capitis. v. plura ap. Gronov. Obs. III, 9. Atque hinc etiam infinitivo jungitur. v. Cort. ad Sall. Jug. 113.

(4. *Scilicet* in principio explicandi.)

Priori rationi similis est illa, cum *scilicet* dicitur in principio rationis reddendæ, demonstrationis explicandæ etc. ut in illo Ovidiano: *Scilicet, ut fulvum spectatur in ignibus aurum etc.* add. Trist. V, 3, 25. 5, 49.

CAPUT CCXXXIX.

De præpositione SECUNDUM.

Præpositio *secundum,* a *secus* vel *sequor* ducta est. Est autem *juxta* vel *præter.* Cic. Att. XVI, 8. *An iret ad tres legiones Macedonicas, quæ iter secundum*

mare superum faciunt, neben dem Venedischen Meere. Ibid. VIII, 19. *Scribis, te si secundum mare ad me ire Cæsar cœpisset, confestim in Samnium ad me venturum.* * Add. Cæs. II. B. G. 18, et B. C. III, 30.

2. *Secundum* pro *post*.

Plerumque pro *post* usurpatur. Cic. Att. III, 12. *Spem ostendis secundum comitia*, gleich nach dem Reichstage. Id. I. de Orat. 92. *Sed opinor secundum hunc diem*, nach diesem Tag. Id. in Vatin. 6. *Secundum ea quæro, servarisne in eo fidem*, nach diesem frage ich weiter. Id. Act. I. Verr. 11. *Tua ratio est, ut secundum binos ludos mihi respondere incipias: mea, ut ante primos ludos comparem.*

3. *Secundum* pro *secundo loco*.

Sæpe *secundum* usurpatur pro *post*, id est, *secundo loco*. Cic. III. Orat. 58. *In actione secundum vocem vultus valet*, id est, primas vox tenet, secundas vultus, die Stimme ist das vornehmste, hat den Vorzug: hernach sind die Minen. Id. II. off. 3. *Secundum Deum homines hominibus maxime utiles esse possunt*, nächst Gott. Id. Acad. IV, 4. *Aristoni et Dioni, secundum fratrem, Antiochus plurimum tribuebat.* Id. Att. XII, 16. *Secundum te nihil est mihi amicius solitudine*, nach dir ist mir nichts so lieb als die Einsamkeit.

** 4. *Secundum* in hujusmodi formulis declarat *secundum aliquem judicare, litem* seu *judicium dare*, einem die Sache zusprechen: *Secundum causam alicujus disputare.* (Cic. Att. IV, 2.) Vall. II. eleg. 46. Linac. lib. I. p. 72. Schor. in Phras. et Schopp. in observ. Sic *judicare secundum absentem pro præsente*, est judicare pro absente, ac si præsens esset, Hadrian.

** 5. *Se-*

** 5. *Secundum* pro *in* (et *per*.) Vall. et Lin. d. l. Cic. II. de Divin. 66. *Secundum quietem visus ei dicitur draco*, pro *in quiete*, quod alibi dixerat. Div. I, 25. Im Traume, im Schlafe.† Tac. IV. hist. ubi de Serapide. Val. Max. I, 7. Macrob. I. Sat. 11, et Lactant. II, 8. in historia Atinii seu Annii: Ammian. lib. 31. non longe ab initio, aliique, *per quietem* dixerunt.

* 6. *Secundum* pro *ex præscripto*, convenienter.

Cic. III. off. 5. *Societas maxime est secundum naturam humani generis*, id est, convenit et accomodata est naturæ. (add. Acad. I, 10.)

CAPUT CCXL.

De adverbio SECUS.

SECUS idem est, quod *aliter*. Cic. Brut. 85. *Nemo dicet secus*. Id. VI. ep. 4. *Etsi id ipsum videatur secus*. * Add. Att. VI, 1. et VII, 3.

2. *Secus* pro *male*: in malam partem.

Interdum negandi vim habet. Cic. Pis. 28. *Recte, an secus, nihil ad nos*. Id. III. fin. 13. *Nobis aliter videtur, recte secusne, postea* cet. ††. Idem Att. I. pen. *Affirmat a se nihil cuiquam de te secus esse dictum*. Id. III. ep. 6. *De tuo in me animo iniquis secus existimandi videris nonnihil loci dedisse*. * Add. id. IV. fin. 21, et VI. ep. 22.

3. *Secus ac, acsi, atque, quam*.

Sæpe adsciscit *ac, acsi, atque, quam*. Cic. Planc. 1. *Planci ego salutem non secus ac meam tueri debeo*. Id. Mur. 4. *Tecum agam non secus, acsi meus esses*

† i. e. post quietem s. partem quietis. (immo, dum quiescit.)
†† In his duobus exemplis *secus* significare puto idem, quod *contra*; nam opponitur verbo præcedenti eodem plane modo.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0803
DFG

frater. Id. Orat. 14. *Dicendum est aliquando secus, atque in tradenda arte dici solet.* Idem Att. VI, 2. *Mihi autem erit maximæ curæ, ne quid fiat secus, quam volumus, quam oportet,* anders, als wir wünschen und es seyn soll. Id. Orat. 20. *Ab his non multo secus, quam a Poëtis, hæc eloquentia, quam quærimus, revocanda est.*

4. *Admonitio.*

Non secus ac usurpatur insequente consonante: *Non secus atque* insequente vocali. *Non secus quam,* cum consonante, tum vocali sequente. Lege *ac* et *atque.*

* 5. *Haud secus quam &c.*

Livius II, 30. *Volsci haud secus, quam si in insidias incidissent, turbati vertunt terga.* Id. XXII, 53. XLV, 28. III, 23, et XLII, 13. Plaut. Rud. II, 3.

*6. *Haud secus quam* pro *secus quam si.*

Livius VIII, 8. *Triarii sub vexillis considebant, hastas subrecta cuspide in terra fixas, haud secus quam vallo septa inhorreret acies, tenentes.*

* 7. *Multo secus. Longe secus.*

Cic. IX. ep. 11. *Id ego suspicari cœpi ex tuis literis aut hoc ipsum esse, aut non multo secus.* Id. Mil. 10. *Milo fit obviam Clodio ante fundum ejus, hora fere undecima, aut non multo secus.* Add. id. IV. ep. 9, et Planc. 12. Id. II. Orat. 90. princ. *Ista esse concedam, quae sunt longe secus.*

CAPUT CCXLI.

De conjunctione SED.

1. SED adversatur. Interdum abrumpit orationem. Cic. Acad. IV, 17. *Sed id omittamus.* (inter-

(interdum contra continuat, v. Cort. Sall. Cat. 43, 2.)

2. *Sed tamen* per pleonasmum. Cic. Marc. 3, et 4.

3. *Sed tamen* post parenthesin. Cic. IX. ep. 16. etc. (Or. II, 90. III, 12. etc.)

4. *Sed* post parenthesin. Cic. off. I, 30. et Milon. 27, et 36.

(5. *Sed* pro *sed etiam* sæpe, inprimis apud Tacitum. Sic etiam Sall. Cat. 18, 7. ubi v. Corr.)

CAPUT CCXLII.

I. SEMEL, einmal.

Cic. off. III, 15. *Non plus quam semel eloquatur*, er sage es nur einmal.

2. *Semel*, mit einem Worte.

Cic. off III, 15. *Scævola quum postulasset, ut sibi fundus, cujus emtor erat, semel indicaretur*, rund weg, ohne was vorzuschlagen. Est eadem vis ejusdem vocabuli. Sed germani non ita loquuntur. Hoc exemplum non differt a priori, estque de eadem re. Sermo est de venditore et emtore. Venditor *semel* debet pretium indicare, emtor *semel* eloqui. Der Käufer soll nicht handeln, sondern gleich sagen, was er geben will, sie sollen nicht bieten, und wieder bieten.

CAPUT CCXLIII.

De conjunctione SI.

1. *Si* postpositum.

SI eleganter, pronominibus præcipue, postponitur. Cic. Orat. *Hoc nos si facere velimus.* Id. VII. ep. 17. *Tantum moneo, hoc tempus si amiseris,*

ris, te esse nullum unquam magis idoneum reperturum. Ib. XIV, 22. *Nos quotidie tabellarios vestros expectamus, qui si venerint, fortasse erimus certiores, quid nobis faciendum sit.* Id. Quint. 15. *Pecuniam si cuipiam fortuna ademit, aut si alicujus eripuit injuria, tamen dum existimatio est integra, facile consolatur honestas egestatem.* (Sed id non fit promiscue, sed cum nomen vel pronomen præponitur, efficacia orationis postulat.)

* 2. *Si* servit correctioni.

Cic. XI. ep. 8. *Romæ delectus habetur totaque in Italia, si hic delectus appellandus est, cum ultro se offerunt omnes.* Id. Rosc. Am. 46. Id. ep. IX, 17. V, 2.

* 3. *Si* in rogando, in monendo.

Cic. XVI. ep. 14. *Si me diligis, excita ex somno tuas literas humanitatemque.* Ib. V, 11. *De Dionysio, si me amas, confice.* Id. II. epist. Qu. fr. 1.

* Sic in monendo. Cic. II. ep. 18. *Sed si me audies, vitabis inimicitias.* Ib. VII, 17.

4. *Si quæris.*

Si quæris usurpari solet in iis rebus, quas scire ad eum, quicum agimus, non magnopere pertinet. † Cic. III. offic. 20. *Ea res, si quæris, magno*

† *Si quæris* nobis videtur idem esse, quod *quoniam scire cupis*, seu *quoniam hoc quoque cognoscere voles, si forte plura scire cupias*, so du noch mehr wissen willst. Nam fere ibi ponitur, ubi lector plura vel majora requisiturus esse videatur. Cic. IV. Att. 16. *Scaurum Triarius reum fecit. Si quæris, nulla est magnopere commota συμπαθεια.* Id. I. Att. 10. *Tertius est Catulus; Quartus, si etiam hoc quæris, Hortensius*, so du auch dieses wissen willst, so du auch darnach fragen wirst. Alibi Cicero similem locutionem adhibet: *Noli quærere.* IV. epist. 4. *Fecerat hoc senatus, ut cum a Pisone mentio esset facta de Marcello, cunctus consurgeret, et ad Cæsarem supplex accederet. Noli quærere, ita mihi pulcer hic dies visus est, ut speciem aliquam viderer quasi reviviscentis reipublicæ.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0806
DFG

gno ei honori fuit, dieſe Sache iſt ihm, wenn du es zu wiſſen begehreſt, zu groſſen Ehren gediehen.

* 5. *Si quid velis* eſt formula proficiſcentium, qui rogant, num quid literarum (aut mandatorum) dare velint. Cic. XI. ep. 8. *Eo tempore Polla tua miſit ad me, ut ad te, ſi quid vellem, darem literarum, quum quid ſcriberem, non habebam.* Cic. III, ep. 9, 6. *Quod te rogant fere omnes, ſi quid velis.* (Proficiſcentes dicunt *numquid vis?* atque omnino abeuntes ab aliquo, ut ſæpe apud Terentium. Nos: haben ſie noch etwas zu befehlen? *Si quid vis?* eſt, wenn ſie etwas zu befehlen haben, modus et tempus pendet a contextu.)

Id. VII. ep. 1. *Omnino, ſi quæris, ludi apparatiſſimi, ſed non tui ſtomachi*, überhaupt davon zu reden, waren es allerdings prächtige Spiele, aber nicht nach deinem gôut. *Add. Id. Att. XIV, 25. et XIII, 50.

* Dicunt etiam *ſi quærimus, ſi quæritis.* Cic. ſenect. 18. *Sunt moroſi, et anxii et iracundi, et difficiles ſenes, ſi quærimus, etiam avari.* Idem II. Orat. 62. *Et, ſi quæritis, is, qui appellatur dicax, hoc genere maxime excellit.*

* 6. *Si*

publicæ. Cui quidem locutioni par eſſe videtur illa: *Ne forte quæras.* Cic. II. Att. 18. *His ex rebus non ſpes, ſed dolor eſt major, cum videas voluntatem civitatis ſolutam, virtutem alligatam. Ac, ne forte quæras de ſingulis rebus, univerſa res eo eſt deducta, ſpes ut nulla ſit, aliquando magiſtratus fore liberos.* Alibi Cicero dicit *quid quæris?* lib. V. Att. 20. Illud hic addendum videtur, formulam *ſi quæris* aliquod vocabulum deſiderare videri. Cicero ſaltem addit aliquando *verum*, die eigentliche Beſchaffenheit der Sache. XII. epiſt. 8. *Spem omnem in D. Bruto et Planco habemus. Si verum quæris, in te et in meo Bruto non ſolum ad præſens perfugium -- Sed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis.* (Plerisque in locis nihil in formula *quid quæris?* eſt quam adſeveratio, ut ſit *profecto, utique.*

* 6. *Si* in asseverationibus.

Cic. XI. ep. 15. *Moriar, si præter te quenquam reliquum habeo.* Cæl. VIII. ep. 15. Brut. XI. ep. 23. Ter. Eunuch. V, 2. Cic. VIII. Att. 6. Ib. V, 20.

7. *Si diis placet,* indignantis.

Si diis placet, indignantis est. Cic. III. Orat. 24. *Etiam latini, si diis placet, hoc biennio dicendi magistri extiterunt.* Id. V. Tusc. 10. *Qua gloria commotus Epicurus exoritur, cui etiam, si diis placet, videtur semper sapiens beatus.* Id. Flacc. 38. *Nimiae pietatis et summi amoris in patriam nos pœnas, si diis placet, sufferamus.* *Add. Id. Rosc. Am. 36.

* 8. *Si* otiosum.

Si apud latinos sæpe ibi ponitur, ubi germanica lingua id minus facile concoquit. Sed nunquam frustra positum esse, facile intellexeris, si attenderis et indolem linguæ et naturam rerum, ad quas accommodatur. Cic. V. Verr. 25. *Iste, quasi praeda sibi advecta, non praedonibus captis, si qui senes aut deformes erant, eos in hostium numero ducit: qui aliquid formae, aetatis, artificiique habebant, abducit omnes,* eben als ob ihm eine Beute, und keine gefangene Räuber zugeführet worden wären, hält nur die für Feinde, welche alt oder garstig waren. Id. Sext. 66. *Si qui voluptatibus ducuntur, missos faciant honores, ne attingant rempublicam,* die, welche den Wollüsten ergeben sind, lassen die Ehren-Aemter fahren, und enthalten sich von den Geschäften des gemeinen Wesens. Id. II. Catil. 21. Arch. 3. Paradox. I, 2. Huc refer illud Livii VI, 26. *Bellum eo, sicubi est, avertatis precamur,* daß ihr den Krieg dahin ziehet, wo er ist (seyn mag.)

9. *Si*

9. *Si qui* interdum pro *quicunque.*

Cic. Arch. 6. *Quære argumenta, si qua potes.* Et mox: *Caeteros pudeat, si qui ita se literis abdiderunt, ut nihil possint ex his ad communem afferre usum.*

– * 10. *Si* omissum.

** D.P. *Si* in ἐλλείψει Weitz. ad Terent. p. 618, 656. Eunuch. A. II, 2. *Negat quis, nego.* Virg. VI. Aen. 30. *Tu quoque magnam partem opere in tanto, sineret dolor, Icare, haberes,* pro *si sineret.* Linac. libr. VI. pag. 429. Lege *absque eo esset.*

11. *Si* pro *quandoquidem.* *vel *quum.*

Conjunctio *si*, ut *a* vulgato usu discedamus,† interdum usurpatur pro *quandoquidem.* Terent. Andr. I, 5. *Si te in germani fratris dilexi loco.* Virg. VI. Aen. *Si fratrem Pollux alterna morte redemit.* Cic. I. Catil. 3. *Si illustrantur, si erumpunt omnia,* dieweil, sintemal. *Pollio X. ep. 32. Cic. III. Catil. 12. *Si caeteris* cet. Id. XI. ep. 5.

12. *Si-ergo et* pro *profecto etiam.*

Seneca epist. 106. *Si affectus corpora sunt et morbi animorum-ergo et malitia.*

* 13. *Si-iccirco. Si-tum jam.*

Cic. II. offic. 22. *Nec si plures sunt ii, quibus improbe datum est, quam illi, quibus injuste ademtum est; iccirco plus etiam valent.* Lege supra *non.*

14. *Si-non ideo.*

Senec. Benef. V, 5. *Fortuna si cui obstitit quominus referret gratiam: non ideo illi tanquam victo erubescendum est.*

15. *Si*

† Usum vulgatum auctor appellare videtur eum, quo conditionem significat, nec quicquam adjunctum habet, quod latinæ linguæ proprium et decorum sit.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0809
DFG

15. *Si* pro *an*.

Si pro *an* rarum est. Cic. II. de Orat. 70. *Accusator, vide, inquit, Scaure, mortuus rapitur, si potes esse possessor.* Id. II. Divin. 34. *Dicito, si pascuntur aves.*

* *Si* pro *an* multis in locis ponitur, sed multo pluribus in locis est *an*, quam *si*. Vide, si placet, Cæsarem B. G. II, 6, et I, 8. Cic. XV. ep. I. Liv. I, 57. XIX, 25. XXXIX, 50. Cæs. Bell. Gall. VI, 37. et VII, 20. Celsum præfat.

Sic in formula vulgari *si quid velit*, ob er was zu bestellen habe. Cic. III. ep. 9, 6. v. n. 5.

16. *Admonitio.*

Velim scire, nescio, haud scio, quæro, dubito, et alia ejusmodi, nisi præcedat negatio, pro *si* requirunt *an, ne, utrum, numquid.* Cic. XIII. ep. 1. *Nescio, an ignoscendum sit huic.* Id. V. fin. *Quod, haud scio, an recte dixerim.* Id. XI. ep. 26. *Ille vero te putabat esse quæsiturum, unum cælum esset, an innumerabilia.* Id. V. Att. 6. *Dubito Romane sis, an jam profectus.* Lege *utrum* et *num.*

** Autori repugnat Livius XXIX, 25. *Postea-quam convenerunt, primum ab iis quæsivit, si aquam hominibus jumentisque in totidem dies, quot frumentum, inposuissent. Ubi responderunt, aquam dierum quinque et quadraginta in navibus esse, tum dixit militibus, ut* cet. Sed cave, hoc imiteris.

** 17. *Si* pro *ô si.*

D. *Si*, idem quod *ô si* pro *utinam*, optantis est εἰθε. Virg. VI. Aen. 187. *Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus ostendat nemore in tanto.* Pontan. ibi.

** 18. *Si*

** 18. *Si* pro *sive.*

** D. *Si* pro *sive.* Plaut. Curc. I, 1. *Si media nox est, sive est prima vespera.* Ita in illa formula precum et sacrorum, quæ ignoto Numini fiebat. *Si Deo, si Deæ,* apud Gellium II, 28. Add. H. Seph. Taubm. ad Plaut. p. 307, 908, 1242. Brisson. I. form. p. 54.

19. *Si* pro *etiamsi.*

Interdum pro *etiamsi.* Terent. Eunuch. I, 1. *Redeam? non, si me obsecret.* Plaut. Merc. IV, 2. *Decem si vocasset ad cœnam summos viros, nimium obsonavit.* Cic. Quint. 25. *Et me hercule, si Roscius nihil diceret, tacito ipso officio quemvis commoveret.* *Add. id. III. Att. 24. (v. Græv. ad Cic. XII. ep. 2. Hotom. ad Cic. Rosc. Am. 43.)

20. *Si* obschon cum *tamen.*

Nonnunquam adsciscit *tamen.* Cic. senect. 11. *Quæ si exequi nequirem; tamen me lectulus meus oblectaret ea ipsa cogitantem.* * Add. id. ep. XIII, 4. IV, 9. et III. off. 8. extr.

*21. *Si* cum *certe tamen.*

Cic. III. Orat. 6. *Sed si hoc quoque videtur esse altius, quam ut id nos humi strati suspicere possimus; illud certe tamen, quod amplexi sumus, quod profitemur, quod suscepimus, nosse et tenere debemus.*

* 22. *Si tamen.*

Cic. Dom. 29. *Quaero, si aut negasses, aut tacuisses, si tamen id XXX curiae jussissent, num id jussum esset ratum?* Columell. II, 13. II, 14. III, 11. Celsus VI, 16.

* 23. *Si* wenn - *tamen,* vel *tamenne.*

Cic. Mil. 20. *Si hæc non gesta audiretis, sed picta videre-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0811
DFG

videretis, tamen appareret, uter esset insidiator. Id. II. Orat. 78. Rosc. Com. 13. extr. IV. Verr. 23. Cic. Flacc. 9. *Quid si testium studium cum accusatore sociatum est, tamenne isti testes habebuntur?* Id. Dom. 20. *Quid si per vim tulisti, tamenne lex est?* ibid. 31. II. Agr. 28, 29.

24. *Si* cum *profecto, vero, certe.*

Nonnunquam adsciscit *profecto*, aut aliquid ejusmodi. Cic. de univ. *Atqui si pulcer est hic mundus, si probus artifex; profecto speciem aeternitatis imitari voluit.* *Add. Id. Mil. 2. et 25. it. Orat. 43. extr. Cic. VII. ep. 34. *Occupationes si, ut volumus, exceperimus; ego vero multam salutem et foro dicam et curiae.* Add. Id. Muren. 4. II. Att. 16. *Si ullae res est, quae bonorum animos vehementius possit incendere; haec certe est*, ist etwas, das redliche Leute feurig machet, so ist es gewißlich dieses. Add Id. III. Att. 15. X, 14. et V. ep. 16. Sen. de Consol. I, 6. *Invitus sanatur, et si remedia ne coactus quidem recipit, interim certe, dum non potest, nolenti similis est.*

* 25. *Si quidem certe.*

Cic. Balb. 27. *Si certorum hominum mentes nulla ratione placare possumus, Judices; vestros quidem animos certe confidimus humanitate vestra esse placatos.*

* 26 *Si scilicet*, vel *nimirum*, vel *nempe.*

Cic. I. Q. fr. 4. *Si relevare potes communem casum misericordia hominum: scilicet incredibile quiddam assequeris.* Muren. 15. *Si diligenter quid Mithridates potuerit et quid effecerit, consideraris; omnibus regibus, cum quibus populus Romanus bellum gessit, hunc regem nimirum antepones.* Flacc. 37. *Si Flacidius dat tantam pecuniam Flacco, nempe iccirco dat, ut rata sit emtio.*

* 27. *Si-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0812
DFG

* 27. *Si-fortasse.*

Cic. II. Orat. 2. *Si ex scriptis cognosci ipsi suis potuissent, minus hoc fortasse mihi esse putassem laborandum.*

* 28. *Si-quanto,* vel *quid,* vel *utrum.*

Cic. Manil. 6. *Si propter socios nulla ipsi injuria lacessiti majores vestri cum Antiocho bella gesserunt; quanto vos studio convenit injuriis provocatos sociorum salutem defendere.* Id. Mil. 34. II. Philipp. 46. Parad. VI, 3. Id. XIV. ep. 1. *Si nos premet eadem fortuna: quid puero misero fiet?* III. Att. 15. Brut. 1. Cæl. 20. extr. ibid. *Cum hac muliere si quis adolescens forte fuerit, utrum hic tibi Herenni, adulter, an amator videatur?* Id. III. Verr. 4.

* 29. *Si-etiamne,* vel *quam.*

Cic. Rab. Post. 11. *Age si is, qui non dixit, solet: etiamne is solet, qui laudavit?* Id. III. Philipp. 11. Tacitus IV. hist. 58, 3.

Cic. Sull. 8. *Si tibi nos peregrini videmur, quorum jam et nomen et honos inveteravit huic urbi: quam tibi illos competitores tuos peregrinos videri necesse erit, qui jam ex tota Italia delecti tecum de honore contendunt!*

* 30. *Si-an* vel *nonne,* vel *num* vel *ne.*

Cic. II. Nat. D. 18. *Sed si hæc non videtis, quia nunquam illum eruditum pulverem attigistis: an ne hoc quidem physici intelligere potuistis, hanc æqualitatem motus constantiamque ordinum in alia figura non potuisse servari?* Ibid. II, 7. *Tantam varietatem pulcritudinemque rerum cœlestium si tuum, ac non Deorum domicilium putes, nonne plane despere videare?* Id. IV. Acad. 45. V. Verr. 58. et Cluent. 26. Id. I. leg. 15. *Si omnes Athenienses delectarentur tyran-*

nicis legibus, num iccirco hæ leges justæ haberentur! Id. II. Orat. 5. I. Divin. 14, et Planc. 7. Id. XII. Phil. 12. *Hæc quoque pericula tanta si effugero, satisne tutum reditum putatis fore?* Id. Dom. 51.

* 31. *Si-cur*, vel *quomodo.*

Cic. VII. Att. 3. *Si respublica defenditur, cur ea, consule isto ipso, defensa non est?* Id. IV. Catil. 1. II. Philipp. 23. Cæsar IV. B. G. 6. Cic. III. Att. 15. *Si tu incolumis me requiris; quomodo ad me ipsam incolumitatem desiderari putas?* Id. IV. Acad. 8.

* 32. *Si-en.*

Livius VIII, 4. *Si quem hoc dicere metus prohibet; en ego ipse profiteor me dicturum.*

* 22. *Si-statim*, vel *celeriter*, vel *continuo*, vel *protinus.*

Cic. V. Verr. 71. *Si ullum locum aperuerimus suspicioni, aut crimini, accipiendum est statim vulnus.* Colum. XII, 50. Cic. Cæcin. 2. Livius III, 36, et XXVIII, 27. Colum. XII. cap. 5. *Olea distringenda erit et statim exprimenda, nam si reposita in tabulatum fuerit, celeriter concalescet.* Plaut. Rud. IV, 4. *Si ostendero: continuo hunc noviſſe dicent scilicet.* Cic. V. fin. 15. Celsus V, 26. *Si late plaga non patet, imponi protinus emplastrum debet.* Id. III, 9, 10.

* 34. *Si-tum*, vel *tum denique*, vel *tum demum.*

Cic. X. ep. 6. *Hæc si et ages et senties, tum eris non modo consul et consularis, sed magnus etiam consul et consularis.* Id. IV. Att. 2, et Parad. IV, 1. Id. I. fin. 19. *Sensus si omnes veri erunt, tum denique poterit aliquid cognosci et percipi.* Id. II. Verr. 58, et Cæl. 8. Celsus III, 21. *Si sine febre æger est, tum demum ad ea veniendum est, quæ ipsi morbo mederi solent.* Id. III, 18.

* 35. *Si-*

* 35. *Si-jam.*

Livius III, 68. *Ante portas est bellum: si inde non pellitur, jam intra mœnia erit.* Cic. Planc. VI.

* 36. *Si-tunc*, vel *tunc demum.*

Cic. III. off. 8. *Si cum animum attenderis, turpitudinem videas adjunctam ei rei, quæ speciem utilitatis attulerit; tunc utilitas non requirenda est.* Varro VIII. L. L. 49. Colum. XII, 52. Celsus III, 6. *Si qua nota est, tunc demum dare potui calidam aquam oportet*, wenn einiges Merkmal da ist, so dann muß man warm Wasser zu trinken geben.

* 37. *Si-proximum est, ut.*

Celsus II, 7. *Si sanguis aut calor abundat: proximum est, ut aliqua parte profluvium sanguinis fiat.*

* 38. *Si-; -, verum.*

Cic. Cæcin. 1. *Si quantum in locis desertis audacia potest, tantum in judiciis impudentia valeret, non minus in causa cederet A. Cecinna S. Ebutii impudentiæ, quam tum in vi facienda cessit audaciæ: verum illud considerati hominis putavit, qua de re jure decertari oporteret, armis non contendere.*

* 39. *Si-, -: cum vero.*

Cic. Mur. 3. *Si largitionem factam esse confiterer, idque recte factum esse defenderem; facerem improbe: cum vero nihil contra legem commissum esse defendam; quid est, quod meam defensionem latio legis impediat?* Id. I. Verr. 18. *Si plurimas a tuo prætore injurias accepisses, tamen eas ferendo majorem laudem, quam ulciscendo mererere: cum vero nullum illius in vita rectius factum sit, quam id, quam tu injuriam appellas, hi statuent*, cet. Id. ib. 19, et II. Verr. 40. et XV. ep. 21.

* Interdum omisso *vero*, solum *cum* ponitur.

Cic. II. off. 12. *Id si ab uno bono et justo viro consequebantur, eo erant contenti: cum id minus contingeret, leges sunt inventæ.*

* 40. *Si-,-: sed cum.*

Cic. II. Orat. 42. *Si ego omnem vim oratoris in argumentis et in re ipsa per se comprobanda posuissem, tempus esset jam de ordine argumentorum et de collocatione aliquid dicere: sed cum tria sint a me proposita, de uno dictum* cet. Id. Flacc. 61. Sull. 6. *Ea si de me uno cogitasset Antronius, nunquam illius lacrymis ac precibus restitissem: sed cum mihi patria veniebat in mentem, tum denique ei resistebam.* Ib. XII. Arusp. 8. VI. ep. 23. Livius XXIV, 8, XLV, 19. (Est idem cum priori te seqq. n. 41. 42. 43.)

* 41. *Si-,-: nunc autem.*

Senec. quæst. natur. VII, 7. *Si ventus in causa esset: nunquam cometes sine vento appareret; nunc autem et quietissimo aëre apparet.*

* 42 *Si-,-: sed.*

Livius XXXVII, 54. *Si aliter socio regi honos haberi nullus posset, nisi liberas civitates ei in servitutem traderetis, esset deliberatio anceps, ne aut regem amicum inhonoratum dimitteretis, aut decederetis instituto vestro: sed ab hac necessitate aut gratiæ in amicum minuendæ, aut gloriæ vestræ egregie vos fortuna vindicat.*

* 43. *Si-,-: vero.*

Cic. II. Qu. fr. 14. *Si, mi Quinte, parva aliqua res esset, in qua scisciterare, quid vellem; tamen, cum tibi permissurus essem, ut faceres, quod velles, ego ipse quid vellem ostenderem. In hac vero re hoc profecto quæris, cujusmodi illum annum, qui sequitur, expectem.* Id. XIII. Philipp. 1. *Proximo bello si aliquid de summa gravitate Pompejus, multum de cupiditate*

ditate Cæsar dimisisset, et pacem stabilem et aliquam rempublicam nobis habere licuisset. Hoc vero quid est? cum Antoniis pax potest esse?

* 44. *Si-at.* †

Livius I, 41. *Si tua, Servi, res subita, consilia torpent, at tu mea sequere.* Id. III, 17. *Si vos urbis, Quirites, si vestri nulla cura tangit, at vos veremini Deos patrios ab hostibus captos.* Cæsar B. G. I, 43. Cic. Prov. Cons. 6.

* 45. *Si-nihilominus.*

Columell. XII, 20. *Hoc si fecerimus, nihilominus defrutum infra tertiam partem vasis consedit.* Justin. XII, 4. Cic. Sext. 9, et X. ep. 11. Cato 39. Celsus III, 12. Sallust. Catill. 16.

* 46. *Si minus* pro *si non.*

Cic. IX. ep. 4. *Tu si minus ad nos, nos accurremus ad te.* Id. XII, 17. *Huic tu libro, maxime velim, ex animo: si minus, gratiæ causa, suffragere.* Id. fat. 10. *Eam declinationem sine causa fieri, si minus verbis, re cogitur confiteri Epicurus.*

47. *Si minus* cum *at, tamen, attamen, certe, at certe, quidem certe.* ††

Si minus pro *si non* jungi solet cum *at, tamen, attamen, certe, at certe.* Cic. VII. Verr. 27. *Eum si minus supplicio affici, at custodiri oportebat,* hätte man ihn nicht das Leben nehmen wollen, so hätte er doch sollen verwahret werden. Id. Clu. 6. *Non timuisti si minus vim deorum hominumque famam, at illam ipsam noctem.* * Add. id. I. Catil. 9. Livius III, 17. Cic. IX. ep. 17. *Si id minus contigerit; tamen non possum eum non diligere.* * Add. Livius II,

† Vide etiam infra n. 70. seqq.

†† Cic. IV. ep. 3. ſ. 4.

44. Cic. Partit. 27, et Aruſp. 14. Cic. II. epiſt. 6. *Habemus noſtram ſuffragationem, ſi minus potentem, at probatam tamen.* * Id. II. Phil. 32. *Celeriter iſti et rediſti, ut Cæſar te, ſi minus fortem, attamen ſtrenuum cognoſceret.* Add. pro Planc. 36.

** P. Cic. XII. Att. 21. *Etſi id non diſſimulationis, ſed potius leniendi et ſanandi animi cauſa facio: tamen ſi mihi minus proficio, ſimulationi certe facio ſatis.* * Id Planc. 41. *Huic, quæ pro mea ſalute fecit, ſi minus profutura ſint, obeſſe certe non oportet.*

* Cic. pro Planc. 12. *Omitto illa, quæ ſi minus neceſſaria ſunt, at certe cum ſint prolata, laudantur.* Id. Sext. 42. *Eadem ratio fuit Sextii, ſi minus in accuſando, at certe in neceſſitate defendendæ ſalutis ſuæ.* Id II. Orat. 16

* Cic. VI. ep. 3, 4. *Et belli exitum video, et ſi id minus, hoc quidem certe,* cet.

* 48. *Si minus. at ſaltem.*

Cic. Piſon. 13. *Credo, ſi minus frequentia ſua veſtrum egreſſum ornando atque celebrando, at ominibus ſaltem bonis ut conſules, non triſtiſſimis, ut hoſtes aut proditores, perſequebantur.*

49 *Si minus* abſolute.

Si minus interdum ſubjicitur, abſoluteque ponitur. Cic. pro Sull. 29. *Conceditis, ut nobis libertatem retinere liceat; ſi minus liceat dignitatem,* daß wir unſere Freyheit behalten dürffen, wenn wir je unſer Anſehen nicht behaupten können. Idem XIII. Att. 1. *Si hortos inſpexeris, dederis mihi, quod ad te ſcribam; ſin minus, ſcribam tamen aliquid,* wo nicht, will ich doch ſonſt etwas ſchreiben. † Add. id. I. Catil. 5, et IV. fin. 10, et ep. IX, 2, et XIV, 5.

50. *Si*

† Hoc exemplum mihi videtur eſſe alienum a propoſito.

50. *Si non* pro *si minus.*

Si non pro *si minus* barbarum non est, si recte adhibeatur. Cic. I. Att. 13. *Novi est in lege hoc: ut, qui numos ex tribu pronunciaverit, si non dederit, impune sit.* Id. XVI. ep 24. *A flamma si non potes omne, partem aliquam velim extorqueas.* Id. de Orat. 28. *Is magnus orator est, si non maximus.* * Add. id. X. ep. 21, et XII. Philipp. 8. (hæc exempla sunt aliena.)

51. *Si non - at, attamen, certe, at certe, at saltem.*

Si non assumit *at, attamen, certe, at certe, at saltem.* Cic. VI. ep. 23. *Eorum desiderium si non æquo animo, at forti feras.* * Add. id. Rosc. Am. 22, et IX. ep. 8. et IV. Verr. 40.

Id. IX. ep. 6. *Cum spe, si non optima, at aliqua tamen vivere,* als daß man entweder stürbe, oder wo nicht der besten, doch einiger Hoffnung lebete. Id. de Orat. 5. *Quam rem si imitari atque exprimere non possumus; attamen qualis esse debeat, poterimus fortasse dicere.* * Add. id. pro Font. 12, et Planc. 24.

Cic. III. Att. 15. *Si non plus ingenio valebas, quam ego; certe timebas minus.* * Add. II. Att. 9, et Mil. 11.

Cic. XV. ep. 15. *Sermo meus tecum, et item mecum tuus adduxit utrumque nostrum ad id consilium, ut uno prælio putaremus, si non totam causam, at certe nostrum judicium definiri convenire.* * Add. id. Mil. 12, et IX. Att. 10, et Cæsar V. B. G. 29. Etiam *si non* adjunctum habet *at certe.* Vid. III. off. 7.

Cic. IX. ep. 8. *Utinam aliquo, si non bono, at saltem certo statu civitatis, hæc inter nos studia exercere possemus.*

* 52. *Si non - quidem,* vel *quidem certe.*

Cic. Quint. 17. *Hæc ille si verbis non audet, re*

quidem vera palam loquitur. Idem Quint. 12. Cic. prov. conſ. 18. *Nonne vobis videor et ultimi temporis recordatione, et proximi memoria, medium illud triſtiſſimum tempus debere, ſi ex rerum natura non poſſem evellere, ex animo quidem certe excidere.*

* 53. *Si non - ſaltem.*

Cic. I. Verr. 36. *Cum ſæpius mater et avia pueri poſtularent, uti, ſi non redderet pecuniam, nec rationem daret, diceret ſaltem, quantum pecuniæ Malleoli deportaſſet: multis efflagitatus aliquando dixit HS decies.* Livius XXXI, 49. extr. XXXVIII, 53.

* 54. *Si non - tamen.*

Cic. XI. Att. 9. *Si me non offendes, ſatis tamen habeto commendatam.* Livius IX, 4. *Erumpere ſi non ſine periculo magno, tamen ſine certa pernicie poterant.* Cic. II. Orat. 51, et II. Tuſc. 1. Livius XLIV, 16.

* 55. *Si non - ne quidem.*

Cic. V. Verr. 64. *Civis Romanus apud te Prætorem ſi non effuginm, ne moram quidem mortis mentione atque uſurpatione civitatis aſſequi potuit?* Livius IV, 44.

Admonitio.

Cum ſequitur *at, certe*, vel aliquid ejusmodi, non uſurpatur *niſi*, ſed *ſi non*, vel *ſi minus*.

* 56. *Si non* pro *niſi*.

Interdum *ſi non* ibi ponitur, ubi etiam *niſi* locum reperiſſet. Cic. III. Verr. 18. *Glebam commoſſet in agro decumano Siciliae nemo, ſi Metellus hanc epiſtolam non miſiſſet.* Id. Roſc. Com. 1. *Scripſiſſet ille, ſi non juſſu hujus expenſum tuliſſet?* Id. II. Agr. 25. *Vident agros ſibi eſſe, ſi non vendiderint, relinquendos.*

67. *Si*

57. *Si maxime*, concedentis.

Si maxime concedentis est. Cic. II. Verr. 68. *Neque enim, si maxime statuae dejectæ essent, eas ego vobis possem jacentes ostendere*, wenn sie schon niedergerissen worden wären. Id. Quint. 10. *Si maxime velim*, wenn ich gleich wollte. *Add. Id. VIII. Att. 3.

*58. *Si maxime - tamen*, vel *attamen.*

Cic. IX. Att. 15. *Quae si maxime meminissem, tamen illius temporis similitudinem jam sequi deberem.* in Cæcil. 9. *Hoc dico, te, si maxime cupias, tamen verum accusatorem esse non posse.* Id. IV. Verr. 42. V. Verr. 8, I. Acad. 4.

(*Huc refer illud Cic. I. Cat. 12. *Quod si invidia mihi maxime impenderet, tamen hoc animo semper fui, ut invidiam virtute partam gloriam, non invidiam putarem.)*

Terent. Eunuch. V, 2. *Si ego digna hac contumelia sum maxime: at tu indignus, qui faceres, tamen.*

* 59. *Si maxime - nihilominus.*

Columell. XII, 50. *Si id maxime verum esset, nihilominus ex pretio viridis olei plus quam multitudine mali contrahitur.*

*60 *Si nihil aliud*, non sequente *certe*, vel *saltem* ut n. sq.

Livius V, 2. *Is si nihil aliud, admoneat collegas.* Videtur omitti hic verbum *faciat*; quod alibi quoque in hac formula desideratur. Add. Id. III. cap. 19. vid. supra in *nihil.*

61. *Si nihil aliud* pro *si non aliud*, cum *saltem, certe, tamen, vix*

Si nihil aliud pro *si non aliud* dici solet. Cic. I. Verr. 58. *Hic venit in judicium, si nihil aliud, saltem ut Verrem videret.* Livius X, 24. *Si nihil aliud ex*

illo certamine tulerit, illud certe laturum, ut, quod populi sit, populus jubeat potius, quam patres gratificentur. Id. XXII, 29. *Si nihil aliud, gratorum certe nobis animorum gloriam dies haec dederit.* *Livius XXX, 12. *Si nihil aliud quam Syphacis uxor fuissem, tamen Numidae atque in eadem mecum Africa geniti, quam alienigenae et externi fidem experiri mallem.* *Cic. Orat. 28. *Hic copiosissimus, si nihil est aliud, vix satis sanus videri solet.* Huc refer illa Livii XLV, 37. *Quantus imperator Aemilius fuerit, si ex alia re nulla aestimari posset, vel hoc satis erat, quod* cet. et Cic. Font. 4. *Quod vos, si nulla alia ex re, ex literis quidem vestris certe scire potuistis.*

** 62. *Si forte.*

** D. *si forte* genus loquendi *graecum, εἰ τύχοι.* Cic. Mil. 38. *Hiccine vir patria natus usquam, nisi in patria morietur, aut, si forte, pro patria?* Muret. XVI. Var. lect. 9. *Cic. Orat. III, 12.

63. *Si quisquam - profecto.*

Si quisquam adsciscit *profecto*, aut aliquid ejusmodi. Cic. XV. ep. 4. *Si quisquam fuit unquam remotus ab inani laude, ego profecto is sum.* *Add. Id. V. fin. 26. Sæpe *profecto* desideratur. Cic. VI. epist. 15. *Si quisquam est timidus in magnis periculosisque rebus, is ego sum.*

* 64. *Si quis est, qui* pro *si quis.*

Cic. Act. I. Verr. 18. *Si quis erit, qui perpetuam orationem accusationemque desideret, altera actione audiet.* Id. Rosc. Am. 29, et III. epist. 8.

* 65. *Si quis - is*, vel *hic*, frequens est.

Cic. I. Qu. fr. 1. *Non hoc nunc contendo, quod fortasse difficile est, mutare animum, et si quid est penitus*

nitus insitum moribus, id subito evellere. Sæpe *is* omittitur. Vid. Cic. IX. epist. 11, et XI. Att. 16. Planc. X. epist. Cic. 8. *Si cui forte videor hominum expectationem de mea voluntate tenuisse suspensam, huic prius excusandum me esse arbitror.*

* 66. Si *quando unquam.*

Livius X, 14. *Fabius equites adhortari jubet, ut, si quando unquam equestri ope adjutam rempublicam meminerint, illo die annitantur, ut ordinis ejus gloriam invictam praestent.* Id. VIII, 4. 6.

* 67. Si *quando - nunc.* Si *quando - tunc.*

Plinius I. ep. 10. *Si quando urbs nostra liberalibus studiis floruit, nunc maxime floret.* Livius III, 53. *Si quando metuendos vos praebituri estis, quum recuperatis magistratibus legibusque vestris, judicia penes vos erunt de capite nostro fortunisque: tunc, ut quaeque causa erit, statuetis.*

* 68. Si *unquam ante alias,*

Livius I, 28. *Si unquam ante alias ullo in bello fuit, quod diis immortalibus gratias ageretis; hesternum id praelium fuit.* Id. XXXI, 7. *Hoc quantum interfit, si unquam ante alias, Punico certe proximo bello experti estis.*

* 69. Si *unquam - tum.* Si - *unquam - hoc tempore.*

Cic. IV. Att. 2. *Si unquam in dicendo fuimus aliquid, aut etiam si unquam alias fuimus, tum profecto doloris magnitudo vim quandam nobis dicendi dedit.* Cic. Flacc. I. *Si unquam respublica consilium, gravitatem, sapientiam judicum imploravit, hoc tempore implorat.*

* 70. Si *quidem* pro *si.*

Quidem cum *si* junctum interdum ejus significationem non immutat, sed tantummodo paulum auget.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0823
DFG

auget. Cic. Planc. 8. *Tui municipes sunt illi quidem splendidissimi homines, sed tamen, pauci, si quidem cum Atinatibus conferantur.* Id. Pis. 10. *Qui latrones igitur, si quidem vos consules?* welche sind denn Mörder, wenn ihr anders Consules seyd?

* 71. *Si quidem - tum.*

Terent. Eunuch. III, 1. *Si quidem me amaret, tum istuc prodesset Gnatho.*

* 72. *Si quidem - non - tamen*, rarissimum est.

Columell. I. præfat. *Ille, quem nos volumus agricolam, si quidem artis consummatae non sit, nec in universa rerum natura sagacitatem Democriti vel Pythagorae fuerit consecutus, et in motibus astrorum ventorumque Metonis providentiam vel Eudoxi: multum tamen profecerit, si usu Tremellios et Stolones nostros aequaverit.*

73. *Si quidem* pro *si tamen.*

Alias distrahitur et significat *si tamen.* Cic. Flacc. 7. *O morem praeclarum, quem a majoribus accepimus: si quidem* (eum) *teneremus*, o ein vortreflicher Gebrauch, wenn wir ihn nur hielten. Id. II. Catil. 4. *O fortunatam rempubl. si quidem hanc sententiam ejecerit.* *Add. Id. Planc. 42, et Paradox. 2, et III. offic. 12.

74. *Si quidem* pro *quandoquidem.*

Si quidem idem est, quod *quandoquidem.* Cic. I. Tusc. 1. *Antiquissimum e doctis genus est poëtarum: si quidem Homerus fuit et Hesiodus ante Romam conditam.* Id. IX. epist. 12. *Gratulor Bajis nostris, si quidem, ut scribis, salubres repente factae sunt.* *Add. Id. Parad. III, 1, et epist. Brut. 15.

* 75. *Si - at si. Si - sed si.*

Columell. II, 13. *Ager ducentorum jugerum subig*

ſubigi poteſt duobus jugis boum, ſi tamen vacet arboribus: at ſi ſit arbuſtum, eundem modum Saſernæ tribus hominibus adjectis aſſeverat probe ſatis excoli. Id. XII, 21. *Ejus defruti ſextarius in duas urnas muſti adjicitur, ſi muſtum ex vineis collinis ſit: ſed ſi ex campeſtribus, tres heminæ adjiciuntur.*

76. Si - *ſin* pro *ſed ſi.*

Sin eſt *ſed ſi*, et ſæpe ponitur poſt *ſi*. Cic. VII. epiſt. 12. *Si plane a nobis deficis, moleſte fero: ſin Panſæ aſſentari commodum eſt, ignoſco.* Id. V. Att. 8. *Tu ſi modo es Romæ, vix enim puto; ſin es, hoc vehementer animadvertas velim.* *Add. id. III. Att. 15. et IV. Catil. 6.

*Hic ſimul conſidera illud exemplum Ciceronis II. Tuſcul. 24. *Si gemitus in dolore ad confirmandum animum valebit, utemur: ſin erit ille gemitus lamentabilis, ſi imbecillus, ſi abjectus, ſi flebilis, ei qui ſe dederit, vix eum virum dixerim.*

77. Si - *ſin autem, ſin minus, ſin aliter.*

Sin cum ſubjicitur, ſæpe adſciſcit *autem*, interdum *minus* aut *aliter*. Cic. X. Att. 6. *Si vir eſſe volet, præclara ſynodia: ſin autem, erimus nos, qui ſolemus.* *Add. Læl. 21, et Parad. VI, 1, et Roſc. Am. 46, et Columell. XII, 3.

Cic. II. Qu. fr. 8. *Si perficiunt, optime: ſin minus, ad noſtrum Jovem revertamur.* *Add. ep. VI, 23, VII, 1, et IX. Att. 18.

Cic. XI. ep. 14. *Id ſi ita eſt, omnia faciliora: ſin aliter, magnum negotium.* *Add. ib. VI, 19. X, 6. et I. Att. 2.

*78. Si, -: *ſin vero.* Si, -: *ſi vero.*

Colum. VII, 3. *Inter autores fere conſtat, primum eſſe admiſſuræ tempus vernum parilibus, ſi ſit*

ovis

ovis matura, sin vero fœta, circa Julium mensem. Cic. X. ep. 11. *Si nudus huc se Antonius conferet, facile mihi videor per me sustinere posse; si vero copiarum aliquid secum adducet, tamen ne quid detrimenti fiat, dabitur opera a me.* Id. in Cæcil. Verr. 18. Varro III. R. R. 16.

* 79. *Si-si minus.*

Livius XXXVIII, 8. *Omnium eo sententiæ decurrerunt, ut pax, si posset, æquis; si minus, tolerandis conditionibus peteretur.* Colum. V, 6. *Si fieri poterit, uno ictu arborem præcidi: si minus, serra desecari, et plagam falce allevari oportebit.* Add. Cic III. Att. 19. IV. Verr. 21. et Livius XXXI, 36. Columell. VII, 4, et XII, 22.

* 80. *Si-si non.*

Cic. VII. ep. 3. *Nunc si hæc civitas est, civis sum ego: si non, exul sum non incommodiore loco, quam si me Rhodum contulissem.* Ib. XIV, 1. V, 19. Livius XXVIII, 29. Cæsar I. B. G. 3.

* Ita *Si-si nihil.* Cic. IV. Att. 13 *Velim si quid forte novi habes, conscribas ad me: Si nihil habebis, tamen scribes aliquid.*

* 81. *Si-si non-tamen.*

Cic. Flacc. 25. *Si licuit, patris pecuniam recte abstulit filius: si non licuit, tamen, illo mortuo, non modo filius, sed quivis heres rectissime potuit auferre.*

* 82. *Si-ni* pro *si-sin minus* malæ notæ est.

Livius VIII, 10. *Si is homo qui devotus est, moritur, probe factum videri: ni moritur, tum signum septem pedes altum in terram defodi, et piaculum hostia cædi.*

*83. *Si-si* pro *si-sin.*

Cic. senect. 19. *Pomarx arboribus, si cruda sunt,*

vi

vi avelluntur; si matura et cocta, decidunt. Id. III. ep. 10. *In quo potui, si te palam odissem, minus quod tibi obesset, facere? si clam, magis aperte inimicus esse.* Id. III off. 9.

* 84. Si-si-sin.

Cic. IV. ep. 2. *Si, quid rectissimum sit, quærimus, perspicuum est: si, quid maxime expediat, obscurum: sin hi sumus, qui profecto esse debemus, non potest esse dubium, quid faciendum nobis sit.* Ib. VI, 2.

* 85. Si-*si*-si pro *si-sin sin.*

Columell. V, 6. *Si læta vitis est, ultimi palmites per cacumina ramorum præcipitentur: si gracilis, trunco proximis: si mediocris, mediis.* Considerate utendum est hoc *si* trigemino. (Enimvero quid impedit, quo minus *si* quantumvis crebro repetatur, si multitudo membrorum desideret?)

* 86. *Sin*, non præcedente *si.*

Cic. II. epist. 10. *Quare, mi Rufe, vigilia primum, ut nobis succedatur: sin id erit, ut scribis, spe serius, illud quod facile est, ne quid mihi temporis prorogetur.* Id. off. I, 15. I, 31. II, 14. et ep. III, 11, et V, 19.

* 87. *Sin autem*, non præcedente *si.*

Cic. I. offic. 34. *Luxuria cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. Sin autem libidinum etiam intemperantia accesserit, ipsa senectus concipit dedecus.* Id. Læl. c. 10. *Sin autem ad adolescentiam perduxissent amicitiam, dirimi tamen interdum dicebat contentione uxoriæ conditionis.* Id. 21. et IV. ep. 1.

* 88. *Sin aliter*, non præcedente *si.*

Cic. ep. Brut. 10. *Velim deinceps meliora sint: sin aliter fuerit, reipublicæ vicem dolebo.*

* 89. *Si-*

* 89. Si-; sin-tum. Si-sin-tum vero.

Cic. VII. Att. 17. *Constitui expectare responsa Cæsaris, ut si ad urbem rediremus, ibi Dionysius non expectaret. Sin tardius id fieret, tum eum arcesseremus.* Rosc. Am. 49 *Si id actum est, fateor, me errasse: sin autem victoria nobilium ornamento reipublicæ debet esse, tum vero optimo et nobilissimo cuique meam orationem gratissimam esse oportet.*

* 90. Sin tum. Sin-tum vero.

Sæpe, cum non anteceſſit *si*, tamen *sin* adsciscit *tum*. Nepos Agesil. 1. *Primus in eo habebatur, qui maximus natu esset ex liberis ejus, qui regnans decessisset. Sin is virilem sexum non reliquisset, tum deligebatur, qui proximus esset propinquitate.* Cic. IX. Att. 2. *Sin, cum potuero, non venero, tum erit inimicus.* Rosc. Am. 47. *Sin autem id actum est, ut homines postremi pecuniis alienis locupletarentur, tum vero in illo bello non recreatus, sed subactus oppressusque est populus Romanus.* Reperitur post *sin* etiam *tunc*. Columell. V, 2. *Sin autem cuneatus ager fuerit, tunc tuas latitudines componemus.* Vid. Id. IX, 8, et 15.

* 91. Si-: sin-tamen.

Cic. IV. epist. 8. *Quod ego facio, tu quoque animum inducas, si sit aliqua respublica, in ea te esse oportere: sin autem nulla sit, hunc tamen aptissimum esse etiam ad exulandum locum.* Add. Id. I. Invent. 45. et Act. I. Verr. 1, et Celsus VI, 6. de pustul. ocul.

* 92. Sin-tamen.

Cic. XIV. ep. 3. *Nos cum venerimus, reliqua per nos agemus. Sin tu jam Roma profecta eris, tamen curabis, ut hoc ita fiat.*

Sin-

Sin - tunc.

Sammonic. 48. *Sin autem calidæ depascent corpora febres, tunc apii succus leni sociatur olivo.*

* 93. Si - tum - : *sin aliter - tum.*

Cic. I. ep. 6. *Hæc si et ages et senties, tum eris magnus consul et consularis: sin aliter, tum in istis amplissimis nominibus honorum non modo dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas.*

* 94. Si - : Sin *minus - tamen.*

Cic. ep. Brut. 16. *Si secuta fuerit, quæ debet, fortuna, gaudebimus omnes: sin minus, ego tamen gaudeo.* Id. V. Att. 4. *Senatus consultum si erit factum, scribes ad me; sin minus, rem tamen conficies.* Ib. XIII, 1. *Si de epistola certiorem me feceris, dederis mihi, quod ad te scribam: sin minus, scribam tamen aliquid.*

* 95. Si - : *sin minus certe.*

Cic. II. Orat. 75. extr. *Omnis cura mea solet in hoc versari semper, si possim, ut boni aliquid efficiam: sin id minus, ut certe ne quid mali.* Interdum additur *at certe.* Aliquando ponitur *si - : si minus certe.* Quintilianus I, 8. *Hendecasyllaba amoveantur, si fieri potest: si minus, certe ad firmius ætatis robur reserventur.*

* 96. Si - : *sin autem - certe.*

Cic. Cluent. 46. *Quodsi hoc exemplum ex re militari ad animadversionem censoriam transferendum fuit, sortitione id ipsum factum esse oportuit: Sin autem hominum delictum fortunæ judicio committere minime censorium est, certe in multorum peccato carpi paucos ad ignominiam non oportet.* Columell. IX, 5. *Si positio repugnabit, nec maxima tamen incommoda congruent, sic quoque magis expedit, et sub oculis domini*

esse apiarium: sin autem cuncta fuerint inimica, certe vicina vallis occupetur cet.

* 97. *Sin-certe.*

Tacitus XVI, 25. *Posse ipso miraculo etiam Neronem permoveri dixerunt. Sin crudelitati insisteret, distingui certe apud posteros memoriam honesti exitus ab ignavia per silentium pereuntium.*

* 98. *Si-; sin-nimirum*, vel *næ.*

Cic. Muren. 4. *Si desinere licet, ego vero libenter desino. Sin autem fuga laboris desidiam coarguit, nimirum hæc causa est ejusmodi, quam industrius deserere non possit.* Font. 6. *Si æqui judicis has partes esse existimatis, ut etc. sin autem in rebus judicandis non minimam partem ad unamquamque rem existimandam sapientiæ judicis tenet; næ multo vestræ majores gravioresque partes sunt ad cogitandum, quam ad dicendum meæ.*

* 99. *Si-: sin-cur. Si-: sin vero.*

Cic. Mur. 14. *Si omnia bella, quæ cum Græcis gessimus, contemnenda sunt, derideatur de rege Pyrrho triumphus Curii: sin hæc bella gravissima, victoriæque eorum bellorum gratissimæ fuerunt; cur Asiaticæ nationes atque ille a te hostis contemnitur?* Id. XIV. ep. 4. *Si nos ad aliquam alicujus commodi aliquando recuperandi spem fortuna reservavit, minus est erratum a nobis: sin hæc mala fixa sunt, ego vero te quamprimum, mea vita, cupio videre.*

* 100. *Sin-at.*

Livius X, 26. *Sin collega quid aliud malit; at sibi L. Volumnium darent adjutorem.*

(*Admonitio.*)

Nimis diligens fuisse videtur doctiss. Schwarzius in

in colligendis diversis particulis, quæ in consequentibus post antecedens cœptum a *si* reperiuntur. Nam in iis sunt haud dubie, quæ proprie nullam conjunctionem cum particula *si* habent: cujus generis tamen proprie debebant solæ afferri. Etenim si quæcunque in consequenti particulæ reperiuntur, eæ statim periculiarem aliquem usum τῦ *si* efficiant, age etiam cum *si* conjungetur *quis:* quia Cicero dixit Phil. III, 6. *Nam si ille Consul, fustuarium meruerunt legiones - - sin autem militibus exquirendi sunt honores novi - ducibus autem ne referri quidem potest gratia: quis est qui eum hostem non existimet etc.* et similiter cum multis aliis verbis. Ceterum nolui mihi hoc sumere in alienum laborem, ut aliquid resecarem, et puto non inutilem esse studiosis lectionem eorum, quæ congesta sunt, ad perspiciendam rationem struendæ orationis in istis generibus, præsertim argumentationibus.

CAPUT CCXLIV.

De adverbio SIC et SICUT.

*1. *Sic* affirmantis et in responsione, et extra eam.

Terent. Phorm. II, 2. *Itane ais, Phænium relictum solam?* GE. *Sic.* Id. Heaut. III, 2. *Hæc mulier est forma luculenta.* Ch. *sic satis.* Senec. ep. 10. *Sic est, non muto sententiam.*

2, *Sic sum* pro *ita factus sum.*

Sic sum pro *sic factus sum* eleganter dicitur. Terent. Phorm. III, 2. *Sic sum, si placeo, utere,* so bin ich, das ist mein Gebrauch. Plaut. Aulul. II, 4. *Quid tu vis? sic sum, ut vides.* Huc spectant illa Terent. Phorm. I, 2. *Sic est ingenium,* pro *hujusmodi,*

modi, das ist seine Art. Cic. Rosc. Com. 10. *Sic est vulgus, ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat.* Id. Rosc. Am. 30. *Sic vita hominum est, ut ad maleficium nemo conetur sine spe atque emolumento accedere*, also gehets zu, so sind die Leute beschaffen, das ist der gemeine Gebrauch.

** 3. D. *Sic* etiam precibus et votis inservit. Solebant enim petentes, ut facilius impetrarent, ea optare, quæ scirent illi, quem precabantur esse gratissima, ductu auspicioque vocularum *sic.* Tibull. II. eleg. 5. *Annue sic tibi sint intonsi, Phœbe, capilli! Sic tua perpetuo sit tibi casta soror.* Brisson. I. form. p. 75. Virgil. eclog. 9. *Si tua Cyrnæas fugiant examina taxos! Sic cythiso pastæ distentent ubera vaccæ? Incipe si quid habes.* Pontan. et Cerda ibi. Horat. Carm. I. *Sic te Diva potens Cypri, sic fratres Helenæ etc.* et innumerabilibus locis ap. Poetas, inprimis Ovidium.

* *Animadversio.*

Sic post *quoniam, quia, si, postquam* poni non solet latine, etsi germani so ibi subjiciant.

** 4. Alias extenuationi. Terent. Phorm. I, 2. *Quid rei gerit? sic tenuiter*, wie stehts mit ihm? so hin, schlecht genug. †

4. *Sic* asseverantis.

Ovid. VIII. Metam. 864. *Quisquis es, ignoscas: in nullam lumina partem Gurgite ab hoc flexi studioque operatus inhæsi. Quoque minus dubites, sic has Deus æquoris artes Adjuvet, ut nemo jamdudum littore in isto (Me tamen excepto) nec fœmina constitit ulla.* (sed in hoc quoque est optantis, ut n. 3. nam etiam imprecationi servit.)

5. *Sit,*

† Maxima tamen vis est in particula adjecta.

5. *Sic*, pro *tum, eo modo.*

Cic. II. Divin. 22. *Ortum videamus aruſpicinae; ſic facillime, quid habeat autoritatis, judicabimus*, laßt uns den Urſprung der Wahrſagerkunſt anſehen; ſo werden wir am leichteſten erachten können. Idem Orat. I, 2. *Ea ipſa artium genera circumſpiciat: ſic facillime quanta oratorum fuerat paucitas, judicabit.* Sammonic. c. 11. *Ceruſſam et chartam, quam gens Aegyptia mittit, Tunde ſimul miſceque oleum quod flore roſarum Conditum eſt, line ſic faciem, ſic redde ſalutem.* Id. c. 43.

Seminecisve hirci reſerato pectore calces
Inſere: ſic dirae reprimes primordia peſtis.

* 6. *Sic* in præparando legentis vel audientis animo ad ea, quæ ſequuntur.

Cic. II. ep. 3. *Brevi tamen ſic habeto, in eum ſtatum temporum tuum reditum incidere, ut* cet. Ibid. I, 9. *Sic enim te exiſtimare velim, cum a vobis meae ſalutis autoribus diſceſſerim, neminem eſſe cujus officiis me tam devinctum eſſe confitear.* Id. de rep. 3. Salluſt. Catil. 51.

* 7. *Sic* in comparatione, ſine *ut.*

Cic. II. off. 10. *Qui ſtadium currit, eniti et contendere debet, ut vincat, ſupplantare eum, quicum certet, ullo modo debet. Sic in vita ſibi quemque petere, quod pertineat ad uſum, non iniquum eſt, alteri eripere, jus non eſt.* Id. I. ep. 9. *Dixi me facere quiddam, quod in Eunucho paraſitus ſuaderet militi: ubi nominabit Phaedriam, tu Pamphilam continuo, --- Sic petivi a judicibus, ut quoniam quidam nobiles homines amarent inimicum meum, et illi haberent ſuum Publium, darent mihi ipſi alium Publium.*

* 8. *Sie ſi*, dergeſtalt, wann. (*tum demum, hac lege et conditione.*)

Livius I, 17. *Decreverunt Senatores, ut cum populus regem juſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi patres autores fierent.* Colum. I, 5. *Aqua ſic habetur eximia, ſi fictilibus tubis in contectam ciſternam deducatur.* Id. IV, 4. extr. et II, 2. et VI, 2.

9. *Sic - ne. Sic - ut ne quidem. Sic - uti non.*

Columell. I, 7. *Stabula ſic ordinentur, ne quis humor influere poſſit.* * Add. id. III, 15, et IV, 29, et de Arb. 6. Cic. Quint. 21. *Quem tu a puero ſic inſtituiſti, ut nobili ne gladiatori quidem cederet.* Cæſar B. G. V, 17. *Hoſtes ad pabulatores advolaverunt, ſic, uti ab ſignis legionibusque non abſiſterent.*

Huc refer

* 10. *Sic, ut tamen.*

Celſus II, 12. *Id ab Aſclepiade quoque ſic temperatum, ut tamen ſervatum ſit.*

Sic in exclamatione tenui, pro *adeo. Nec ex novis, ut agricolae ſolent, fructibus eſt, unde tibi reddam, quod accepi. Sic omnis fœtus repreſſus exuſtusque flos ſiti veteris ubertatis exaruit, nec ex conditis* cet. Cic. Brut. 4.

11. *Sic - quemadmodum. Sic - quomodo.*

Cic. ad Quir. 9 *Sic ulciſcar ſingula genera, quemadmodum a quibusque ſum provocatus.* *Add. Livius VIII, 6. Columell. XI, 2. XII, 43.

Plinius XIX, 4. *Nihil homini ſic, quomodo rerum naturae, placet.* Quintil. I, 6. *Quodſi animadverterent literarum affinitatem, ſcirent ſic ab eo, quod eſt* robur, roboris *fieri, quomodo ab eo, quod eſt* miles, limes, militis, limitis. Tac. XVI, 31.

12. *Sic*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0834
DFG

12. *Sic-quam*, pro *tam-quam* poëticum eſt.

Claudian. Conſ. IV. Hon. v. 4. *Non ſic excubiae, nec circumſtantia pila, Quam tutatur amor.* * Sed Livius IX, 36. *Neque armorum habitus ſic eas texit, quam, quod abhorrebat a fide* cet.

* 13. *Sic quemadmodum-ita* rariſſima ſunt.

Columell. V, 9. *Talearum plagae falce laeventur et rubrica notentur, ut ſic, quemadmodum in arbore ſteterat ramus, ita purte ima terram et cacumine cœlum ſpectans deponatur.*

14. *Sic-ut*, ſimilitudinis.

Sic-ut ſæpe ſimilitudinem declarat. Cic. XIII. ep. 1. *Pomponium Atticum ſic amo, ut alterum fratrem.* Id. V. Att. 18. *Ego tui Bruti rem ſic ago, ut ipſe non ageret.* * Add. id. Manil. 9, et Mil. 29.

* 15. *Non ſic-ut*, pro *aliter ac.*

Celſus III, 7. *Non ſic pueri, ut viri, curari debent.*

16. *Sic-ut ſi. Sic-quaſi. Sic-tanquam.*

Cic. II. ep. 14. *Ejus negotium ſic velim cures, ut ſi eſſet res mea*, als wenn es meine eigene Sache wäre. Senect. 8. *Literas graecas ſic avide arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens.* * Add. id. ep. XV, 14, et X, 19. et VI. Att. 1.

Cic. XIII. ep. 70. *Apud eum ſic Epheſi fui, tanquam domi meae*, ich bin bey ihm eben ſo, als in meinem eigenen Hauſe geweſen. * Add, id. II. Qu. fr. 14. Livius X, 8. et XLV, 23. Senec. quæſt. nat. IV, 3.

* Huc refer illud Cic. VI. Philipp. 4. *Sic contemnit, tanquam ſi illi aqua et igni interdictum ſit.*

17. *Sic-tanquam* pro *tanquam ſi.*

Cic. Cluent. 60. *Hoc ego ſi ſic agerem, tanquam*

mihi crimen esset diluendum: haec pluribus verbis dicerem.

18. *Sicuti* pro *quasi*, gleichsam als ob.

Sallust. Catil. 31 *Postremo, sicuti iurgio lacessitus foret, in Senatum venit Catilina.*

* 19. *Sicut* pro *tanquam*, als wie.

Cic. I. Tusc. Qu. 10. *Rationem in capite, sicut in arce, posuit natura.* Id. I. Orat. 20. *De hoc uno minime est facile praecipere, non mihi modo, qui sicut unus paterfamilias his de rebus loquor, sed etiam illi ipsi Roscio.* Cic. II. Invent. 5. *Hic locus sicut aliquod fundamentum est hujus constitutionis.* Id. V. Verr. 37. *Totam insulam cuidam tuorum sodalium, sicut aliquod munusculum, condonaras.* Sallust. Catil. 28.

20. *Sicut* absolute. †

Interdum *sicut* absolute ponitur. Cic. I. Quint. fr. 1. *Cum jam tibi Asia, sicut unicuique sua domus, nota esse debeat.*

21. *Sicut sunt*, wie sie dann würcklich sind.

Cic. VII. epist. 33. *Illa quamvis ridicula essent, sicut erant, mihi tamen risum non moverunt*, wie sie in der That sind. Id. IX. Att. 13. *Aliquot sunt anni, cum vos duos elegi, quos praecipue colerem, et quibus essem, sicut sum, amicissimus*, wie ich würklich bin. Livius VII, 35. *Si nox opportuna est eruptioni, sicut est, haec profecto noctis aptissima hora est.*

22. *Sicut - ita.* †† *Sicut - item. Sicut - sic.* †††

Sicut etsi conflatum est ex *sic* et *ut*: usurpatur interdum pro simplici *ut*, et adsciscit *ita, item.* Cic. Mil.

† Pariter *sicuti* absolute ponitur a Cic. VII. epist. 2, et alibi.
†† Similiter *sicuti-ita*, apud Colum. II, 16. et alibi.
††† Similiter *sicuti-sic*, apud Cicer. II. orat. 77. et alibi.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0836
DFG

Mil. 11. *Haec ſicut expoſui, ita geſta ſunt.* *Idem alibi ſæpius ita loquitur.

Cic. Quint. 21. *Sicut tu ſemper ſumme concupiſti, item volebat Alphenus.* Add. Id. I. Orat. 26.

Id. Cluent. 2. *Sicut aliis in locis parum firmamenti et parum virium falſitas habet: ſic in hoc loco falſa invidia imbecilla eſſe debet.* Add. Id. IX. Att. 12, et I. Tuſc. 17.

23. *Admonitio.*

Frequentius tamen, cum ſimilitudo ſignificatur, uſurpatur ſimplex particula *ut*, ſequente *ita*, *ſic*, *item* cet. Cic. II. Philipp. 22. *Ut in ſeminibus cauſa eſt arborum et ſtirpium: ſic hujus luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti.* Id. II. Orat. 65. *Ut ſementem feceris, ita metes.* Id. ſenect. 10. *Ut infirmitas puerorum eſt, ſic ſenectutis maturitas naturale quiddam habet.* Vide *ut* pro *quemadmodum*.

24. *Non ſicut - ſed ut.*

Cic. Læl. 2. *Non ſicut vulgus, ſed ut eruditi ſolent apellare ſapientem, te dicunt ſapientem.*

25. *Sic - ſecus* pro *alii - aliter.*

Si cum *ſecus* interdum jungitur. Cic. I. de Leg. 17. *Illa, quæ aliis ſic, aliis ſecus, nec ſemper uno modo facta videntur, ficta eſſe dicimus.*

26. *Sic - ut*, pro *adeo - ut.* †

Alias *ſic ut* eſt *adeo ut.* Cic. I. Nat. Deor. 23. *Equidem arbitror multas eſſe gentes ſic immanitate*

† Ab hac ſignificatione accurate diſcernenda eſt ea, quæ per *hoc modo* commodiſſime declaratur, et tamen particulæ *ut* conjunctivum adjungit. Cic II. Catil. 13. *Bellum ego ſic adminiſtrabo, ut ne improbus quidem quisquam in hac urbe pœnam ſui ſceleris ſufferat.* Id. I. Att. 17. *Reliqua ſic a me aguntur, et agentur, ut non committamus, ut ea quæ geſſimus, fortuito geſſiſſe videamur.*

Colu-

efferatas, ut apud eas nulla suspicio deorum sit. Id. XIII. ep. 32. *Id mihi sic erit gratum, ut gratius esse nihil possit*, das wird mir so angenehm seyn, daß mir nichts angenehmer seyn könnte. Id. XIII. ep. 1. *Sic a me hoc contendit, ut nihil unquam magis*, er hat so heftig bey mir darum angehalten, als sonst niemals um etwas.

* 27. *Siccine* interrogantis.

Terent. Heaut. I, 1. *Siccine est sententia?* Me. *Sic.*

*28. *Siccine* indignantis.

Livius VI, 16. *Jupiter ac Minerva, siccine vestrum militem ac præsidem finitis vexari ab inimicis?* Cic. Flacc. 33. *Siccine tu autor tandem eum, cui tu in consilio favisses, hominem optime de republica meritum in discrimen omnium fortunarum vocavisti?*

(Admonitio.)

Addenda hic, quæ de exquisitiori usu particulæ *ita* (ubi p. 372. legas: interdum cum vi aliqua) diximus: nam ea particulæ *sic* sunt communia.

CAPUT CCXLV.

De nomine SIMILIS (*ac DISSIMILIS) et adverbio SIMILITER.

* 1. *Similis* differt a *par.*

Livius XLV, 43. *Similia omnia magis visa hominibus, quam paria*, den Leuten ist es alles mehr einander ähnlich, als gleich geschienen. Vell. II, 68. *In cœpto pari similis fortuna Milonis fuit.*

2. *Similis*

Columell. IV, 17. *Ea quæ seruntur a nobis, immortalia esse non possunt: attamen æternitati eorum sic consulimus, ut demortuis seminibus alia substituamus.* Add. Cic. III. offic. 5.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0838
DFG

2. *Similis* cum *ac*, *acsi*, *atque*, *ut*, *utsi*, *tanquam si*.

Similis sæpe quidem jungitur genitivo vel dativo casui, ut passim exempla declarant: non raro tamen copulatur cum *ac*, *acsi*, *atque*, *ut*, *utsi*. Varro R. R. II, 7. *Emtio equina similis fere ac boum et asinorum.* Livius VI, 28. *Hostes inter se jactabant, similem pavorem inde ac fugam fere, ac bello Gallico fuerit,* solche Furcht = = als. Cic. IV. de fin. 12. *Nec si ille sapiens ad tortoris equuleum a tyranno ire cogatur, similem habeat vultum, ac si ampullam perdidisset.* Ibid. V, 14. *Ita similis erit finis boni, atque antea fuerat.* * Add. id. V. Verr. 83. Terent. Prolog. Phorm. Cæsar VII. de B. G. 38, 10, et Cic. Rabir. Perd. 5. * Varr. VI. L. L. 2. *Ibi ortus humanus similis, ut in mundo.* Cic. senect. 6. *Similes sunt, ut si qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant.* Idem II. de Divin. 64. *Similes sunt dii, si ea nobis objiciunt, quorum neque scientiam neque explanationem habeamus, tanquam si Pœni in Senatu nostro sine interprete loquerentur.*

* 3. *Similis - et.*

Cic. V. Tusc. 3. *Pythagoras respondit, similem sibi videri vitam hominum et mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Græciæ celebritate.*

* 4. *Similis similiter.*

Varro VIII. L. L. 34. *Analogia pollicetur ex duobus vocabulis similibus similiter declinatis similia fore.* Ib. 35. *Pollicemur, ex duobus vocabulis similibus casus similiter declinatos similes fieri.* Ib. 52. *Similes lapides ferrum similiter ducunt, dissimiliter dissimiles.* Id. IX, 2. *Alias a similibus verbis similiter declinantur.*

5. Simi-

5. *Similiter - acſi, atque, utſi.*

Similiter quoque jungitur cum *acſi*, *atque*, *utſi*. Cic. III. Nat. D. 3. *Similiter facis, ac ſi me roges, cur de duobus contuear oculis, et non altero tantum*, du thuſt eben, als wenn du mich fragteſt. Idem I. Phil. 4. *Neque vero illum ſimiliter, atque ipſe eram, commotum eſſe vidi.* * Add. ad Brut. 17, et IV. Acad. 23. Id. I. off. 25. *Apud Platonem eſt, ſimiliter facere eos, qui inter ſe contenderent, uter potius rempublicam adminiſtret, ut ſi nautæ certarent, quis eorum potiſſimum gubernaret.* *Add. id. IV. Tuſc. 18.

* 6. *Similiter - et, ſimiliter - ut.*

Cic. II. de fin. 7. *Epicurus ſi ita dicit, dicit abſurde; ſimiliter et ſi dicat, non reprehendendos parricidas, ſi nec cupidi ſint, et Deos metuant.* Huc referre poſſis Cic. Tuſc. V, 3. Colum. VII, 5. *Ovem pulmonariam ſimiliter ut ſuem curare convenit.* Id. VIII, 8. *Si quæ ſteriles aut ſordidi coloris interveniunt, ſimiliter ut gallinæ farciuntur.* Pallad. IV, 10. *Talea et gracilior et brevior eſſe poteſt, quæ ſimiliter ut clava mergetur.*

7. *Similiter* abſolute pro *item, eodem modo.*

Raro abſolute ponitur, pro *item*, aut *eodem modo*. Cic. II. Nat. D. 8. *Similiter effici poteſt, ſapientem eſſe mundum, ſimiliter beatum, ſimiliter æternum.* Id. I. de Orat. *Similiter petes a Craſſo, ut* cet. Id. Man. 8. *Ita reputo, a nemine iſtorum ex hoc loco ſimiliter eſſe laudatum Lucullum*, ich halte, er ſey von ihrer keinem ſolchergeſtalt gelobet worden. Add. id. I. off. 37.

*8. *Diſſimilis - atque, acſi, quam.*

Hirtius B. Alex. 18, 1. *Non erat diſſimile atque Alexandriæ, genus ædificiorum.* Livius V. 5. extr.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0840
DFG

extr. *Hæc sunt, tribuni, consilia vestra non dissimilia, ac si quis ægro, qui curari se fortiter passus, extemplo convalescere possit, cibi gratia præsentis aut potionis longinquum aut forsitan insanabilem morbum efficiat.* Vellejus II, 55. *Nec dissimilis ibi adversus victos, quam in priores, clementia Cæsaris fuit.*

CAPUT CCXLVI.

De adverbio SIMUL.

1. *Simul* pro *una, pariter.*

SIMUL idem est, quod *una* aut *pariter*. Cic. Att. V, 10. *Propter propinquitatem, totos dies simul eramus.* Id. III. de Orat. 3. *Ille et cum Rep. pariter vixisse, et cum ea simul extinctus esse videtur.* *Add. Id. Rosc. Am. 39, et VIII. Att. 15.

* 2. *Simul*)(*separatim.*

Livius XXI, 6. *Romanus malebat adversus singulos separatim, quam adversus duos simul rem gerere.*

* 3. *Simul* pro *eodem tempore.*

Livius VI, 4. init. *Camillus in urbem triumphans rediit, trium simul bellorum victor.* Et mox: *Roma cum frequentia crescere, tum tota simul exurgere ædificiis cœpit.*

4. *Simul* pro *deinde* vel *item, præterea.*

Interdum usurpatur pro *deinde* vel *item*. Cic. Balb. 25. *Simul illud nesciebat.*

Id. I. Qu. fr. 1. *Simul et illud cogitā.* *Add. Ib. III, 4, et V. Verr. 1, et Cluent. 57. Id. pro Rosc. Amer. *Et simul tibi veniat in mentem, facito, quemadmodum* cet. *Add. Id. VII. ep. 10, et V. Verr. 31, et VIII. Att. 22.

* 5. *Simul et* conjungit inferiora cum superioribus.

bus. *Simul et illud quis est qui dubitet*, ferner, wer ꝛc. Cic. Cluent. 17.

6. *Simul quod, quia, ut, ne.*

Adsciscit autem interdum *quod, quia, ut, ne.* Cic. I. ep. 7. *Simul quod video, non, ut ante hac putabam, novitati esse invisum meæ.* *Add. Id. V. Verr. 32. Sallust. Catil. 16. Id. Catil. 20. *Simul quia nobis eadem bona malaque esse intellexi.* Cic. I. Verr. 47. *Simul ut esset pœna, quod alterius patroni testamento obtemperasset.* Sallust. Jugurth. 4. *Simul ne per insolentiam quis existimet, memet studium meum laudando extollere.*

7. *Simul cum,* zugleich mit.

Sæpissime assumit *cum.* Cic. III. Tusc. 18. *Quodsi cui simul animus cum re concidit, a gravibus illis antiquis philosophis petenda medicina est*, wenn iemanden Muth und Muth mit einander entfällt. Id. Dom. 7. *Senatus autoritas mecum simul reducta videtur.* Id. Ib. 30. *Volaterani fruuntur nobiscum simul hac civitate.* Id. Font. 11. *Nisi aliquoties ex accusatoribus vobiscum simul audissem, id ego non crederem.* *Add. Columell. XII, 32. Sallust. Catil. 33. (*Cum* interdum omittitur imitatione Græcorum ut a Tacit. A. III, 64. etc. quod religio sit imitari. Etiamsi enim etiam exaurea ætate exempla proferuntur, ut ab Heinsio ad Ovidium et aliis, tamen ea sunt e poetis, quibus licet ἑλληνίζειν.)

*8. *Simul ac. Simul-atque. Simul-que,* pro *pariter ac.*

Livius V, 7. *Horæ momento simul aggerem ac vineas, tam longi temporis opus, incendium hausit.* Id. VII, 26. *Gallum territum prodigii talis visu, oculisque simul ac mente turbatum, Valerius obtruncat.*

Add.

Add. Tacitus III, 31, 5, et III. Ann. 50, 2. Livius VI, 11. *Manlius nimius animi, cum alios principes sperneret, uni inviderat, eximio simul honoribus atque virtutibus M. Furio; ægre ferebat, solum eum in magistratibus esse.* Id. VI, 33. *Clausas portas Tusculi, Latinosque simul obsidentium atque obsessorum animo hinc mœnia tueri vident, illinc arcem oppugnare.* Add. Tac. VI. Ann. 44, 3, et Germ. 30, 1, et 34, 4. Sallust. Catilin. 46. Livius IV, 33. extr. *Romanus Fidenates et Vejentes imbelles hostes compellans, factis simul dictisque odium explet.* Id. VI, 29. *Adeste dii testes fœderis, et expetite pœnas debitas simul vobis violatis, nobisque per vestrum numen deceptis.* Add. Livius XLII, 6, et Columell. I, 9. Tacitus V, 10, 2, et VI, 37, 3.

* 9 *Simul - et. Simul et - et.*

Simul et idem est, quod *simul ac.* Livius VI, 40. *Ex quo adsciti sumus simul in civitatem et patres, enixe operam dedimus, ut* cet. Id. IX, 12. *Samnites simul rebellasse et vicisse credebant Romanum,* die Samnier hielten davor, daß die Römer zugleich rebellirten und siegeten. Add. Columell. II, 1, et Tac. II. Ann. 5, 1, et VI, 48, 4, Livius III, 62. *Equites ex equis desiliunt, cedentibusque jam suis provolant in primum, simulque et hosti se opponunt, et æquato primum periculo, pudore deinde animos peditum accendunt.* Cic. IV. Tusc.. 28. *Illa altera ratio et oratio, quæ simul et opinionem falsam tollit et ægritudinem detrahit, est ea quidem utilior, sed raro proficit.* Et ita, historici præsertim, sæpe loquuntur.

Huc refer illud Cæsar. B. G. IV, 24, 2. *Militibus*

bus simul et de navibus desiliendum, et fluctibus consistendum, et cum hostibus erat pugnandum.

10. *Simul* iteratum. †

Interdum iteratur. Livius I, 9. *Adeo simul spernebant, simul tantam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis metuebant finitimi.* Id. XXIII, 30. *Namque Gelo maximus stirpis, contemta simul senectute patris, simul post Cannensem cladem Romana societate ad Pœnos deficit.* Add. Livius II, 10, et II, 65, et Cæsar IV. B. G. 13, 5. Vell. II, 22, 4.

* 11. *Simul et -- simul et.*

Livius XXIX, 35. *Simul et a classe navales socii, qua ex parte urbs mari alluitur, simul et terrestris exercitus ab imminenti prope ipsis mœnibus tumulo, est admotus.*

* 12. *-- Simul - tertio.*

Cæsar III. B. C. 43, 2. *Cæsar circumvallare Pompejum instituit, hæc spectans, quod angusta re frumentaria utebatur: simul ut pabulatione Pompejum prohiberet: tertio, ut auctoritatem, qua ille maxime apud exteras nationes niti videbatur, minueret.*

13. *Simul* pro *simulac*, so bald als.

Sæpe usurpatur pro *simul ac*, prætermisso *ac* brevitatis gratia. Horat. I. Od. 9. *Qui simul stravere ventos æquore fervido, depræliantes.* Cic. IV. Acad. 27. *Simul inflavit tibicen, carmen agnoscitur*, so bald er angefangen zu pfeiffen. Id. II. Attic. 20. *Simul quid erit certi, scribam ad te*, so bald ich etwas gewisses habe, will ich an dich schreiben. (ubi vid. Græv.) *Add. Ib. VIII. 11.

* 14. *Simul - extemplo. Simul - statim.*

Livius X, 35. *Simul conspecta sunt Romana signa, extem-*

† In historicorum scriptis potissimum.

extemplo a primo Samnitium agmine ad noviſſimum fremitus perfertur, exire ad impediendum iter Romanos. Id. XXIII, 29. *Simul inclinatam mediam aciem Mauri Numidæque viderunt, extemplo fuga effuſa nuda cornua deſeruere.* Id. XXIV, 38. *Claves ſimul tradiderimus, Carthaginenſium extemplo Enna erit.* Id. IV. c. 5. *Simul ego tribunus vocare tribus in ſuffragium cœpero, tu ſtatim conſul ſacramento juniores adiges et in caſtra educes.*

* 15. *Simul primum* pro *ſimul ac.*

Livius VI, 1. *Quinto Fabio, ſimul primum magiſtratu abiit, ab C. Marcio tribuno plebis dicta dies eſt.* (ſed ibi Gronovius τὸ *primum* vult deleri, ut alienum a conſuetudine Liviana; cui aſſentiuntur Dukerus et Drakenb. Ceterum genus loquendi probum eſſe fatendum.)

16. *Simul ac, ſimul ac primum, ſimul atque, ſimul ut,* ſobald als.

Plerumque tamen adſumit *ac, ac primum, atque, ut.* Cic. I. Nat. D. 38. *Simul ac mihi collibitum eſt, præſto eſt imago,* ſo bald es mir beliebet. Idem I. Verr. 13. *Simul ac primum Verri occaſio viſa eſt, Conſulem deſeruit.* Id. Roſc. Am. 10. *Quod is ſimul atque ſenſit, de amicorum cognatorumque ſententia Romam confugit.* Id. II. de fin. 11. *Omne animal ſimul ut ortum eſt, et ſeipſum et omnes partes ſuas diligit.* Id. X. Att. 4. *Ego ſtatim habebo, quod ſcribam, ſimul ut videro Curionem.*

17. *Simul ut, ſimul atque* cum *ſtatim, illico, continuo,* ἐπειδὴ τάχιστα.

Interdum ad majorem rei celeritatem ſignificandam adjicitur *ſtatim, illico,* aut aliquid ejusmodi. Cic. VI. ep. 19. *Simul ut accepi a Seleuco tuas literas; ſtatim quæſivi,* ſo bald ich deinen Brief empfangen,

gen, habe ich gleich gefragt. Id. I. Verr. 10. *Verres simul ac tetigit provinciam, statim Messanam literas dedit*, sobald er die Provinz berühret, hat er gleich. Id. II. Verr. 6. *Verres simulatque ei provincia Sicilia sorte obvenit, statim Romæ quærere cœpit, quibusnam* cet. * Add. id. R. Am. 22, et Clu. 25.

Cic. pro Mur. 10. *Simul atque increpuit suspicio tumultus, artes illico nostræ conticescunt.* Idem IV. Verr. 21. *Verres simul atque in oppidum quodpiam venerat, immittebantur illi continuo Cybiratici canes*, so bald er in eine Stadt kam.

** 18. *Simul* abundat cum verbis compositis *a Con.* Terent. Andr. III, 2. *Multa concurrunt simul.* Linac. lib. 56. p. 476.

CAPUT CCXLVII.

De conjunctionibus SIVE et SEU.

1. *Sive*, semel positum, oder.

SIVE ex *si* et *ve* enclitica conflatum, interdum semel ponitur. Cic. VIII. Att. 3. *Quid perturbatius hoc ab urbe discessu, sive potius turpissima fuga.* Cic. I. Quint. fr. 1. *Contra te erigas ac resistas, sive etiam obsistas negotiis.* * Add. Tacit. II. Ann. 21, 2, et II, 24, 6.

* 2. *Si-sive*, wann — wann aber.

Cic. I. fin. 6. *Si omnes atomi declinabunt, nullæ unquam cohærescent: sive aliæ declinabunt, aliæ suo nutu recte ferentur, erit hoc quasi provincias atomis dare.* Livius XXII, 10. *Si nocte, sive luce, sive servus, sive liber saxit, probe factum esto.*

3. *Sive*

3. *Sive* bis, et sæpius iteratum, † entweder=oder, it. wann= oder wann, es mag entweder= oder.

Alis bis et sæpius iteratur. Cic. Sext. 5. *Venio ad comitia, sive magistratuum, sive legum placet.* Id. II. Leg. 1. *Illo loco libentissime soleo uti, sive quid mecum cogito, sive aliquid scribo aut lego.* * Add. id. ep. Brut. 15, et II. ep. 1. Planc. X. ep. 24. *Ad hoc robur nostrorum exercituum sive Africanus exercitus sive Cæsaris accessisset: remp. in discrimen adduceremus*, wann entweder die Armeen in Africa oder ꝛc. Cic. I. Quint. fr. 2. *Iis in rebus si apud te plus autoritas mea quam tua sive natura paulo acrior, sive quædam dulcedo iracundiæ, sive dicendi sal facetiæque valuissent, nihil sane esset, quod non pœniteret.* *Add. id. II. Orat. 24. extr. et III. Orat. 6, et XIII. Phil. 1, et Cæsar B. C. III, 73, 5.

* 4. *Sive-sive etiam. Sive-sive-sive etiam.*

Cæsar B. C. I, 27, 2. *Pompejus sive operibus Cæsaris permotus, sive etiam quod ab initio Italia excedere constituerat, adventu navium profectionem parare incipit.* Columell. XII, 50. *Dolia præparata sub tecto habere oportet, quæ seorsum recipiant sui cujusque generis amurcam, sive quæ sincera defluxerit, sive etiam quæ salem receperit.* Cic. IV. Tusc. 3. *Amafanii libris editis commota multitudo se ad eam potissimum disciplinam contulit, sive quod erat cognitu perfacilis, sive quod invitabatur illecebris blandis voluptatis, sive etiam, quia nihil prolatum erat melius.*

† *Sive-sive* positum e videtur in Columell. V. 5, pro *si-sin. De spatiis*, inquit, *ordinum eatenus præcipiendum habemus, ut intelligant agricolæ, sive aratro vineas culturi sint, laxiora interordinio relinquenda, sive bidentibus, angustiora.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0847
DFG

5. *Sive-si-si etc.*

Sive sæpius repetendum interdum in membris posterioribus amittit *ve*. Cic. II. Divin. 72. *Superstitio instat et urget, et, quocunque te verteris, persequitur, sive tu vatem, sive tu omen audieris, sive immolaris, sive avem aspexeris, si Chaldæum, si aruspicem videris, si fulserit, si tonuerit, si tactum aliquid erit de cœlo, si ostenti simile natum factumve quidpiam.*

6. *Sive-sive non.* †

Cic. XII. ep. 2. *Sive referent ad me, sive non; mea tibi tamen benevolentia fidesque præstabitur.* Id. de Fat. 12. *Si fatum tibi est ex hoc morbo convalescere, sive tu medicum adhibueris, sive non, convalesces.* * Add. XII. Att. 13, et XV, 1.

* 7. *Sive* cum *seu.*

Vide mox sub *seu* exempla, quæ huc pertinent.

* 8. *Sive-sive seu.*

Cæsar VIII. B. G. 9, 1. *Cum legiones repente instructas velut in acie certo gradu accedere Galli viderent, sive certaminis periculo, sive subito adventu, seu expectatione nostri consilii copias instruunt pro castris, nec loco superiore decedunt.* Cic. V. Verr. 58. *Civilis dissensionis, et sive amentiæ, sive fati, seu calamitatis, non est iste molestus exitus.*

* 9. *Sive-seu-seu.*

Columell. III, 21. *Jam et illud magnæ dotis est, posse gustum cujusque generis non mistum, sed vere merum condere, ac separatim reponere, sive est ille biturícus, seu basilicus, seu spionicus.* Idem VI, 2. *Sive juvencus efferatus prosilit, duorum arbitrio inhibetur: seu consistit, duobus gradientibus etiam obsequitur:*

† Interdum sequitur *tamen*, interdum non.

quitur: seu conatur decumbere, a valentioribus sublevatus trahitur. *Add. Pallad. II, 11, et Liv. XLV, 8.

* 10. *Sive-ve* cet.

Poëtæ varie inter se miscent *sive, ve, seu.* Ovid. IV. fast. *Sive sacra pavi, sedive sub arbore sacra, Pabulaque e bustis inscia carpsit ovis: Seu nemus intravi vetitum, nostrisve fugatae Sunt oculis nymphae semicaperque Deus.*

* 11. *Sive-an.*

Tacitus XI, 26, 1. *Abrumpit dissimulationem etiam Silius, sive fatali vecordia, an imminentium periculorum remedium ipsa pericula ratus urgebat.* Huc refer illud Tacit. XIV, 59, 1. *Sed Plautum ea non movere; sive nullam opem providebat inermis atque exul, seu taedio ambiguae spei; an amore conjugis et liberorum.*

* 12. *Sive-sive-proinde*, pro *prout-ita.*

Colum. XI, 2. *Nonnulli gustu explorare maturitatem tentaverunt, ut sive dulcis esset sapor uvae, sive acidus, proinde aestimarent.*

** 13. *Sive* pro *vel si.*

D. ** *Sive* pro *vel si.* Linac. libr. II. p. 1348. Terent. Andr. I, 2. *Dehinc postulo, sive aequum est, te oro.*

** 14. *Sive* omissum.

Sive omittitur in his, *velis, nolis; scias, nescias.* Linac. libr. VI. p. 425. Du magst wollen (wissen) oder nicht. Lege et *utrum* suppressum.

II. 1. SEU semel positum.

Interdum semel ponitur. Cic. Quint. 25. *O fortunatum hominem, qui ejusmodi nuncios, seu potius pegasos, habet.*

* 2. *Seu* pro *ſeu-ſeu* minus probatur.

Tacitus III. Ann. 18, 6. *Mihi quanto plura recentium, ſeu veterum revolvo, tanto magis ludibria rerum mortalium cunctis in negotiis obverſantur.* Id. XV, 45, 5. *Vitatum a Seneca venenum proditione liberti, ſeu propria formidine*, pro, ſeu proditione liberti, ſeu cet. Add. id. XV, 51, 3.

3. *Seu* iteratum.

Seu ex *ſive* contractum eſt: † ac ſæpe iteratur. Cic. Quint. 8. *Quemadmodum ſolent homines nobiles, ſeu recte, ſeu perperam facere cœperunt, ita in utroque excellunt, ut nemo noſtro loco natus aſſequi poſſit.* * Add. id. X. Att. 12. Livius IV, 5.

* 3. *Seu-ſeu-ſeu.*

Celſus III, 5. *Non ſatis eſt, ipſas tantum febres medicum intueri, ſed etiam totius corporis habitum, et ad eum dirigere curationem, ſeu ſuperſunt vires, ſeu deſunt, ſeu quidam mali affectus interveniunt.* Livius VIII, 7. et I, 54. Tacitus Germ. 33.

* 5. *Seu* ſæpius repetitum.

Livius XXI, 7. *In tantas brevi creverant opes ſeu maritimis, ſeu terreſtribus fructibus, ſeu multitudinis incremento, ſeu ſanctitate diſciplinae.*

6 *Seu* cum *ſive.*

Miſcetur interdum cum *ſive.* Cæſ. II. B. C. 27, 2. *Centuriones ſeu vere, quam habuerant, opinionem perferunt, ſive etiam auribus Vari ſerviunt, confirmant totius exercitus animos alienos eſſe a Curione.* * Add. id. I. B. G. 23, 3.

Plaut. Stich. III, 1. *Here, ſive ego taceam, ſeu loquar,*

† Uti *neu* ex *neve.* Si autem, ut in aliis verbis, ita pronunciatum eſſe videtur, ut, utrum *e* an *i* audires, dubitares.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0850
DFG

loquar, scio scire te, quam multas tecum miserias mutaverim. * Add. Columell. I, 1, et II, 2. atque 12.

* 7. *Seu-seu-sive.*

Tacitus II. hist. 78, 5. *Basilides sacerdos, inspectis identidem extis, quicquid est, inquit, Vespasiane, quod paras, seu domum extruere, seu prolatare agros, sive ampliare servitia: datur tibi magna sedes, ingentes termini, multum hominum.*

** 8. *Seu-aut.*

S. D. ** *Seu-aut.* Virgil. VII. Aen. 684.

Ac veluti montis saxum de vertice praeceps
Cum ruit avulsum vento, seu turbidus imber
Proluit, aut annis solvit sublapsa vetustas.

Cerda ibi.

CAPUT CCXLVIII.

De adverbio SODES.

SODES dictum est quasi *si audes.* Sed usurpatur pro *quaeso*, vel *si vis.* Ey lieber. Horat. I, epist. 7. *Vescere sodes.* Id. ad Pis. epist. *Corrige sodes hoc, dicebat, et hoc.* Cic. Att. VII, 3. *Tarte sium mihi istum exeunti urbem jube sodes nummos curare.* Varr. III. R. R. 9. *De Gallinis sodes Merula.*

CAPUT CCXLIX.

De adverbio STATIM.

1. STATIM a *stando* dictum, quasi *stando*, significat *illico, e vestigio*, alsbald, ohne Verzug, belgice anstunds. Cic. XII. Att. 19. *Philippus ut me salutavit, statim Romam profectus est.* Id. Aruspic. resp. 1. *Haud potest a me gravioribus verbis vulnerari, quam est statim in facto ipso a gravissimo viro*

P. Servilio confectus ac trucidatus. Id. Orat. 10. *Itaque hoc statim sum aggressus, Catone absoluto.*

* 2. *Statim principio.*

Livius III, 22. *Fabio et Cornelio consulibus, principio anni statim res turbulentæ.* Id. IV, 52. *Is principio statim anni, velut pensum nominis familiæque, seditiones agrariis legibus promulgandis ciebat.* Sic Livius IV, 53. *Impigre primo statim adventu, dejectis qui in praesidio erant, arcem Consul recepit.* Sueton. Jul. 4. *Comites servosque caeteros in initio statim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiserat.*

* 3. *Statim a. Statim post.*

Columell. XI, 1. *Hoc custodire oportet villicum, ne statim a prima luce familia cunctanter et languide procedat.* Sueton. Cæs. 85. *Plebs statim a funere ad domum Bruti et Cassii cum facibus tetendit.* Id. Vespas. 11. Pallad. Februar. 15. extr. *Statim post putationem sarmenta decisa vineis, et rubi, et impedimentum fossoris omne tollatur.* Sueton. Aug. 83. *Exercitationes campestres equorum et armorum statim post civilia bella omisit.*

* 4. *Post-statim.*

Sueton. Vitell. 14. *Exacerbatus Vitellius erat, quod post edictum suum, quo jubebat intra Kalend. Octobris urbe Italiaque mathematici excederent, statim libellus est propositus* cet.

* 5. *Quo die-statim.*

Cic. IV. Verr. 7. *Quo die Siciliam tetigit, statim Messana literas Halesam mittit.*

* 6. *Statim* post duos ablativos consequentiæ.

Cic. II. Orat. 30. *Eo prospecto, statim occurrit naturali*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0852
DFG

naturali quadam prudentia, quid faciat causam. Id. Invent. I, 11. *Constitutione causae reperta, statim placet considerare, utrum causa sit simplex, an conjuncta.* Id. Cluent. 28. *Condemnato Oppianico, statim Quintius oblatam sibi facultatem putavit, ut ex invidia Senatoria posset crescere.* Add. Pallad. III, 17.

* 7. *Statim - deinde. Statim - postea.*

Tacitus VI, 3, 4. *Hoc pretium Gallio meditatae adulationis tulit, statim curia, deinde Italia exactus.* Sueton. August. 51. *Nec quicquam ultra, aut statim, aut postea inquisivit.* Id. Neron. 34. *Neque tamen sceleris conscientiam aut statim, aut unquam postea ferre potuit.*

* 8. *Statim)(paulatim.*

Celsus III, 11. *Admovendae partibus his, pro quibus metuimus, sicca et calida fomenta, sic, ne statim vehementissimi calores incipiant, sed paulatim increscant.*

* 9. *Statim)(tunc. Statim)(in aeternum.*

Tacitus II. hist. 78, 6. *Has ambages et statim exceperat fama, et tunc aperiebat.* Id. Agric. 32. *Ibi tributa et metulla, et caeterae servientium poenae: quas in aeternum proferre, aut statim ulcisci in hoc campo est.*

* 10. *Statim, cum* vel *dum.*

Pallad. I, 10. *Fossiles arenae cementitiis parietibus et cameris celeri siccitate utiles sunt, melioresque, si statim, cum effossae sunt, calci misceantur.* Id. April. 3. *Semen statim, cum spargitur, obruendum est.* Et mox: *Ocimum cito nasci dicitur, si statim, cum severis, aqua calida perfundas.* Senec. benef. II, 25. *Qui gratus futurus est, statim dum accepit, de reddenda cogitat.*

11. *Statim ut. Statim atque.*

Statim ut satis usitatum est. Cic. I, ep. 9. *Statim ut ille Prætor est factus.* Id. Quinct. 8. *Quæsivit a te, statim ut Romam rediit Quinctius.* Id. II. ep. 23. *Me ab eo diligi statim cœptum esse, ut simultatem deposuimus, sensi.* Rarius assumit *atque.* S. D. ** Ulpian. I. ff. de off. Proconsul. *Proconsul ubique quidem proconsularia insignia habet, statim atque urbem egressus est.*

12. *Statim-simul ut. Statim-simul ac.*

Interdum adsciscit *simul ut*, vel *simul ac.* Cic. Att. X, 4. *Ego ad te statim habebo, quod scribam, simul ut Curionem videro.* Id. XV. ep. 12. *Cassius dicebat, statim se iturum, simul ac ludorum apparatum iis, qui curaturi essent, tradidisset*, er wollte sich von Stund an davon machen, so bald er, was zum Spiele gehört, überantwortet hätte.

CAPUT CCL.

De adverbio STRICTIM.

Cic. Cluent. 10. *Cum ea quæ copiosissime dici possunt breviter a me strictimque dicuntur.* (add. Rosc. A. 34. Cœl. 7.)

CAPUT CCLI.

De præpositionibus SUB, SUBTER et SUBTUS.

1. *Sub*)(*supra.*

SUB contrarium habet *supra.* Cic. II. N. D. 37. *Si essent, qui sub terra semper habitavissent.* Id. II. Philipp. 9. *Tu negotium transegisses, nisi ille se sub scalas tabernae librariae conjecisset*, du würdest es ins Werk gerichtet haben, weñ er nicht unter die Treppen ꝛc.

2. *Sub*

2. *Sub dio* vel *ſub divo.*

Sub dio vel *ſub divo* eſt *ſub cælo* vel *aëre*, unter dem freyen Himmel. Cic. I. Verr. 19. *Signa apud te nuper ad omnes columnas, omnibus etiam intercolumniis, in ſilva denique diſpoſita ſub dio vidimus.* Varro III. R. R. 14. *Idoneus ſub dio capiendus eſt locus cochleariis.* Columell. I, 8. *Nullus dies tam intolerabilis eſt, quo non ſub divo moliri aliquid poſſit paterfamilias.* *Add. Varro III, 5, et Colum. IX, 3. *Huc refer illud Columell. VII, 10. *Pecus quodam veterno preſſum ſomnos aeſtivo ſub ſole captat.*

*3. *Sub oculis* pro *in conſpectu.*

Cæſar I. B. C. 57, 4. *Paſtores ſpe libertatis excitati, ſub oculis domini ſuam probare operam ſtudebant.* Colum. X, 5. *Expedit ſub oculis domini eſſe apiarium.* Tacitus II. Ann. 35, 3. *Coram et ſub oculis Caeſaris.* Vellejus II, 79.

*4. *Sub* de locorum ſitu.

Cæſar B. G. V, 8, 2. *Caeſar curſum non tenuit, et longius delatus aeſtu, orta luce, ſub ſiniſtra Britanniam relictam conſpexit.* (et ſic ſæpe: in eaque forma eſt *a parte*, regionemque ſignificat.)

(Admonitio.)

Sed cum de ſitu ac loco dicitur, varie intelligitur. Modo enim ſic, ut in exemplo propoſito, modo *ad*, *prope*, ſignificet, ut in notiſſimis illis: *ſub exceſſu*, *vitae fine*, ubi ablativi pro accuſativis ponuntur. vid. infr. n. 8. in eaque forma inprimis dicitur in propinquitate loci editioris, ut *montis*, *maris*, *turris*, *ſilvae etc.* elegantiusque eſt *ſub monte caſtra metari*, quam, *prope montem:* Suet. Oth 6. *ſub aede Saturni*, pro vulgatiori: *pro aede* vel *prope*,

pe aedem: modo adeo pro *in*, ut in hoc Ovid. Met. I, 689. *sub montibus*, ubi plura Burm.

* 5. *Sub* metaphorice.

Cic. Arch. 10. *Sulla jussit Poëtae praemium tribui sub ea conditione, ne quid postea scriberet.* Cic. X. ep. 31. *Ejus facti injustissima invidia erudire me potuit, quam jucunda libertas, et quam misera sub dominatione vita esset.* Id. X. ep. 33. *Habere legiones sub signis armatas tres.* Ter. Heaut. II, 2, *Locus, occasio, aetas, mater, cujus sub imperio est, mala.* Livius I, 2. *Ne sub eodem jure solum, sed etiam nomine omnes essent, Latinos utramque gentem appellavit.* Livius II, 56. *Haud parva res sub titulo prima specie minime atroci ferebatur.* Id. XLIV, 24. *Asium Romani jam ex parte sub specie liberatarum civitatum suam fecerunt.* (add. Cic. X. ep. 23. *Vocontii sub manu ut essent* h. e. parati, si quid vellem. v. dicta in Ernesti Clav. Cic. in *Manus.* Id. Dom. 20. *ut rex Cyprius cum bonis omnibus sub praecone subjiceretur.* Add. id. Quint. 15. Virgil. Aen. II, 83. *falsa sub proditione:* ubi *sub* significat *propter*, sed adjuncta tamen notione prætextus.)

* 6. *Sub* tralate cum nominibus personarum.

Livius II, 12. *Mucio indignum videbatur, populum Romanum servientem, cum sub regibus esset, nullo bello nec ab hostibus ullis obsessum esse.* Idem II, 37. *Consules cum ad Patres rem dubiam sub auctore certo detulissent, auctor magis, ut fit, quam res ad praecavendum vel ex supervacuo movit.* Id. XXV, 40. *Vir impiger, et sub Annibale magistro omnes belli artes edoctus.* (Suet. Tib. 7. *sub priore marito.*)

* 7. *Sub* pro *circa*, vel *inter*, de tempore.

Sub sæpe significat illud tempus, quo durante aliquid

aliquid est vel fit. Cæsar VIII. B. G. 49, 2. *Caesar nihil minus volebat, quam sub discessu suo necessitatem sibi aliquam imponi belli gerendi*, id est, eo tempore, quo mox discessurus erat. Id. I. B. C. 27, 3. *Pompejus quo facilius impetum Caesaris tardaret, ne sub ipsa profectione milites* (Cæsaris) *oppidum irrumperent, portas obstruit, vicos plateasque inaedificat* cet. id est, interea dum proficiscerentur. Nepos Att. 12. *Quod quidem sub ipsa proscriptione perillustre fuit.* Columell. V, 5. *Columella patruus meus sub ortu caniculae palmeis tegetibus vineas adumbrabat.* Pallad. Septembr. 13. *Sub occasu Vergiliarum capparis arescit.* Id. Novemb. 13. *Aestivis mensibus pascantur oves sub lucis initio.* Sueton. Neron. 54. *Sub exitu vitae Nero palam voverat*, id est, antequam e vita discederet, sed prope tamen a morte abesset. (huc pertinet etiam illud quod ante e Suetonio attulimus.)

8. SUB cum accusativo.

Proprie motum ad locum significare videtur. Cæsar B. G. I, 21. *Eodem die ab exploratoribus certior factus est, hostes sub montem consedisse.* (in qua forma significat *prope;* in quo observandum id, quod supra n. 4. monuimus de genere locorum, quibus proprium sit. Interdum etiam est pro *in*, cum significat motum ad locum; ut ap. Ovid. Trist. V, 6, 39. *quam multae terrena sub horrea ferre formicae grana reperta solent.*)

Sæpe tralate ponitur. Livius XXII, 30. *Sub imperium auspiciumque tuum redeo, et signa haec legionesque restituo.* Sic in illo Suet. Aug. 49. *et quo celerius, ac sub manum annunciari cognoscique posset quid in provincia quaque gereretur.* ubi v. Burm.)

9. *Sub*

9. *Sub aſpectum, ſub ſenſus cadere.*

Sub aſpectum cadere eſt *adſpici poſſe; ſub ſenſus cadere, ſentiri poſſe*, et cætera eodem modo. Cic. de Univ. *Cælum ſub aſpectum et tactum cadit*, iſt ſichtbar und greiflich, läßt ſich ſehen und greiffen. Id. I. Acad. 8. *Res ita parvæ, ut ſub ſenſus cadere non poſſint.* Id. de Univ. *Sub intelligentiam cadit.* Id. III. de fin. 18. *Illa ſub judicium ſapientis et delectum cadunt.*

10. *Sub* pro *ſtatim poſt.*

Sub ſæpe uſurpatur pro *ſecundum*, id eſt, *ſtatim poſt.* Cic. II. Quint. fr. 1. *Senatus fuit frequentior, quam putabamus eſſe poſſe menſe decembri ſub dies feſtos*, gleich nach den Feyertagen. Id. X. ep. 16. *Sub eas literas recitatæ ſunt tuæ*, nach jenem Brief iſt deiner gleich geleſen worden. Livius XXII, 47. *Sub equeſtris finem certaminis coorta eſt peditum pugna.* Id. XXIII, 15. *Sub adventum prætoris Romani Pœnus agro Nolano exceſſit*, ſo bald der Römiſche General angekommen. Addito *ſtatim* dixit hoc ſenſu Cœl. VIII. ep. Cic. 4. *ſed non ſtatim ſub mentionem et convicium obtrectatorum.*

11. *Sub lucem, ſub noctem, ſub veſperam.*

Sub lucem, ſub noctem, ſub veſperam, eſt *incipiente luce, nocte, veſpere.* Livius IX. *Qui ſub lucem apertis portis urbem ingrederentur*, wenn der Tag anbräche, wenn es tagete. Id. XXVII, 15. *Sub ortum ferme lucis, nullo obvio armato, in forum perveniunt.* Cæſ. B. C. I, 28. *Pompejus ſub noctem naves ſolvit.* Id. II. B. G. 33. *Sub veſperam Cæſar portas claudi militesque ex oppido exire juſſit.*

* Sic etiam *ſub occaſum ſolis.* Livius V, 39. *Sub occaſum ſolis, quia haud multum diei ſupererat, ante noctem*

noctem rati se invasuros; tum in noctem dilatum consilium esse. Huc refer Liv. I, 35. *Comitiis indictis, sub tempus pueros venatum ablegavit Tarquinius.* Add. Colum. V, 5.

12. *Sub idem tempus.*

Sub idem tempus est *per idem tempus.* Livius I, 22. *Utrinque legati, fere sub idem tempus, ad res repetendas missi,* schier zu einer Zeit. Ita alii alibi sæpius.

II SUBTER.

Subter contrarium habet *supra.* Cic. III. de Orat. 5. *Qui omnia hæc, quæ supra et subter, unum esse dixerunt,* was unten und oben ist. Pallad. Januar. 3. *Terra quæ supra leviter infusa est, et subter sicca, si tunc aretur, asseritur per triennium sterilis fieri.* Add. Id. Febr. 24. Celsus VII, 4. Cic. VI. de rep. 4. *Deinde subter mediam fere regionem sol obtinet.* Id. I. Tusc. 10. *Plato iram et cupiditatem subter præcordia locavit.* Id. V. Tusc. 1. *Virtus omnia, quæ cadere in hominem possunt, subter se habet.*

III. SUBTUS.

Subtus idem significat, ac *subter:* sed absolute usurpari solet. Varro II. R. R. 9. *Canes debent esse labris subnigris, aut rubicundis, neque resimis superioribus, neque pendulis subtus, mento suppresso.* Lucret. VI, 865. *Extemplo subtus frigescit terra coitque.*

*CAPUT CCLII.

De SUBINDE et SUBITO.

SUBINDE est *identidem,* (sed per intervalla.) Livius IV, 44. *Subinde ab eisdem tribunis mentio in Senatu de agris dividendis illata est.* Id. VII, 10. *Romanus*

Romanus uno alteroque subinde ictu ventrem Galli atque inguina hausit, et in spatium ingens ruentem porrexit hostem. Id. X, 17. *Ego subinde suggeram, quæ vendatis.* Id. X, 27. *Transfugæ Clusini tres, editis hostium consiliis dimissi cum donis; ut subinde, ut quæque res nova decreta esset, exploratam referrent.* Petron. 26. Senec. epist. 32.

2. *Subinde* est *deinde, (mox, statim.)*

Petron. Satyr. 34. *Subinde intraverunt duo æthiopes.* Vellejus II, 8, 1. *Subinde Porcio Marcioque Coss. deducta colonia Narbo Martius.* (add. Suet. Aug. 95. *Circulus ad speciem cœlestis arcus orbem solis ambiit, et subinde Juliæ, Cæsaris filiæ, monumentum fulmine ictum est.* Et sic ille pluribus locis.)

3. *Subinde ut.*

Petron. 7. *At subinde, ut in locum secretiorem venimus, centonem anus urbana rejecit.*

II. SUBITO est *repente.*

Cic. de senect. 11. *Ita sensim sine sensu ætas senescit, nec subito frangitur, sed diuturnitate extinguitur.* Id. I. Divin. 33. *Alia sunt posita in monumentis et disciplina: alia autem subito ex tempore conjectura explicantur.* Id. I. Nat. D. 3. *Admirantur, unde hoc philosophandi nobis subito studium extiterit.*

2. *Subito*)(*sumto spatio.*

Cic. II. Orat. 33. *Et si utile est, etiam subito saepe dicere; tamen illud utilius, sumto spatio ad cogitandum, paratius atque accuratius dicere.*

3. *Subito* post duos ablativos consequentiæ.

Cæsar. III. B. G. 15, 3. *At jam conversis in eam partem navibus, quo ventus ferebat, tanta subito malacia ac tranquillitas extitit, ut se loco movere non possent.*

CAPUT

CAPUT CCLIII.

De adv. SUMMATIM überhaupt, nach den Haupt-Puncten.

Cic. Cluent. 7. *Eum jam summatim exponam.*

CAPUT CCLIV.

De particulis SUPER, SUPERNE et SUPRA.

1. SUPER contrarium fere habet *sub*, aut *subter*. Cic. III. Quint. fr. 1. *Tectum, quod super conclavia non placuerat tibi esse multorum fastigiorum, id nunc honeste vergit in tectum inferioris porticus.* Id. II. de Leg. 26. *Demetrius super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis non altiorem.* Id. II. fin. 18. *Si scieris, velle imprudentem super aspidem assidere, improbe feceris, nisi monueris.*

* 2. *Super* de situ locorum. (pro *ultra, trans.*)

Livius I, 2. *Situs est Aeneas super Numicium flumen.* Id. XXXIII, 14. extr. *Per agrum Saticulanum Trebulanumque super Suessulam per montes Nolam pervenit.* Id. XLII, 58. extr. *Thessali quadringenti equites parvo intervallo super lævum cornu locati.* Id. XXXVIII, 13. *Ipse nihil via digressus ad Antiochiam super Mæandrum amnem posuit castra.* Id. XXXII, 15. extr. *Sita est urbs super Peneum amnem.* Add. Sallust. Jugurth. 19.

*3. *Super* accessionem notat. (pro *post, præter.*)

Livius I, 50. *Suos ejus pœnitet, quippe qui alii super alios trucidantur.* Id. II, 31. *Super solitos honores locus in circo ipsi posterisque ad spectaculum datus.* Ib. 51. *Obsessa urbs foret, super bellum annona premente, ni Horatius ex Volscis esset revocatus.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0861
DFG

Id. XXII, 61. *Novus super veterem luctus tot jactura civium adjectus erat.* Id. LX, 23. *Hæc super cætera tristem adventum in Macedoniam regi fecerunt*, id est, præter reliqua mala, etiam tristem cet. Plaut. Pseudol. IV, 1, 38. *Tibi suavia super suavia quæ det.* Tacitus etiam ita utitur *super*. Cicero contra et alii item nobiles autores, non sic utuntur. Quare exempla inde afferre non potuimus.

* 4. *Super* pro *præter-etiam*, vel *et*, vel *quoque*.

Livius XXI, 46. *Apud Romanos haud quaquam tanta alacritas erat, super cætera recentibus etiam territos prodigiis.* Id. XXVIII, 46. extr. *Punicum exercitum super morbum etiam fames affecit.* Id. LX, 56. *Quod reliquum erat id studebat, ne super impunitatem etiam præmio sceleris flueretur.* Id. XLI, 18. *Super tam evidentem tristis ominis eventum, etiam ex pullario auditum est, vitium in auspicio fuisse.* Add. Colum. IV, 24. *Huc refer illud: Liv. XXXVIII, 39. *Clazomeniis, super immunitatem et Drymusam insulam dono dederunt.* * Eodem pertinet illud Livii XXXI, 40. extr. *Super circumfusas tot Macedoniæ gentes, maritima quoque instans obsidio.* Tacitus XV, 72, 2. *Tigellinum et Nervam ita extollebat, ut super triumphales in foro imagines, apud palatium quoque effigies eorum sisteret.* Add. Columell. III, 19, et Sueton. Claud. 5.

*5. *Super hæc* et *super ista* pro *præterea* sequioris ætatis sunt.

Livius II, 27. *Super hæc timor incessit Sabini belli.* Id. XXX, 1. *Super hæc, bellicæ quoque laudes consulatus compotem fecerant.* Add. Columell. de arbor. 11. Seneca nat. quæst. VII, 5. *Super ista velociter desinit.*

* 6. *Super*

* 6. *Super* de numero.

Livius XXIII, 12. *Annulorum tantus acervus fuit, ut metientibus, dimidium ſuper tres modios expleſſe, ſint quidam autores.* Tacitus German. 33, 2. *Super LX millia non armis telisque Romanis, ſed quod magnificentius eſt, oblectationi oculisque ceciderunt.* Id. Agr. 3. *Jam ſuper triginta millia armatorum adſpiciebantur, et adhuc affluebat omnis juventus.* Add. Sueton. Aug. 35.

* 7. *Super* pro *ſupra magis quam.*

Tacitus III. hiſt. 48, 4. *Lætum ea victoria Veſpaſianum, cunctis ſuper vota fluentibus, Cremonenſis prælii nuncius in Aegypto adſequitur*, indem alles beſſer gieng, als er es wünſchete. Livius XXXI, 18. *Aetas et forma, et ſuper omnia Romanum nomen te ferociorem facit*, und mehr als alles andere. Add. Plinius XXVII, 25, et XXVIII, 22. Sall. Jug. 35.

8. *Super* pro *de*, περὶ.

Interdum uſurpatur pro *de*. Cic. Att. XIV, 25. *Simul cogites, quid nobis agendum ſit ſuper legatione*, was der Legation halben zu thun. Ib. XVI, 6. *Hac ſuper re ſcribam ad te Rhegio*, von dieſer Sache. Virg. II. Aeneid. *Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.*

(*Admonitio.*)

Huic ſignificationi finitima eſt altera, cum ponitur pro *propter*, ut in illo Virgiliano: *nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem*, et in aliis locis.

**9. *Super* pro *ſupereſt.*

D. ** *Super* pro *ſupereſt*, ut græci μέτα pro μέτεσι, πάρα pro πάρεσι. Cerda ad III. Aen. 489. Vall. Flacc. VIII, 485. *Nec ſpes ulla ſuper.* Sic IV, 344. *Nunc ille dies* (det Jupiter oro) *ille*

super, pro superſit! Weitz. ibi. Aliquando nominis aut pronominis locum occupat. Propert. I. Eleg. 21. *Et quicunque super diſperſa invenerit oſſa*, pro ſuperſtes. Quem tamen locum aliter legunt et proponunt viri doctiſſimi, et rectius omnino. Virg. III. Aen. *O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago.* i. e. περιεσσα. Linac. II. p. 105. (add. Drak. ad Liv. IV. 58.)

(10. *Super* de tempore)

Plin. ep. IV, 22. *Super cœnam* eſt cœnæ tempore, quod alias eſt *per* vel *inter cœnam*, ut ſuis locis vidimus.

(11. *Super* pro *e regione.*)

Pro *e regione* capit J. Fr. Gronovius ap. Livium XXXI, 46: *Zelaſium miſerunt, Iſthmiæ id ſuper Demetriadem promontorium eſt, peropportune objectum ut etc.*

* 12. *Super* adverbium.

Celſus IV, 1. *Renes lumbis ſub imis coxis inhærent, et venoſi ſunt et ventriculos habent, et tunicis ſuper conteguntur.* Id. V, 28. *Furunculus ubi adapertus eſt, et exit, ſuper apparet pars carnis in pus verſa.* Id. V, 28. de Acrochord. *Infra lata, ſuper autem tenuia minus ſanguinis mittunt, magnitudine vix unquam lupini modum excedunt.* Idem VI, 18. extr. *Imponenda folia ſalicis, tum linteolum et ſuper lana æque deliganda.* Id. VI, 19. *Digiti fovendi aqua ex verbenis, imponendumque ſuper medicamentum ita factum.*

* 13. *Super* adverbium de numero.

Plinius V, 29. *Miletus Ioniae caput, ſuper octoginta urbium per cuncta maria genitrix.*

* 14. *Mul-*

* 14. *Multum superque* cum genitivo, ne imiteris. Tacitus IV. Ann. 39. extr. *Dixit, sibi multum superque vitae fore, quod tali cum Principe expleviſſet.*

* 15. *Superquam quod* pro *praeterquam quod.* Livius XXII, 3. extr. *Incedere inde agmen coepit; primoribus, superquam quod diſſenſerant a conſilio, territis etiam duplici prodigio.* Id. XXVII, 20. *Marcellus etiam adverſo rumore erat, superquam quod primo male pugnaverat, quia media aeſtate Venuſiam in tecta milites abduxiſſet.* Cicero non ita loquitur.

* 16. *Super* pro *praeterea* poëticum eſt. Sammonic. 54. *Non ſolum miſeros teterrima febris adurit. Sed ſuper optato pergit viduare ſopore.* (Immo etiam proſaici ſcriptores dixerunt, ut Cic. Leg. II. 21. *ſuper dicebant;* qui locus tamen ſuſpectus eſt haud immerito: Sueton. Cæſ. 28. *ſuperque Italiae, Galliarumque - - urbes praecipuis operibus exornans*, et ſic aliis idem locis. vid. Burmann. ad Phædr. III, 11.)

II. SUPERNE, id eſt, *e locis ſuperioribus*, vel *e cœlo.* Senec. quæſt. natur. III. 30. *Statim undique ex aperto, ex abdito, ſuperne, ab infimo aquarum fiet eruptio.* Ibid. V, 12. *Ventus ſuperne demittetur.*

III. SUPRA.

Supra contrarium habet *ſub, ſubter*, aut *infra.* Cic. II. de Nat. D. 45. *Mare cum ſupra terram ſit, medium tamen terræ locum expetens, conglobatur undique æquabiliter.* Id. VI. de rep. 4. *Supra lunam ſunt omnia æterna.* Id. II. Nat. D. 37. *Si eſſent, qui ſub terra ſemper habitaviſſent, nec exiſſent unquam ſupra terram.* † Id. IX. ep. 26. *Supra me Atticus, infra Verrius accubuerunt.*

† Hoc exemplum demonſtrat *ſupra* etiam adjungi poſſe verbis motum ſignificantibus. Add Liv. III, 8. et XXXII, 11. Cic. I. Div. n. 27.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0865
DFG

2. Illa per metaphoram. Cic. II. de Nat. D. 13. *Ratio recta supra hominem putanda est, Deoque tribuenda.* Id. I. Qu. fr. 2. *Ecce supra caput homo levis ac sordidus.* * Cic. ep. ad Octav. *Si supra ætatem, supra consuetudinem, supra etiam mortalitatem tuam tibi sunt omnia tributa, cur scelerate circumscribis Senatum?* id est, majora quam tu mortalis capis. Livius VII, 30. *Campani misericordiam implorantibus aliis auxilium dum supra vires suas præstant, omnes ipsi in hanc necessitatem venerunt*, id est, majus quam vires eorum patiebantur. Columell. XI, 3. *Democritus parum prudenter censet eos facere, qui hortis extruant munimenta, quod neque latere fabricata materies perennare possit, neque lapides supra rei dignitatem poscat impensa.* Celsus II, 2. *Corpus supra consuetudinem incaluit.* Sallust. Jugurth. 82.

* 3. *Supra* pro *ante.*

Cæsar VI. B. G. 19, 4. *Galli omnia, quæ vivis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia; ac paulo supra hanc memoriam servi et clientes una cremabantur.*

* 4 *Supra* de tempore, seu numero.

Livius in præfat. *Res est immensi operis, ut quæ supra septingentesimum annum repetatur.* Colum. XII, 49. extr. *Supra duos menses sapor ejus non permanet integer.* Livius XXVI, 25. *Conjugibus liberisque et senioribus supra LX annos in propinquam Epirum missis, conjurant.* Liv. XLII, 61. *Scuta erant supra mille quingena.* Id. XXIII, 11. *Occidit supra ducenta millia hostium, supra quinquaginta millia cepit.* Add. Id. XXIII, 17. et 37. item XXVI, 12.

* 5. *Su-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0866
DFG

* 5. *Supra* pro *præter*, drüber hin, neben vorbey

Cic. IV. epist. 12. *Ille, ut ajebat, supra Maleas Italiam versus navigaturus erat.*

Supra pro *præter*, auſſer, über.

Livius II, 18. *Supra belli Latini metum id quoque acceſſerat, quod triginta jam conjuraſſe populos ſatis conſtabat.* Pallad. Novembr. 13. *Haedis ſupra lactis abundantiam, edera et arbuti et lentiſci cacumina ſunt ſaepe praebenda*

* 6. *Supra* pro *altius*, von forne, ἄνωθεν.

Salluſt. Jugurth. 5. *Priusquam hujuscemodi rei initium expedio, pauca ſupra repetam*, will ich etwas weniges von Anfang her erzehlen.

7. *Supra* ſine caſu, ἄνω.

Interdum ponitur ſine caſu. Cic. I. de Div. 17. *Cotem et novaculam illam defoſſam in comitio, ſupraque impoſitum puteal accepimus.* Add. Cæſar I. B. C. 46, 6. Columell. XI, 2.

9. *Admonitio* I.

Superius dixi, et alia hujusmodi inuſitata ſunt, ac fortaſſe barbara, pro quibus illa ſunt in uſu: *ante dixi, ſupra dixi, ſupra ſcripſi*, ich habe es droben, vorher, geſagt, geſchrieben.

* 9. *Admonitio* II.

Simul ſcire licet, Ciceronem non dicere *ſupra dictus*, ſed *quem ſupra dixi, quem ante dixi.* Non dices igitur, *cauſa ſupra dicta valebit*, ſed, *cauſa quam ſupra dixi, valebit.* vel ut Livius interdum dicit, *quae ſupra dicta eſt*, vel ut Vellejus, *praedicta.*

* 10. *Supra* tralate.

Livius VII, 30. *Usque ad nos contemtus Sammitium pervenit, ſupra non aſcendit.*

* 11. *Supra* de numero.

Varro. III. R. R. 13. *Silva erat supra quinquaginta jugerum maceria septa.* Livius XLI, 28. *In ea provincia hostium caesa aut capta supra octoginta millia.* Add. Id. XLII, 66. extr. et XXXIX, 17.

12 *Nihil supra*, nichts drüber.

Cic. XIV. ep. 1. *Pisonis amor in nos omnes tantus est, ut nihil supra possit esse.* Id. XIII. Att. 19. *Libros confeci et absolvi: nescio quam bene, sed ita accurate, ut nihil supra*, mit solcher Sorgfalt, daß nichts drüber ist. *Add. Terent. Andr. I, 1. Nepos Att. 4.

13. *Supra quam.*

Supra interdum adsciscit *quam.* Cic. II. Nat. D. 54. *Aspera arteria ostium habet adjunctum linguae radicibus, paulo supra, quam ad linguam stomachus annectitur*, ein wenig über den Ort, da der Schlund an die Zunge angefüget. Sallust. Catil. 1. *Corpus patiens inediae, algoris, vigiliae, supra quam cuiquam credibile est*, sein Leib konnte Hunger, Frost und Wachen mehr vertragen, als es sich glauben lässet. *Add. Celsus VII, 30. de condyl. curat. *Supra quam ego sum, petere.* Sallust. Jug. 24.

S.D.P.** Pro eodem Horatius dixit *super quam.* I. Sat. 2, 65. *Poenas dedit usque superque quam satis est, pugnis caesus.*

CAPUT CCLV.

De adverbio SURSUM.

SURSUM est *in superiore parte*, in der Höhe. Cic. Nat. D. II. 56. *Nares eo, quod omnis odor ad supera fertur, recte sursum sunt.*

Sursum

Surſum eſt in die Höhe. v. g. *Surſum corda.* Nonnunquam tralate ponitur. Senec. tranq. anim. 11. *In tanta rerum ſurſum ac deorſum euntium verſatione,* da alles drunter und drüber gehet.

CAPUT CCLVI.

De pronomine TALIS.

1. *Talis* abſolute.

Cic. Cluent. 53. *Vir tali dignitate praeditus,* ein ſo angeſehener Mann.† Id. Quint. 13. *Tot taleſque viri.* * Ita alibi ſæpe.

(*Admonitio.*)

In hac forma obſervandum, vim non eandem eſſe. Nam in nonnullis ſemper in meliorem partem, in aliis ſemper in deteriorem partem dicitur: velut, *in tali tempore*, Cicero in epiſtolis ſemper de tempore triſti ex incommodo aliquo dixit.

2. *Tale aliquid, tale quiddam.*

Interdum additur *aliquid* aut *quiddam.* Cic. XVI. Att. 8. *Non equidem hoc divinavi, ſed aliquid tale putavi fore,* etwas dergleichen. Id. II. Leg. 5. *Omnem legem, quae quidem certe lex appellari poſſit, eſſe laudabilem, quibusdam talibus argumentis docent.* * Exempla utriusque generis multa ubique ſunt.

*3. *Tale quid, tale quicquam.*

Livius V, 1. *Rex, a quo tale quid dictum referretur, pro ſeditionis eum principe, non vani ſermonis autorem habebat.* Id. XXVI, 31. *Tantum abeſt, ut et ipſi tale quicquam facturi fueritis.* Id. XL, 5.

† In l. c. eſt *judices tali dignitate præditi.* Sed Nizolius habet *vir tali* cet. Erga hinc iterum apparet, quod non ſemper exempla ſua ſumſerit ex lectione ſcriptorum veterum Turſellinus. Vide infra in *tandem.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0869
DFG

Primo quidam ex his, aspernantium tale quicquam speciem praebuerunt, quia plus in Demetrio spei habebant.

4. *Talis - qualis.*

Nonnunquam adsciscitur *qualis*. Cic. I. Or. 19. *Caput esse arbitrabatur oratoris, ut et ipsis, apud quos ageret, talis, qualem se ipse optaret, videretur.* Id. de senect. 8. *Videtis, ut senectus non modo languida non sit, verum etiam operosa, et semper agens aliquid, tale scilicet, quale cujusque studium in superiore vita fuit.* Id. II. off. 13. *Quales sumus, tales esse videamur.*

* Interdum *qualis* non consentit cum *talis*, quod ad numerum attinet. Cic. II. Catil. 2. init. *Si quis est talis, quales esse omnes oportebat, qui in hoc me accuset* cet. Id. Planc. 11. *Tribunus plebis fuit, non fortasse tam vehemens, quam isti, quos tu laudas: sed certe talis, quales si omnes semper fuissent, nunquam desideratus vehemens esset tribunus.* Id. Sext. 47. *Qui sunt tales, qualis pater tuus, M. Scaure, fuit.* Id. III. Philipp. 4. *Quid Tarquinius tale, qualia innumerabilia et fecit et facit Antonius.*

5. *Talis - ac, talis - atque, talis - ut,* so = wie.

Alias *ac* vel *atque*. Cic. in Vatin. 4. *Honos talis populi Romani voluntate paucis est datus, ac mihi.* Terent. Phorm. V, 9. *Tali, atque hic est, infortunio.*† Livius XLII, 42. *Ego haec, quae aut a vobis objecta, aut purgata a me sunt, talia esse scio, ut aures, ut animi audientium sint.*

7. *Talis - ut, talis, qui,* so beschaffen, daß.

Talis saepe assumit *ut* vel *qui*. Cic. de Amic. 3. *Vita*

† Hic locus Terentii a multis longe aliter legitur, quam Autor posuit.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0870
DFG

Vita quidem talis fuit, vel fortuna vel gloria, ut nihil posset accedere. Id. libr. X. ep. 6. *Talem igitur te esse oportet, qui primum te ab impiorum civium societate sejungas.* *Exempla utriusque generis obviam sunt mediocriter attendenti.

* 7. *Hic talis.*

Cil. Mil. 27. *Qua invidia huic esset tali viro conflagrandum?* Ita hæ particulæ ab eodem Cicerone, Nepote, Sallustio sæpissime conjunguntur.

CAPUT CCLVII.

De conjunctione TAM.

1. *Tam* absolute pro *adeo.*

Aliquando *tam* absolute ponitur. Cic. Att. VI, 2. *Græcos reprehendit, quod mare tam secuti sunt.* Ter. And. III, 5, 2. *Quandoquidem tam iners, tam nullius consilii sum.*

* 2 *Tam* inservit judiciis secernendis.

Senec. ep. 102. *Itaque utriusque bonum est merita laudari, tam mehercule, quam bene judicasse.* Seneca ep. 114. *Verumque diverso genere corruptum est, tam mehercules, quam si vellent uti poëticis.*

* 3. *Tam-atque* rarissimum est.

Plaut. Amphitr. I, 1, 287. *Tam consimile est, atque ego.*

4. *Tam-quam.*

Tam plerumque assumit *quam*, et comparationem continet. Cic. V. ep. 2. *Tam sum amicus Reipubl. quam qui maxime*, ich habe die Freyheit der Gemeine so lieb, als sie einer haben kann. Id. XIII. ep. 3. *Tam mihi gratum id erit, quam quod gratissimum*, wird mir so angenehm seyn, als immer ein

Ding

Ding seyn kann. Id. Sull. 31. *Tam sum misericors, Jud. quam vos; tam lenis, quam qui leniſſimus.* * Add. id. III. off. 4.

5. *Admonitio.*

Cum duo non tam comparantur, quam copulantur, non ſolet uſurpari *tam*, *quam:* ſed, *tum*, *tum*, *et*, *et*, *vel*, *vel.* Itaque non dices: *Cicero declamabat tam latine, quam græce, ſed tum latine, tum græce; vel latine, vel græce.* Nec dices: *Tam bona naturæ, quam bona fortunæ accepta referenda ſunt Deo*, ſed *bona et naturæ et fortunæ* cet. *bona vel naturæ, vel fortunæ.* Item: *Virtus ſuſpicitur tum a bonis tum a malis*, non, *tam a bonis quam a malis;* et alia eodem modo.

6. *Tam-quam* cum diverſis verbis.

Alias in comparatione cum diverſis verbis copulatur. Cic. Att. XIII, 20. *Vellem tam domeſtica ferre poſſem, quam iſta contemnere.* Id. Qu. Frat. I, 1. *Quæ quidem non tam expetenda fuit, quam tuenda nobis eſt.* * Cic. II. ep. 16.

7. *Tam-quam ſi.*

Nonnunquam aſſumit *quam ſi.* Cic. Att. VIII. ult. *Quicquid mali hic Piſiſtratus non fecerit, tam gratum eſt, quam ſi alium facere prohibuerit.* Idem XVI. ep. 1. *Xenophanes hoſpes tam te diligit, quam ſi vixerit tecum.* * Add. id. I. off. 7, et Brut. 85.

8. *Admonitio.*

Tam, *quam* fere nominibus et participiis adhibentur †; interdum etiam verbis, nimirum cum compa-

† Et quidem in poſitivo gratu poſitis, nam comparativis ac ſuperlativis et rariſſime et minus commode apponuntur. Plaut. Bacch. V, 1, 5. *Magis quam id reputo, tam magis uxor*, pro *quanto, tanto.* (vid. infr. n. 34.)

comparatio quædam, aut similitudo significatur. Et sane *tam* et *quam* adverbia sunt similitudinis. Significant enim *aeque ac*. Quodsi nulla appareat comparatio aut similitudo, *tantum-quantum* cum verbis usurpari solet. Lege *tantum-quantum*.

*9. *Tum-quam ut.*

Cic. Man. 21. *Quid tam singulare, quam ut ex Senatus consulto legibus solutus, consul ante fieret, quam ullum alium magistratum per leges capere licuisset?* Id. Brut. 47. *Gellius non tam vendibilis orator, quam ut ne scires, quid ei deesset.* Add. Id. ad Quir. 9.

10. *Non tam ut-quam ut*, vel *quam ut ne.*

Non tam ut copulatur cum *quam ut* et *quam ut ne*. Cic. Att. IX, 2. *Eundum igitur est: nec tam, ut belli, quam ut fugæ socii simus.* ibid. 6. *Non tam ut illa adjuvem, quam ut hæc ne videam, cupio discedere.* Id. II. de Orat. 72. *Non tam, ut prosim causis, elaborare soleo, quam ut ne quid obsim.*

11. *Non tam causa-quam ut*, vel *quia.*

Non tam causa assumit *quam ut*, vel *quam quia*. Cic. ep. Brut. 15. *Neque tam ulciscendi causa, quam ut in præsens sceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrerem.* Id. Topic. 1. *Non tam vitandi laboris mei causa, quam quod interesse tua arbitrarer.* †

*12. *Non tam causa-quam-ad.*

Cic. II. Verr. 34. *Ea, cum in Asia esset, comparabat, non tam suæ delectationis causa, quam ad invitationes adventusque nostrorum hominum.*

*13. *Non tam gratia-quam quod.*

Livius II, 44. *Consules ad Vejens bellum profecti, quo undique ex Etruria auxilia convenerant, non tam Vejen-*

† Sic mei libri habent.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0873
DFG

Vejentium gratia concitata, quam quod in spem ventum erat, discordia intestina dissolvi rem Romanam posse.

* 15. *Non tam ob - quam. Non tam ob - quam quod.*

Livius XXXVIII, 39. *Ilienſibus Phœbeum et Gergithum addiderunt, non tam ob recentia ulla merita, quam originum memoria.* Id. XXI, 25. *Boji defecerunt, non tam ob veteres in populum Romanum iras, quam quod nuper circa Padum Cremonamque colonias in agrum Gallicum deductas ægre patiebantur.*

15. *Non tam propter - quam propter.*

Non tam propter adſciſcit interdum *quam propter.* Cic. VII. ep. 3. *Non tam propter periculum meum, quam propter vitia multa, quæ ibi offendi.*

* 16. *Non tam propter - quam ut.*

Cic. II. Orat. 85. *De eo genere libitum eſt mihi paulo plura dicere, non tam propter uſum forenſem, quam ut hoc videritis* cet.

* 17. *Non tam propter - quam quod.*

Cic. I. Legib. 4. *Juris interpretatio non tam mihi moleſta eſt propter laborem, quam quod dicendi cogitationem auſert.* Id. in Cæcil. 7. *Is non tam propter Verrem laborat, quam quod eum minimę res tota delectat.*

* 18. *Non tam quia - quam quia.*

Cic. II. Orat. 30. *De eo non tam quia longum eſt, quam quia perſpicuum, dici nihil eſt neceſſe.* Livius VIII, 19. *Valuit ea legatio, non tam quia pacem volebant Samnites, quam quia nondum parati erant ad bellum.*

* 19. *Non tam quod - quam quod.*

Cic. Sext. 64. *Eum non tam admiror, quod meam legem contemnat hominis inimici, quam quod ſe ſtatuit omnino Conſularem legem nullam putare.*

20. *Non*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0874
DFG

20. *Non tam - ut, uti, ut ne quidem, ut non.*

Sæpe adſciſcit *ut* vel *uti*. Cic. VI. ep. 1. *Neque, cum id faciebamus, tam eramus amentes, ut explorata nobis eſſet victoria*, ſo unſinnig waren wir nicht. Id. II. Orat. 90. *Si aliquid intelligerem ab Antonio prætermiſſum: non eſſem tam inurbanus ac bene inhumanus, uti ego eo gravarer, quod vos cupere ſentirem.* Interdum additur *ne quidem* vel *non*. Cic. Sext. 13. *Nunquam erit tam oppreſſus Senatus, ut ei ne ſupplicandi quidem ac lugendi ſit poteſtas.* Id. XIII. Att. 31. *Non puto tam expeditum negotium futurum, ut non habeat aliquid moræ*, ich halte nicht, daß die Sache ſo richtig ſeyn werde, daß ſie ſich nicht noch eine Zeitlang verziehen ſollte. *Exempla dantur plurima.

21. *Tam - ne.*

Forte invenies exempla, quæ meam ſubterfugerunt diligentiam.

22. *Tam - qui.*

Non raro pro *ut* recipit *qui*. Cic. IV. epiſt. 2. *Qui eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat.* Id. Dom. 34. *Non tam inſolens ſum, qui Jovem eſſe me dicam: non tam ineruditus, qui Minervam Jovis ſororem meam eſſe ſororem exiſtimem.* *Id. I. Catil. 2.

23. *Tam - et perinde.*

Cic. I. fin. 21. *Eas ergo artes perſequeretur; vivendi artem tantam, tamque operoſam, et perinde fructuoſam relinqueret?*

** 24. *Tam - quin.*

P. * Cic. Balb. *Quis eſt tam demens, quin ſentiat?*

25. *Tamdiu* abſolute.

Tamdiu interdum abſolute ponitur. Cic. I. ep. 2. *Abs*

2. *Abs te tamdiu nihil literarum.* Id. II. ep. 1. *Ego te abfuiſſe tamdiu a nobis doleo.* Sic ſæpe.

** 26. *Tamdiu - donec.*

S. D. P. ** *Tamdiu - donec.* Columell. XII, 18. *Tamdiu incenditur, donec ad fundum calor perveniat.* *Colum. XI, 3. XII, 6. et 24, et 25. Plin. X. 54.

27. *Tamdiu - dum. Tamdiu - quoad.*

Tamdiu plerumque adſciſcit *dum*, interdum *quoad.* Cic. II. off. 12. *Tiberius enim Gracchus tamdiu laudabitur, duuu memoria rerum Romanarum manebit.* Id. IX. ep. 12. **Bajæ tamdiu, tum tu ades, ſunt oblitæ ſui.* Id. V. Tuſc. 33. *Corpus tamdiu gaudet, dum præſentem ſentit voluptatem.* Id. I. offic. 1. *Diſces, quamdiu voles; tamdiu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non pœnitebit.* *Add. Nep. Att. 11, 5. Juſtinus XI, 9, 9.

28. *Tamdiu - quamdiu.*

Sæpe aſſumit, *quamdiu.* Cic. Att. IX, 3. *Tamdiu requieſco, quamdiu aut ad te ſcribo, aut tuas literas lego,* ſo lange habe ich Ruhe, als ich dir ſchreibe, oder deine Schreiben leſe. Id. I. Verr. 9. *Querere, quod accuſator uolit tamdiu, quamdiu liceat, dicere.* Id. XII. ep. 19. *Bibulus ſe oppido munitiſſimo, et copioſiſſimo tamdiu tenuit, quamdiu in provincia Parthi fuerunt,* hat ſich ſo lang in der ſehr feſten Stadt aufgehalten, als die Parther in der Provinz geweſen. * Add. id. Marcell. 11, et Colum. XII, 21.

29. *Tamdiu - quam.*

Interdum alterum *diu* non ponitur, ſed intelligitur. Cic. in Brut. 1. *Vixit Hortenſius tamdiu, quam licuit in civitate bene beateque vivere.* *Add. ib. 67. Celſus VII, 26.

30. *Tam-*

30. *Tamdiu - ut.*

Cic. IV. Acad. 22. *Antiochus didicit hæc apud Philonem tamdiu, ut conſtaret diutius didiciſſe neminem.* Pallad. I, 15. *Ea inductio ante tamdiu ſubigenda eſt, ut rutrum, quo calx ſubigitur, mundum levemus.*

* 31. *Tamdiu, quum interea*

Livius V, 34. *Inter tot veterrimos populos tamdiu bella geritis, quum interea non univerſa Etruria bello vobis par eſt*, ihr führet ſchon ſo lange Kriege, und dennoch iſt bisher nicht einmal ganz Etrurien auch im Kriege gewachſen.

32. *Tam multum. Tam valde.*

Jungitur nonnunquam cum adverbiis *multum et valde.* Cic. IV. Verr. 43. *Tametſi non tam multum in iſtis rebus intelligo, quam multa vidi*, wiewohl ich nicht ſo viel in den Sachen verſtehe, als ich ihrer geſehen habe. Id. V. de fin. 11. *Non eſt in vitio diſſolutionem naturae tam valde perhorreſcere.*

33. *Tam* ſæpe omittitur.

Cic. Cæl. 26. *Quam velit, ſi potens*, ſie ſey ſo angeſehen, als ſie wolle. Ibid. 28. *Quam volent, in conviviis faceti ſint.*

34. (*Tam* cum ſuperlativo et comparativo.)

Tacit. A. I, 53. *Nec alia tam intima cauſa.* Cic. Phil. XII, 5. *Veſtris tam graviſſimis tamque multis judiciis.* v. Erneſt. Clav. Cic. in h. v. Id Dejot. 3. *Per iſtam dexteram non tam in bellis et præliis, quam in promiſſis et fide firmiorem.* Suet. Calig. 35. *Tam extremae conditionis fuit.* Nempe in his fere ſuperlativus eſt pro poſitivo, aut præceſſit vel ſequitur poſitivus cum *tam.*)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0877
DFG

35. (*Tam* cum substantivo.)

Suet. Tit. 7. *Quosdam e gratissimis delicatorum, quamquam tam artifices saltationis, ut mox scenam tenuerint etc.*

CAPUT CCLVIII.

De conjunctione TAMEN.

1. *Tamen* præpositum.

Etsi *tamen* plerumque subjicitur, cum antecedit *etsi*, vel aliquid ejusmodi: interdum tamen præponitur. Cic. V. Att. 17. *Nos tamen, etsi hoc te ex aliis audire malo, sic in provincia nos gerimus, ut nullus teruncius insumatur* cet. Ubi *tamen* non pendet ab *etsi*, sed refertur ad ea, quæ proxime antecedunt, quod idem usu venit in subjectis exemplis.

2. *Tamen-sed, certe, sed certe.*

Nonnunquam cum *sed*, *certe*, *sed certe* copulatur. Cic. VI. Att. 2. *Pro Appio nos hic omnia facimus, honeste tamen, sed plane libenter.* Id. I. ep. 7. *Quem tamen illi esse in principibus facile sunt passi; evolare altius certe noluerunt.* Id. I. Att. 9. *Neque sum mediocriter commotus, neque tamen credidi; sed certe aliquid sermonis fuit.*

3. *Tamen* in principio.

Non raro in principio collocatur. † Cic. IX. ep. 19. *Tamen a malitia non discedis?* stehst du dennoch von deiner Schalkheit nicht ab? Id. Cluent. 3. *Tametsi permulta sunt, quae mihi, antequam de causa dicam, de communibus invidiae periculis dicenda esse*

† In principiis periodorum satis raro ponitur; in principiis colorum haud quaquam raro.

esse videantur: tamen ne diutius oratione mea suspensa expectatio vestra teneatur, aggrediar ad crimen. (Alterum hoc exemplum plane alienum est: in priori autem haud dubie totum antecedens omissum est, ex consuetudine loquendi facile intelligendum. de hoc genere vid. Gronov. ad Livium XXIII, 19.)

*4. *Tamen* sequitur subintellectum *quidem* vel *etsi*.

Livius II, 45. *Matura res erat, Consules tergiversantur tamen.* Id. II, 51. *Consul, nonnihil et hesterna felicitate pugnae ferox, magis tamen, quod inopia frumenti, quamvis in praecipitia, dum celeriora essent, agebat consilia, temere ad castra hostium aciem erexit.* Cic. III. Att. 11. *Me et tuae literae, et quidam boni nuncii, non optimis tamen autoribus, adhuc Thessalonicae tenebant.* Et ita idem sæpe alibi. (Sic contra post *etsi*, *quamvis* omittitur *tamen* v. Cort. ad Sall. Jug. 35.)

*5. *Tamen* sequitur duos ablativos consequentiæ.

Cic. V. ep. 2. *Hac accepta tam insigni injuria, tamen illo ipso die misi ad Metellum communes amicos, qui agerent cum eo, ut ab illa mente desisteret.* Id. Mil. 3. *Horatius, nondum libera civitate, tamen populi Romani comitiis liberatus est.* Id. II. Phil. 26. *Miserum me: consumtis enim lacrymis, tamen infixus animo haeret dolor.* Id. VII. Att. 11. *Nostri olim, urbe reliqua capta, arcem tamen retinuerunt.* Ib. 17. *Caesarem, L. Caesare cum mandatis de pace misso, tamen ajunt acerrime delectum habere.*

*6. Tamen sequitur participia.

Cic. III. Catil. 5. *Ibi vehementissime perturbatus Lentulus, tamen et signum et manum suam cognovit.* Id. XII. Att. 14. *Bruti literae scriptae et prudenter*

et amice, multas mihi tamen lacrymas attulerunt. Id. Marcell. 10. *Ingratus est injustusque civis, qui armorum periculo liberatus, animum tamen retinet armatum.* Id. de republ. 5. *Haec ego admirans, referebam tamen oculos ad terram identidem.*

* 7. *Tamen* ponitur post *qui*, conditionem quandam innuens.

Cic. I. off. 44. *Illi ipsi, quorum studia vitaque omnis in rerum cognitione versata est, tamen ab augendis hominum utilitatibus non recesserunt.* Idem Rosc. Am. 36. *Africanus, qui suo cognomine declarat, tertiam partem orbis terrarum se subegisse, tamen, si sua res ageretur, testimonium non diceret.* Ib. 53. *Illam priorem proscriptionem, quae facta est in eos, qui arma capere potuerunt, tamen Senatus suscipere noluit.* Id. III. Att. 26. *Ego huic spei et expectationi, quae nobis proponitur, maxime tamen volui praestolari apud te in Epiro.* Id. VI. Verr. 60. Id. II. Orat. 84.

*8 *Tamen* post subintellectum *in* pro *etsi* vel *cum*. †

Cassius XII. ep. Cic. 13. *Delectum remigum, magna contumacia civitatum, tamen satis celeriter habuimus.*

9. *Tamenne* interrogantis et urgentis, post *quid? si.*

Tamenne interrogando instat. Cic. V. Verr. 8. *Quid? si ab Apollonio aliquid commissum est, quamobrem jure in eum animadverteretur, tamenne hanc rem sic agemus, ut crimini aut invidiae reo putemus esse oportere, si quo de homine severius judicavit?* wollen wir deswegen die Sache so tractiren. Idem Quint. 25. *Verum tamen, quid? si, inquit, habes ejusmodi causam, ut hoc tibi planum sit faciendum: tamenne vereris, ut possis haec contra Hortensium conten-*

† Etiam *in* pro *etsi* comitem interdum trahit *tamen*. Exempla vide supra in praepositione *in* pro *etsi*.

contendere. Id. Dom. 19. *Quid? si pluribus de rebus uno sortitu retulisti? tamenne arbitraris id te posse obtinere?* Id. I. de Nat. D. 29. *Tamenne ista tam absurda defendes?* wilst du dennoch solche abgeschmackte Sachen verfechten.

* 10. *Tamen* etiam solum sæpe interrogando instat. Cic. Rosc. Am. 19. *Quid ergo est? ita tamen quaestus te cupidum esse oportebat, ut legem Memmiam putares aliquid valere oportere.* Id. in Cæcil. 6. *Tamen his invitissimis te offeres? tamen in aliena causa loquere? tamen eos defendes, qui se ab omnibus desertos potius, quam ab te defensos esse malunt? tamen his operam tuam pollicebere?*

** 11. *Si tamen.*

Si tamen, so anders, correctioni servit. Ovid. III. Trist. 14. *Nunc incorrectum populi pervenit in ora, in populi quicquam si tamen ore meum est.* Linac. lib. V. p. 362. * Lege supra *si.*

** 12. Affine huic est *nisi tamen*, nam et ipsum in correctione adhibetur. Plin. Paneg. 93. *Ullamne tibi pro beneficiis referre gratiam parem possumus, nisi tamen illam, ut semper nos meminerimus consules fuisse?* Id. VI. ep. 21. *Circa me tantum benignitate nimia modum excessit, nisi quod tamen Poëtis mentiri licet.* Id. VIII. ep. 17. *Parvulum differt, patiaris adversa, an expectes: nisi quod tamen dolendi modus; non est timendi.* Ubi Cl. Buchnero particula *tamen* inserta videtur, magis ut abundaret ac expleret, quam ut aliquid efficeret.

(13. *Tamen* pro *saltem.*)

Cic. Rosc. A. 3. *Quod si aut causa criminis, aut facti suspicio, aut quaelibet denique vel minima res*

reperietur, quamobrem videantur illi nonnihil tamen in deferendo nomine secuti.

(14. *Quamvis tamen.*)

Interdum etiam statim ab initio cum particula *quamvis* ponitur a poetis: Ovid. Met. II, 782. *Quamvis tamen oderat illam, talibus adsata est.* Sic etiam Græci τὸ ὅμως præponunt. Exemplum est apud Lycurgum in Orat. §. 18.

(15. *Tamen* eleganter præcedente *quidem.*)

Illud autem elegans est, cum post *quidem* ponitur, sed in eodem membro, ut in hoc Plin. Pan. 31. *Superbiebat ventosa et insolens natio, quod, victorem quidem populum, pasceret tamen.* add. Liv. II, 24. et ibi Drak. ad XXXII, 31. etc.

CAPUT CCLIX.

De conjunctione TAMETSI.

TAMETSI idem declarat, quod *etsi.* Itaque adsciscit *tamen.* Cic. IX. Att. 9. *Tametsi jactat ille quidem illud suum arbitrium: tamen habet quiddam profecto, quod magis in animo ejus insederit.* Id. III. ep. 4. *Meum studium erga te et officium tametsi multis jam rebus spero tibi esse cognitum, tamen in his maxime declarabo.* * Add. I. ep. 5.

* 2. *Tametsi-sed. Tametsi-sed tamen.*

Cic. ep. 33. *Tametsi tantam calamitatem reipublicae quam tardissime audire optandum est: sed illis, qui prodesse nihil possunt, nequeo mederi.* Cic. II. ep. 7. *Tametsi hoc minime tibi deest: sed tamen efficeret magnitudo et vis amoris mei, consilio te ut possem juvare.*

* 3. *Tam-*

* 3. Tametsi verum.

Plaut. Prolog. Amphitr. 21. *Tametsi pro imperio vobis quod dictum foret, Jupiter scibat, facturos, quippe qui intellexerat, vereri vos se, Jovem: verum profecto hoc petere me precario a vobis jussis leniter dictis bonis.*

* 4. Tametsi-nihilominus.

Scribonius Compos. 122. *Oportet tamen non indifferenter remediatos in futurum vivere: tametsi enim a coli dolore tuti sint, metuere nihilominus debent* cet.

* 5. Tametsi *nihilominus tamen* minus probatur.

Boëth. Consolat. IV. pros. 6. *Quo fit, ut tametsi vobis hunc ordinem minime considerare volentibus confusa omnia perturbataque videantur: nihilominus tamen suus modus ad bonum dirigens cuncta disponat.*

6. Tametsi absolute.

Interdum absolute ponitur, omisso *tamen*, quod idem de *quanquam* atque *etsi* supra diximus. Cic. III. ep. 7. *Tametsi id quidem fecerunt ridicule.* Id. II. Att. 4. *Tu quicquid indagaris de republica, facito, ut sciam: tametsi minus sum curiosus*, wolleſt du mir berichten, wiewol ich gar nicht neugierig bin. *Add. id. Rosc. Am. 52, 43, 49.

D. P. ** 7. *Tamenetsi* unica dictione dicebant veteres pro *tametsi*, quod ex eo contractum est. Ennius: *At romanus homo, tamenetsi res bene gesta est, corde suo trepidat.* Cic. IV. ep. 15. *Sed tamenetsi antea scripsi, quæ æstimavi scribi oportere; tamen hoc tempore breviter commonendum putavi.* Id. V. Att. 17. *Nos tamenetsi hoc te ex aliis audire malo, sic in provincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus teruncius insumatur in quemquam.* Cæsar VII. de B. G. *Quæ tamenetsi Cæsar*

intelligebat, tamen quam mitissime potest, legatos appellat. Taubm. ad Plaut. pag. 871. Manut. ad famil. pag. 468. Rittershus. ad Salvian p. 491. Weitz. ad Ter. p. 115.

CAPUT CCLX.

De adverbio TANDEM.

1. *Tandem* instantis

TANDEM proprie quidem est adverbium temporis: verum sæpe vim habet instandi vehementius. Cic. I. Catil. 1. *Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra?* wie lange willst du dich doch unserer Gedult mißbrauchen? Id. Flacc. 10. *Utrum hic tandem disceptationem et cognitionem veritatis, an innocentiæ labem aliquam aut ruinam fore putatis?* Id. I. N. D. 38 *Hoc per ipsos Deos quale tandem est?* Id. Parad. VI, 1. *Quæ tandem est ista tam insolens divitiarum ostentatio?*† Id. II. Catil. 1. *Quanto tandem illum mœrore afflictum esse et profligatum putatis?* Id. I. Leg. 1. *Quorsum tandem aut cur ista quæris?* worzu oder warum frageſt du darnach? **Num tandem.* Boeth. Consol. III. pros. 12.

2. *Tandem aliquando*: lege *aliquando.*

*3. *Tandem jam.*

Livius VIII, 5. *Tempus erat, Manli, vosque Patres conscripti, tandem jam vos nobiscum nihil pro imperio agere.*

(4. *Vix tandem.*)

Ter. Andr. III, 1. *Vix tandem sensi stolidus.*

*5. *Tandem*

† Hoc exemplum ex infideli potius alicujus memoria, aut e rivulo quodam, quam e fonte Ciceronis profluxisse videtur. Mei certe libri habent alia verba.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0884
DFG

* 5. *Tandem* post duos ablativos consequentiæ vel participio.

Livius VII, 11. *Magna utrinque edita cæde, vertitur tandem acies Gallorum.* Sallust. Jug. 93. *Diu multumque fatigati tandem in castellum perveniunt.*

CAPUT CCLXI.
De adverbio TANQUAM.

TANQUAM sæpe adverbium est similitudinis. Cic. Vatin. 2. *Repente tanquam serpens te e latibulis intulisti.* Id. Brut. 18. *Odyssea Homeri est tanquam opus aliquod Dædali.* Id. senect. ult. *Ex ista vita discedo tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo.* Id. II. Att. 1. *Dicit, tanquam in Platonis politia, non tanquam in Romuli fece, sententiam,* Id. II. Philipp. 41. *Ut istum, tanquam si esset consul, salutarent.*

2. *Tanquam* cum *sic* vel *ita.*

Tanquam sæpe jungitur cum *sic*, interdum cum *ita*, vel *itidem.* Cic. Dom. 2. *Crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio.* Id. V. Tusc. 5. *Tanquam levia quaedam vina nihil valent in aqua, sic Stoicorum ista magis gustata, quam potata delectant.* Id. Rosc. Am. 32. *Tanquam si offusa Reip. sempiterna nox esset, sic ruebant in tenebris.* * Cic. II. off. 13. *Tanquam in clarissima luce versetur, ita nullum obscurum potest nec dictum ejus esse, nec factum.* Livius XL, 6. *Tanquam de regno dimicaretur, ita concurrerunt.*

* 3 *Tanquam - itidem.*

Terent. Eun. II, 2. *Eum me sectari jussi, si potis, tanquam philosophorum habent disciplinae ex ipsis vocabula, parasiti itidem ut Gnathonici vocentur.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0885
DFG

4. *Admonitio.*

In comparationibus et similitudinibus Cicero *tanquam* usurpat libentius quam *velut*. * Et sæpe adjicitur particula *quidam* vel *aliquis*, si præsertim tralatio sine his particulis durior videri possit.

* 5 Tanquam - pro *tanquam si.*

Livius XXVIII, 43. *M. Atilium captum in Africa commemorat, tanquam M. Atilius primo accessu ad Africam offenderit.* Cic. V. fin. 15. *Parvi primo ortu sic jacent, tanquam omnino sine animo sint.* Id. Brut. 1. *Tanquam illi ipsi acerbitatis aliquid acciderit, angimur.* Id. III. Verr. 28. *Statim tanquam conjuratio aliqua Agyrii contra remp. facta, aut legatus praetoris pulsatus esset, ita Agyrio magistratus et quinque primi accitu istius evocantur.* Add. Liv. XLI, 24. Cic. II. Invent. 10. extr.

*6. Tanquam si.

Cic. II ep. 16. *De Dolabella quod scripsi, suadeo videas, tanquam si res tua agatur.* Add. Plaut. Asin. II, 4. et Menæch. V, 9, et Pallad. III, 12.

* 7. Tanquam si - ita.

Cic. III. Quint fr. 2. *Omnes, tanquam si tu esses, ita fuerunt.* Id. Cæcin. 21. Id. Partit. 28. Dicunt etiam *tanquam si - sic.* vid. paulo supra ultimum exemplum in *tanquam - sic.*

* 8. Tanquam non.

Livius XLII, 3. *Tanquam non iidem ubique dii immortales essent, sed spoliis aliorum alii colendi.*

* 9. Tanquam post verba vituperandi, accusandi cet. pro *quod.*

Tacitus XVI, 8, 1. *Silanum increpuit iisdem, quibus patruum ejus Torquatum, tanquam disponeret*

ret jam imperii curas. Id. I. hist. 48, 6. *Servilius deinceps probro aspersus est, tanquam scyphum aureum in convivio Claudii furatus.* Id. I. hist. 26 et 58. II, 21. Add. Plin. XX, 20. Sic item post nomina: Tacitus IV. Ann. 13.

(10. *Tanquam* pro *non secus ac, non minus ac, aeque ac.*)

Ter. Phorm. I, 2. *Senis nostri fratrem majorem nosti ne? D. Tanquam te.* Et huc pertinent quædam e n. 5. sqq.

CAPUT CCLXII.

De adverbio TANTISPER.

TANTISPER est *tanto* vel *tantulo tempore.* Plaut. Aul. IV, 5. *Tantisper hic ego ad januam concessero,* ein wenig indessen an die Thüre treten. Cic. Cæcin. 10. *Cogitare tantisper de aliquo reo.* *Add. Id. XII. Att. 15, et Liv. I, 22.

2. *Tantisper - dum.*

Interdum adsciscit *dum.* Cic. IX. ep. 2. *Censeo latendum tantisper ibidem, dum reserveseat hæc gratulatio.* Plaut. Trucul. Prolog. *Athenæ istæ sunto ita ut hoc est proscenium, tantisper dum transigimus hanc comœdiam,* dieses soll Athen seyn so lange, bis wir mit der Comödie fertig werden. Plaut. Mostell. III, 1. *Ego hic tantisper, dum exis, te operiar foris.* *Add. Ter. Heaut. I, 1.

(Admonitio.)

Posterior observatio priori loco ponenda erat. Nam legitima ratio usurpandæ hujus particulæ est hæc posterior, in qua sequitur *dum*, aut similis significationis particula: prior illa absoluta est exquisitior.

CAPUT

CAPUT CCLXIII.

De particula TANTO.

* 1. *Tanto* cum adverbiis numeri.

Plaut. Mercat. II, 2. *Bis tanto valeo, quam valui prius.* Cic. III. Verr. 97. *Reperietis, quinquies tanto amplius istum, quam quantum ei in cellam sumere licitum sit, civitatibus imperasse.* Varro R. R. I. 18. Plaut. Pers. I, 3, 73. Columell. III, 13. (Sed non tam ad numerum, quam ad comparativum refertur aut diserte additum, aut intelligendum.)

* 2. *Tanto* absolute.

Tacit. II. hist. 30. *Improspera Valentis fama apud exercitum Cæcinæ erat: expositos se tanto pauciores integris hostium viribus querebantur.*

* 3. *Tanto* cum comparativo et *quod* vel *quoniam.*

Sueton. Tiber. 40. extr. *Potestatem omnibus adeundi sui fecit, tanto magis, quod ab urbe egrediens ne quis se interpellaret, exierat.* add. Sueton. Cæs. 48. Plinius XXXVII, 5. *Herbas quoque virentes frondesque avide spectamus. Smaragdos vero tanto libentius, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret.*

* 4. *Tanto melior.*

Plaut. Bacchid. II, 2, 33. *Tanto melior, Bacchis.* (scil. hic, quam cæteri homines.) Add. Plaut. Pers. II, 5. extr. Senec. tranquill. anim. 15. *Laudemus toties dignum laudibus et dicamus: Tanto fortior! tanto felicior.* Plaut. Menæch. II, 3, 79. *Tanto nequior es!*

* 5. *Tanto - quanto* cum duobus comparativis.

Cels. Procem. lib. 1. *Iis tanto magis omnis observatio necessaria est, quanto magis obnoxia offensis infirmitas est.*

* 6. *Tan-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0888
DFG

* 6. Tanto - quanto cum uno comparativo.

Tacitus VI, 45. *Tanto acceptius in vulgum, quanto modicus privatis ædificationibus* Id. IV, 48.

* 7. Tanto - quantum.

Tacitus II, 73. *Si solus arbiter rerum, tanto promtius adsecuturum gloriam militiæ, quantum clementia, temperantia, ceteris bonis artibus præstitisset.*

* 8. Tanto omisso, sequitur *quantum.*

Columell. XII, 21. *Liquidior et purior est aquæ marina, quantum altiori mari hausta est.* Interdum sequitur *quanto.* Plin. XXXIV, 18. *Melior hæc molybdona, quanto magis aurei colores, quantoque minus plumbosa friabilis et modice gravis.* Sed rarius omittitur *tanto,* ubi *quanto* sequitur.

CAPUT CCLXIV.

De adverbio TANTOPERE.

TANTOPERE ex *tanto opere* conflatum est. (unde etiam interdum in libris scriptis divisum reperitur *tanto opere,* ut *magno opere.)* Cic. Mur. 20. *Illud nescio quid, quod tantopere didicisti, præclarum aliquid arbitrare.* Usurpatur pro *tantum.* Cic. Quint. 1. *Neque hoc tantopere quærendum videretur, hæc summa in illis esse, si in nobis essent, saltem mediocria.*

2. Tantopere - quantopere. Tantopere, ut.

Assumit autem interdum *quantopere* vel *ut.* Cic. I. Orat. 35. *Neque enim tantopere hanc a Crasso disputationem desiderabam, quantopere ejus oratione in causis delector.* Cic. I. offic. 11. *In quo tantopere*

apud

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0889
DFG

apud majores nostros culta injustitia est, ut ii, qui cet. *Add. Id. Art. 3, et Nepos in Att. 7. †

*3. Tantopere - quam rarius est.

Cic. I. fin. 4. *Quid est in vita tantopere quærendum, quam cum omnia in philosophia, tum id, quod in his libris quæritur.*

4. P.** *Tantopere* patitur tmesin, ut *magnopere.* Plaut. Casin. *Id est, quod me tanto vir opere orabat meus.* Id. Cist. *Quæ me opere tanto cistellam servare jussit.*

CAPUT CCLXV.

De Nomine TANTUS, *et TANTI, et adverbio TANTUM.

TANTUS et *tantum* nomen absolute. *Tantus* et *tantum* interdum absolute ponuntur. Cic. III. Nat. D. 38. extr. *Deus potuit conservare urbes tantas atque tales.* Ib. I, 21. *Molestе ferebam, tantum ingenium in tam leves sententias incidisse.* Huc pertinet *tantundem.* Cic. I. Tusc. 43. *Undique ad inferos tantundem viæ est,* zur Höllen ist so weit von einem Ort als zum andern. *Add. Cæs. B.G. VII, 72, 1.

2. *Tantus* et *tantum* in epiphonemate.

Interdum in epiphonemate adhibentur. Cic. XI. epist. 8 *Ultro se offerunt omnes. Tantus ardor omnium animos occupavit.* Id. de senect. 13. *Duellius deducebatur cereo funali et tibicine. Tantum licentiæ dabat gloria.* *Add. Id. V. Att. 2, et de senect. 2.

*3. *Tan-*

† Interdum post *tantopere* ponitur *ut* adverbium. Cic. II. Verr. 2. *Nunquam neque tantum periculum mihi adire visus sum, neque tantopere pertimui, ut nunc in ipso judicio.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0890
DFG

* 3. Tantum de personis.

Cic. V. Verr. 39. *In sua quisque navi dicit se tantum habuisse nautarum, quantum oportuerit.* Add. Id. III. Catil. 10. Livius III, 17. Id. XLIV, 42, et XL., 19.

* 4 Tantus - quam.

Varro III. R. R. 2. *HS. sexaginta millia ea pars reddidit eo anno villæ, bis tantum, quam tuus fundus ducentum jugerum Reate reddit.* Liv. VII, 15.

5. Tantus-quantus.

Tantus adsciscit *quantum*, idque vel uno duntaxat verbo copulatum, vel duobus diversis,† vel eodem iterato. Cic. V. ep. 8. *Tanta contentione decertavi, quanta nunquam antea ulla in causa.* Id. IV. Philipp. 1. *Frequentia vestrum incredibilis, Quirites, concioque tanta, quantum meminisse non videor.* Id. de Amic. 6. *Amicitia tantas opportunitates habet, quantas non queo dicere.* Id. V. Att. 20. *Ego in vita mea nulla unquam voluptate tanta sum affectus, quanta afficior hac integritate.* * Add. Id. Man. 11. * Huc refer ea exempla, in quibus *quantus* aliud nomen habet, quam *tantus*. Cic. VI. ep. 9. *Peto, ut ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Cæcinam habiturus esses, tantus cumulus accedat commendatione mea, quanti me a te fieri intelligo.* ††

6. Tantus - quantus maximus.

Interdum assumit *quantum maximum*. Cic. Senect. 12. *Archytas fingere animo aliquem jubebat tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi posset*

† Vel significatione vel sono. Prioris generis exempla habet Autor et multa ubique sunt; posterioris exemplum est in I. Att. 14. et alibi.

†† Subintelligitur enim *pretii rem* vel *hominem*.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0891
DFG

posset maxima, er hieß die Leute sich in Gedanken einen von Leibes-Wollust so eingenommenen Menschen vorstellen, als immer ein Mensch haben könnte. Id. Amicit. 20. *Tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorumque distantia*, in Sitten und allen Vornehmen ist zwischen ihnen ein so grosser Unterschied, als einer seyn kann.

* 7. Tantus - *qui*, pro *ut is*.

Cic. XV. ep. 1. *Nunquam ullum periculum tantum putavi, quod subterfugere mallem, quam vestræ autoritati obtemperare.* Ib. XV, 11. *Nihil est tantum quod ego non tua causa debeam, facturusque sim cum studiose tum libenter.* *Add. Id. Marcel. 2 et 3, et IV. Acad. 39, et Sull. 2. extr.

* 8. Tantus - *qui*, pro *quantus*.

Cic. II. ep. 10. *Velles, ais, tantum modo ut haberem negotii, quod esset ad laureolam satis.* Id. Brut. 45. et V. Tusc. 32, et II. de leg. 3.

9. Tantus, *ut*.

Nonnunquam assumit *ut*. Cic. Amicit. 8. *Tanta vis probitatis est, ut eam in hoste etiam diligamus.* Id. II. Att. 21. *Tantus fuit amor, ut exhauriri nulla posset injuria.* Add. Id. Manil. 10. et Mil. 5.

* 10. Tantus - *ut* pro *tantus - quantus*.

Cic. ep. Brut. 9. *Est alienum tanto viro, ut tu es, quod alteri præceperit, id ipsum facere non posse.* Add. Cæs. III. B. C. 92, 1. Huc refer illud Nep. in Ages. 4. *Agesilaus tanta modestia dicto audiens fuit jussis absentium magistratuum, ut si privatus in Comitio esset Spartæ.*

* 11. Tan-

* 11. *Tantum* cum genitivo plurali. †

Senec. Benef. IV, 23. *Ipse mundus quoties per noctem ignes suos fundit et tantum stellarum innumerabilium refulsit, quem non intentum in se tenet?* Senec. vit. beat. 11. *Tantum acerrimorum hostium.* Vid. V. Verr. 39. add. n. 3.

12. *Tantum ut, uti, utine.* ††

Tantum assumit *ut, uti, utine.* Cic. Senect. 11. *Tantum cibi aut potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur.* Cæs. IV. B. G. 16, 7. *Ubii dicebant, tantum esse nomen atque opinionem exercitus Romani, uti opinione et amicitia populi Rom. tuti esse possint.* * Add. Sallust. Jugurth. 13. Cæs. III. Bell. Civ. 56. *Tantum a vallo ejus prima acies aberat, uti ne in eam telum tormentumve adigi posset.*

** 13. *Tantus*, pro *tantillus.*

D. ** *Tantus* interdum minuit potius, quam auget, poniturque pro *tantillus.* Cic. Leg Man. *Vectigalia tanta sunt, ut his vel ad ipsas provincias tutandas vix contenti esse possimus*, sind so gering, so schlecht. Id. VIII. ep. 8. *Aut non erit istic bellum, aut tantum erit, ut vos aut successores sustinere possint.* Cæs. VI. B. G. 35, 9. *Præsidii tantum est, ut ne murus quidem cingi possit.* Huc pertinent quæ mediocritatem designant. Ovid. II. remed. in fin. *Aut nulla ebrietas aut tanta sit, ut tibi curas eripiat, si quæ est inter utrumque, nocet.* Cic. de Senect. 11.

(13. b

† *Tantum* cum genitivo singulari crebrius reperitur. v. g. *tantum pecuniæ*, cet.

†† Hoc tantum nihil separatum habet ab observatione 10. nisi quod ibi generalius est. Apponi autem etiam potest *ut ne quidem.* vid. Cic. III. Verr. 18. et alibi.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0893
DFG

(13. b *Tantus* cum ſuperlativo.)

Reperitur etiam tantus cum ſuperlativo, ubi pro *tam* poſitum videri poſſit, ut ap. Cæſ. B. C. I, 21. *tanta erat ſumma exſpectatio.* Exempla etiam ſunt apud Plautum, Lucretium et alios: ſed hoc genus non facile imitandum.

114 *Tantum* ſo lang - *ut* vel *dum*, vel *quantum.*

Livius XL, 48. *Conſul tantum moratus, ut ſuos refugere in caſtra libero introitu ſineret, clamore ſublato ſimul omnibus portis erupit.* Id. XXXVII, 12. *Livius tantum moratus dum Eumenes eum claſſe aſſequeretur, Samum petere intendit.* Idem XLV, 2. Add. Salluſt. Jug. 53. Livius XXXIII, 2. *Quinctius tantum Thebis moratus, quantum Attali receus caſus coëgit, Elatiam redit.*

* 15. *Tantum* ſo weit - *ut.* †

Livius XXXVII, 39. *Antiochus tantum progreſſus e caſtris eſt, ut dimicaturum appareret.*

* 16. *In tantum - donec.*

Colum. III, 13. *Humum in tantum deprimere oportet, donec altitudinis menſuram datam ceperit.*

Nota illud etiam Colum. XII, 24. *Aquam, cum in tantum refrixerit, quantum, ne contacta corpus urat, partem aliquam ejus pici immiſcemus.*

* 17. *Quater tantus, bis tantus* cet.

Hirtius B. Afr. 19, 6. *Petrejano auxilio adhibito, equitibus cIↃ peditum, ac levis armaturæ quater tantis, ſagittariis ac funditoribus* cet. Cic. III. Verr. 43. *Sexies tantum, quam quantum ſatum ſit, ablatum eſſe ab aratoribus, intelligetis.*

Sed

† Subintelligi videtur *ſpatium*, uti in proxima ſuperiore obſervatione *tempus*. Interdum etiam non ſequente *ut*, *tantum* ponitur pro *tantum ſpatium* apud Livium XXI. cap. 32.

Sed tamen Plaut. Pseud. 11, 2. *Quasi mihi non sexcenta tanta soli soleant credier.*

18. *Tantumdem - quantum.*

Id. II. Legib. 19. *Qui morte testamentove ejus tantundem capiat, quantum omnes hæredes.* Cato 18. *Musti tantundem addito, quantum aceti.* Add. Tac. II. hist. 50. Colum. XII, 21.

* 19. *Tantillus.*

Plaut. Mostell. II, 1, 47. *Potate haud tantillo hac quidem causa minus.*

20. *Tantulus* nomen, cui *quantulus* apponitur.

Cic. II. Tusc. *Tantulum malum.* Id. II. Verr. 38. *Bona vendidisset, si tantulum moræ fuisset, quo minus ei pecunia illa numeraretur,* wann es nur einen kleinen Verzug gemacht hätte im Bezahlen. Id. I. Att. 11. *Ita distinebar, ut vix huic tantulæ epistolæ tempus habuerim.* *Add. ib. XV, 26.

21. *Tanti est* pro *expedit.*

Tanti est, pro *expedit*, eleganter ponitur. Cic. IV. Verr. 12. *Hic tibi in mentem non venit jubere, ut hæc quoque referret H. S. D. se tibi vendidisse; fuit tanti, mihi crede: haberes, quod defenderes,* glaube mir, es hätte es wohl ausgetragen. Id. II. Catil. 7. *Est mihi tanti, Quirites, hujus invidiæ falsæ et iniquæ tempestatem subire, dummodo a vobis hujus horribilis belli periculum depellatur,* es verlohnt sich noch wohl der Mühe. *Add. id. Att. V, 20. et XI, 16. Senec. Benef. IV, 39. Cic. Catil. I, 9. (v. Manut. ad Cic. Verr. VI, 20. et quos laudat Arnzen. ad Plin. Paneg. 6.)

22. *Nihil tanti est* pro *non expedit.* †

Nihil tanti est pro *non expedit*, aut *non tanti*

† Dicitur etiam *non est tanti.* Cic. I. Catil. 9.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0895
DFG

faciendum est, elegantissime dicitur, Cic. II. Att. 13. *Juratus tibi possem dicere, nihil esse tanti.* Ib. XIII, 40. *Nunc nihil mihi tanti est, faciam, quod volunt.* Ib. V, 8. *Nihil nobis fuerat tanti.*

23. *Tanti est* cum *ut* vel *quo*.

Interdum adhibetur *ut*, vel *quo*. Cic. Att. XII, 3. *Nihil tamen tanti, ut a te abessem, fuit*, ich habe nichts so hoch geachtet, daß ich dich darum verlassen sollte. Id. Rosc. Com. 8. *Tibi Piso certe tanti non fuisset, ut socium fraudaretis.* Cæl. Cic. VIII. ep. 14. *Tanti non fuit Arsacen capere, ut earum rerum, quæ hic gestæ sunt, spectaculo careres.* Cic. ad Brut. 16. *Nihil tanti fuit, quo venderemus fidem nostram.*

* 24. *Non est tanti, quam quod.*

Cic. Mil. 22. *Id quidem non tanti est, quam quod propter eosdem non sanguine et vulneribus suis crudelissimi inimici mentem oculosque satiavit.*

* 25. *Tanti-quantum.*

Cic. X. ep. 1. *Furnium tanti a te fieri, quantum ipsius humanitas et dignitas postulat, gaudeo.*

*26. *Tantidem-quasi.*

Plaut. Mercat. II, 2. *Decrepitus senex tantidem est, quasi sit signum pictum in pariete.*

27. *Tantum* adverbium absolute. †

Interdum absolute ponitur. Cic. Qu. Fr. I, 1. *Præsertim cum hi mores tantum jam ad nimiam levitatem et ambitionem incubuerint.* * Add. id. XIV. ep. 1, et VII. Att. 1, et Cæsar B. G. VI, 12, 3.

28. *Tantum-quantum.*

Tantum-quantum non est idem, quod *tamquam*, sed

† Videtur subintelligi *in*. Vid. Senec. quæst. nat. III, 24. Add. supra in *in*.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0896
DFG

ſed *tam multum*, *quam multum*. Itaque non cum nominibus et participiis, † ſed cum verbis uſurpari ſolent. Lege *tam*, *quam*. *Tantum* autem et *quantum* copulantur tum verbo uni, tum duobus diverſis, tum eidem iterato. Cic. IV ep 7. *Gratia tantum poſſumus*, *quantum vicki*. Ib. V, 13. *Tecum ero tantum*, *quantum patietur utriusque ætas*. Ib. XIII, 22. *Si huic commendationi meæ tantum tribueris*, *quantum cui tribuiſti plurimum*. Id. II. Att. 23. *Si me amas tantum*, *quantum profecto amas*. Ib. 19. *Neque tantum eſt in re*, *quantus eſt ſermo*, iſt nicht ſo viel im Werke, als in der Rede.

Interdum pro *tantum tantundem* dicitur. Cic. V. Verr. 87. *Magiſtratibus tantundem detur in cellam*, *quantum ſemper datum ſit*.

* 29. Tantum - ut pro *adeo - ut*.

Cic. Sext. 14. *Tantum homines ſefelliſti*, *ut negligeres autoritatem Senatus*.

30. Tantum abeſt, ut. Tantum abeſt, ut, vix, etiam.

Tantum abeſt, jungitur cum *ut*, interdum aſſumit *vix*, aut *etiam*. Cic. I. off. 14.. *Id tantum abeſt ab officio*, *ut nihil officio magis poſſit eſſe contrarium*. Id. Att. XIII, 21. *Tantum porro aberat*, *ut binos ſcriberent*; *vix ſingulos confecerunt*, es hat aber um ſo viel gefehlet, ein jedes zweymal abzuſchreiben, daß ſie es kaum einmal gethan haben. Id. V. de fin. 20. *Qua in vita tantum abeſt*, *ut voluptates conſectentur*: *etiam curas*, *ſolicitudines*, *vigilias perferunt*. * Add. Brut. 80.

† Autor fortaſſe reſpicit uſum Ciceronis, quem alii non attendunt. Colum. XI, 3. *Id non tantum incommodum eſt*, *quantum*, *quod noxium virus habent*, *ſuccoque ſuo ſterile ſolum reddunt*.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0897
DFG

31. Tantum abeſt, ut, cum ut maxime, ut minime, ut valde. †

Tandum abeſt ut, adſciſcit interdum *ut maxime*, *ut minime*, *ut valde*, et alia ejusmodi. Cic. II. Acad. 9. *Carneades tantum abeſſe dicebat, ut id conſentaneum eſſet, ut maxime etiam repugnaret.* Id. de amicit. 14. *Tantum abeſt, ut amicitia propter indigentiam colatur, ut ii, qui minime alterius indigeant, liberaliſſimi ſint.* Id. Att. VII, 3. *Tantum abeſt, ut ille meam ſententiam moveat, ut valde ego ipſi, quod de ſua ſententia diſceſſerit, pœnitendum putem.* Id. Orat. 68. *Tantum abeſt, ut enervetur oratio, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec vis eſſe poſſit.* Id. ad Brut. ep. 6. *Tantum abeſt, ut Panſa de exercitu ſuo tibi aliquid tribuat; ut etiam moleſte ferat, tam multos ad te ire voluntarios.*

* 32. Tantum abeſt, ut, cum ut etiam.

Cic. Man. 24. *Tantum abeſt, ut aliquam bonam gratiam mihi quæſiſſe videar, ut multas etiam ſimultates intelligam mihi non neceſſarias, vobis non inutiles ſuſcepiſſe.* Id. XII. ep. 12.

* 33. Tantum abeſt ut cum ut contra, ut vix, ut potius.

Livius VI, 15. *Cui rei tantum abeſt, ut impedimento ſim, ut contra te, Manli, adhorter, liberes fœnore plebem Romanam.* Ib. 31. *In qua trepidatione tantum abſuit, ut civilia certamina terror externus cohiberet, ut contra eo violentior poteſtas tribunitia impediendo delectui eſſet.* Id. XII, 5. *Tantum aberat, ut ſua ſigna atque ordinem et locum noſceret miles, ut vix ad arma capienda competeret animus.* Hirtius A. 13, 22. *Hoc detrimento milites noſtri*

† *Tantum abeſt ut*, cum *ut* itidem uſitatiſſimum eſt. Vid. Cic. XI. ep. 10, et de Orat XXIX. extr. Nec reliqua infrequentia, quæ Autor hic proponit.

noſtri tantum abſuerunt, ut perturbarentur, ut incenſi potius atque incitati magnas acceſſiones fecerint in operibus hoſtium expugnandis.

34 *Tantum* adverbium † et *tantummodo* pro *ſolum* et *duntaxat.*

Sæpe pro *ſolum* aut *duntaxat* uſurpatur. Cic. Parad. II. *Nomen tantum virtutis uſurpas: Quid ipſa valeat, ignoras.* †† Verum interdum adſciſcit *modo.* Cic. II. de Nat. Deor. 32. *Arbores tantummodo per ſtirpes aluntur ſuas.* Id. Or. III, 14. *Neque enim oratorem tantummodo ſed hominem non putant.* Id. Sull. 10. *Torquatus ea omnia ſuppreſſa voce de ſcelere Lentuli dixit tantummodo, ut vos, qui ea probaretis, poſſetis exaudire.* *Add. Id. II. ep. 9.

* 35. *Tantummodo ne* pro *dum ne*, rarum eſt.

Cic. IX. Att. 12. *Tantummodo Cnejus noſter ne, ut urbem ἀλογίστως reliquerit, ſic Italiam relinquat.*

* 36. *Tantummodo*)(*præterea.* *Tantummodo*)(*cæterum.*

Sueton. Tib. 2. *Unum hoc tantummodo, neque præterea quicquam notatum eſt.* Salluſt. Jug. 14. *Regni Numidiæ tantummodo procurationem exiſtimo meam: Cæterum jus et imperium ejus penes vos eſt.* Interdum ſequitur *ſed.* Vid. Salluſt. Jug. 16.

* 37. *Non tantummodo-ſed non*, pro *non modo non ſed ne quidem.*

Cic. III. Orat. 14. *Neque eum oratorem tantummodo, ſed hominem non putant.*

* 38. *Non tantummodo-ſed etiam.* †

Liv. XXI, 32. *Cornelius Cnejum, Scipionem fratrem*

† Sæpe in exceptionibus et ſermone abrupto uſurpatur. Cic. XII. ep. 29, 4. Vide §. 29.

†† Exempla ſunt infinita.

††† Sed illud omittitur a Seneca benefic. IV, 5. *Neque enim neceſſitatibus tantummodo noſtris proviſum eſt; usque in delicias amamur.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0899
DFG

trem adversus Asdrubalem misit, non ad tutandos tantummodo veteres socios conciliandosque novos, sed etiam ad pellendum Hispania Asdrubalem. Id. IX, 37. Neque in silvis tantummodo promota castra, sed etiam aviditate dimicandi quam primum in campos delata acies. Add. Celsus I. 3. et III, 21, bis.

* 39. *Non tantummodo - sed quoque.*

Celsus III, 1. *Id non in febribus tantummodo, in quibus frequentissimum est, sed in aliis quoque fit.* Id. VII, 7. de Pituit. Ocul. *Id non in Græcia tantummodo, sed in aliis quoque gentibus celebre est.*

40. *Tantum* cum *dico, video*, aut *dicam.* †

Sæpe *tantum* jungitur cum *dico, video*, aut *dicam.* Cic. Att. X, 4. *Qualis fuerit, non audeo dicere. Tantum dico, post* cet.†† Id. IX, ep. 18. *Id cujusmodi sit nescio, tantum video, nullius adhuc consilia me huic anteponere.* Id. Att. XI, 7. *Tantum dicam, nihil mihi gratius esse, quam quod eam diligis.* Id. Mur. 27. *Nihil dicam arrogantius: Tantum dicam* cet.

* 41. *Tantum - etiam. Tantum, et non quoque.*

Cels. V, 28. de pustul. gener. *Ex pustulis nonnunquam etiam ulcuscula aut aridiora aut humidiora; et modo tantum cum prurigine, modo etiam cum inflammatione aut dolore.* Liv. XLV, 38. *Erratis militibus,*

† Fere autem *tantum* cum his et aliis verbis ita jungitur, cum præcessit *non*, vel simile quid, præsertim in Paralipsi. Vid. Cic. Brut. 46 et 97. extr. et Orat. 2, et in Topic. 6. princ. et IV. Acad. 36, et Sull. 25, et Planc. 9, et Cæl. 12, et III. Tusc. 21, et Liv. XI, 15 et 16. Sed Sallust. Jugurth. 26. *Adherbali suadent, uti seque et oppidum Jugurthæ tradat: tantum ab eo vitam pacisceatur.* Jungitur autem *tantum* etiam cum *oro*, Cic. III. Att. 5, et cum *scribo* Cic. XIV. ep. 1. Cum *doleo* Cic. II. Att. 19. cet. Cum *relinquo* Cic. Flacc. 6.

†† Lambinus et alii habent *tantum scio.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0900
DFG

milites, si triumphum imperatoris tantum, et non militum quoque esse decus censetis.

* 42. *Non tantum - sed.*

Tacitus III, 33. *Non imbecillus tantum et impar laboribus sexus, sed si licentia adsit, sævus, ambitiosus.* Id. XIV, 5. Liv. IV, 49. Add. Id. I, 4. extr. Seneca ep. 110. Huc refer Liv. XLIV, 35. *Romani non ab his tantum, cum quibus contractum certamen erat, sed multo magis ab ea multitudine, quæ disposita in turribus stabat, vulnerabantur.*

* 43. *Non tantum* pro *non solum - sed etiam.*

Cic. I. Orat. 53. *Non tantum parum commode, sed etiam turpiter.*† * Liv. I, 33. *Non urbs tantum hoc rege crevit, sed etiam ager finesque.* Add. Varro VIII. L. L. 52, et Liv. V, 46. Huc refer illa, quæ huic loco similia sunt. Tacit. Germ. 35. *Tam immensum terrarum spatium non tenent tantum Chauci, sed et implent.*

* 44. *Non tantum - sed quoque.*

Liv. I, 25. *Jam non motus tantum corporum, sed vulnera quoque spectaculo erant.* Columell. VI, 1. *Non tantum diversitas provinciarum, sed ipsa quoque Italia partibus suis discrepat.* Liv. V, 19. *Camillus non prælio tantum fudit hostes, sed castris quoque exuit.*

* 45. *Non tantum - verum etiam.*

Cic. Mil. 23. *Non his tantum, verum etiam ejus potestati tradidit se.* Columell. III, 2. *Non tantum propter semina, verum etiam propter arbores ac virgulta.* Huc refer illa: Just. V, 4. *Omnibus non*

† Libri mei habent *non modo.* Sed Nizolius item, ut Autor noster, *tantum* habet.

humanis tantum, verum et divinis eum honoribus honorant. Id. IX, 6. XI, 3, et XI, 35.

* 46. *Non tantum* poſtpoſitum.

Livius XXXVII, 7. *Dare vere pacem, non tantum oſtendere volunt.* Id. XLII, 11. *Romanis quoque bellis, non finitimis tantum adſuetus.*

47. *Tantum non* pro *hoc ſolum defuit*, μονονχί.

Tantum non, eſt *hoc ſolum defuit.* Livius IV, 2. *Et cum hoſtes tantum non arceſſierint, exercitus conſcribi adverſus hoſtes non patiantur?* Id. XXXVII, 29. *Cudanus ubi vidit, non poſſe æquare ordinem Romanos, et tantum non jam circumiri a dextero cornu, concitat naves*, id eſt, *prope circumiri.* Sueton. Tiber. 52. *Tantum non ſtatim a funere ad negotiorum conſuetudinem rediit*, faſt gleich nach der Leiche.

48. *Tantum quod non.*

Interdum interponitur *quod.* Cic. I. Verr. 45. *Tantum quod hominem non nominat.* Id. III. Verr. 53. *Tantum quod aratoribus obſides non dedit Metellus.*

49. D. ** *Tantum quod*, pro *modo, vix*, vel *commodum*,† *recens*, nur erſt.

Cic. VIII, epiſt. 23. *Tantum quod ex Arpinati veneram, cum mihi a te literæ redditæ ſunt.* v. Victorius. Vellej. II. *Tantum quod ultimam impoſuerat Pannonico et Dalmatico bello Cæſar manum, cum funeſtae ex Germania epiſtolae caeſi Vari* cet. er hatte kaum den Krieg zu Ende gebracht, da kam die böſe Poſt

† Tertullian. IV. adv. Marcion. 26. *Ad deum novum nemo ſero pulſaſſet tantum quod luceſcentem.* Id. 29. *Ejusne quam mundum poterant perfectum exhibere deo tantum quod volato cum maxime diſcentes eum? an quam hoc ipſo titulo debebant creatori*, die ganze Zeit über verborgen geweſen, und damals erſt recht bekannt wurde. Ib. 31. *Tantum pro innoteſcens, jam invitans tantum pro invitans, jam in convivium cogens; eandem faciens horam cœnandi et ad cœnam invitandi*, nur erſt.

Post. In his *quod* accessio sermonis videtur, præter vehementiam sermoni nihil afferens. Taubm. ad Plaut. p. 109. *Cic. XV. Att. 13. extr. (add. Suet. Aug. 63, 68. Ner. 6. Vesp. 5. Gronov. ad Liv. XXXIII, 5.

49. b. *(In tantum - in quantum.)*

Hujus formæ exempla et vim, quære in *Quantum* n. 19.

50. *Tantulum* adverbium.

Tantulum vim habet extenuandi. Cic. II. Verr. 50. *Quorum oratione ne tantulum quidem commotus est.* Id. Rosc. Am. 40. *Num hic discipulus magistro tantulum de arte concedit?* Id. V. Verr. 68. *Si quis tantulum de recta ratione deflexerit.* *Add. ibid. 71.

CAPUT CCLXVI.

De adverbio TEMERE.

TEMERE est, quod barbari dicunt, *casu.*† Cic. I. Tusc. 49. *Non enim temere, nec fortuito sati et creati sumus.* Id. II. ep. 7. *Non scribo hoc temere: cui scribam, video.* Id. pro Font. 1. *Audacter hoc dico, non temere confirmo.* *Sallust. Jug. 93. *Non temere, sed tentans omnia et circumspiciens.* (Significatio *casu* primo exemplo tantum convenit: in ceteris est *inconsulto* vel *inconsiderate, sine causa,* etc. de quo v. n. 3. b.

(2. *Temere* pro *facile.*)

Dicitur etiam pro *facile* eleganter, ut in hoc. Quintil. Inst. Or. I, 3. *Ingeniorum præcox genus haud temere unquam ad frugem pervenit;* sic etiam Cicero aliique.

3. *Non*

† *Casu* nolim plane barbarum putare. Vid. Cic. I. Divin. 13. I. ep. 2, et II. ep. 7. Nat. D. II, 2.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0903
DFG

3. *Non temere est.*

Non temere est, Terentianum est. Heaut. IV, 1. *Nescio quid tristis est, non temere est.* es ist nicht umsonst, ohne Ursache, da steckt was hinter. Id. Phorm. V, 9. *Non temere est, quod tu tam times.* Barbari dicunt: *Non sine qua re.*

**3. b. D *Temere* pro *facile* vel *fere*, Plaut. Bacch. I, 2. *Rapidus fluvius est hic, non hac temere transiri potest.* Livius: *Non temere incerta casuum reputat, quem fortuna nunquam decepit.* Vall. Eleg. Corn. Nep. Att. 20. *Nullus dies temere intercessit, quo non ad eum scriberet.*

(4 *Haud temere* cum *unquam*)

Interdum *haud temere* assumit *unquam*. Quintil. l. c. *Haud temere unquam ad frugem pervenit.*

(5 *Non temere* sequente *nisi.*)

Cicer. ad Q. Fr. I, 1. *Hoc - - non temere nisi libertis suis deferebant.*

CAPUT CCLXVII.

De pronomine TOT et TOTIDEM.

1 Tot absolute.

Interdum absolute ponitur. Cic. Cæl. 28. *Tot viri ac tales.* Id. II. Verr. 5. *Tot et tantæ et tam graves civitates.* *Interdum *ac* in hujusmodi constructione omittitur. Nepos Pausan. 2. *Rex tot hominum salute tam sibi necessariorum gavisus, confestim cum epistola Artabazum ad Pausaniam mittit.* Sed ellipsis usquequaque, ut novimus, locum habet, ubi perspicuitas sermonis patitur.

2. *Admonitio.*

Tot ad numerum: *Tanti* ad magnitudinem referuntur.

3. *Tot-*

3. Tot - quot. Tot - ut.

Tot fere assumit vel *quot* vel *ut*. Cic. II. de Orat. 31. *Quot homines, tot causæ.* Id. Att. IV, 8. *Quid miserius, quam eum, qui tot annos, quot habet, designatus consul fuerit, fieri consulem non posse.* Add. Man. 16. Id. V. ep. 20. *Quæ cum viderem tot vestigiis impressa, ut in his errari non posset, non adscripsi id quod tua non referret.*

* 4. Tot *quoties.*

Cic. Balb. 20. *Si tot consulibus meruisset, quoties ipse consul fuisset: omnia jura perdiscere potuisset.*

5. Totidem absolute.

Nonnunquam absolute ponitur. Cic. Att. VI, 2. *Istum ego locum totidem verbis interpretatus sum*, von Wort zu Wort verdolmetschet. Id. II. Div. 43. *Proclus et Eurysthenes gemini fratres fuerunt, at hi non totidem annos vixerunt*, einer hat nicht so lang, als der andre gelebet.

6. Totidem - quot.

Totidem adsciscit *quot*. Cic. opt. Gen. Or. 1. *Sententiarum totidem genera sunt, quot diximus esse gradus oratorum.* Id. Brut 96. *Id declarat totidem quot dixit, ut ajunt, verbis scripta oratio.* Id. Orat. 17. *Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum*, die Stimme hat eben so viele Aenderungen, als die Gemüther.

* 7. *Totidem - quot* cum eodem utrumque nomine. Cic. I. Verr. 46. *Video non modo ceteros, sed teipsum totidem verbis edixisse, quod verbis edici Romæ solet.*

* 8. Totidem - atque.

Nepos in Milt. 7. *Cum totidem navibus, atque erat profectus, Athenas magna cum offensione civium redibat.*

Tot

Tot tam conjunguntur sine conjunctione. Senec. ep. 89. *Ex tot conchyliis tam longe advectis.*

CAPUT CCLXVIII.
De adverbio TOTIES.

TOTIES plerumque absolute ponitur. Cic. II. Verr. 60. *Tot prætores in Sicilia fuerunt, toties apud majores nostros Siculi senatum adierunt, toties hac memoria, tamen* cet. Id. V. Verr. 15, et Att. VII, 12. *Interim velim mihi ignoscas, quod ad te scribam tam multa toties.*

P. ** 2. *Toties - quot.*

Livius II, 13. *Movit regem subeunda dimicatio toties, quod conjurati supererent.*

3. *Toties - quoties.*

Interdum assumit *quoties*. Cic. VII. ep. 7. *Illud soleo mirari, non me toties accipere tuas literas, quoties a Quinto fratre mihi afferuntur*, mich wundert, daß ich nicht so oft von dir, als von meinem Bruder, Briefe bekomme. Id. I. de Orat. 59. *Hoc nos si facere velimus, ante condemnentur ii, quorum causas receperimus, quam toties, quoties præscribitur, Pæanem aut Munionem citarimus.*

* 4. *Toties - donec.*

Seneca ep. 121. *Infans cum fletu toties resurgit, donec se per dolorem ad id, quod natura poscit, exercuit.*

CAPUT CCLXIX.
De præpositione TRANS.

* 1. *Trans* cum verbis quietem et motum signantibus. Cæs. B. G. I, 28. *Germani, qui trans Rhenum incolunt, e suis finibus in Helvetiorum fines ne transirent*

sirent et ita sæpe. Cic. XI. ep. 13. *Antonius petere cœpit a militibus, ut se trans Alpes sequerentur.* Cæs I. B. G. 35. *Cæsar postulavit, ne quam multitudinem hominum amplius trans Rhenum in Galliam transducat Arioviſtus.* Add. Cic. Quint. 25, et VIII. Att. 22.

* 2. *Trans* cum *usque.*

Cic. Quint. 3. *Trans Alpes usque transfertur.*

* 3. *Trans* pro *inde e locis ultra vel trans* etc.

Senec. ep. 114. *Ut parietes advectis trans maria marmoribus fulgeant.* Id. Benefic. V, 16. *Trans Alpes accitus hostis*, aus den jenſeits der Alpen gelegenen Orten diſſeits den Feind herbringen.

CAPUT CCLXX.

De adverbio TUM.

Tum pro *tunc.*

TUM pro *tunc* uſitatiſſimum eſt. Cic. Quint. 24. *Tum mihi Roſcius multa confirmandi mei causæ dixit.* Id. I. N. Deor. 34. princ. *Zeno non eos solum, qui tum erant, figebat maledictis: sed Socratem ipsum scurram Atticum fuisse dicebat.*

2. *Admonitio.*

Cicero quidem libentius uſurpat *tum*, quam *tunc.*

* 3. *Tum* poſt duos ablat. conſequentiæ.

Cic. II. Invent. 44. *Hoc loco confirmato, tum diluere ea, quæ contra dici poterant, oportebit.* Add. Liv. III, 19. Id. XXII, 11.

* 4. *Tum demum, tum denique, tum vero*, poſt duos ablat. conſequent.

Colum. XI, 13. *Quare peracta bruma, tum demum stercus injicietur.* Liv. II, 29. Add. Id. V, 50.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0907
DFG

50. Cic. Act. I. Verr. 10. *Ita prope XL. diebus interpositis, tum denique se ad ea responsurus esse arbitrantur.* Ibid. 18, et Mur. 16, et II. Orat. 77. extr. I. Invent. 14, et Columell. III, 12. Livius II, 29. *Eo repulso, tum vero indignum facinus esse clamitantes patres devolant de tribunali, ut lictori auxilio essent.*

* 6. *Quid? tum.*

Cic. II. Phil. 8. *Cedant arma togae. Quid? tum nonne cesserunt?* Terent. Eunuch. II. 3. Ibid. IV, 7. Add. Heaut. IV, 8. (Hic articulus nihili est.)

* 6. *Tum* post conjunctivum jubentis, vel imperativum. Cic. Flacc. 22. *Aspiciant hunc florem legatorum laudatorumque Flacci ex vera atque integra Graecia: tum se ipsi expendant, tum hisce comparent.* Cicero Sulla 27. *Contuemini os, conferte crimen, cum vita usque ad hoc tempus explicata: tum crimen recognoscite.* Id. Planc. 18. Id. V. Tusc. 34. Interdum accedit *denique.* Cic. I. Tusc. 13. *Quare, quorum demonstrentur sepulcra in Graecia, reminiscere, quoniam es initiatus, quae tradantur mysteriis: Tum denique, quam hoc late pateat, intelliges.* Id. X. Phil. 3.

7. *Tum* cum *nunc,* (**Tum* cum *jam.*)

Sæpe confertur cum *nunc.* Cic. Amicit. 1. *Tum est Cato locutus; nunc Laelius.* Id. IX. ep. ult. *Tum eramus in maxima spe; nunc ego quidem in nulla.* Id. VII. Att. 6. *Nisi forte haec illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus.* *Add. II. ep. 6. Cæs. B. C. III, 17, 1. * Cic. Sull. III. *Istam personam vehementem et acrem, quam mihi tum tempus et respub. imposuit, jam voluntas et natura ipsa detraxit.*

* 8. *Tum-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0908
DFG

* 8. *Tum - mox*

Tacit. agric. 5. *Tum de salute; mox de victoria certavero.*

* 9. *Tum - deinde.*

Celsus I, 3. *Qui vomit, ambulare debet, tum ungi, deinde cœnare.* Id. III, 6.

* 10. *Tum - deinde - post.*

Cic. Brut. 88. *Hortensius inciderat in Cottæ et Sulpitii ætatem, excellente tum Crasso et Antonio, deinde Philippo, post Julio.*

* 11. *Tum - ante.*

Cic. II. Orat. 21. *Non est credibile, quid interesse mihi sit visum inter eum, qui tum erat, et qui anno ante fuerat.*

* 12. *Tum - hoc tempore. Tum hodie.*

Cic. VII. ep. 29. *Et tum rempublicam lugebam et hoc tempore.* Id. Cluent. 30.

* 13. *Tum - postea. Tum - alias.*

Cic. VI. Att. 2. *Et tum præsens et postea creberrime non destiti rogare.* Adde sis Eund. in Vatin. 6. Nepos Hannib. 11. extr. *Hannibal non tum solum, sed sæpe alias pedestribus copiis pari prudentia pepulit adversarios.* Liv. XL, 45.

* 14. *Tum, quando.*

Plaut. Milit. III, 4. antep. *Ego tum dicam, quando usus poscet.*

* 15. *Tum - quamdiu.*

Cic. II. Verr. 24. *Is tibi amicus non modo tum fuit, quamdiu tecum in provincia fuit, verum etiam nunc est.*

* 16. *Tum - donec. Tum - dum.*

Livius XLV, 6. *Ea cohors prosecuta regem fugientem,*

tem, ne tum quidem abscedebat, donec jussu Octavii pronunciatum est per præconem. Ib. 6. *Oroandes jam tum, dum pecunia deferretur, Cretam petebat.*

* 17. *Tum - ubi.*

Cat. R. R. 33. *Vitem novellam resecari tum erit tempus, ubi valebit.* Varro L. L. V, 9. Liv. XXV, 38. Add. Terent. Eunuch. V, 7.

18. *Tum - cum. Tum - cum jam.*

Sæpe etiam assumit *cum* vel *cum jam.* Cic. II. Phil. 44. *Qui tum rex fuit, cum regem licebat Romæ esse,* der damals König war, als ꝛc. Id. VIII. Att. 15. *Cui tum, cum jam in armis essemus, consulatus tamen alter et triumphus amplissimus deferebatur.*

* 19. *Tum demum - cum* vel *ubi.*

Cic. III. Catil. 2. *Tum demum animis saluti vestræ provideretis, cum oculis maleficium ipsum videretis.* Id. I. Verr. 1. Colum. XI, 3. Add. id. XII, 23.

30. *Tum maxime, cum. Tum denique - cum. Tum denique, posteaquam.*

Interdum augendi causa *maxime* aut *denique* adjicitur. Cic. Amic. 19. *Fructus ingenii et virtutis tum maxime capitur, cum in proximum quemque confertur,* so dann hat man an seinem Verstande und Tugend das gröste Vergnügen, wenn man beydes zu Nutzen der nächsten Anverwandten gebrauchet. *Add. id. V. Verr. 12. et Sext. 21, et in Bruto 23.

Cic. I. Att. 4. *Non Tusculano ita delectamur, ut nobismet ipsis tum denique, cum illo venimus, placeamus.* Id. II. de Leg. Add. Cic. Sull. 13. et Planc. 2, et III. Orat. 36. extr. Cic. V. ep. 12. *Epaminondas tum denique sibi avelli jubet spiculam, posteaquam ei percontanti dictum est clypeum esse salvum.* Huc pertinet illud Liv. IV, 55.

21. *Tum*

21. Tum *maxime-ubi.*

S. D. P. ** *Tum maxime-ubi.* Cato I. de R. R. 29. *Id tum maxime opus erit, ubi favonius flabit.*

22. Tum, *tum denique, tum demum,* cum *si,* τότε δή.

Tum, tum denique, tum demum nonnunquam cum *si* copulantur. Cic. VI. ep. 12. *Res familiaris tum esset jucundior, si ulla esset respub.* Id. Marc. 8. *Sed tum id audirem, si tibi soli natus esses.* *Add. id. IX. ep. 21, et VII. Att. 16. Id I. Qu. fr. 1. *Plato tum denique fore beatas respublicas putavit, si docti eas regere cœpissent,* alsdenn würden die Republiquen glückselig seyn, wann ꝛc. Id. Ligar. 3. *Cæsar mihi tum denique salutem se putavit reddere, si eam nullis spoliatam ornamentis redderet.* Plaut. Menæchm. II, 2. *Tum demum sciam recte monuisse, si tu recte caveris.* *Add. Cic. I. Nat. Deor. 6. pr.

* 23. Tum *vero-si.*

Livius VI, 14. *Tum vero ego, inquit Manlius, nequicquam hac dextra Capitolium servaverim, si civem commilitonemque meum in servitutem duci videam.*

* 24. Tum *vero* post duos ablat. consequentiæ.

Sallust. Catil. 61. *Sed, confecto prælio, tum vero cerneres, quanta audacia quantaque animi vis fuisset in exercitu Catilinæ.*

25. Tum *vero, tum demum, tum denique* absolute.

Cic. Cluent. 5. *Tum vero illa egregia ac præclara mater exultare lætitia ac triumphare gaudio cœpit.* Quod Demosthenes diceret, τότε δὴ τότε, darauf hat die schöne Mutter vor grossen Freuden zu springen angefangen. * Add. Liv. II, 23, et VII, 34. et XXXVI, 11, 25.

Livius II, 20. *Tum demum impulsi Latini, per-*

culsaque inclinavit acies, da sind sie erst getrieben worden. Id. II, 29. *Utraque re satis experta, tum demum consules* cet. *Id. XL, 50, et III, 12, et X, 13.

Cic. Act. I. Verr. 10. *Itaque prope XL. diebus interpositis, tum denique se ad ea, quæ a nobis dicta erunt, responsuros esse arbitrantur.* *Add. id. XII. Att. 28, et XVI. ep. 5. extr. et Plaut. Capt. I, 1.

* 26. *Tum enim vero.*

Livius XXVII, 51. *Ipsos deinde appropinquare legatos, allatum est. Tum enimvero omnis ætas currere obvii.* Id. II, 36.

(Admonitio.)

Forma *tum vero* plerumque est cum aliqua vi, quæ melius intelligitur qum verbis exprimitur, significatque aliquem vehementiorem motum e præcedentibus intelligendum.

* 28 *Tum primum.*

Livius VII, 33. *Romani accensi ira concitant se in hostem. Tum primum referri pedem atque inclinari rem in fugam apparuit.*

* 28. *Tum deinde.*

Colum. 16. *Tum deinde cum exaruit amurca, simili modo pavimenta testacea, quæ pro aqua receperint amurcam mistam calci et arenæ superstruuntur.* Id. II, 18. Cels. III, 6.

29 *Tum* pro *deinde.*

Tum interdum pro *deinde* usurpatur. Cic. V. ep. 13. *Casus gladiatorii similitudinesque, tum rationes in ea disputatione a te collectæ, vetabant me reipublicæ penitus diffidere.* * Add. id Læl. 16, et I. off. 6, et Cluent. 42. Colum. XI, 1, et XII. præf. * Interdum accedit *etiam.* Cic. I. Nat. D. 16. *Cum poëta-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0912
DFG

poëtarum errore conjungere licet portenta magorum, Aegyptiorumque in eodem genere dementiam, tum etiam vulgi opiniones.

30. *Tum-tum* geminatum, pro *modo-modo.*

Interdum iteratur pro *modo-modo.* Cic. II. Nat. Deor. 20. *Mercurius nunquam ab sole longius unius signi intervallo discedit, tum antevertens, tum subsequens,* geht bald vor der Sonne her, bald gehet er ihr nach, und weichet niemals weiter von ihr, als um ein Zeichen. Id. Top. *Tum hoc, tum illud dicit.* Id. IX. Att. 3. *Dissero in utramque partem, tum græce tum latine.* *Add. I. off. 44. extr.

(*Sic item ter iteratum) Cic. II. N. D. 39. *Aër tum fusus et extenuatus in sublime fertur: tum autem concretus in nubes cogitur, humoremque colligens terram auget imbribus: tum effluens huc et illuc ventos efficit.*

*Etiam quater repetitur. Cic. I. Nat. D. 43. *Democritus nutare videtur in Natura Deorum. Tum enim censet imagines divinitate præditas inesse universitati rerum: tum principia mentesque, quæ sunt in eodem universo, deos esse dicit: tum animantes imagines, quæ vel prodesse nobis solent, vel nocere: tum ingentes quasdam imagines tantasque, ut universum mundum complectantur extrinsecus.*

* 31. *Tum-alias-alias.*

Cic. IV. Tusc. 16. *Ex quo intelligitur, qualis ille sit, quem tum moderatum, alias modestum et temperantem, alias constantem continentemque dicimus.*

* 32. *Tum-tum-aliquando.*

Cic. II. Divin. 2. *A Platone didiceram, naturales esse conversiones quasdam rerum publicarum, ut*

eætum a principibus tenerentur, tum a populis, aliquando a singulis.

33. *Tum-tum nonnunquam.*

Cic. III. Tusc. 8. Σωφροσύνην *soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam.*

* 34. *Tum-tum-sæpe.*

Cic. II. Nat. D. 40. *Stellarum motus tum incitantur, tum retardantur, sæpe etiam insistunt.*

35 *Tum-tum* geminatum pro *et-et.*

Alias pro *et-et.* Cic. IX. Att. 4. *Scripsisti epistolam ad me plenam consilii, summæ tum benevolentiæ, tum etiam prudentiæ,* von sehr grosser Gewogenheit und Klugheit.

** Cicero quinquies repetiit lib. I. de Invent. 13. ubi de scripti controversia agit, locus prolixior est, quam ut adscribi debeat. Vid. Goclen. p. 212. observ.

* Ter et quater repetitum etiam invenias.

* 36 *Tum-tum etiam.*

Cic. I. off. 20. *Vacandum est omni animi perturbatione, tum cupiditate et metu, tum etiam ægritudine et voluptate animi.* Id. ep. VII, 3. X, 1. Livius II, 17.

* 37. *Tum-tum quoque.*

Livius I, 22. *Tum ætas viresque, tum avita quoque gloria animum stimulabat.*

*II TUNC.

Tunc sæpe absolute ponitur, et signat idem, quod *tum.*

* 2. *Tunc)(aliis temporibus.*

Hirt. Bell. Alex. 71. *Cæsar, cognita calliditate hominis, quod aliis temporibus natura facere consueverat,*

verat, tunc necessitate fecit adductus, ut celerius omnium opinione manum consereret.

* 3. Tunc - deinde.

Liv. VIII, 12. *Manlium juventus et tunc et omni vita deinde aversata est.* Id. VII, 17.

* 4. Tunc - hodie, tunc - mox, tunc - nunc.

Liv. XXX, 31. *Mihi laborandum est, ne quæ tunc pepigerunt, hodie subtracta ex conditionibus pacis præmia perfidiæ habeant.* Suet. Calig. 21. *Sejano tunc suspecto, mox et oppresso.* Cic. III. Verr. 9. *Experiar, utrum ille ferat molestius, me tunc tacuisse, an nunc dicere.* Liv. XXX, 31. XXXIX, 30. Cic. Cluent. 56. Id. in Pison. 13. Nepos in Eumen. 3.

* 5. Tunc - olim, tunc - postea.

Sueton. Galb. 8. *Ob res et tunc in Africa et olim in Germania gestas, ornamenta triumphalia accepit.* Id. Aug. 94. *Veliterni et tunc statim et postea sæpius, pene ad exitium sui, cum populo Rom. belligeraverant.*

* 6. Tunc - cum, tunc - quando, tunc - si, tunc ubi.

Cic. III. epist. 10. *Te ex fratre meo ne tunc quidem, cum tibi prope necesse esset eas agere partes, inimicum mihi fuisse, cognovi.* Id. III. offic. 20. Id. Invent. I, 12. 21. Livius XXXI, 7. Palladius Octobr. 12. *In cerasis hoc servandum est, ut tunc inserantur, quando vis vel non est, vel definit gummi effluere.* Cic. X. Att. 7. *Consilium istud tunc esset prudens, si nostras rationes ad Hispaniensem casum accommodaturi essemus.* Livius XXIX, 37. *Tunc opinor, si aliis ipsi legibus viveremus, alias istis injunxissemus, quæri, se iniquo jure esse, et indignari possent.* Senec. ep. 109. *Et tunc maxime laborant mali, ubi plurium vitia miscuere.*

* 7. Tunc-nunc-sæpe.

Cic. I. Tusc. 30. *Causam justam Deus ipse dedit ut tunc Socrati, nunc Catoni, sæpe multis.*

* 8. Tunc deinde.

Celsus IV, 15. *Si superius vitium est, alvus aqua mulsa duci debet, tunc deinde eodem infundi, quæ supra comprehensa sunt.* Senec. epist. 95.

9. Tunc demum, tunc tandem, tunc vero.

Ovid. Fast. libr. IV. *Tunc demum vultumque Ceres animumque recepit.* Colum. præfat extr. libr. I. *Partes ordine suo tunc demum persequar, cum præfatus fuero, quæ reor ad universam disciplinam maxime pertinere.* Livius XLI, 3. *Tunc demum nuncius ad tertiam legionem revocandam missus est.* Liv. XLIV, 8. *Excitavit hostem, ut tunc tandem sentiret recuperanda esse, quae prius culpa amissa forent.* Id. XL, 40. *Tunc vero Celtiberi omnes in fugam effunduntur.* Add. Columell. XII, 23, et Sueton. Claud. 5.

* 10. Tunc demum - cum.

Senec. epist. 121. *Tunc demum intelliges, quid faciendum tibi, quid vitandum sit, quum dimiseris, quid naturae tuae debeas.*

CAPUT CCLXXI.

De adverbio UBI, cum compositis.

1. *Ubi* pro *in quo*, vel *in qua*, de loco.

UBI adverbium loci sæpe usurpatur pro *in quo* vel *in qua*, accommodaturque etiam ad numerum multitudinis. Cic. IV. ep. 4. *Ita perculsa et prostrata fœdissimo bello jacent omnia, ut is cuique locus, ubi ipse sit, miserrimus esse videatur.* Id. VI. ep. 1. *In ea urbe es, ubi nata et alta est ratio ac moderatio vitae.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0916
DFG

vitae. Id. II, Orat. 5. *Porticus haec ipsa, ubi inambulamus, graecarum disputationum memoriam commovet.* Id. Or. 44. *Plato in sermonibus, qui dialogi dicuntur, ubi etiam de industria id faciendum fuit.*

2. *Ubi* pro *in quo, apud quem* etc. de personis.

Accommodatur etiam ad personas. Cic. Quint. 9. *Neque nobis adhuc praeter te quisquam fuit, ubi nostrum jus contra illos obtineremus.* *Sallust. Catil. 29. *Aut ubi illi volunt*, id est, *apud quos* (ut ante, in loco e Cicerone.)

(3. *Ubi*, pro *in quo, in quibus*, de rebus.)

Terent. Heaut. IV, 6. *hujusmodi res semper comminiscere, ubi me excarnifices.* Id. Eunuch. 3. *digna res est, ubi tu nervos intendas tuos.*

(4. *Ubi? ubi est? ubi nunc est? heu* vel *en ubi nunc est?*)

Elegantes sunt hæ formulæ, habentque non eandem vim. Nam

a) modo significant *desiderium cum indignatione:* Silius VI, 516. seqq. *En promissa fides thalamis ubi, perfide, nunc est.* vid. plura ap. Heins. ad Ovid. Heroid. IV, 150. suntque usitatæ in exprobrando.

b) modo *negant cum dolore aliquo.* Clarum hoc ex Ovid. Met. IV, 591. *Cadme, quid hoc? ubi pes? - et color, et facies, et, dum loquor, omnia.* Illud *dum loquor* foret ineptum, nisi *ubi?* significaret *periit. perierunt.*

c) modo denique *negant cum irrisione.* Phædr. I, 9, 4. *ubi pernicitas nota illa est.* ubi vid. Burmannus, qui de his formulis etiam egit ad Petronium.

5. *Ubi terrarum, ubi gentium.*

Ubi terrarum, ubi gentium amplificationem continet. Cic. V. Att. 10. *Quid ageres, ubi terrarum*

esses, *ne suspicabar quidem*. Id. Rabir. Post. 13. *Ubi terrarum sumus?* wo sind wir in der Welt? * Add. id. XI. Att. 1. Plaut. Mercat. II, 3. *Ubinam est is homo gentium?* bey was vor einem Volk ist der Mann?

6. *Ubi-ibi*, *ubi-istic*. †

Ubi interdum cum *ibi* copulatur. Cic. VI. ep. 4. *Tempus est hujusmodi, ut ubi quisque sit, ibi esse minime velit*. Id. I. ep. 10. *Ibi malis esse, ubi aliquo numero sis; quam istic, ubi solus sapere videare*.

7. *Ubi* pro *postquam*.

Sæpe etiam *ubi* pro *postquam* usurpatur. Cic. in Pis. 27. *Ubi galli cantum audivit, avum suum revixisse putat: mensam tolli jubet*. Id. Rabir. Post. 1. *Ubi semel quis pejeraverit, ei credi postea, etiamsi per plures deos juret, non oportet*, wenn einer einmal falsch geschworen hat, so muß man ihm nachgehends, ob er auch gleich bey vielen Göttern schwören sollte, nicht glauben. * Add. id. VIII. Att. ult. et Mil. 9.

* 8. *Ubi-enimvero*.

Livius VI, 14. *Quæ ubi objecta spes est, enimvero indignum facinus videri*.

9. *Ubi* cum *tum*, *tum demum*, *tum denique*.

Interdum adsciscit *tum, tum demum, tum denique*. Cic. IV. Verr. 63. *Ubi Syracusanorum dolorem ex Verris injuria cognovi, tum eos hortatus sum, ut* cet. als ich die Betrübniß der Syracusaner über der Ungerechtigkeit gesehen, so habe ich ꝛc. * Add Livius I, 9, et VI, 12. Terent. Andr. IV, 1. Colum. XII, 24.

† *Ubi eo*. Vid. Livius II, 55. III, 61, VIII, 10. *Ubi* sæpe respicit *huc*. Livius XXXV, 19. *Ubi nisi*. Livius V, 52. extr.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0918
DFG

24. Plaut. Pœnul. I, 1. *Placet consilium.* M. *Ubi expositivero magis, hoc tum demum dicet; nunc enim rude est.* *Add. Celsus IV, 13. Cato 45. *Taleæ ubi trimae sunt, tum denique maturae sunt.*

* 10. *Ubi-tunc, ubi-tunc demum, ubi-tunc vero.*

Cic. II. Orat. 49. *Quod ubi sensi me in possessione judicii constitisse: tunc admiscere huic generi orationis vehementi genus illud alterum lenitatis cœpi.* Livius IV, 55. *Ad quod bellum ubi ex Senatus consulto consules delectum habere occipiunt, obstare tunc enixe tribuni.* Cato R. R. 112. *Ubi pluerit et siccaverit, tunc deligito.* *Add. Pallad. III, 4. Scrib. Largus præfat. Celsus III, 10. *Ubi prima inflammatio se remisit, tunc demum ad calida et humida veniendum est.* Livius XX, 8. *Haec ubi convenerunt, tunc vero Philomenus consuetudinem nocte egrediundi redeundique frequentiorem facere.*

* 11. *Ubi* cum *jam.*

Cic. V. Verr. 11. *Ubi paulisper in cubiculo, pretio, non aequitate, jura descripserat, Veneri jam et Libero reliquum tempus deberi arbitrabatur.* Livius VIII, 9. *Ubi Decius corruit obrutus telis, inde jam haud dubie consternatae cohortes Latinorum, fugam ac vastitatem late fecerunt.* Add. Tacit. XV. An. 50.

12. *Ubi* cum *statim, continuo, ibi, ibi vero, ilicet.*

Alias assumit *statim, continuo, ibi.* Cic. I. Verr. 26. *Haec ubi filio nunciata sunt, statim exanimatus ad aedes contendit,* da dieses dem Sohne berichtet worden, ist er auf der Stelle ausser Athem aufs Haus zugelauffen. *Add. IV. Verr. 47, et Cato R. R. 83. Terent. Heaut. II, 3. *Haec ubi aperuit ostium, continuo hic se conjecit intro,* da jene die Thür aufgemacht, ist dieser alsobald hinein gewischt. *Add.

Cic.

Cic. I. ep. 9. Plaut. Ciſtell. II, 3. Cato R. R. 3. Terent. Andr. II, 2. *Ubi te non invenio, ibi aſcendi in quendam excelſum locum.* *Add. Plaut. Epidic. IV, 2. Terent. Eunuch. II, 2 Livius XLIV, 25. Plaut. Aulul. III, 5, 51. Livius III, 69. *In Senatum ubi ventum eſt, ibi vero in Quintium omnes verſi, ut unum vindicem majeſtatis Romanae intueri.* Salluſt. Jugurth. 41. *Sed ubi formido illa, mentibus deceſſit, ſcilicet ea, quae ſecundae res amant, laſcivia atque ſuperbia inceſſere.*

13. *Ubi* cum *quamprimum, illico, ſubito, extemplo.*

Nonnunquam jungitur cum *quamprimum, illico, ſubito, extemplo.* Cato 64. *Olea ubi matura erit, quam primum cogi oportet.* Plaut. Amph. I, 1. *Amphitruo, haec ubi legati pertulere, e caſtris illico producit omnem exercitum.* Cæſ. I. de Bell. Civil. *Ubi Caeſaris caſtra poſita animadvertere; ſeſe ſubito proripiunt.* Plaut. Epid. *Ubi erit otium, revertere ad me extemplo*, wenn du wirſt Zeit haben, komm von Stund an zu mir. *Exempla ſunt plurima hujusmodi cohærentiæ particularum.

* 14. *Ubi* cum *celeriter, confeſtim, protinus, repente.*

Hirtius B. Alex. 45. *Quod ubi conſpexit, celeriter vela ſubduci dimittique antennas jubet.* Columell. XII, 50. *Dolia ubi fuerint a mercatore vacuata, confeſtim villica debet adhibere curam, ut ſi quae feces in fundis vaſorum ſubſederint, ſtatim emundentur.* Celſus II, 8. *Ubi poſt haec orta dejectio eſt, protinus aegrotus moritur.* Id. III, 6. *Docendus aeger eſt, ubi febris conquieverit, protinus ſitim quoque quieturam.* Id. III, 8. *Ubi remiſſio venit, protinus dari cibum neceſſarium eſt.* Id. IV. 2. de deſtill. *Ubi aliquid*

aliquid ejusmodi sensimus, protinus abstinere a sole, balneo debemus. Id. IV, 15. *Ubi venter suppressus est, protinus ad calidam potionem revertendum est.* Cic. IV. in Verr. 29. *Ubi videt, cum nihilo magis minis, quam precibus permoveri; repente hominem de provincia jubet ante noctem discedere.* Livius XLIV, 21. *Hoc ubi perfectum esse opus militibus nunciatum est, clamorem alacres gaudio repente tollunt.* Id. XL, 39. *Ubi eum saltum prima luce agmen Romanum intravit, repente ex duabus partibus simul exorti hostes Romanos invaserunt.* Add. Id. VIII, 39. et VII, 17.

* 15. *Ubi* cum *deinde*, vel *postea*.

Livius III, 61. *Haec ubi inter signa peditum dicta dedit; advolat deinde ad equites.* Id. VII, 41. *Additum est legi, nec quis, ubi tribunus militum fuisset, postea ordinum ductor esset.*

* 16. *Ubi-tamen.*

Celsus III, 21. *Ubi convaluit aliquis, diu tamen alienus ei Veneris usus est.*

* 17. *Ubi primum* absolute.

Livius II, 41. *Eum, ubi primum magistratu abiit, damnatum necatumque constat.* Id. X, 35. *Ubi primum illuxit, abire sine certamine cupiunt.* Add. Id. XXII, 51, et Cic. II. Verr. 20, et Sallust. Jug. 6. et 41, et Catilin. 39.

18. *Ubi primum* cum *tum*, *illico*.

Ubi primum jungitur cum *tum* aut *illico*: Cat. 17. *Ubi primum incipiunt hiscere, tum legi oportet,* so bald sie sich beginnen aufzuthun. Plaut. Menæch. IV, 2. *Ubi primum est licitum, illico properavi abire de foro.*

* 19. *Ubi*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0921
DFG

* 19. *Ubi primum* cum *continuo, extemplo, protinus.*

Plaut. Amphitr. I, 1, 48. *Ubi primum terram tetigimus, continuo Amphitruo delegit viros primorum principes.* Livius VII, 40. *Ubi primum in conspectum ventum est, arma signaque agnovere; extemplo omnibus memoria patriæ iras permulsit.* Celſ. V, 27. de remed. gen. adv. omn. venen. *Commodissimum est, ubi primum sensit aliquis, protinus oleo multo epoto vomere.*

* 20. *Ubi primum* de loco.

Cic. V. Verr. 12. *In ipso aditu atque ore portus, ubi primum ex alto sinus ad urbem ab littore inflectitur, tabernacula carbaseis intenta velis collocabat.*

21. *Ubinam, ubinam gentium.*

Ubinam et *ubinam gentium* vim habet augendi. Cic. I. Nat. D. 10. *In qua celeritate non video, ubinam mens constans et vita beata possit insistere,* wo ein verſtändiger Geiſt und ein glückſeliges Leben feſten Fuß ſetzen könnte. Id. I. Catil. 4. *O dii immortales, ubinam gentium sumus?*

* 22. *Ubique* irgendswo, wo es ſeyn mag.

Cic. Man. 12. *Omnes, qui ubique praedones fuerunt, capti sunt.* Id. II. Agr. 21. extr. *Caeteri agri omnes, qui ubique sunt, sine ullo delecto decem viris addicentur.* Cæſar III. B. C. 112. *Quae ubique naves imprudentia aut tempestate paululum suo cursu decesserint, has more praedonum diripere consueverunt Aegyptii.* Add. Cic. II. Nat. D. 66, et II. divin. 44, et 45. * Altera ſignificatio adverbii *ubique* nota eſt.

23. *Ubivis (*ubivis gentium) ubicunque, ubicunque gentium, ubiubi.*

Ubivis, ubicunque, ubiubi eandem pene vim habent.

bent. Cic. V. ep. 1. *Nemo est, quin ubivis quam ibi, ubi est, esse malit.* Id. XIV. Att. ult. *Qui mihi videntur ubivis tutius, quam in Senatu fore,* mich dünkt sie seynd allenthalben sicherer, als im Rathe. *Add. Sallust. Jugurth. 14. *Terent. Hecyr. III, 1. *Ei quanto fuerat praestabilius, ubivis gentium agere aetatem, quam huc redire?*

Cic. V. Verr. 67. *Omnes cives Romani, et qui adsunt, et qui ubicunque sunt, vestram severitatem desiderant,* die nur an einem Orte in der Welt seyn, wo sie wollen. *Add. III. Att. 2, et V. ep. 17, et Colum. XI, 2.

Cic. II. Philipp. 44. *Habet populus Romanus, ad quos gubernacula reipublicæ deferat; qui ubicunque terrarum sunt, ibi est omne reip. præsidium.* Id. I. Nat. D. 44. *Nihil est virtute amabilius, quam qui adeptus erit, ubicunque erit gentium, a nobis diligetur.* Id. I. Tusc. 29. *Nunc ubiubi sit animus, certe quidem in te est.* *Add. Terent. Eunuch II, 3. et V, 9. Livius II, 2, et XLII, 57.

* 24. *Ubicunque - ibi.*

Liv. VI, 36. extr. *Ubicunque Patricius habitat, ibi carcer privatus est.* Id. XXXIX, 15. *Majores vestri, ubicunque multitudo esset, ibi et legitimum rectorem multitudinis censebant debere esse.*

(25. *Ubicunque* etiam ponitur pro *ubique.*)

Sed *ubicunque* non semper est quocunque in loco, sed interdum est pro *ubique*, ita, ut non possis interpretari per quocunque in loco, sed *omnibus in locis:* ut in illo Ovid. Amor. III, 10, 5. *Te, Dea, municam gentes ubicunque loquuntur;* ubi videnda Burmanni nota.

CAPUT

CAPUT CCLXXII.
De conjunctione VE.

1. *Ve* semel positum plerumque.

Livius VIII, 41. *Quintius oravit bona venia Quirites, ne quis eam rem joco seriove cuiquam exprobraret.* Id. XLV, 25. *Infestissimi Rhodiis erant, qui consules prætoresve aut legati gesserant in Macedonia bellum.*

2. *Ve-ve* geminatum, pro *vel, vel.*

Varro I. R. R. 44. extr. *Si florem acerbumve pirum, aliudve quid decerpseris, in eodem loco, eodem anno, nihil renascitur.* Ovid. IV. fast.

Gratia Pieridum nobis æqualiter adsit:
Nullaque laudetur plusve minusve mihi.

CAPUT CCLXXIII.
De adverbio VEHEMENTER.

VEHEMENTER belle dicitur de rebus impetum arguentibus.

Interdum de aliis. Cic. Cluent. 24. *Quæ sunt gravia vehementer.*

CAPUT CCLXXIV.
De conjunctione VEL.

1. *Vel* pro *aut* semel poni, tralatitium est.

*2. *Vel dicam*, in correctione.

Cic. II. Philipp. 12. *Sed stuporem hominis, vel dicam, pecudis, attendite.*

*3. *Vel aut* rarissime conjungitur pro *vel-vel.* †

Varr. I. R. R. 7. *Sequitur secundum illud, quali terra solum sit fundi, a qua parte vel maxime bonus, aut non bonus appelletur.* *4. *Vel*

† Potest etiam hoc ipsum] exemplum, quod subjicimus, aliter declarari. (immo debet. Nam *vel maxime* est h. l. *imprimis.*)

* 4. *Vel certe.*

Columell. III, 19. *Verum tamen præstat eligere sationi silentis vel certe placidi spiritus diem.* Pallad. Februar. 14. *Mihi illud utile videtur, ut asparagi agrestis radices plurimas in unum locum congeramus cultum, vel certe saxosum.* Cels. I, 3. *Aqua, vel certe diluta potione contentos esse oportet.* Id. III, 6. extr. *Cibus his dari debet valens; vinum asperum vel certe subausterum.* Add. id. IV, 2. Sueton. Tiber. 25.

* 5. *Vel etiam.*

Sueton. August. 33. *Ipse jus dixit assidue: si parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans.* Etiam Cicero sæpe ita conjungit.

6 *Vel-vel* pro *tum-tum*, sowohl = als.

Vel iteratum pro *tum-tum.* Cic. I. Orat. 58. *Cui nostrum non licet fundos nostros obire, aut res rusticas, vel fructus causa vel delectationis, invisere.* Id. Brut. 96. *Is omnibus exemplo debet esse, quantum in hac urbe polleat multorum obedire tempori, multorumque vel honori vel periculo inservire.* *Add. id. III. Nat. D. 10. Livius I, 42.

* 7. *Vel-vel-vel* pro *et-et-et.*

Cic. X. ep. 4. *In officio tuendi habeo causas plurimas vel paternæ necessitudinis, vel meæ a pueritia observantiæ vel tui erga me mutui amoris.* Planc. X. ep. 24. *Societas est mihi tecum, vel quod in familiaritate Cæsaris jam tueri, cum mihi fuit necesse, vel quod ipse moderatissimi fuit sensus, vel quod hunc filii loco habere non perinde mihi turpe videtur.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0925
DFG

8. *Vel - vel* disjunctive. †

Interdum tamen disjunctive usurpatur. Cic. II. Quint. fr. 14. *Sunt ista quidem vel magna, vel potius maxima.*

* 9. *Vel - vel certe, vel - vel etiam.*

Columell. III, 10. *Puerilis ætas vim generandi vel in totum perdit, vel certe minuit.* Id. III, 18. *Ex iis pampini pullulant vel steriles vel certe minus feraces.* Cels. III, 21. *Juvenes robusti vel ex toto carent febre, vel certe satis liberales intermissiones habent.* Cic. V. ep. 8. princ. *Quantum meum studium extiterit dignitatis tuæ vel tuendæ vel etiam augendæ, non dubito, quin ad te omnes tui perscripserint.* Columell. II, 18. *Eum locum æstate proscissum subactumque sæpius per autumnum rapis vel napis, vel etiam faba conseremus.* Add. id. VIII, 14, et XII, 30.

10 *Vel* sæpius iteratum.

Nonnunquam sæpius iteratur. Terent. Eun. II, 3. *Hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario fac tradas.* Cic. Ligar. 3. *Tuberonis ego industriæ gloriæque faveo, vel propter propinquam cognationem, vel quod ejus ingenio studiisque delector, vel quod laudem*

† *Vel* cum disjungit, et præsertim si bis ponitur sine ulla necessitate, tum curiose et diligenter proprio et accommodato loco ponendum est, ut perspicuitatem ac lucem adferat orationi. Inepte positum et corrumpit sermonem et obscurat. Sed usus hic et lectio bonorum scriptorum cumprimis necessaria est: regulis enim res non satis commode comprehenditur. Deinde membra sermonis majora et præcipua disjungenda sunt longe alia particula disjungente, quam minora et ignobiliora, ut itidem perspicuitati consulatur. Do exemplum ex I. Orat. 12. *Quis nescit, maximam vim exstitere oratoris in hominum mentibus vel ad iram, aut ad odium, aut dolorem incitandis, vel ab hisce iisdem permotionibus ad lenitatem misericordiamque revocandis.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0926
DFG

dem adoleſcentis propinqui exiſtimo etiam ad meum aliquem fructum redundare. * Add. id. II. Catil. 1. * Quater repetitum eſt in II. ep. Cic. 7. *Cur non adſum vel ſocius, vel miniſter conſiliorum.* Id. III. ep. Qu. fr. 8. extr. *Pompejus ludos apparat magnificentiſſimos ſtulte; bis terque non poſtulatus; vel quia munus magnificum dederat, vel quia facultates non erant, vel quia magiſter, vel quia potuerat magiſtrum ſe, non ædilem putare.*

* 11. *Vel - vel - vel etiam,* aut *vel ad extremum.*

Celſus V, 26. de ſign. percuſſ. medull. *Interpoſito tempore aliquo, ſine voluntate inferiores partes vel ſemen, vel urinam, vel etiam ſtercus excernunt.* Cic. lib. I. ep. 8. Livius XLII, 23. *Miſſi ſunt, qui orarent Senatum, ut trium harum rerum unam ab ſe impetrari ſinerent: ut vel ex aequo apud ſocium populum, quid cujusque eſſet, diſceptarent: vel permitterent Carthaginenſibus, ut adverſus injuſta arma pio juſtoque ſe tutarentur bello: vel ad extremum ſemel ſtatuerunt, quid donatum ex alieno Maſiniſſae vellent.*

12. *Vel* pro *velut. (exempli gratia.)*

Vel ſæpe pro *velut* in re aliqua præcipua. Terent. Heaut. IV, 6. *Nulla eſt tam facilis res, quin difficilis ſit, quam invitus facias: vel me haec deambulatio quam non laborioſa ad languorem dedit,* wie mich dieſes gar nicht mühſames Spatziergehen matt gemacht hat. Id. Hecyr I, 1. *Quam paucas reperias meretricibus fideles evenire amatores. Vel hic Pamphilus jurabat quoties Bacchidi quam ſancte, nunquam illa viva ducturum uxorem domum.* Cic. II. ep. 12. *Raras tuas quidem, ſed ſuaves accipio literas; vel quas proxime acceperam, quam prudentes!* Id. VII. ep. 25. init. *Amoris quidem tui quoquo me*

verti vestigia vel proxime de Tigellio perspexi. Terent. Andr. III, 2. *Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum.* Cic. VII. ep. 15. *Quam sint morosi qui amant, vel ex hoc intelligi potest*, wie seltsam verliebte Leute seyn, kann man auch hieraus sehen. Id. IV. ep. 15. *Occupationum mearum vel hoc signum erit, quod epistola librarii manu est*, von meinen vielen Geschäften kann auch dieses zeugen, daß.

13. *Vel quod* in principio, indignantis.

Vel quod in principio sæpe indignationem continet. Cic. Flac. 19. *Vel quod est in eodem decreto scriptum, homines clarissimos civitatis, amplissimis usos honoribus, hoc Praetore circumventos.* Id. ib. 33. *Vel quod ait Lucejus, L. Flaccum sibi dare cupisse, ut* cet. ist nicht eben das ein feiner Handel, daß er sagt. Id. Planc. 3. *Vel quod multo etiam minus est ferendum.*

14. *Vel* pro *saltem.* †

Vel non raro usurpatur pro *saltem.* Ter. Phorm. II, 1. *Postremo si nullo alio pacto, vel fœnore*, endlich, wenn man je auf keine andere Art hätte Geld kriegen können, hätte man es gar auf Wucher nehmen sollen.

15. *Vel* pro *etiam, adeo.*

Alias pro *etiam.* Cic. III. de leg. 10. *Nam isto modo vel consulatus vituperabilis est.* Id. IV. Acad. 29. *Per me vel stertas licet, non modo quiescas*, meinethalben magst du auch gar schnarchen. Idem Rosc. Am. 30. *Vel illo asperrimo judice quaerente.* ††

Id.

† Hæc significatio cur fingatur, cum exemplum subjectum ex proxima inferiore observatione declarari queat, nihil causæ video.

†† Totum exemplum, quod autor voluit fortasse istud est: *Facile me paterer vel illo ipso acerrimo judice quærente; vel apud Cassianos judices pro S. Roscio dicere.* Videant eruditi et judicent.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0928
DFG

Id. II. Orat. 27. *Haec sunt omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem vel maxime,* † dieſes braucht nur einen mittelmäßigen Verſtand, aber eine ſehr groſſe Uebung.

* 16 *Vel-certe. Vel-tamen. Vel-nedum.*

Colum. XI, 3. *Cepina vel saepius, certe non minus debet, quam quater sarriri.* Cic. de ſenect. 6. *Nullaene igitur res seniles sunt, quae vel infirmis corporibus, animo tamen administrentur?* Liv. XLV, 29. *Insueta omnia oculis auribusque; quae vel socios, nedum hostes victos, terrere possent.*

17. *Vel* cum ſuperlativo, wohl, auch wohl.

Sæpe autem ſuperlativo gaudet. Cic. I. Nat. Deor. 23. *Protagoras sophistes temporibus istis vel maximus.* Id. Orat. 26. *Hoc in genere nervorum vel minimum, suavitatis autem est vel plurimum.* Id. II. Verr. 16. *Viderit adhuc post legem tribunitiam, unum Senatorem vel tenuissimum esse damnatum,* einer, auch wohl der geringſte.

18. *Vel maxime. Vel optime.*

Cic. Orat. 26. *Ego de novis illis Atticis talem cognovi neminem, cum id certe sit vel maxime Atticum,* da doch daſſelbe am meiſten nach Athen ſchmecket. Id. I. de Orat. 8. *Hoc uno praestamus vel maxime feris.* Id. I. de Fin. 2. *Ab iis tam dissentio, ut, cum Sophocles vel optime scripserit, Electram tamen male conversam Atilii mihi legendum putem.*

19. *Admonitio.*

Vel pro *etiam* affirmando duntaxat uſurpari: negando *ne quidem* adhiberi ſolet, una aut altera

† Lambinus habet tantum: *Exercitationis autem maximæ.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0929
DFG

voce interpoſita. *Ne tu quidem, ne ille quidem* et alia ejusdem modi. †

** 20. *Vel* omittitur, cum dicimus *plus minus*, quod eſt *circiter*: Mehr oder weniger, ohngefehr. Linac. VI. p. 425. *Ovid. XII. Meram. 133. *Ter quater ora viri capulo cava tempora pulſat.*

CAPUT CCLXXV.

De adverbio VELUT.

1. *Velut* pro *ſicut*, ὡς ὥσπερ.

VELUT adverbium ſimilitudinis. Liv. I, 51. *Tarquinius moram ſuam heſternam velut Deorum quadam providentia illatam ait.* Id. de Aruſp. reſp. 4. *Si in me impetum facere conabitur, ejus conatum refutabo, velut heſterno die.*

2. *Velut - ſic. Velut - ita.*

Aſſumit interdum *ſic* vel *ita*. Cic. I. Tuſc. 10. *Ariſtoxenus muſicus intentionem ipſius corporis quandam, velut in cantu et fidibus, quæ harmonia dicitur, ſic ex corporis totius natura et figura varios motus cieri tanquam in cantu ſonos dixit*, gleichwie ich im Geſang und wohlgeſtimmten Saitenſpiel, alſo ꝛc. *Add. Liv. XXXI, 18. Colum. III, 9. *Velut Olympionicarum equarum, ita Aminearum vitium ſeminibus electis.* *Add. Id. III, 18.

3. *Admonitio.*

In comparatione, itemque in ſimilitudine declaranda Cicero libentius *quaſi* aut *tanquam* dicit, quam *velut*.

4. *Velut*

† Sed cum *vix* retinetur *vel*, etiamſi *vix* naturam particularum negantium habeat.

4. *Velut* pro *exempli causa*, ὡς.

Velut pro *exempli causa* etiam Ciceronianum est. Cic. III. fr. Quint. 1. *Quod multos dies epistolam in manibus habui, ideo multa conjecta sunt, aliud alio tempore; velut hoc: Titus Annius mihi sæpe jam dixit* cet. als zum Exempel. Id. II. de fin. 35 *Non elogia monumentorum hoc significant, velut hoc ad portam?* Id. II. Nat. D. 38. *Bestiæ, quæ gignuntur e terra, veluti crocodili.*

* 5. *Velut* pro *quasi* vel *tanquam si.*

Livius II, 36. *Cœpti inde ludi, velut ea res nihil ad religionem pertinuisset*, darauf sind die Spiele angegangen, als wann diese Sache der Religion, dem Feste keinen Eintrag thäte, nichts zu bedeuten hätte. Id. XXXVIII, 1. *Ita inter omnes convenit, ut primo quieti, velut ad privatam rem agendam venissent, in foro adversarentur.* Id. XXXI, 1. *Me quoque juvat, velut ipse in parte laboris ac periculi fuerim, ad finem belli Punici pervenisse.* Id. XL, 12. init. *Posteaquam dicendi finem Perseus fecit, conjecti eorum, qui aderant, oculi in Demetrium sunt, velut confestim responsurus esset.* Huc refer illud Livii VIII, 30. *Id responsum Latinos, velut nihil jam non concedentibus Romanis, ferociores fecit.* Add. Tacit. hist. II, 8. et III, 83.

* 6. *Velut si. Velut-si ita.*

Livius XXI, 16. *Tantus patres pudor non lati auxilii metusque de summa rerum cepit, velut si jam ad portas hostis esset.* Id. XXIII, 18. *Itaque velut si cum alio exercitu a Capua exiret, nihil usquam pristinæ disciplinæ tenuit.* Cæsar B. G. I, 32. *Absentis Ariovisti crudeliatem, velut si coram adesset, horrebant Sequani.* Livius XXIX, 28. *Itaque velut*

si urbem extemplo aggressurus Scipio foret, ita ad arma est conclamatum. Id. XXI. 8. *Captum oppidum ea ruina crediderant Pœni, qua velut si pariter utrosque muros texisset, ita utrinque in pugnam procursum est.*

* 7. *Velut haud secus* poëticum est.

Claudian. Gigantomach. 49. *Ac velut hostilis cum machina terruit urbes, undique concurrunt arcem defendere cives: haud secus omnigenis coëuntia nomina turmis, ad patrias venere domos.*

(CAPUT CCLXXVI.)
De particula VERSUS.

1. VERSUS habet significationem motus, directionis in aliquam partem: cujus generis exempla ubivis sunt obvia.

2. Sed illa ratio observanda est, cum jungitur præpositioni *in*: ut in his. Cic. Ep. IV, 21. *In Italiam versus.* Id. Læl. 25. *In forum versus.* ubi v. C. Langius. add. Manut. ad Cic. Ep. VIII, 15. Sed cautio adhibenda, ne hanc formam quæramus in iis locis, ubi *versus* est participium. vid. Duker. ad Liv. XXXVIII, 51.

CAPUT CCLXXVII.
De adverbio et conjunctione VERO et VERUM.

* 1. *Vero* pro *recte, certe,* affirmandi et concedendi sensu, in responsionibus; et quidem vel præponitur responsioni vel interponitur.

Cic. II. Tusc. 11. *Fuisti saepe, credo, cum Athenis esses, in scholis philosophorum.* A. *Vero, ac libenter*

benter quidem. Id. in Brut. 87. *Sed tu, inquit, me intuens, orationes nobis veteres explicabis? Vero, inquam, Brute, sed in Cumano aliquando, si modo licebit* cet. Id. I. Divin. 46. *Puella defatigata petiit a matertera, ut sibi concederet paulisper, ut in ejus sella requiesceret. Illa autem dixit, vero, mea puella, tibi concedo meas sedes.* Cic. XIV. ep. 2. Id. III. off. *Nonne igitur sapiens, si fame ipse conficiatur, absulerit cibum alteri homini ad nullam rem utili? minime vero.* Cic. III. ep. 12. *Ego vero vehementer gratulor de judicio ambitus.* Et paulo post: *Ego vero velim mihi Tulliaeque meae prospere evenire ea, quae me insciente facta sunt a meis.* * Add. id. Parad. V, 2. (add. Muren. 31. *In sententia permanete. Vero: nisi sententiam alia vicerit melior.*)

(2. *Vero* pro *vere, jure* etc.)

Dicitur tamen *vero* etiam pro *vere, ex vero, jure.* Cic. Leg. I, 23. *Vero facis ac merito.* Liv. X, 23. *Vero gloriabatur.* v. Cortius ad Sall. Cat. 58. Drakenb. ad Liv. l. c. et ad XL, 9.

* Etiam extra responsionem pro *certe, sane* ponitur. Cic. III. off. 1. *P. Scipionem dicere solitum scripsit Cato, nunquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus esset. Magnifica vero vox et magno viro digna.* Id. de senect. 9. *Milo aspexisse lacertos suos dicitur illacrymansque dixisse, at hi quidem jam mortui sunt. Non vero tam isti, quam ipse nugator.*

II. De conjunctione VERO.

** 1. D. Servit hæc conjunctio, ut omittamus vulgarem ejus usum, etiam Ironiæ. Virg. IV. Aen. 93. *Egregiam vero laudem et spolia ampla refertis.*

** 2. D. P. In principiis epistolarum responsionis indicium est. Cic. IV. ep. 6. *Ego vero, Servi,*

vellem, ut scribis, in meo gravissimo casu affuisses. † Id. X. ep. 5. *Mihi vero ad Nonas bene maturum videtur fore.* Id. XVI. ep. 13. *Tu vero confice professionem, si potes.* H. Steph. II. Sched. 23. Goclen. p. 213. observ.

** 3. D. *Sed vero*, pro *sed etiam.* Lucr. IV. 983. *Non homines solum, sed vero animalia cuncta.* ††

*4 *Vero* in enumeratione ultimum locum occupat. Cic. Arch. 8. *Homerum Colophonii civem esse dicunt suum: Chii suum vindicant: Salaminii repetunt: Smyrnaei vero suum esse confirmant.* Id. II. Quint. fr. 15. *Quos tu situs, quas naturas rerum et locorum, quos mores, quas gentes, quas pugnas, quem vero ipsum imperatorem habet?* Id. III. in Verr. 4. *Odistis hominum novorum industrias: dispicitis eorum frugalitatem: pudorem contemnitis: ingenium vero et virtutem depressam extinctamque cupitis.* Id. Muren. 22. *Is et per se, et per suos, et vero etiam per alienos defenditur.* Id. off. II, 16. extr.

* 5. Interdum tamen alium etiam locum paulo superiorem obtinet. Cic. II. Nat. D. 63. *Bestiae hominum gratia generatae sunt. Quid enim oves aliud afferunt, nisi ut earum villis consectis atque contextis homines vestiantur? Canum vero tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio quid significat aliud nisi se ad hominum commoditates esse generatos? Quid de bobus loquar?* cet. Id. II, 32. *Quod eodem tempore stellas aureas Castoris et Pollucis, Delphis positas, decidisse, neque eas usquam repertas esse dixisti, furum*

† Fortassis hoc exemplum ex eo declarari potest, quod initio hujus capitis dixi. Non enim adversari videtur, conjunctio autem adversatur.

†† Possis etiam dicere *vero* poni hic pro *certe*, prætermisso *etiam*, quod sæpissime prætermitti solet.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0934
DFG

furum id magis factum, quam Deorum videtur. Simiae vero Dodoneae improbitatem historiis graecis mandatum esse demiror. Quid minus mirum, quam bestiam sortes dissipasse? Nam illa praedicta Vejentum cet.

* 6. *Vero* in declaranda indignatione: omninoque cum emphasi aliqua.)

Livius XXVI, 21. *Eum agrum, in quo Annibal castra haberet, venisse, nihil ob id deminuto pretio cognitum ex quodam captivo est. Id vero adeo superbum atque indignum visum Annibali* etc. Idem XXVI, 15. *Appius Romam ad Senatum arbitrium ejus rei totum rejiciebat, et percunctandi potestatem, num communicassent consilia cum aliquibus sociorum latini nominis municipiorum. Id vero minime committendum esse; Fulvius dicebat, ut solicitarentur criminibus dubiis sociorum fideliu manimi*, cet. Terent. Eunuch. V, 3. *Move vero ocius te nutrix.* Cic. Cluent. 6. (de usu τῦ *vero* cum emphasi vid. Drak. ad Liv. XLV, 19.)

(7. *Et vero* pro *atque adeo*, *insuper* sequente *etiam.)*

Cic. Mur. 21. *Qui et per se, et per suos, et vero etiam per alios defendetur.* Id. ad Att. XVI, 17. *Quod saepe praesens et illi ostendisti, et vero etiam mihi.*

* III. VERUM.

Verum significat idem, quod *vero*, sed positione differt et loco. Nam *verum* antecedit subjectam sententiam, *vero* interponitur ipsi sententiæ.

* 2. *Verum* in abrumpendo sermone, ut *sed.*

Cic. VII. Att. 1. *Ita puto ἄμεμπτα fore: verum ut videbitur.* Id. III. epist. 9. *Verum id videbimus.* Id. XII. epist. 25. *Verum hæc hactenus.*

* 3. *Verum*

*3. *Verum enim vero* valde adverſatur apud hiſtoricos potiſſimum; Cicero raro ita loquitur.

Liv. IV, 4. *Verum enim vero legibus id prohiberi et connubium tolli patrum ac plebis, id demum contumelioſum eſt plebi.* Id. XXIX, 5. *Vix quidem ulli bono regi facilis erat favor apud Syracuſanos, ſuccedenti tantæ caritati Hieronis. Verum enim vero Hieronymus velut ſuis vitiis deſiderabilem efficere vellet avum primo ſtatim conſpectu quam diſparia eſſent, oſtendit.* Add. Id. XXIX. cap. 8. Salluſt. Catil. 20.

*4. *Verum enim vero* poſt *ſi.*

Cic. III. Verr. 84. *Si nullo in loco ejus provinciæ frumentum tanti fuit, quanti iſte æſtimavit, hoc crimen in iſtum reum valere non arbitror. Verum enimvero cum eſſet HS binis aut ternis quibusvis in locis provinciæ, duodenos ſeſtertios exegiſti.* Liv. XXXIX, 4. *Marcus Fulvius dixit, ſi ſimultas M. Aemilii ſecum ignota hominibus eſſet, tamen non fuiſſe ferendum, abſentem conſulem Deorum immortalium honori obſtare. Verum enimvero cum ſint notiſſimæ ſibi cum conſule inimicitiæ, quid ab eo quenquam poſſe aequi expectare, qui* cet.

*5 *Verumtamen.*

Interdum accedit *tamen*, et fere ſimpliciter adverſatur. Cic. II. off. 8. *Externa libentius in tali re, quam domeſtica recordor. Verumtamen, quamdiu imperium populi Romani beneficiis tenebatur, exitus erant bellorum mites.* Id. III. ep. 12. *Spero omnino cum aliqua felicitate ea agi et opto. Verum tamen plus me, in hac ſpe, tua ſapientia et humanitas conſolatur, quam opportunitas temporis.*

*6. *Verum tamen* poſt parentheſin.

Cic. I. Att. 8, *Cum eſſem in Tuſculano (erit hoc tibi*

tibi pro illo tuo, cum essem in Ceramico) verumtamen cum ibi essem, Roma puer a sorore tua missus epistolam mihi abs te allatam dedit. Id. III. in Verr. 2. *Hoc ego plus oneris habeo, quam qui ceteros accusarunt, (si onus id est appellandum, quod cum laetitia feras ac voluptate) verumtamen hoc ego amplius suscepi, quam ceteri, quod* cet. (add. Clav. Cic. in h. v.)

* 7. *Verumtamen* suppresso *quidem.*

Cic. Quint. 13. *Nævius pecuniam petit: nunc denique? verumtamen petit*, pro, verum quidem est, eum nunc denique petere, sed tamen nunc denique petit. Id. II. Verr. 41. *Mala et improba defensione, verum aliqua tamen uti videtur.*

CAPUT CCLXXVIII.

De adverbio VIDELICET.

**VIDELICET eosdem usus habet, ac *scilicet.* Dictum quibusdam videtur quasi *videre licet*, aut, *videas licet*, quemadmodum *scilicet*, quasi *scire licet.* Atque hinc esse ajunt, ut infinitivo juncta interdum legantur hæc adverbia. Plaut. Stich. Act. IV, 1, 49. *Videlicet illum fuisse parcum senem, qui dixerit.* Terent. Heaut. II, 2. *Scilicet futurum me esse.* Weitz. ib. p. 351. Taubm. ad Plaut. p. 1099. 1288. Lamb. ad Lucret. p. 39 et 207. Hæc tamen ratio Palmerio non probatur. Spicil. II. p. 37. (Sic et Cicero ad Att. V, 11. v. Clavem Cic. in h. v. et qui ibi commemorantur.)

** 2. Sed hæc rariora. Usurpatur alias pro *nimirum*, declarandi gratia, nemlich). Cic. II. de Inv. 4. *Caupo, cum illum alterum, videlicet qui nummos haberet, animadvertisset, noctu illum occidit.*

** 3. Ser-

** 3. Servit etiam ironiæ. Quintilianus. *Hoc videlicet expectasti.* Vall. II. Eleg. 60. Ja hinter ſich.

* 4. *Videlicet* in reſponſione.

Cic. II. Verr. 33. princ. *Quid horum ſe negat feciſſe? illud videlicet unum, quod neceſſe eſt, pecuniam accepiſſe.* Id. Cæcin. 15. *Quid metuebant? vim videlicet.* Id. Planc. 40. *Quid dicam? Virgilio pietatem, humanitatem, fidem defuiſſe? nihil videlicet eſt eorum* cet.

CAPUT CCLXXIX. a)

De adverbio VIRITIM.

1. *Viritim* eſt *ſingulis hominibus.*

2. *Viritim* pro *ſingulariter.* (immo *proprie, priva.*)

Senec. benef. VII, 6. *Poſſum donare ſapienti quod viritim meum eſt.* Id. VII, 7. *Quæ viritim ei ſerviunt.*

CAPUT CCLXXX.

De adverbio VIX.

VIX imminuendi ac bene negandi vim habet. † Cic. I. Orat. 2. *Viros in dicendo excellentes vix paucos proferre poſſumus.* Id. II. Acad. *Nos probabilia multa habemus, quæ ſequi facile, affirmare vix poſſumus.* * Add. Id. III. Catil. 4, et VII. ep. 5.

* 2. *Vix* cum verbis quibusdam, ſequente *quin.*

Cic. XVI. ep. 24. *Ego vix teneor, quin accurram.* Terent. Eunuch. V, 2. *Vix me contineo, quin involem in capillum.* Livius IV, 43. *Vix Deorum opibus, quin obruatur Romana res, reſiſti poteſt.* Add. Plaut. Moſtell. 1, 3, et Livius V, 45.

*3. *Vix-*

† Apparet vis negandi etiam ex proxima inferiore obſervatione, et ſubſequentibus.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0938
DFG

*3. *Vix-nisi quod.*

Livius XXXI, 41. *Aetoli, nisi quod populabantur, vix meminisse videbantur se in hostium agro esse.*

4. *Vix dum.*

Interdum assumit *dum.* Cic. I. Catil. 4. *Hæc ego omnia, vixdum cœtu nostro dimisso comperi*, da kaum unsere Versammlung geendigt gewesen. Id. XII. ep. 4. *Cum tu vix dum triginta dies in Syria fuisses*, da du kaum 30. Tage in Syrien gewesen. *Add. Livius V, 53. Terent. Phorm. IV, 2.

5. *Vix jam.*

Cic. IV. Att. 3. *Clodius desertus a suis vix jam decimum designatorem, vix Gellium retinet.*

6. *Vix-cum. Vixdum-cum* †

Vix et *vixdum* sæpe assumunt *cum.* Cic. II. Orat. 21. *Vix annus interceſſerat ab hoc sermone cohortationis meae, cum iste accusavit Norbanum.* *Add. Livius II, 45, et XXIX, 2, et Cic. IV. Verr. 40.

Cic. IX. Att. 2. *Vixdum epistolam tuam legeram, cum ad me Postumius Curtius venit.* * Add. Liv. XXII, 19, et XXVII, 28.

7. *Vix* cum *nedum*, zu geschweigen.

Alias additur *nedum.* Nam *vix* continet negationem, quæ præcedere solet *nedum.* Cic. XVI. ep. 8. *Vix in ipsis tectis et opidis frigus infirma valetudine vitatur, nedum in mari et in via sit facile abesse ab injuria temporis.* Livius XXXIV, 21. *Vix clamorem eorum, nedum impetum Suessetani tulere.* *Add. Liv. XL, 15. Vellej. II, 103. Tacit. XIV, 15.

*8 *Vix dum* cum *nedum.*

Livius XXIV, 4. *In Sicilia regnum ad Hieronymum*

† *Cum* in hujusmodi exemplis non pendet a *vix*, sed a præterito tempore.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0939
DFG

mum nepotem Hieronis translatum, vix dum libertatem, nedum dominationem, modice laturum.

9. *Vix* cum *ne vix quidem*, aut *nullo modo*, aut *omnino non.*

Alias additur *ne vix quidem*, aut *nullo modo*, aut aliquid ejusmodi. Cic. IX. ep. 8. *Mihi cum his ipsis vix, his autem detractis, ne vix quidem vivere lubet*, bey diesen Studien kaum, ohne dieselbe aber fast gar nicht. *Add. id. II. fin. 3, et IV. fin. 13. Id. XI. Att. *Aut vix, aut nullo modo possum.* *Add. id. II. Nat. D. 7. Cic. III. Att. 23. *Scis Clodium sanxisse, ut vix aut omnino non posset infirmari lex sua*, daß sein Gesetz kaum oder gar nicht unkräftig gemacht werden könnte.

10. *Vix tandem. Vix, sed tamen.*

Vix tandem diuturnam expectationem declarat.† Cic. III. ep. 9. *Vix tandem legi literas dignas Appio Claudio*, ich habe kaum endlich einmal. *Vix sed tamen* difficultatem rei superatam significat. Cicer. Pison. 12. *Gabinius collegit ipse se, vix, sed collegit tamen*, hat sich kaum, aber doch endlich erholet. *Add. Id. III. Quint. fr. 2.

CAPUT CCLXXXI.

De nomine ULLUS.

*1. *Ullus* sæpe cum *sine.*

Cic. de Amic. 17. *Sine ulla exceptione.* Non enim dicimus *sine quadam exceptione*, et rarius *sine omni exceptione.*

* 2. *Non alius ullus.*

Cic. V. Att. 10. *Non alius ullus sermo, nisi de te.* Ita alibi sæpius.

3. *Si*

† Vel aliam rem quæ non facile fore videbatur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0940
DFG

* 3. *Si ullus.*

Cic. XIII. ep. 41. *Si ulla mea apud te commendatio valuit; hæc ut valeat, rogo.*

* 4. *Ullus ex.*

Cic. XV. Att. 3. et alibi sæpius.

* 5. *Ullus - præterquam.*

Livius XXIV, 47. *Arpi sine clade ullius, præterquam unius veteris proditoris, novi perfugæ, restituti ad Romanos.*

CAPUT CCLXXXII.

De præpositione ULTRA.

ULTRA contrarium habet *citra*†, et significat *trans*. Cic. XII. Att. 26. *Ultra Silianam villam est, quam puto tibi notam esse*, ist über, oder jenseits des Silianischen Hofs. Sallust. Fragm. *Contendebant, Antipodas ultra Aethiopiam cultu Persarum et justos et egregios agere*, über dem Mohrenland. (*Illa tralate) Cic. IV. Tusc. 17. *Peripatetici adhibent modum quendam, quem ultra progredi non oporteat.* Id. I. Philipp. 5. *Quis Senatorem unquam tanto damno coëgit? aut quidem ultra pignus est mulctam.* Id. I. Divin. 14. *Divinatio conjectura nititur, ultra quam progredi non potest*, über welche sie nicht gehen kann.

* 2. *Ultra* postpositum nomini a se recto.

Tacit. XV, 17. *Diruta sunt, quæ Euphratem ultra communierat Corbulo.* Sed hæc constructio rara est.

* 3. *Ultra*

† Vel *cis*. Livius V, 35. *Audiebant sæpe ab iis cis Padum ultroque legiones Etruscorum fusas.* Vel *intra*. Plin. IV, 12. *Eubœa nusquam latitudinem ultra XL. millia passuum extendit, nusquam intra XX. millia contrahit.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0941
DFG

* 3. *Ultra* etiam de mensura et hominibus.

Celsus IV, 2. de destillat. *Diu abstinere a potione oportet, aut si res coëgerit, non ultra heminam aquæ assumere* Tacitus II. hist. 63. *Uxor Vitellii ultra feminam ferox.* Vellejus I, 88. *Otio ac mollitiis pæne ultra feminam fluens.* Id. II, 118.

* 4. *Ultra* de numero.

Hirtius B. Alex. 21. *Hoc prælio desiderati sunt ex numero legionariorum militum circiter CD, et paulo ultra eum numerum classiarii et remiges.*

* 5. *Ultra-usque* rarum est.

Fabius III, 1. *Georgias illorum fuit æmulus, et ultra Socratem usque duravit.*

6. *Ultra* absolute. †

Ultra sæpe absolute poitur. Cic. de Univ. *Si probabiliter dicentur, ne quid ultra requiratis,* sollt ihr nichts weiters begehren, das ist, sollt damit zufrieden seyn Id. Att. XV, 1. *Est autem oratio scripta elegantissime sententiis, verbis: ut nihil possit ultra,* daß man nichts bessers gedenken kann. Alias diceret: *ut nihil supra.* * Add. Columell. IV, 7. et de arbor. 5.

7. *Admonitio.*

Ultra dici eleganter solet, quod vulgo *ulterius dicunt.*

* 8. *Ultra* de tempore.

Livius II, 19. *Non ultra bellum Latinum, glisens jam per aliquot annos, dilatum.* Id. II, 40. *Aequi Attium Tullium haud ultra tulere ducem.* Id. XLII, 2. *Legati renunciarunt, facile apparuisse sibi bellum parari,*

† Proprie de loco. Plinius X, 23. *Quamvis ciconiæ ultra citrave pervolent, nunquam tamen advenisse usquam, nisi noctu, existimantur.* Livius V, 35. *Clusini audiebant sæpe ab iis cis Padum ultraque legiones Etruscorum fusas.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0942
DFG

rari, nec regem ultra ad arma ire dilaturum. Idem XLII, 23. *Jam ultra ſuperbiam crudelitatemque et avaritiam ejus non pati poſſunt Cathaginenſes.* Cic. X. ep. 33. et Liv. XLV, 10.

* 9. *Ultra quam* de loco.

Livius III, 8. *Tricipitinus populationibus arcendis ſociorum agro oppoſitus, non ultra quam in Hernicos procedit.* Senec. de brevit. vit. 7. *Patronus magno concurſu omnia ultra quam audiri poteſt, complet.*

10. *Ultra quam* tralate.

Non raro aſſumit *quam.* Cic. I. Tuſc. 9. *Probabilia conjectura ſequor. Ultra enim, quo progrediar, quam ut veriſimilia videam, non habeo.* Id. II. Tuſc. 2. *Nos ſequimur probabilia, nec ultra id, quam quod veriſimile occurrerit, progredi poſſumus.* Id. I. Invent. 18. *Longum exordium eſt, quod pluribus verbis aut ſententiis, ultra quam ſatis eſt, producitur,* ein langer Eingang iſt, welcher wegen vieler Worte und Sachen ſich weiter erſtrecket, als es recht iſt.

* 11. *Ultra-quam dum.*

Tacitus A. VI, 44. *Non ultra moratus, quam dum Scytharum auxilia conciret, pergit properus* cet. Add. id. II. Ann. 80, et XI, 26.

* 12. *Ultra quam-ne. Ultra-quam ut.*

Tacitus II. hiſt. 77. *Nobis nihil ultra arrogabo, quam ne poſt Valentem numeremur.* Livius XLV, 23. *Ii nihil ultra valuerunt, quam ut in officio ceſſaremus.* Id. XL, 30. *Per dies aliquot nihil ultra motum, quam ut hæ duæ turmæ oſtenderentur.* Idem XLII, 13. *Quid ultra facere poſſum, quam uti Deos Deasque precer, ut vos veſtræ reipubl. conſulatis.* Add. Tacitus II, 24. et IV. hiſt. 59. Sueton. Cæſar. 75. Celſus III, 21.

CAPUT CCLXXXIII.

De adverbio ULTRO.

ULTRO ex contrariis varias significationes accipit: Nam cum *coacto* opponitur, est *sponte*: cum *petenti*, est *non petenti*. Cic. V. ep. 13. *Nec mihi quicquam in mentem venit optare, quod non ultro mihi Cæsar detulerit*, vor sich selbst, ungeheten. Cum opponitur *vocato*, declarat *non vocatum*. Cic. II. de Fin. 18. *Cum sciret nemo, eum rogatum a C Plotio, equite Romano splendido, Nursino, ultro ad mulierem venit*, unberuffen. Item illa: *ultro polliceri, mittere*, et alia ejusmodi.

2. *Ultro* pro *insuper*.

Ultro interdum significat *insuper*. Ter. Eun. V, 2. *Etiam ultro derisum advenit*, ist noch darzu, über das, zu verspotten gekommen. Virg. Aen. IX, 729. *Viderit irrumpentem, ultroque incluserit urbi*. Cic. Catil. III, 12. *Est etiam in nobis animus, Quirites, ut non modo nullius audaciæ cedamus, sed etiam omnes improbos ultro semper lacessamus*. Add. id. XII. ep. 4. (Sic accipit Grævius etiam illud Cicer. Quint. 23. *cum ultro ipse deberet*. Sed ibi potest esse etiam *per se, sub nomine*.)

* 3. *Ultro citro. Ultro ac citro.*

Plin. II, 38. *Ultro citro commeante natura, ut tormento aliquo mundi celeritate discordia accenditur*. Senec. quæst. natur. IV, 2. extr. Varro III, 5. *Pisciculi ultro ac citro commeant*.

4. *Ultro citroque* pro *ultra citraque*.

Ultro citroque dicta sunt pro *ultra citraque*. Cic. Rosc. Am. 22. *Postea homines cursare ullo citroque non destiterunt*. Id. V. Verr. 66. *Monumentum sceleris*

leris audaciæque suæ voluit esse in conspectu Italiae, in vestibulo Siciliae, in praetervectione omnium, qui ultro citroque navigarent, hin und her schifften. *Add. Livius V, 8. et VII, 9. Cæs. B G. I, 42.

5. *Ultro citroque* pro *mutuo et inter se.*

Interdum *ultro citroque* per translationem usurpatur pro *mutuo*, atque *inter se*. Cic. I. off. 17. *Beneficia ultro citroque data et accepta*, Wechsel-Gutthaten, eine um die andre. Id. VI. de Republ. 1. *Multis verbis ultro citroque habitis, ille nobis consumptus est dies*, als wir eine gute Weile mit einander geredet. Id. II. Nat. Deor. 33. *Sic naturis iis, ex quibus omnia constant, sursum deorsum, ultro citroque commeantibus, mundi partium conjunctio continetur*, also bestehet das Weltgebäude aus den Elementen, welche sich aufwärts und herunterwärts, hin und her, bewegen. † * Add. id. Læl. 22.

CAPUT CCLXXXIV.

De particula UNA zugleich.

Cic. IX. ep. ult. *Epulamur una.* Id. Catil. I, 4. *Qui te cum una fuerunt.* ††

CAPUT CCLXXXV.

De Adverbio UNDE et UNDIQUE.

UNDE etsi proprie est adverbium loci, interdum tamen et ad personas et alias res accomodatur; ponitur que eleganter pro *ex quo*, *ex qua* vel *e quibus*,

† Hoc exemplum quo minus etiam ad superiorem observationem referas, nihil obstat.

†† *Una* est casus sextus, vultque intelligi alias *via*, alias *in domo, sede* cet. *Unus* autem est *hic idem.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0945
DFG

bus, a quo, a quibus. † Cic. I. de Orat. 15. *De ea re multo dicet ornatius, quam ille ipse, unde cognorit.* Id. Flac. 26. *Adsunt Athenienses, unde humanitas ac doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur.* Id. Brut. 92. *Eloquentia, unde longe absum.* Id. I. de Orat. 46. *Equidem vobis fontes, unde hauriretis atque itinera ipsa putavi esse demonstranda.* Idem Sul. 26. *Verbum ecquod unquam ex ore hujus excidit, unde quisquam possit offendi,* ein Wort, darüber sich einer möchte entrüsten.

* 2. *Unde-eodem.*

Cic. I. Divin. 49. princ. *Unde huc digressa est, eodem redeat oratio.* Id. Mur. 12. *Ridiculum videbatur, homines cum recte atque in loco constitissent, jubere abire, ut unde abissent, eodem statim redirent.* Add. Justin. V, 4.

* 3. *Unde quo,* woher und wohin.

Senec. epist. 29. *Qui intelligis, unde quo evaseris.*

* 4. *Unde-ibi.*

Livius XXVIII, 26. *Vicit sententia lenior, ut, unde orta culpa esset, ibi pœna consisteret.* Id. XX, 29. *Ubi cœpit oratio mea, ibi desinet.* *Add. Justin. II, 7.

* 5. *Unde-inde. Unde-indidem.*

Cic. I. Invent. 20. *Brevis erit narratio, si unde necesse est, inde initium sumeretur.* *Add. Tacit. XIV, 56. Cic III. Orat. 40. *Unde simile duci potest, indidem verbum unum, quod similitudinem continet, translatum, lumen affert orationi.*

* 6 *Un-*

† Atque hic notandum, ubi latini pro germanorum auf, in, bey solent *a* vel *ex* ponere, ibi pro *in quo, apud quem* similibusque particulis substituendum esse *unde.* Cic. Marcell. 11. *Ut unde est orsa, in eodem terminetur oratio mea,* daß meine Rede sich da, wo sie angefangen hat, endige.

* 6. Unde - niſi.

Cic. II. Nat. D. 31. *Unde hæc in terras, niſi a ſuperis, defluere potuerunt?* Liv. VIII, 4. *Unde hæc illis tanta modeſtia, niſi a conſcientia virium eſt noſtrarum et ſuarum?*

* 7. Unde pro *quocirca.*

Unde pro *quare* vel *igitur* rarum eſt, et diligenter utendum, ſi quando forte uti velis, videlicet ibi tantum, ubi verba adſunt ablativum regentia. Ergo ne imitere illud Columellæ VI. præfat. *Nulla regio eſt, quæ non, ut hominum, ita armentorum adjumento juvetur. Unde etiam jumenta nomen a re traxere.*

(8. Unde geminatum pro *undecunque.*)

Reperitur etiam apud bonos auctores *unde unde* pro *undecunque.* Catull. LXVIII, 27. *et quærendum unde unde foret.* Sic enim ibi reſtituit Scaliger recte. Voſſianum *necubi* ſenſum commodum non habet.

* 9. *Sicunde* eſt *ſi quo ex loco.*

Cic. VIII. Att. *Sic unde potes, erues.*

II. UNDIQUE.

Undique eſt *omni ex parte.* De loco proprie dicitur. Virg. Aeneid. V, 9. *Maria undique et undique cœlum.* Cic. Man. 11. *Siciliam multis undique cinctam periculis non terrore belli, ſed celeritate conſilii explicavit.* Id. Sext. 56. *Non ſum tam inſolens in dicendo, ut omnes undique floſculos carpam atque delibem,* daß ich von allen Orten Blümgen bräche.

Sæpe autem per translationem uſurpatur. Cic. II. de Nat D. 14. *Mundus perfectus undique eſt,* id eſt, omni ex parte. Id. II. Philipp. 43. *Aut undi-*

que religionem tolle, aut usquequaque conserva, entweder hebe die Religion gar auf, oder handhabe sie allenthalben. *Tacitus II. Ann. 63. *Maroboduo undique deserto non aliud subsidium, quam misericordia Cæsaris fuit.* Add. Cic. V. fin. 9,

CAPUT CCLXXXVI.

De pronomine UNUS.

1. *Unus et alter* pro *duo*. †

UNUS *et alter* pro *duo* usurpatur. Cic. II. Verr. 3. *Testes citari jubet: dicit unus et alter breviter*, es redet einer oder der andere. Id. Cluent. 26. *Unus et alter dies interceſſerat, cum* cet. Id. XIV. Att. 21. *Ut tantopere laudarem, adductus ſum tuis et unis et alteris literis.*

*Huc refer Sueton. Claud. 12. *Populus ſenatum quaſi parricidam diris execrationibus inceſſere, non ante deſtitit, quam unus atque alter, et mox plures a magiſtratibus in roſtra producti ſalvum et appropinquare confirmarent.* Add. id. Galb. 14. Dicitur etiam *unus* ac *alter*. Tacitus Orat. 39. (Immo *unus atque alter*, ut ibi legendum.)

* 2. *Unus alterque.*

Livius VII, 10. *Romanus uno alteroque ſubinde ictu ventrem atque inguina Galli hauſit, et in ſpatium ingens ruentem porrexit hoſtem.* Add. Tacit. XIII, 46, et II. hiſt. 75.

3. *Unus aut alter unus aut duo* ††

Cic. VII. Att. 8. *Quid enim eſt tantum in uno aut altero*

† Interdum videntur hæc verba ſignificare idem quod *unus poſt alterum, alius poſt alium.* Vid. Ter. And. I, 1. Interdum pro *pauciſſimis* ponuntur. Columell. IV, 27.

†† Suſpicor, his verbis ita conjunctis interdum *duos*, interdum *pauciſſimos* ſignificari. Vide quæ initio dixi.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0948
DFG

altero die? was ist so viel an ein oder zwey Tagen gelegen? Liv. II, 23. *Appius vehementis ingenii vir, imp io consulari rem agendam, censebat: uno aut altero arrepto, quieturos alios.* *Add. Cic. V. ep. 21, et Mur. 21. Livius IV, 35, et V, 6. Columell. VII, 10.

* 4. *Unus alterve. Unus vel alter.*

Tacitus IV. Ann. 17. extr. Sejanus dicebat, *non aliud gliscentis discordiæ remedium, quam si unus alterve maxime prompti subverterentur.* Add. id. I. hist. 83. Cic. III. ep. 9. Columell. IV, 29. *Non quid in uno vel altero experimento casu fiat, verum quid certa ratione plerumque proveniat, discentibus præcipere debemus.* Add. id. IX, 1 et 8.

5 *Unus-alter* distributive.

Cic. II. ep. 17. *Uni epistolæ respondi, venio ad alteram*, auf ein Schreiben habe ich geantwortet, jetzt komm ich auf das andere. Id. II. ep. 4. *Reliqua epistolarum genera duo; unum familiare et jocosum, alterum severum et grave.* * *Traditi sunt duplices loci, uni e rebus ipsis, alteri assumti.* Cic. Orat. 35.

6. *Unus - alter - tertius.* †

Cum res plures duabus numerantur, dicimus *unus, alter, tertius.* Cic. I. Acad. 5. *Fuit ergo jam accepta a Platone philosophandi ratio triplex: una de vita et moribus; altera de natura, et rebus occultis; tertia de disserendo.* Id. Cluent. 64. *Unum, alterum, tertium annum Sassia quiescebat*, ein, zwey, drey Jahr hat er nichts unternommen. Id. Flac. 27. *Tria Græcorum genera sunt, quorum uni sunt Athenienses, Aeoles alteri, Dores tertii nominabantur.*

† Dicitur tamen etiam *primus-alter-tertius.* Liv. XXXIV, 61.

7. *Unus - alter - plures.*

Interdum pro *tertius* reponitur *plures*, aut aliquid ejusmodi. Cic. IV. Verr. 29. *Rex primo nihil metuere, nihil suspicari; dies unus, alter, plures; non referri*, es gieng ein, zwey, mehrere Tage hin, es wurde nicht zurück gebracht. Id. V. Verr. 29. *Unum alterum mensem, prope annum domi tuæ piratæ fuerunt*, einen und den andern Monat, ja fast ein Jahr.

* 8. *Unus - alter - tertius - quartus.*

Cic. I. off. 43. *Omnis honestas manat a partibus quatuor, quarum una sit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis.* Id. de Senect. 5. *Quatuor causas reperio, cur senectus misera videatur: unam quod avocet a rebus gerendis; alteram, quod corpus faciat infirmum; tertiam, quod privet omnibus fere voluptatibus; quartam, quod haud procul absit a morte.* Add. id. red. ad Qu. 9. Sæpe accedit *quintus, sextus* cet. Vid. Cic. II. Att. 1.

* 9. *Unus - deinde - tum deinde.*

Cic. de republ. VI, 4. *Ex quibus* (stellis) *unum globum possidet illa, quam in terris Saturniam nominant. Deinde est hominum generi prosper et salutaris ille fulgor, qui dicitur Jovis. Tum rutilus horribilisque terris, quem Martem dicitis. Deinde subter mediam fere regionem Sol obtinet.*

* 10. *Unus* pro *idem.* †

Cic. III. Catil. 11. *Uno tempore in hac republ. duo cives extiterunt.* Id. Cæcin. 21. *Quod etiamsi verbo differre videbitur, re tamen erit unum; et omnibus in causis idem valebit, in quibus perspicitur una atque eadem causæ æquitatis.*

* 11. *Unus*

† *Unus* pro *magnus.* Gisb. Cuperus II. observ. p. 222.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0950
DFG

* 11. *Unus cum.*

Unus pro *idem* interdum adsciscit *cum.* Livius IV, 3. *Quum indignos vos patres ducerent, qui una secum urbe intra eadem mœnia viveretis.*

12. *Unus atque idem.*

Jungitur interdum cum *idem.* Cic. II. de divin. 47. *Exitus quidem omnium unus et idem fuit,* sie haben alle ein Ende gehabt. Id. V. Verr. 35. *Una atque eadem nox erat, qua Prætor amoris turpissimi flamma, ac classis populi Romani prædonum incendio conflagrabat,* es geschah in einer Nacht, daß. Id. de Univ. *Quod unum semper atque idem est.* Id. IV. Catil. 7. *Causa est post urbem conditam hæc inventa sola, in qua omnes sentirent unum atque idem,* alle einerley Meynung sind. Id. II. Catil. 9. *Quibus hoc præcipiendum videtur unum scilicet et idem, quod cæteris omnibus.*

* 13. *Unus* opponitur *universis, omnibus, multis, ceteris.*

Cic. I. Quint. fr. 1. extr. *Id facillime facies, si me, cui semper uni magis, quam universis placere voluisti, tecum semper esse putabis.* Id. Man. 11. *Ea tanta sunt in hoc uno, quanta in reliquis omnibus imperatoribus non fuerunt.* Id. Rosc. Am. 13. *Nefarium facinus atque ejusmodi, quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videantur.* Id. Manil. 11. *Bellum tam vetus, tam dispersum, quis unquam arbitraretur, aut ab omnibus imperatoribus uno anno, aut omnibus annis ab uno imperatore confici posse.* Ib. 17. *Quid igitur ait Hortensius? Si uni omnia tribuenda sunt, unum dignissimum esse Pompejum: sed ad unum tamen omnia deferri non oportere.* Id. Rosc. Am. 36. *Multa audacter, multa improbe feciśti, unum stultissime.* Ib. 46. *Quantum e multis splendidis-*

didisque familiis in turba et rapinis coacervari una in domo potuit. IV. Catil. 10. *Caeteris semper bene gestæ, mihi uni conservatæ reipublicæ gratulationem decreviſtis.* VI. Att. 1. *Pompejus plus poteſt unus, quam ceteri omnes.* Huc refer illud Cic. Flacc. 37. *Iſte unus totam Aſiam magnitudine poculorum bibendoque ſuperavit.*

14. *Unus aliquis. Unus ullus. Unus quivis.*

Unus aliquis, unus ullus, unus quivis, ferme extenuandi vim habent. Cic. X. Phil. 1. *Cur nunquam tam frequens Senatus fuit, quo unus aliquis tuam ſententiam ſecutus ſit?* da doch einer deiner Meynung wäre geweſen, dir Beyfall gegeben hätte. Id. III. de fin. 19. *Sapiens utilitati hominum plus, quam unius alicujus, aut ſuæ conſulit,* er ſiehet mehr auf den gemeinen, als auf eines einzigen Menſchen oder ſeinen eigenen Nutzen. Add. Id. III. Orat. 33, et II. Or. 72. Id. II. Agr. 13. *Ratum ſit, quod finitor uni ulli, a quo miſſus erit, renunciaverit,* id eſt, *unicuivis.* Id. Cæcin. 22. *Si tu ſolus, aut quivis unus cum ſecuto impetum in me feciſſet* cet. id eſt, *quicunque, modo ſolus eſſet.* Add. id. Brut. 93. Verum *unus aliquis* interdum pro *quispiam* uſurpatur.† Cic. II. offic. 12. *Confugiebant ad unum aliquem virtute præſtantem,* ſie nahmen ihre Zuflucht zu einem tugendliebenden Mann. *Add. Id. in Cæcil. 9. (In hac forma *unus* redundat. Similiter VII, ep. 19. *qui* (libri) *quanquam plurimi ſunt, doctorem tamen unum quem deſiderant.)*

* 15. *Unus quilibet* extenuantis.

Ita dicimus etiam *unus quilibet* extenuandi cauſa.

Livius

† Vel pro *unus*, cui opponantur *ceteri.* Cic. IV. Acad. 37. vel *plures.* Cic. Partit. 29.

Livius VI. 40: *Si Claudiæ familiæ non sim, nec ex patricio sanguine ortus, sed unus Quiritium quilibet.* Add. Id. XLII, 42. *Quem una quælibet vox profremitu accepta dejecit.* Senec. ep. 56.

Sed interdum significat *quempiam.* Liv. IX, 17. *Id vero erat periculum, ne Alexander solertius, quam quilibet unus ex iis, quos nominavi, castris locum caperet.*

* 16. *Unus quidam* extenuantis †

Cic. II. Orat. 10. *Hesterno sermone unius cujusdam operis, ut ait Cæcilius, remigem aliquem, aut bajulum nobis oratorem descripseras.*

Interdum tamen pro simplici *quidam* ponitur. Cic. III. Orat. 14. *Est eloquentia una quædam de summis virtutibus, quamquam sunt omnes virtutes æquales* cet.

** 17. *Nemo unus.*

** P. *Nemo unus.* Livius II, 6. *Nemo unus satis dignus regno visus est.* Id. *Nemo unus erat vir, quo magis innixa res Romana staret.* Hadr. Hic *unus* abundat.

** 18. *Unus* pro *quidam*, †† *aliquis.*

** *Unus* pro *quidam.* Cic. IX. Att. 12. *Me una haec res torquet, quod non omnibus rebus labentem, vel potius ruentem Pompejum tanquam unus manipularis secutus sim.* Plin. XXXV, 10. *Aberat ipse, sed tabulam unus una custodiebat:* Sic Matth. 8. v. 19. εἷς γραμματεὺς pro γραμματεύς τις *quidam scriba.*

† Dicitur etiam *quisquam unus*, de quo vide supra *quisquam.*

†† Cautio hic adhibenda: nam *unus* in hujusmodi exemplis significat potius *per se*, vel *seorsim spectandum et contemnendum* Nam videtur decerptum de formula *unus ex multis.* Cicero I. Orat. 29. *Non mihi modo, qui sicut unus paterfamilias his de rebus loquor, est minime facile præcipere.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0953
DFG

ba. (add. Cic. Rosc. 5. et alia loca ejus in Clave Cic. notata.)

** 19. *Unus* pro *primus*, in numerando.

Cic. de senect. 5. *Plato uno et octogesimo anno scribens est mortuus.* Id. XIV. ep. 5. *De navi exeuntibus nobis Acastus cum literis praesto fuit uno et vicesimo die.* Amerp. ib. Lin. lib. III. p. 179. Sic Marc. 17. v. 2. τῆς μιᾶς σαββάτων pro τῆς πρώτης, *die primo Sabbatorum.* (In loco Matthæi est aliter. Nam hic μία nude ponitur pro πρώτη: in illa latina forma non item, sed cum alio numero nec latine dicas *die hebdomadis una* pro *prima.*)

20 *Unus* pro *solus.*

Unus pro *solus* rarum non est. Cic. IV. Acad. 2. *Publii Africani Panaetius unus omnino comes fuit,* Panätius allein. Id. II. Divin. 42. *Panaetius, qui unus e Stoicis Astrologorum praedicta rejecit, Archelaum nominat.* Id. I. Quint. fr. 1. *In tuis summis laudibus excipiunt unam iracundiam.* * Add. II. off. 11, et Cæsar B. G. IV, 16.

*21. *Unus solus* pro *solus.*

Cic. II. Verr. 5. *Quæ cum omnia facta sunt, tamen unam solam scitote esse civitatem Mamertinam, quæ publice legatos, qui Verrem laudarent, miserit.* ibid. 75. *Furta prætoris, quæ essent HS. duodecies, ex uno oppido solo exportata sunt.* Id. Sext. 62. *In his rebus unus est solus inventus, qui ab hac tam impensa voluntate bonorum palam dissideret.*

22. *Ad unum.*

Ad unum est *nullo excepto.* Cic. Amic. 23. *De amicitia vero omnes ad unum idem sentiunt,* Liv. III, 23. *Romanus eos in Algido consecutus, omnes ad unum*

unum occidit. Cic. X. ep. 16. *Ego eam sententiam dixi, cui assensi sunt ad unum.*

** In his locutionibus subauditur *usque.* Lin. VI. p. 419, 420.

*** 23. P *In unum* Cic. Phil. 9. *Si omnes Juris consulti in unum conferantur.*

24. *Unus ex omnibus*, vel *inter omnes.*

Unus ex omnibus, vel *inter omnes*, magnam vim habet augendi: quia *unus* confertur cum *omnibus.* Cic. III. Catil. 7. *Ille erat unus timendus ex his omnibus*, er allein war unter allen zu fürchten. Id. III. Att. 15. *Ego unus ex omnibus amicis efficiam, ut maxime laetere.* Id. I. de Orat. 22. *Cum te unum ex omnibus ad dicendum maxime natum aptumque cognossem.* Id. III. de Or. 35. *Si quaerimus, quid unum excellat ex omnibus; docto oratori palma danda est.* Id. Orat. 29. *Demosthenes unus eminet inter omnes in omni genere dicendi.* Huc pertinet illud Virgilianum Aen. I, 19: *Hanc Juno terris fertur magis omnibus unam Posthabita coluisse Samo.*

25. *Unus omnium. Unus totius.*

Interdum additur *omnium*, aut *totius.* Cic. ad Att. VIII, 4. *Unum omnium loquacissimum et minime aptum ad dicendum.* Id. Rab. Post. 9. *Virum unum totius Graeciae facile doctissimum Platonem in maximis periculis insidiisque esse versatum, accepimus.*

26. *Unus* cum superlativo. †

Unus cum superlativo mirifice auget. Intelligitur enim *omnium.* Cic. XV. ep. 16. *Quanquam quicum loquor? cum uno fortissimo viro, qui* cet. mit dem allertapfersten. Id. I. de N. Deor. 2. *Una excel-*

† Vel verbis superlativo æquiparandis. Vid. Cic. XI. Att. 2.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0955
DFG

excellentissima virtus justitia tollatur, die allerausbündigste Tugend. Virg. II. Aen. 426. *Justissimus unus, qui fuit in Teucris.* *Cic. Tusc. V, 21. (Observatione dignum est etiam hoc genus, cum superlativo adverbii adiungitur. Cic. ep. XIII, 43. *familiarissime uno equite Romano.)*

* 27. *Unus* cum nomine pluralis numeri.

Unus jungitur cum nominibus, quæ pluralem habent tantum. Terent. Andr. IV, 1. *Si advigilaveris, ex unis geminas mihi conficies nuptias.* Interdum cum aliis nominibus, quæ singularem habent. Cæsar IV. B. G. 16. *Ubii uni ex transrhenanis ad Cæsarem legatos miserant;* sed tum *unus* ponitur pro *solus*. (Hoc non est perpetuum. Cic. Flacc. 29. *Unis vestimentis lautus est.*

CAPUT CCLXXXVII.

De adverbio USPIAM et USQUAM.

I. *Uspiam.*

Est *alicubi*, seu *aliquo in loco*. (pro quo barbari *ullibi.)* Cic. Amic. 23. *Si aliquis nos Deus in solitudine uspiam collocaret.* Id. II. fin. 18. *Si scires, aspidem occulte latere uspiam*, wenn du wüßtest, daß etwa eine Natter an einem Orte heimlich verborgen läge. Add. Id. Att. VII, 12. et XII, 4.

II. *Usquam.*

Est *ullo in loco*. Cic. II. Verr. 10. *Crucem non ausus est usquam defigere, nisi apud eos* cet. Id. pro Flacc. 21. *Iste, cui nullus esset usquam consistendi locus, Romam se retulit*, der nirgendswo bleiben konnte. Id. Mur. 13. *Ea prudentia neque extra Romam usquam, neque Romæ quicquam valet.*

Inter-

Interdum additur *gentium*. Ter. Hecyr. III, 1. *An quisquam usquam gentium est æque miser*, ist auch jemand unter der Sonnen so elend? *Rarius *terrarum*. Justinus III, 3. *Nec sane usquam terrarum locum honoratiorem senectus habet.*

2. *Usquam* pro *alio*.

Nonnunquam *usquam* est *ullum in locum*. Cic. I. Philipp. 1. *Nec vero usquam discedebam*, ich gieng nirgends hin. Plaut. Milit. III, 1. *Bona uxor, si ea quidem deducta est usquam gentium, ubi eam possim invenire* cet. * Add. Ter. Hecyr. IV, 1, et Var. R. R. II, 4.

3. *Usquam* tralate.

Sæpe tralate ponitur, pro *ulla in re, ulla ex re*. Exempla sunt obvia legentibus. Vid. Sallust Jugurth. 13. ** *Usquam* ad rem accommodatum. Ter. Andr. *Neque istic, neque alibi usquam erit in me mora.*

CAPUT CCLXXXVII.

De Adverbio USQUE.

* 1. *Usque* sæpe postponitur nomini a se recto. Cic. V. Att. 16. *Appius, ut audivit, nos venire, in ultimam provinciam se conjecit Tharsum usque.* Ib. 17. *Appius noster, cum me adventare videret, profectus est Tarsum usque.* Ib. VI, 2. *Principes ad me Ephesum usque venerunt.* Add. Terent. Adelph. IV, 5. Sueton. Claud. 34.

2. *Usque a* vel *ab* aut *ex*.

Usque a vel *ab* cum amplificatione quadam significat locum *unde*. Cic. Cluent. 68. *Mulierem usque a mari supero Romam proficisci cum magno comitatu*, oben vom Venedischen Meere an bis nach Rom.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0957
DFG

Id. I. Nat. D. 33. *Enumeraſti memoriter usque a Thalete Mileſio de natura Deorum ſententias philoſophorum.* Id. I. de Divin. 1. *Vetus opinio eſt usque ab heroicis ducta temporibus.* Add. id. Sext. 58, et VII. Att. 8. Id. VII. Verr. 60. *Qui usque ex ultima Syria atque Aegypto navigarent.* Id. Att. I, 11. *Quod eos usque iſtinc exauditos putem*, von dar an bis dort hin. *Add. Terent. Eun. III, 2. Plaut. Perſ. IV, 2.

* 3. *Usque ab* poſtponitur nomini rariſſime.

Tacit. XV, 37. *Volucres et feras diverſis e terris, et animalia maris oceano abusque petiverat.* (vid. plur. mox n. 4.)

4. *Usque ad.*

Usque ad interdum pari amplificatione declarat locum ad quem. † (*Cic. XII. ep. 5. *A prima ora Græciæ usque ad Aegyptum optimorum civium imperiis muniti erimus et copiis.* Id. IV. Att. 1. *Similis et frequentia et plauſus me usque ad Capitolium celebravit.* et ita alibi ſæpius.)

Huc pertinet illud Cic. Quint. 3. *Trans Alpes usque tranſfertur*, bis über das Gebürge.

(*Interdum declarat tempus, ad quod, tanquam terminum quendam, aliquid porrigitur.) Cic. Senect. 14. *Livius usque ad adoleſcentiam meam proceſſit ætate.* Ib. 11. *Senectus usque ad extremum ſpiritum dominatur in ſuos*, bis auf den letzten Athem, bis ans Ende. Id. Verr. II, 48. *Usque ad hoc tempus Syracuſani feſtos dies anniverſarios agunt*, bis auf dieſe Stunde.

*Inter-

† Autor huic obſervationi ſubjecerat exempla, quæ non locum, ſed tempus ſignificant: nos igitur ea ſecrevimus et in locum ſuum rejecimus, præmiſſa obſervatione noſtra.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0958
DFG

*Interdum aliis verbis apponitur, quæ tempus adsignificent. Terent Andr. I, 2. *Verberibus cæsum te in pristinum, Dave, dedam usque ad necem.* Id. Adelph. I, 2. *Filius ipsum dominum atque omnem familiam multavit usque ad mortem.*

Interdum iis verbis additur, quæ tempus nequaquam significent. Tacit. XIV, 15. *Non nobilitas cuiquam, non ætas aut acti honores impedimento, quo minus Græci Latinive histrionis artem exercerent, usque ad gestus modosque haud viriles.* Id. XIV, 26. *Tigranes diu obses apud urbem fuerat, usque ad servilem patientiam demissus.* Id. XV, 39. *Pretium frumenti minutum usque ad ternos nummos.* Sueton. Neron. 49. *Nero in ea voce defecit, extantibus rigentibus oculis usque ad horrorem formidinemque visentium.*

**Pro *usque ad* interdum concisius reperitur vel *usque* vel *ad* solum, altera particula omissa. Cic. Verr. IV, 49. *Sacerdotes usque Ennam profecti sunt.* Id. Att. XV, 28. *Quintus usque Puteolos venit.* Schor. in phras. et ejus compilator Schopp. in observat. Cic. de Senect. 19. *Quis est tam stultus, quamvis sit exploratum, se ad vesperam esse victurum.*

** Præterea patitur hæc particula anastrophen, quo fit, ut variis modis unam eandemque sententiam efferre liceat: *Usque ad palatium; ad usque palatium; usque palatium; ad palatium; ad palatium usque.* Syll. III. progym. 45. Virg. Aeneid. *Siculi prospexit ab usque Pachymo.* Plaut. *Ad satietatem usque.* (Ovid. Amor. *Pressi corpus ad usque meum.*)

** 5. *Usque in, usque sub*, ut: *usque in flumen*; † *usque sub obscurum noctis.* Linac. libr. V. p. 335.

* Dicimus etiam ordine inverso *in-usque*. Cic. II. Nat. D. 61. *Quid vero? hominum ratio non in cœlum usque penetravit.* Sueton. Galb. 19. *Galba in forum usque processit.*

* 6. *Usque extra.*

Plin. VIII, 17. *Panthera cum catulis prosequente, usque extra solitudines deductus est Philini pater.*

7. *Usque* pro *assidue.*

Sæpe *usque* assiduitatem et perseverantiam quandam declarat. Ter. Hecyr. III, 4. *Ita usque adversa tempestate usi sumus*, stets, ohne Unterlaß. Cic. XII. ep. 19. *Mihi quidem usque curæ erit quid agas.* Plaut. Casin. III, 1. *Usque adero domi.* Virgil. Ecl. IX, 64. *Cantantes licet usque, minus via lædet, eamus.*

** 8. *Usque istinc.* ††

Cic. I. Att. 11. *Nosti sonitus nostros, tanti fuerunt, ut ego brevior sim, quod eos usque istinc exauditos putem.* Hadr. Cardin. Schor. in Phras.

** 9. *Inde usque.*

Cic. Arch. 1. *Inde usque repetens.* Schor. in Phras. Terent. *Inde usque a pueritia.*

** 10. *Usque adhuc.* †††

Usque adhuc pro *hactenus.* Terent. Adelph. *Cessatum est usque adhuc.*

11. *Usque*

† Exempla sunt in Cic. epist. Brut. 3, et Manil. 12. Cat. 112. Columell. I, 6, et II, 4, 10.

†† Reperitur etiam *usque hunc.* Terent. Adelph. IV, 4. *Illuc usque.* Tacitus III. hist. 18.

††† Sic invenias etiam *usque tunc.* Palladius Novembr. 6. Sed hoc durius est, illud mollius, quia *adhuc* more vetere pro *adhoc* ponitur.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0960
DFG

11. *Usque dum*†, *usque quoad, usque donec.*

Sæpe *usque* assumit *dum*, *quoad*, *donec*. Cic. XII. ep. 19. *Mihi quidem usque curæ erit, quid agas, dum, quid egeris, sciero.* Id. I. Verr. 5. *Fateatur se privatum hominem vivos prædonum duces atque incolumes domi suæ, usque dum per me licuerit, tenuisse.* Id. Brut. 22. *Usque ille, quod ei nunciatum esset consules descendisse, omnibus exclusis commentatus est in quadam testudine cum servis literatis.* Ter. Adelph. IV, 6. *Nunc domi certum est obsidere usque donec redierit*, so lange, bis er wieder kommt.

12. *Usque eo-dum, usque eo-quoad.*

Usque eo jungitur cum *dum*, vel *quoad*. Cic. IV. Acad. 7. *Multa facimus usque eo, dum aspectus ipse fidem faciat sui judicii*, wir thun viele Dinge, so lange, bis. Id. II. de Nat. Deor. 49. *Platalea scribitur usque eo premere earum avium capita mordicus, dum illæ captum amitterent.* * Add. Liv. III, 65, et Colum. XII, 22, et Cic. Topic. 6.

Id. Dejot. 4. *Usque eo se tenuit, quoad a Cn. Pompejo ad eum legati literæque venerunt.* Idem V. Verr. 33. *Liciti sunt usque eo, quoad se efficere posse arbitrarentur*, sie haben so viel darauf geboten, als sie verhofft aufzubringen. Id. III. Agr. 4. *Cum usque eo vicinos proscriberet, quoad oculos continuando ex multis prædiis unam fundi regionem formamque perfecerit.* * Add. id. Cluent. 40, et Col. VI, 31. Nepos Epamin. 9.

** 13. *Usque eo-donec.*

** S. P. Cic. I. Verr. 6. *Usque eo timui, ne quis de mea fide atque integritate dubitaret, donec ad re-*

† *Usque dum* vel pro *quamdiu* ponitur, vel pro *donec* bis.

jiciendos judices venimus. * Add. Hirt. B. Afr. 23. et cap. 31. Celsus V, 25. extr. et V, 26. de ratione victus et notis vuln. Senec. ep. 70. de loco usurpat.

** 14. *Usque eo, quo.*†

** S. P. *Usque eo quo.* ad Heren. libr. I. *Usque eo, quo opus erit, persequemur.*

15. *Usque eo-ut, usque eo-ne.*

Usque eo, ut, pro *adeo ut*, eleganter usurpatur. Interdum etiam *usque eo-ne.* Cic. IV. Verr 8. *Quod ubi iste audivit, usque eo est commotus, ut* cet. ist dermassen hitzig geworden. Id. Orat. 29. *Usque eo morosi sumus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes.* * Add. id. Rosc. Amer. 9. et 24. item I. ep. 13. Id. Quinct. 18. *Inferiorem in se esse patitur, duntaxat usque eo, ne cum bonis, fama fortunisque omnibus Sexti Nævii crudelitati dedatur.*

* 16. *Usque eo-ut-ne quidem.*

Nepos Pelop. 3. *Id illi vini epulisque dediti usque eo despexerunt, ut ne quærere quidem de tanta re laborarint.* Sueton. Tiber. 34. *Datum ædilibus negotium popinas gaueasque usque eo inhibendi, ut ne opera quidem pistoria proponi venalia sinerent.*

* 17. *Eo usque-ut.*

Sæpe ponitur *eo usque*, ordine particularum immutato. Liv. XXII, 57. *Cantilius a pontifice maximo eo usque virgis in comitio cæsus erat, ut inter verbera expiraret.* Id. XXV, 21. *Cetera a fronte pulsa, tergo, atque alis circumventa acies eo usque est cæsa, ut ex duo de viginti millibus hominum duo millia haud amplius evaserint.* Add. Hirt. B. A. 56.

18 *Usque*

† *Eo usque-quamdiu* barbarum est. Lamprid. in Alexand. p. 124. b. *Et quidem eo usque, quamdiu ad fines barbaricos veniretur.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0962
DFG

18. *Usque eo* absolute.

Cic. Rosc. Am. 22. *Usque eo animadverti, judices, eum jocari, antequam Chrysogonum nominavi.* Id. Rosc. Com. 2. *Usque eone te diligis, et magnifice circumspicis, ut pecuniam non ex tuis tabulis, sed adversariis petas?* bist du in der Selbstliebe so ersoffen, und siehst dich so prächtig an. *Add. id. I. Orat. 52, et VI. in Verr. 40.

19. *Usque eo* in Epiphonemate.

Interdum adhibetur in Ephiphonemate. Cic. Tusc. III, 12. *Dionysius quidem Tyrannus, Syracusis expulsus Corinthi pueros docebat; usque eo imperio carere non potuit*, so gar konnte er nicht ohne Herrschaft leben.

20. *Usque adeo ut* vel *uti.*

Usque adeo ut, idem quod *usque eo, ut*, sed grandius. Cic. Flacc. 23. *Usque adeo orba fuit ab optimatibus illa concio, ut princeps principum esset Mæandrius.* † Id. II. Inv. 51. *Postea ipsos quoque tempestas vehementius jactare cœpit, usque adeo, uti dominus navis in scapham confugeret.* Sall. Cat. 49.

21. *Usque adeo* cum *quoad* vel *donec.*

Usque adeo, quoad, idem quod *usque eo, quoad.* Cic. Sext. 38. *Atque hoc scitis omnes usque adeo hominem in periculo fuisse, quoad Sextium scitum sit vivere*, bis man erfahren, daß Sextius noch lebe. Sueton. Gram. illust. p. 500.

Interdum pro *quoad* adhibetur *donec.* Terent. Andr. IV, 1. *Nunquam destitit suadere, orare usque adeo, donec perpulit.* *Add. Id. Phormion. IV, 1. et Plaut. Cistell. II, 3.

† Codices mei habent *usque eo.* Exempla plura præbet Cic. III. ep. Qv. fr. 9, et pro Rosc. Am. 9, et Pall. III. cap. 25.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0963
DFG

** 22. *Usque adeo - dum.*

S. D. Grach. apud Gellium X, 3. *Usque adeo verberari jussit, dum animam efflavit.* *Add. Plaut. Amph. I, 1. Catu. 56 et 95.

** 23 *Usque ad eum finem - dum.*

S. Cic. II. Nat. D. 51. *Quid dicam, quantus amor bestiarum sit in educandis custodiendisque iis, quæ procreaverunt, usque ad eum finem, dum possint seipsa defendere?* Add. Id. Act. I. in Verr. 6.

24 *Usque adeo* absolute.

Interdum absolute ponitur. Virg. Ecl. I, 12. *Usque adeo turbatur agris.* Id Aeneid. *Usque adeone mori miserum est.*

25 *Usque quaque.*

Usque quaque est idem fere, quod *ubique*, aut *undique* et *omni ex parte.* Cic. V. Verr. 5. *Nolite usquequaque eadem quærere, in metu belli furandi locus quis potest esse?* allenthalben, an allen Orten. Id. II. Philipp. 43. *Aut undique religionem tolle, aut usquequaque conserva.* Id. V. de fin. 30. *An hos usquequaque aliter in vita, et non ex maxima parte de tota judicabis?* Id. VII. ep. 16. *Usquequaque sapere oportet: id erit telum acerrimum.*

* 26 *Usque quo* pro *donec*

Varro I. R. R. 2. *Jubet ranam luridam conjicere in aquam, usque quo ad tertiam partem decoxeris.* Palladius IV, 1. *Martio mense locis frigidis putatio vinearum celebratur, usque quo incipit gemma esse suspecta.*

* 27. *Usque quo* de loco.

Plinius XVII, 22. *Utilior consuetudo patiendi, satiusque pampinos adjugatæ detergere, usque quo placeat roborari eam.* lb. 23. *Relicto semper dura-*

mento

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0964
DFG

mento in singulis tabulatis, et emissario uno, qui subeat, usque quo placuerit

(28. Usque jungitur etiam dativo.)

Tacit. A. I, 19. *pectori usque adcreverat.*

CAPUT CCLXXXVIII.

De adverbio et conjunctione UT.

I. UT adverbium.

1. UT et *uti* sæpe eundem usum et significationem habent, sæpe promiscue poni non possunt. Ergo attendendum ad insequentia.

2. Ut pro *quomodo.*

Ut sæpe usurpatur pro *quomodo*, vel *sicut*. Ter. Phorm. I, 2 *Præsertim ut nunc sunt mores*, zumahl wie es jetzo der Gebrauch mit sich bringt. Id. ad Att. U *principia se dant.* *Add. IX. Att. 4, et Rosc. Ame. 46.

* 3. Ut post verba *ignoro, intelligo, video* cet. (pro *quemadmodum.*)

Cic. Clu. 25. init. *Non ignoratis, ut etiam bestiae fame dominante ad eum locum, ubi pastae aliquando sint, revertantur.*

α. Ut pro *prout, ut nunc est, ut nunc habet, ut nunc fit*, wie es jetzo gehet, wie es jetzo die Zeit oder Gelegenheit giebt

Huc pertinent illa, *ut nunc est, ut nunc habet, ut nunc fit.* Cic. Att. XV, 5. *Mihi deliberatum est, ut nunc quidem est, abesse ex ea urbe.* Ib. XII, 7. *Quae causae si manebunt, quaerenda est excusatio ad Brutum, et ut nunc est, mansurae videntur.* Id. II. leg. 1. *Hanc vides villam, ut nunc quidem est, lautius aedificatam.* Id. Att. II, 11. *Ille, ut nunc se habet, in admirabili gloria est.* Id. IV. Acad. 4. *Sed mehercule, ut quidem se nunc causa habet, etsi hesterno*

sermone labefactata est, mihi tamen videtur esse verissima. Id. IX. ep. 16. *Non ut olim solebat, sed ut nunc fit, mimum introduxisti.*

* β. Ut *potest, ut potero, ut potui* cet.

Cic. I. epist. 2. *Nos in Senatu, quemadmodum spero: dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia, retinebimus.* Cic. III. offic. 21. *Graecos versus Euripidis dicam, ut potero, incondite fortasse, sed tamen us res possit intelligi.* Id. de senect. 3. *Faciam, ut potero, Laeli.* Cic. V. epist. 17. *Cum in tui familiarissimi judicio ac periculo tuum crimen conjungeretur, ut potui, accuratissime te tuamque causam tutatus sum,* so habe ich, so gut ich gekonnt, dich vertreten. Id. I. Catil. 7. *Superiora illa quamque ferenda non fuerunt, tamen, ut potui, tuli.* Id. Partit. 34. extr. *Expositum est, ut potui, brevissime de omni controversiarum genere.*

* γ. Ut *dico* in narrando et repetendo.

Cic. II. Verr. 14, *Hi, ut dico, hominem admonent, rem esse praeclaram.* Ib. 54. *Is igitur, ut dico, Timarchides in omnes civitates accepto pretio censores dimisit.* V. Verr. 24. *Erat hoc, ut dico, factitatum semper.* Huc pertinet ejusdem ibid. 15. *Tu cum esses praetor renunciatus quoquo modo, (mitto enim et praetereo, quid tum sit actum,) sed cum esses renunciatus, ut dixi, non ipsa praeconis voce excitatus es?*

* δ. Ut *fit* itidem in narranda re, sed communi, wie es zu gehen pflegt.

Cic. Rosc. Am. 8. *Qui in sua re fuisset egentissimus, erat, ut fit, insolens in aliena.* Ib. 32. *Verum, ut fit, multa saepe imprudentibus imperatoribus vis belli ac turba molitur.* Id. II. Verr. 23. *Redeunt illi*

Rhegio

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0966
DFG

Rhegio Syracusas; queri cum multis, ita ut fit, incipiunt. Et ita cum Cicero, tum alii sæpe loquuntur. (Interdum admodum eleganter ut Cic. pro Mil. 10. *dum se uxor, ut fit, comparat.)*

* 1. Ut *est*, wie es würklich ist, in affirmando.

Cic. V. ep. 19. *Si vero improbus fuerit, ut est, duces eum captivum in triumpho.*

* 2. Ut *ajunt*, servit proverbiis, wie man im Sprichwort sagt, wie man zu reden pflegt.

Cic. III. offic. 33. *Dicit ille quidem multa multis locis, sed aqua haeret, ut ajunt.* Id. XV. ep. 15. *Ego festinavi, ut Caesarem ad pacem currentem, ut ajunt, incitarem.* Id. Læl. 5. *Agamus ergo pingui Minerva, ut ajunt.* Id. Planc. 19. *Non possum magis pedem conferre, ut ajunt, aut propius accedere.*

* 3. Ut *dicitur*, itidem servit proverbiis.

Cic. Senect. 14. *At illa quanti sunt; animus tanquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, cupiditatum omnium secum esse secumque, ut dicitur, vivere?* Id. ad Brut. 9. *Tibi nunc populo et scenae, ut dicitur, serviendum est.*

Huc refer, quum *ut* in exemplis citandis adhibetur. Cic. Brut. 15. *His consulibus, ut in veteribus commentariis scriptum est, Naevius est mortuus.* Cic. Orat. III, 51. *Ut epularum solennium fides ac tibiae saliorumque versus judicant.*

4. Ut *opinor*, in dubitatione.

Cic. in Brut. 15. *Est igitur sic apud illum in nono, ut opinor, annali* cet. Id. III. ep. 6. *Triginta dies tibi ad decedendum lege, ut opinor, Cornelia constituti sunt.*

* α Ut *videtur*.

Hæc loquendi formula adhibetur in respondendo

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0967
DFG

do et assentiendo. Cic. Orat. I, 47. *Antonius illa dicendi mysteria enunciet. Ut videtur, inquit Sulpitius.*

5. Ut - *ita, ut - sic, ut - item.*

Ut pro *quemadmodum*, plerumque adsciscit *ita* vel *sic*. Cic. II. ep. 10. *Ut optasti, ita est.* Idem Att. VII, 3 *Ut maxima de re, æquo animo deliberanti, ita mihi des consilium velim.* Id. X. ult. *Ut male posuimus initia, sic cetera sequentur.* Idem de Senect. 18. *Ut non omne vinum, sic non omnis ætas vetustate coacescit.* Id. II. de Leg. *Ut vir doctissimus fecit Plato, item mihi credo esse faciendum.* † Cluent. 24.

** P. *Non ut-sic.* Cic. II. de Inv. *Non ut causarum, sic oratorum quoque multorum communes loci sunt.*

β. Uti pro *ut* cum *ita*, vel *sic* vel *proinde.*

Uti pro *ut* sæpe jungitur cum *ita* vel *sic*. Sallust. Jugurth. *Quorum uti cujusque ingenium erat, ita rem difficilem, aut facilem renunciarunt*, ein jeder von ihnen, nachdem er gesinnet war, machte die Sache in seinem Berichte schwer oder leicht. Id. Cat. 45. *Cetera uti facto opus sit, ita agant.* Cic. Att. VIII, 1. *Sed ut in urbe retinenda tunc, sic nunc in Italia non relinquenda.* Sallust. Jugurth. 2. *Uti initium, sic finis est.* Plaut. Capt. II, 2, 64. *Is uti tu me hic habueris, proinde illum illic curaverit.*

* 6. Ut - *itidem, ut - sic item.*

Plaut. Amphiatr. III, 4. *Ut filium bonum patri esse oportet, itidem ego sum patri.* Id. Capt. II, 2. *Ut vos hic, itidem illic apud vos meus servatur filius.* Cæsar B. G. I, 44. Ariovistus respondit: *Ut sibi concedi non oporteret, si in nostros fines impetum faceret;*

† Exempla uniuscujusque harum observationum sunt crebro obvia.

ceret; sic item nos esse iniquos, quod in suo jure se interpellaremus. Varr. L. L. VIII, 59. Ut illic sit, sic hic item acciderit in formula.

*7. Ut-similiter.

Cic. Brut. 53. Ut Crassus ab adolescente delicato, qui in littore ambulans scalmum reperisset, ob eamque rem ædificare navem concupivisset, exorsus est: similiter Scævolam ex uno scalmo captionis centumvirale judicium hereditatis effecisse. Id. III. Nat. Deor. 12. Ut si omnis cera commutabilis esset, nihil esset cereum, quod commutari non posset: similiter igitur, si omnia, quae sunt, ex quibus cuncta constant, mutabilia sunt, nullum corpus esse potest non mutabile. Huc refer illud II. Tusc. 23. Ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt: simillime animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum, remissione autem sic urgetur, ut se nequeat extollere.

*8. Ut-sic contra, ut-sic ex contrario.

Cic. V. Tusc. 6. Ut hi miseri, sic contra illi beati, quos nulli metus terrent. Cæs. VII. B. G. 33, 3. Ut reliquorum imperatorum res adversae auctoritatem minuunt; sic hujus ex contrario dignitas, incommodo accepto, in dies augebatur.

*9. Isto modo-ut, eodem modo-ut.

Nonnunquam ut sequitur ablativos isto modo, et eodem modo. Cic. I. Nat. D. 21. Non ille ut plerique, sed isto modo, ut tu, distincte, graviter, ornate dicebat. Cic. IV. Verr. 12. Quid? Illa Attalica ab eodem Hejo peripetasmata emere oblitus es? licuit eodem modo, ut signa. Id. XIII. Philipp. 11. Nimirum eodem modo haec aspicitis, ut priora. *Huc refer illud Cat. 42. Ad eundem modum facito, uti placentam sine melle.

*10. Ut

*10. Ut *si*, eben als wenn.

Livius XXII, 50. *Ferro atque audacia via fit, quamvis per confertos hostes: cuneo quidem hoc laxum atque solutum agmen, ut si nihil obstet, transibimus.* Cic. IV. Tusc. 23. *Scipio privatus, ut si consul esset, qui rempublicam salvam esse vellet: se sequi jussit.* Nepos Dion. 9. *Callicrates Philocrati fratri suo triremem tradit, eamque in portu agitari jubet, ut si exercere remiges vellet.* Id. Timoth. 3. *Ille temeraria usus ratione non cessit majorum natu auctoritati, et, ut si in sua manu esset fortuna, quo contenderat, pervenit.*

11. Ut, pro *si spectes.*

Ut sæpe in comparatione usurpatur pro *si spectes.* Cic. Brut. 10. *Themistocles, ut apud nos, perantiquus, ut apud Athenienses, non ita sane vetus,* Themistocles ist nach unsrer Rechnung von langen Zeiten, nach der Athenienser ihrer, nicht so gar vor langen Zeiten gewesen. Id. ibid. *Ut populi Romani ætas est, senes: ut Athenienſium secula numerantur, adolescentes debent videri.* Id. de senect. 4. *Multæ etiam (ut in homine Romano) literæ.* Id. Brut. 28. *Erat cum literis latinis, tum etiam græcis, ut temporibus illis, eruditus.*

β. Ut *in malis.* †

Ut *in malis* indidem est, pro *si spectes mala.* Cic. XII. epist. 2. *Non nihil, ut in tantis malis, est profectum,* nachdem das Uebel so groß ist, so hat man es doch weit gebracht. Id. Quint. fr. I, 1. *Si implacabiles sunt iracundiæ, summa est acerbitas: sin autem exorabiles, summa lenitas, quæ tamen ut in malis, acerbitati anteponenda est.*

** 12.

† Sic illud Cic. XV. Att. 18. *Ut in hujusmodi re,* et alia plura simlia.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0970
DFG

** 12. Ut pro *utpote*. Quintil. *Nec utique dammo, ut, qui dixerim esse in omnibus utilitatis aliquid.* Vall. II. eleg. 28. Linac. V. p. 359. Lege *qui* pro *eo, quod.* p. 796. n. 7.

β. Ut pro *utpote qui.*

Ut eleganter usurpatur pro *utpote qui.* Cic. in Pis. 25. *Dices, ut es homo facetus,* wie du denn gar kurzweilig bist. Id. Mur. 25. *Catilina, ut fuit semper apertissimus, non se purgavit, sed indicavit.* Id. Rosc. Am. 12. *Homo, ut erat furiosus, respondet.* Id. in Cæcil. 9. *Illi quidem, ut est hominum genus nimis acutum et suspicionsum, arbitrabantur* cet. wie sie denn gar spitzfündige und argwöhnische Leute sind. *Add. Sallust. Jug. 7.

13. Ut mirantis.

Ut pro *quomodo* sæpe admirationi servit. Cic. Mil. 24. *Ut contemsit! ut pro nihilo putavit!* Id. V. de fin. 22. *Ut illi efferuntur lætitia, cum vicerint! ut pudet victos! ut se accusari nolunt!* Id. Att. VII, 19. *Cn. autem noster (o rem miseram et incredibilem) ut totus jacet!* Plaut. Capt. I, 2. *Ut sæpe summa ingenia in occulto latent!* Id. Stich. III, 2. *Ut ego te nunc conspicio lubens! ut præ lætitia lacrymae prosiliunt mihi!* Virg. Eclog. 3. *Ut vidi! ut perii! ut me malus abstulit error!*

14. Ut interrogantis, pro *quomodo.*

Interdum interrogantis pro *quomodo.* Horat. *Ut valet? ut meminit nostri?*

** P. *Ut quid?* pro *quamobrem?* Cic. VII. Att. 7. *De pugna, inquis, potius, quam servias. Ut quid? si victus eris, proscribare; si viceris, tamen servias.* †

15. *Non*

† Mihi videtur hic particula *quid* parenthesi circumscribenda, quo sententia integra fit *quid dicam igitur? quid fiet ergo tum?* vel

15. *Non ut - sed ut, non ut - sed quasi.*

Non assumit interdum *sed ut*, alias *sed quasi*. Cic. opt. gen. Orat. 5. *Aeschinis et Demosthenis orationes converti, non ut interpres, sed ut orator.* Id. I. Orat. 24. *Ipse moderabor, ne, ut quidam magister atque artifex, sed quasi unus e togatorum numero, atque ex forensi usu homo mediocris, neque omnino rudis, videar non ipse aliquid a me promisisse, sed fortuito in sermonem vestrum incidisse.*

16. *Ut quisque*, cum duobus superlativis, *ita*, lege *quisque* cap. 219. num. 23, 24.

* 17. *Ut* cum superlativo & *possum.*

Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus, ut blandissime potest. Cic. Cluent. 26.

18. *Ut cum maxime.*

Ut cum maxime confert tempora inter se. Cic. ad Quinct. Fr. II, 6. *Domus celebratur, ut cum maxime*, wie es zu der Zeit, da es am meisten von Leuten betreten wurde. sed vid. supra in *cum maxime.*

* 19. *Ut plurimum*, non est *fere* vel *saepissime*, sed *quamplurimum.*

Cic. II. leg. 14. *In bello gerendo jus ut plurimum valet et fides.* Confer exempla §. 4, β. supra.

20. *Utut* pro *utcunque.*

Ut ut idem est, quod *utcunque.* Cic. XVI. ep. 18. *Sed, ut ut est, indulge valetudini*, es sey wie es wolle. *Add. Terent. Phorm. V, 4, et Adelph. II, 2, et IV, 4.

21. *Ut*

vel *quid putem igitur consequi?* Insequentia autem verba sunt respondentis. (male. Est elegans ratio, e Graecorum consuetudine ducta ἵνα τί; *ut quid lucrer, consequar?* v. L. Bos in Ellipsibus Graecis v. γίνεσθαι. Inprimis de hac forma vid. J. F. Gronov. ad Liv. XL, 13.)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0972
DFG

21. Ut pro *ubi*.

** D. *Ut* pro *ubi*, *qua parte*. Catull. epig. 17. *Totius ut lacus putidæque paludis lividissima, maximeque est profunda vorago.* Id. *Multum lusimus in meis tabellis, ut convenerat esse delicatos.* Scal. ib. p. 47. (add. Heins. ad Ovid. Her. IV, 25.)

22. Ut pro *postquam*, als.

Ut sæpe usurpatur pro *postquam*, (cum indicativo) Cic. I. Verr. 6. *Romam ut ex Sicilia redii.* Id. Att. VII, 15. *Ut ab urbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem.* Id. Brut. 13. *Ut semel Piræo eloquentia evecta est, omnes peragravit insulas*, nachdem sie einmal aus dem Piræo geführet worden. Id. ib. 5. *Ut illos de republica libros edidisti, nihil a te sane postea accepimus*, nachdem du jene Bücher von der Republic herausgegeben, haben wir nachgehends nichts von dir bekommen.

23. Ut cum *statim* vel *confestim*, *continuo*.

Interdum assumit *statim*, *confestim*, *continuo* aut aliquid ejusmodi. Cic. Att. XII, 1. *Philippus ut heri me salutavit, statim Romam profectus est*, nachdem er mir gestern zugesprochen, ist er gleich nach Rom gereiset. Id. Clu. 19. *Ut quidque ego apprehenderam, statim accusator extorquebat e manibus.* *Add. id. XIII. ep. 29, et ad Brut. 4. Liv. I, 12. *Ut Hostus cecidit, confestim Romana inclinatur acies.* * Add. Cic. III. off. 31. Id. Cluent. 13. *Qui ut se blanditiis et assentationibus in Asinii consuetudinem penitus immersit; Oppianicus continuo sperare cœpit.* Id. Cæl. 4. *Pater ut huic virilem togam dedit, - - a patre continuo ad me est deductus.*

*24. Ut cum *extemplo, ſubito, ilicet.*

Livius XXVII, 24. *Varro ut advenit, extemplo Hoſtilius legionem unam ſigna in urbem ferre juſſit.* Id. XXX, 5. *Ut proximis caſis injectus ignis hæſit, extemplo proxima quaque, et deinceps continua amplexus, totis ſe paſſim diſſipavit caſtris.* Id. XXXIII, 46. *Annibal ut ſecundis auribus accipi orationem animadvertit, legem extemplo promulgavit pertulitque.* Cæſar III. B. C. 63. *Ut ad mare noſtræ cohortes IX legionis excubuerant, acceſſere ſubito prima luce Pompejani exercitus.* *Claudian. I. in Rufin. 176. *Ut longum permenſus iter ductusque maligno Stamine fatorum claram ſubrepſit in aulam, Ilicet ambitio naſci, diſcedere rectum* cet.

*25. Ut - *paulatim, poſtea, tandem.*

Tacitus III. Ann. 15. *Ut Plancina ſecretis Auguſtæ precibus veniam obtinuit, paulatim ſegregari a marito, dividere defenſionem cœpit.* Id. IV, 2. *Ut perfecta ſunt caſtra, inrepere paulatim militares animos adeundo, apellando.* Cic. Cluent. 65. *Mulier ut Romæ de amicorum ſententia ſtatuerat ſatis eſſe quæſitum, poſtea per triennium maxime ex omnibus ſervis Stratonem illum dilexerat.* Livius XXXIX, 49. *Ut ſuper alium alius idem omnes affirmantes veniebant, tandem facta fides.*

*26. Ut cum *jam, tum, tum vero.*

Livius VI, 32. *Ut ſemel inclinavit pugna, jam intolerabilis Romana vis erat.* Cic. IX. Philipp. 4. *Ut Panſæ conſulis acceſſit cohortatio gravior, quam aures Servii ferre didiciſſent; tum filium meque ſubduxit, atque ita locutus eſt* cet. Id. Brut. 8. *Ut intellectum eſt, quantam vim haberet accurata oratio; tum etiam magiſtri dicendi multi ſubito extiterunt.*

Livius

Livius XXI, 54. *Ut refugientes Numidas insequentes aquam ingressi sunt, tum utique egressis rigore omnibus corpora, ut vix armorum tenendorum potentia essent.* Id. XXII, 17. *Ut humana apparuit fraus, tum vero insidias rati esse, cum majore metu concitant se in fugam.*

* 17. *Ut primum* absolute, pro *cum primum.*

Cic. X. ep. 13. *Ut primum potestas data est augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermisi in te ornando, quod positum esset aut in præmio virtutis, aut in honore verborum.* Id. II. Philipp. 5. *Pompejus ut me primum decedens ex Syria vidit, complexus et gratulans meo beneficio patriam se visurum esse dixit.* Add. id. XVI. Att 17, et II. ep. 7.

28. *Ut primum* cum *statim*, ἐπειδὴ τάχιστα.

Ut primum significantius est, quam *ut*, declarat enim *simul ac.* Jungitur autem cum *statim.* Cic. V. ep. 2. *Illud dico, me ut primum in concione provinciam deposuerim, statim, quemadmodum tibi traderem, cogitare cœpisse.* Id Cluent. 24. *Ut primum Oppianicus cœpit suspicari, statim se ad hominis egentis familiaritatem applicavit.* * Add. id. IV. Verr. 39, et Suet. Neron. 22.

* 29 *Ut primum - repente.*

Livius XXXVI, 19. *Ut in primum signaque et arma ex propinquo cognita errorem aperuerunt, tantus repente pavor omnes cepit, ut abjectis armis fugerent.*

30. *Ut quisque.*

Ut quisque occasionem rei quodammodo declarat interdum. Cic. I. Att. 18. *Mihi quidem non est notum, ut quisque in Epirum proficiscatur.* Id. Act. I. Verr. 7. *Immo vero, ut quisque me viderat, narrabat.* Id. Att. XV, 18. *Misi Tironem et cum Ti-*

rone plures, quibus singulis, ut quidque accidisset, dares literas, denen du nach einander, nachdem sich dieses oder jenes zugetragen hätte, Briefe geben könntest. * Add. id. Clu. 71.

* 31. *Ut quisque* cum *exemplo, protinus, statim, tum denique.* (intell. *ita, sic.*)

Livius XXV, 22. *Junius ad ostium Vulturni, Cotta Puteolis præpositus est, qui ut quæque naves ex Etruria ac Sardinia accessissent, extemplo in castra mitterent frumentum.* Livius XXV, 39. *Ut quisque evaserat, protinus ad castra altera fugiunt.* Cic. IV. Verr. 55. *Ut quisque istius animum aut oculos offenderat, in lautomias statim conjiciebatur.* Ibid. 61. *Ut quisque ex provincia Sicilia gravior homo atque honestior testimonium vehementius dixit, tu statim istis tuis defensoribus dicis, inimicus est.* Id. Cluent. 19. Cic. II. Orat. 34. *Hoc instrumentum causarum et generum universorum in forum deferre debemus, neque, ut quæque res delata ad nos erit, tum denique scrutari locos, ex quibus argumenta eruamus.*

*32. *Ut quis-*, pro *ut quisque.*

Ut quis pro *ut quisque* valde rarum est. Tacitus II. Ann. 24. *Ut quis ex longinquo revenerat, miracula narrabant.* Ib. 73. *Ut quis misericordia in Germanicum, et præsumta suspicione aut favore, in Pisonem pronior, diversi interpretabantur.* Add. ib. 83, et IV, 23, 36.

II. De conjunctione UT.

1. *Ut* ponitur post verba *volo, præcipio, peto* et alia adfectum, voluntatem et jussum signantia. 2. Post particulas *tantus, tot, toties, tam, adeo* et alias, similes. 3. Post verba facultatem eventumqua signantia. 4. Post comparativos cum *quam.*

*β. *Ut*

*β. Ut post omissa verba *an fieri possit* et consimilia. Cic. Catil. I, 9. *Quamquam quid est quod loquar? te ut ulla res frangat? ut ut unquam te corrigas? ut ullam fugam meditere? tu ullum ut exilium cogites?*

*2. *Uti* pro *ut*, auf daß, daß.

Uti pro *ut* sæpe ponit Cæsar et alii: Cicero non item. Adde notam ad n. 6. conjunct.

3. *Ut* cum *vereor*.

Vereor ut est *velim*, *sed timeo*. Terent. Andr. IV, 2. *Vereor, ut hic dies mihi satis sit*. Cic. II. Agr. 22. *Hoc quia vos fœdus non jusseritis, veretur Hiempsal, ut satis firmum sit et ratum*, er fürchtet sich, es möchte keinen Bestand haben.

4. *Admonitio.*

Interdum assumit *non*, idem tamen significat. Id. Mar. 4. *Vereor, ut hoc perinde intelligi auditu non possit, atque ipse cogitans sentio*. Id. Tusc. II, 20. *Et tamen verenur, ut hoc natura non patiatur*. Sed videndum, ne mendum subsit his locis. Certe longe usitatius est *vereor ut*, *vereor ne non*. Itaque a *vereor*, *ut non*, abstinendum videtur, præsertim cum res non immerito suspecta sit. Lege supra *ne*.

In his quidem locis mendum esse, hodie in confesso est: unde e posteriori, auctoribus Codd. scriptis, Davisius, e priori post alios Grævius delevit. Sed et alia loca sunt, in quibus hæc forma esse creditur. Tibulli IV, 1. Quintil. 8, 3. Cæs. B. G. IV, 47. quæ laudat Davis. ad l. c. et hinc non audet cum Perizon. ad Sanct. Min. p. 602. hoc genus loquendi pro non latino repudiare. Sed et in his locis variant libri, ut iis confisus non audeam hanc formam latinam putare.)

5. *Ut* postpositum.

Ut sæpe elegantiæ causa ex primo loco recipit se in secundum, præsertim si cum *vix*, *nullus*, *nemo*, *tantum* copuletur. *Vix ut*, *nullus ut*, *nemo ut*, *tantum ut*. Exempla passim occurrunt.

6. *Ut* cum *neve* vel *neu*. †

Ut interdum copulatur cum *neve* vel *neu*. Cic. XIII. Att. 43. *In qua extrema scriptum erat, ut ad ludos omnia pararet, neve committeret, ut frustra ipse properasset.* Cæs. III. de Bell. Civ. 92. *Pompejus suis prædixerat, ut Cæsaris impetum exciperent, neve se loco moverent.* Id. ib. 112. *Cæsar has munitiones auxit, ut pro muro objectas haberet, neu pugnare invitus cogeretur.* *Add. Sall. Jugurth. 8. Livius XXIX, 2.

** 7. *Ut* pro *utinam*.

**P. *Ut* pro *utinam* exsecrantis. Terent. Eun. *Ut illum Dii deæque perdant!* Weitz. ib. p. 178. Hadr. Cardin. * Non dubito, quin integra formula sit, *opto*, vel *voti mei summa est, ut illum dii deæque perdant.* (add. Ovid. Her. XIII, 161.)

* 8. *Ut ita dicam*, insertit tralationi, quæ durior videri posset.

Cic. in Læl. 15. *Quid stultius est, quam cetera parare, amicos non parare, optimam et pulcerrimam vitæ, ut ita dicam, supellectilem.* Ib. 19. *Sæpe excellentiæ quædam sunt, qualis erat Scipionis in nostro, ita ut dicam, grege.* Ib. 9. *Amicitiam si qui putant*

† Etsi *ut* interdum prætermissum sit, tamen *neu* sequitur. Cæsar II. B. Civ. 33. 2. *Discedentem ex concione universi cohortantur, magno sit animo, neu dubitet prælium committere.* Etiam post *uti* sequitur *neve* vel *neu*. Vid. Sallust. Jugurth. 10. Nam quæ de *ut* dicuntur ab autore, eadem fere ubivis in particulam *uti* transferri possunt. Quod semel monuisse sufficiat.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0978
DFG

putant ab imbecillitate proficiſci, humilem ſane relinquunt et minime generoſum, ut ita dicam, ortum amicitiæ. Vid. præcipue Cic. III de Orat. 41. *Interdum adjicitur vocabulis novis. Exempla ſunt obvia.

* 9. *Ut verius dicam*, ſervit correctioni.

Cic. II. ep. 6. *A te peto, ut ſubvenias huic meæ ſolicitudini, et huic meæ laudi, vel ut verius dicam, propriæ ſaluti tuum ſtudium dices.*

* 10. *Ut*, (in explicando,) daß nehmlich.

Sæpe ubi Germani ponunt et ponere debent, daß nehmlich, Latini ſolum habent *ut*. Cic. Amic. 16. *Tertius vero ille finis deterrimus, ut quanti quisque ſeipſum faciat, tanti fiat ab amicis*, daß nehmlich ein jeder von ſeinen Freunden ſo hoch gehalten werde.

* 11. *Ut* (in colligendo vel concludendo,) daß alſo.

Sæpe *ut* latinorum a nobis verti debet, daß alſo. Cic. I. offic. 26. *Ut recte praecipere videantur, qui monent, ut quanto ſuperiores ſimus, tanto nos ſubmiſſius geramus*, daß alſo diejenige recht und wohl zu lehren ſcheinen. Id. VI. ep. 2. *Peto a te, ne me putes oblivione tui rarius ad te ſcribere, quam ſolebam, ſed aut gravitate valetudinis, aut quod abſim ab urbe, ut qui ad te proficiſcantur, ſcire non poſſim*, daß ich alſo nicht wiſſen kann, wer zu dir reiſet. Add. Id. III. ep. 6, et Marcell. 6.

12. *Non ut - ſed. Non ut - ſed ut.*

Non ut aſſumit interdum *ſed* vel *ſed ut*. Cic. I. Quint. fr. 1. *Non ut te inſtituerem ſcripſi, ſed me in ſcribendo commemoratio tuae virtutis delectavit*, dieſes habe ich geſchrieben, nicht daß ich lehren wollte, ſondern. * Cic. IV. ep. 1. *Non ut aliquid ex priſtino ſtatu noſtro retineamus, ſed ut quam honeſtiſſi-*

me lugeamus, tecum communicandum puto. *Add. Id. V. ep. 15, VII. ep. 18, et V. Verr. 17. et 73. Lege etiam *non.* *Sic etiam reperias *non ut-verum ut.* Cic. VI. Verr. 58.

13. *Non ut-sed ut ne.*

Cic. II. ep. 7. *Petivi saepe per literas, non ut decernatur aliquid novi, sed ut ne quid novi decernatur,* ich habe in meinen Briefen gebeten, nicht daß etwas neues, sondern daß nichts neues beschlossen werden solle.

*14. *Non ut-sed ne.*

Cic. Cæcin. 2. *Video summi ingenii causam esse, non ut demonstretur, quod ante oculos est, sed ne me arbitrentur causae defuisse.* Add. Tacit. XIII, 19.

*15. *Non ut-verum ut ne.*

Cic. Rosc. Am. 2. *Non ut satis firmo praesidio defensus Sex. Roscius, verum ne omnino desertus esset.*

16. *Non ut ne-ut ne.*

Cic. II. Verr. 60. *Postulant enim, non ut ne cogantur statuere; quid igitur? ut ipsis ne liceat,* sie verlangen nicht, daß sie nicht gezwungen werden; was denn? daß es ihnen nicht erlaubet werde. (quod est elegantius etiam priori.)

17. *Ut-ut ne.*

Ut interdum copulatur cum *ut ne.* Cic. I. Orat. 29. *Ea quibus a natura minora data sunt, tamen illud assequi possunt, ut iis, quae habeant, modice et scienter utantur et ut ne dedeceat,* und dergestalt, daß es ihnen nicht übel anstehe.

18. *Ut ne* pro *ne.*

Ut passim causæ vim habet, et finem significat: cui opponitur *ne,* verum sæpe *ut ne* usurpatur pro *ne.* Cic. Mil. 11. *Num quid igitur aliud in judi-*

cium

cium venit, nisi uter utri insidias fecerit? profecto nihil: si hic illi; ut ne sit impune: sin ille huic; tum nos scelere solvamur, daß es nicht ungestraft bleibe. Ib. *Opera detur, ut judicia ne fiant.* Id. post red. in Sen. *Ut lex Aelia et Fusia ne valerent.* Id. pro Cæcin. *Ut ne longius abeam*, damit ich nicht weit gehe.

29. *Ut non* pro *quin.* †

Interdum *ut non* adhibetur pro *quin.* Cic. Balb. 20. *Potest igitur, Judices, L. Cornelius damnari, ut non C. Marii factum condemnetur?* kann Cornelius verdammet werden, daß des Marii That nicht auch ꝛc. Id. Man. 7. *Ruere illa non possunt, ut haec non eodem labefactata motu concidant.*

** 20. *Ut-iccirco. Ut-ob eam rem.*

** S. P *Ut iccirco: ut-ob eam rem.* Cic. Flacc. *Ut populi sermonem exciperes, iccirco Decianum usque ad coronam applicuisti.* *Id. Cæl. 30, et Dom. 56. Cic. XIII. ep. 47. *Ut scires, eum non a me diligi solum, verum etiam amari, ob eam rem tibi haec scribo.*

** 21. *Ut* pro *quod.*

Ut pro *quod.* Plin. XVIII. *Neque est, ut putemus.* Linac. libr. II. p. 138. e Prisciano. Cic. X. ep. 29. *Illi mihi, necesse est, concedant, ut tibi plus, quam ipsi hoc tempore, prodesse possim.* Amerpach. ib. Cornel Nep. Hannib. *Si verum est, quod nemo dubitat, ut populus Romanus omnes gentes virtute superarit.* Bœcl. (Alia exempla etiam e Cicerone Rosc. A. 41. Varrone R. R. I, 2. et aliis

† *Ut non* fere ponitur pro *ut ne.* Cic. Man. 15. *Ut plura non dicam neque aliorum exemplis confirmem.* Id. VI. ep. 1. *De te ipso, Torquate, est tuum sic agitare animo, ut non adhibeas in consilium cogitationum tuarum desperationem aut timorem.* Sed sæpe *ut ne* et *ut non* permutare non licet.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0981
DFG

habent Lexica, add. Drakenb. ad Liv. V, 55. et quos ibi laudat.)

Ut omittitur cum verbis *volo*, *rogo*, *neceſſe eſt*, *facio*, *ſuadeo*, *cenſeo*, et ſimilibus. *Velim, ita tibi perſuadeas. Fac, aliquando intelligamus.* Lin. libr. VI. p. 426, 428. Syll. III. prog. 12, 13.

22. *Ut* concedentis.

Sæpe etiam inſervit conceſſioni. Cic. III. Verr. 45. *Ut illud non cogitares; tamen ad ejusdem ordinis homines te judices eſſe venturum*, wenn du ſchon nicht daran gedacht hätteſt, ſo ſollteſt du doch. Id. I. Agr. 8. *Etenim, ut circumſpiciamus omnia, quae populo Romano grata atque jucunda ſunt.* Id. I. Tuſc. 21. *Ut enim rationem Plato nullam afferret, vide quid homini tribuam, ipſa autoritate me frangeret.* *Add. Id. Mil. 17.

23. *Ut* eodem ſenſu cum *tamen* vel *certe*. †

Ut in conceſſione aſſumere ſolet *tamen* vel *certe*. Cic. III. Verr. 64. *Verum ut ita ſit, tamen* cet. Id. Att. II, 15. *Verum ut hoc non ſit, tamen ſervet Rempublicam.* Id. XII. Phil. 3. *Exercitus ſi pacis, id eſt, timoris noſtri nomen audierit, ut non referat pedem, inſiſtet certe*, geſetzt, es weiche nicht, ſo wird es aufs wenigſte ſtille ſtehen. Id. X. Phil. II. *Ut ſuperiora omittam: hoc certe, quod mihi maximam admirationem movet, non tacebo.* *Add. id. II. Divin. 33, et Livius V, 54.

*24. *Ut* eodem ſenſu ſequente *quidem certe*.

Cic. Quint. 1. *Ego ut ſumma haberem cetera; temporis quidem certe vix ſatis habui.*

25. *Ut*

† Fortaſſe ſubintelligendum eſt *ſit quidem*, quod aliquando posuit Columell. III, 3.

25. *Ut ut* cum *tamen* vel *certe*, vel *nihilominus*.

Interdum assumit *tamen* vel *certe*. Ter. Phorm. III, 2. *Ut ut hæc sunt, tamen hoc faciam.* * Add. id. Heaut. I, 2, et Plaut. Amphitr. I, 1. Terent. Phorm. III, 1. *Nam ut erant alia, illi certe consuleres, quæ nunc est domi.* * Cic. X. ep. 2. *Quæ nihilominus, ut ego absim, confici possunt.*

26. *Ut maxime.*

Ut maxime fere est *etsi maxime*,' (vel *quamvis*) Cic. IV. Acad. 25. *Quare rationem, cur ita videatur, quam ut maxime inveneris, non tu verum testem habere, sed eum non sine causa falsum testimonium dicere ostenderis.* Interdum est *ad summum*. Colum. de arbor. 7. *Diversæ autem, quæ supra terram extare debent, ne passus fueris plus, quam duas, aut ut maxime, tres gemmas habere*, lasse ihnen nicht mehr als zwey, oder zum höchsten drey Augen.

(27 *Ut* repetitum eodem et diverso sensu et pleonastice.)

Non dubitant latini *ut* repetere interdum eodem, interdum diverso sensu: *eodem*, ut Liv. I, 17. *Adeo id gratum plebe fuit, ut, ne victi beneficio viderentur, id modo scisceront juberentque, ut senatus decerneret, qui Romæ regnaret*, ubi plura Drakenb. *diverso*: Id. V, 20. *Cum ita ferme eveniat, ut segnior sit prædator, ut quisque* etc. ubi v. Gron. *pleonastice* denique, ut id. VIII, 6. *Agitatum in consilio est, ut, si quando-tunc* uti etc. v. Drak. ad XXII, 11, et Duker. ad Flor. II, 6.

(28 *Ut - quia - quod.*)

Liv. XXXIX, 41. *Non solum ut ipsi potius adipiscerentur, nec quia indignabantur, novum hominem censorem videre, sed etiam, quod tristem censuram expectabant.* ubi plura Drakenborch.

29. *Ut*

(29. Ut pro *adeo ut*.)

Dicitur etiam *ut* pro *adeo ut*, post adjectiva aut substantiva magnitudinem aliquam significantia. Hor. Serm. I, 7, 12. *Ira fuit capitalis, ut ultima divideret mors.* vid. exempla plura ap. Bentlej. ad Hor. ep. II, 2, 87.

(30. Ut interrogantis cum indignatione.)

Horat. S. II, 5, 16. *Ut ne tegam Spurco Damae latus?* ubi v. Lambin. add. Drakenb. ad Liv. IV, 2.

(31. Ut omittitur sæpe.)

Omittitur etiam *ut* interdum post verba quædam, ut *jubere, orare, movere* et alia, quæ in legendis bonis auctoribus facile observantur.

III. UTCUNQUE.

Utcunque est *quomodocunque*. Cic. I. off. 37. *Sed utcunque aderunt res.* Id. in Orat. 17. *Perfectus orator utcunque se affectum videri, et animum audientis moveri volet, ita certum vocis admovebit sonum.*

** 2. D. *Utcunque* pro *quandocunque*. Horat. epod. 17. *Utcunque fortis exsilis puerpera.*

** 3. D. *Utcunque* pro *ubicunque*. Horat. IV. Od. 4. *Utcunque defecere mores, dedecorant bene nata culpae.* Lege *ut* pro *ubi*.

* 4. *Utcunque-exin, utcunque-ita.*

Plaut. Epid. I, 1. *Utcunque in alto ventus est, exin velum vertitur.* Id. Bacchid. IV, 4. *Pectus cui sapit, bonus sit bonis, malus sit malis, Utcunque res sit, ita animum habeat.* Cic. Orator. 17.

* 5. *Utcunque tamen.*

Livius Præfat. libr. 1. *Utcunque erit, juvabit tamen rerum gestarum memoriae principis terrarum populi pro virili parte me consuluisse.*

* 6. Ut-

* 6. *Utcunque - sive - seu - seu.*

Livius XLV, 8. *Utcunque tamen haec, sive errore humano, seu casu, seu necessitate inciderunt, bonum animum habe.* Similiter Id. XXXII, 3. *Sed utcunque seu injuncta seu suspecta foret militia, et eam exhaustam et finem aliquem militandi fieri aequum esse dicebat.*

CAPUT CCLXXXIX.

De pronominibus UTER et UTERQUE, cet.

UTER de duobus disjunctim dicitur Cic. Rabir. Perd. 4. *Quamobrem uter nostrum tandem, Labiene, popularis est, tune an ego?* welcher von uns beyden hält's mehr mit dem Volke, du oder ich? Id. Partit. 36. *Vter enim definiendo describendoque verbo magis ad sensum judicis opinionemque penetrarit, et uter ad communem verbi vim magis ac propius accesserit, is vincat necesse est.* Id. III. Verr. 14. *Si uter volet, edicit, se recuperatores daturum.* Id. in Orat. 71. *Reperiam, qui dicat aut scribat, utra voles lingua.*

(*Admonitio.*)

Dicitur etiam *uter* pro *utervis* ap. Cicer off. III, 23. *Sibine uter rapiat, an alter cedat alteri.* ubi v. Fr. Fabricius.

* 2. *Uter - is.*

Liv. II, 27. *Senatus a se rem ad populum rejecit: utri eorum dedicatio jussu populi data esset, eum praesse annonae, mercatorum collegium instituere, solennia pro Pontifice jussit suscipere.* Add. id. VIII, 10, et XXXI, 32.

3. *Uter* iteratum.

Uter interdum iteratur. Cic. I. off. 12. *Cum Celtiberis, cum Cimbris, bellum ut cum inimicis, gereba-*

gerebatur, uter esset, non uter imperaret. Id. II. de Invent. 49. *Utra lex jubeat aliquid, utra permittat.* Id. Mil. 9. *Reliquum est judices, ut nihil jam aliud quaerere debeatis, nisi uter utri insidias fecerit.* Cæs. V. de B. G. 44. *Ut neque dijudicari posset, uter utri virtute anteferendus videretur.* * Add. Liv. I, 24. et XL, 55.

4. *Uter* cum *altero.*

Alias cum *altero* copulatur. Cic. Sext. 42. *Horum utro uti nolimus, altero est utendum,* wir mögen uns unter diesen beyden nicht bedienen wollen, welches wir wollen, so müssen wir uns des einen doch bedienen. * Vellejus II, 90. *Uter populus alteri pariturus foret.*

5. *Uter* cum *uterque.*

Alias cum *uterque.* Cic. Qu. Fr. II, 12. *Sed utros ejus habueris libros (duo enim sunt corpora) an utrosque nescio.*

* 6. *Uter -, -, an.*

Cic. in Cæcil. 16. *Utrum tandem censes hos judices gravius ferre oportere, te ab illo esse læsum, an provinciam Siciliam esse vexatam ac perditam?* Ib. 21. *Utra est splendidior? utra illustrior commemoratio? accusavi eum, qui cum quaestor fueram: an accusavi rogatu sociorum.*

* 7. *Uter - ne - an.*

Cic. III. Verr. 37. *Utrum tibi sumes ad defensionem? tantone minoris tibi decumas vendidisse, -- an, cum magno decumas vendidisset, te expressisse ab invitis Liparensibus hanc pecuniam?* Id. IV. Verr. 33. *Utrum esset Siculis utilius suisne servire, an populo Romano obtemperare?* Add. Tusc. IV, 4. Idem Cluent. 38.

** 8. *Utrum*

** 8. *Utrum* sine *an*, vel *necne*, quemadmodum græci πότερον.

P. Cic. V. Verr. 16. *Jamdudum erro, qui tam multa de tuis emtionibus verba faciam, et quaeram, utrum emeris, et quomodo et quanti emeris?* *Cic. in Topic. 4. extr. *Utrum igitur hactenus satis est? Tibi quidem tam acuto et tam occupato, puto;* ist dann dieses so weit genug? ja ich glaube zum wenigsten für dich, als einen scharfsinnigen Mann. Id. II. Verr. 69. *An hoc dicere audebis? utrum de te aratores, utrum denique Siculi universi bene existiment, ad rem id non pertinere.* Sed hic usus paulo est rarior.

9. *Utrum* cum *an* vel *an vero*, de duobus.

Utrum cum *an* vel *an vero* sæpe dicitur de duobus. Cic. epist. I, 7. *Multum enim interest, utrum laus imminuatur, an salus deferatur.* Id. VII. ep. 13. *Utrum te superiorem pecunia facit, an quod te imperator consulit?* Id. Att. XII, 50. *Id autem utrum illi sentiant, an vero simulent, tu intelliges.* Id. Font. 14. *Videte igitur, utrum sit æquius, hominem honestissimum dedi immanissimis nationibus, an reddi amicis.*

10. *Utrum* de pluribus, - *an* - *an*.

Utrum interdum de pluribus dicitur. Cic. I. Verr. 41. *Utrum admonitus, an tentatus, an (qua est iste sagacitate in his rebus) sine duce ullo, sine indice pervenerit ad hanc improbitatem nescio.* Id. II. Verr. 47. *Utrum hoc signum improbitatis tuæ, an tropæum necessitudinis atque hospitii, an amoris indicium esse voluisti?*

*11. *Utrum*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0987
DFG

* 11. *Utrum* cum *ne.*

Nepos Iphicrat. 3. *Is cum interrogaretur, utrum pluris patrem matremne faceret: matrem, inquit.*

* 12. *Utrumne - an.*

Cic. Quint. 30. *Ea res nunc in discrimine versatur, utrumne possit se contra luxuriem ac licentiam rustica illa atque inculta parsimonia defendere; an deformata atque ornamentis omnibus spoliata petulantiæ addicatur.* Colum. XI, 1. *Ischomachus Atheniensis rogatus a Socrate, utrumne si res familiaris desideraret, mercari villicum tanquam fabrum, an a se instituere consueverit; ego vero, inquit, ipse instituo.* Sueton. Cæsar. 80. *Qui primum cunctati, utrumne illum in campo per comitia tribus ad suffragia vocantem partibus divisis e ponte dejicerent atque exceptum trucidarent, an in sacra via adorirentur.* Add. Tacitus orat. 35, et 37.

* 13. *Utrumne - an - an.*

Quintil. III, 3. extr. *In eo plures dissenserunt, utrumne hæ partes essent rhetorices, an ejusdem opera, an (ut Athenæus credit) elementa.*

14. *Utrum - nec ne. Utrum - annon.*

Nonnunquam *utrum* cum *nec ne* vel *annon* copulatur. Cic. II. ep. 7. *Nec quicquam aliud decernitur hoc bello, nisi utrum simus, nec ne.* Cæs. I. B. G. 50. *Matres familias sortibus declarabant, utrum praelium committi ex usu esset, nec ne.* *Add. Id. XI. ep. 26, et Livius XXXIX, 48.

Cic. III. Verr. 75. *Quid interest, utrum hoc feceris, an frumentum non improbaris.* Plaut. Mostell. III, 1. *Videndum est primum, utrum eae mulieres velint, annon velint.* * Add. Cic. Rosc. Com. 3. et Varro I. R. R. 2.

* 15. *Utrum-*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0988
DFG

* 15. *Utrum - anne.*

Cic. Orat. 51. *Quaerendum, utrum una ſpecies et longitudo ſit earum, anne plures.*

16 *Utrum* pro *utrumvis.*

Interdum *utrum* pro *utrumvis* uſurpatur. Cic. II. de Div. 56. *Utrum igitur eorum accidiſſet, verum oraculum fuiſſet*, es möchte nun von den beyden geſchehen ſeyn, welches es wollte, ſo wäre der Ausſpruch wahr geweſen. *Add. id. in Cæcil. 14. et II. Divin. 68, et I. Invent. 29.

17. *Utrum* ſuppreſſum.

Utrum ſæpe ſupprimitur. Cic. Att. II, 16. *Potueris intercidi, nec ne, nihil ad ſe pertinere arbitrabatur.* Id. Att. XII, 15. *Scire velim, quando dicar ſpopondiſſe, et pro patre, anne pro filio.* Id. III. Verr. *Erravit, an potius inſanivit Aprouius?* Idem Quint. Fr. III, 8. *Velit, nolit; ſcire difficile eſt.* Cic. Man. 22.

II. UTERQUE.

Uterque de duobus conjunctim dicitur. Cic. de Aruſp. Reſp. *Horum uterque ita cecidit victus, ut victor idem regnaverit*, ſind beyde ſo gefallen. Idem Qu. fr. II, 4. *Domus utriusque noſtrum ædificatur ſtrenue.* Id. II. off. 6. *Magna eſt vis fortunæ in utramque partem, vel ad ſecundas res, vel adverſas.* Idem Mil. 23. *Magna vis eſt conſcientiæ in utramque partem.* Id. IV. Verr. 14. *Binos habebam ſcyphos jubeo promi utrosque* ich hatte zwey Becher, und heiſſe ſie beyde herbringen.

* 2. *Utrique* pro *uterque.*

Pontanus e Salluſtii Catil. 5. *Agitabatur magis magisque indies animus ferox inopia rei familiaris et conſcientia ſcelerum, quæ utraque his artibus auxerat* et ſic etiam alii, Nepos, Virgilius etc.

* 3. Uterque-et et.

Cic. I. ep. 9. *Ego utrumque puto meum esse, et quid sentiam, ostendere, et quod feceris, defendere.*

4. Uterque cum alter.

Cic. II. off. I. *Quorum uterque studio suo delectatus contempsit alterum.* * Add. id. dom. 13. et Justin. VI, 2. et Sallust. Jugurth. 18.

5. Uterque cum neuter.

Cic. Quinct. 8. *Ut aut uterque in se, aut neuter satis daret.*

6. Uterque iteratum.

Cæsar VII. de B. G. 35. *Cum uterque utrique esset exercitui in conspectu, erat in magnis Cæsari difficultatibus res.* Ter. Phorm. V, 3. *Uterque utrique est cordi.* Id. Heaut. II, 4. *Hoc beneficio utrique ab utrisque divinciemini.* * Add. Hirtius B. Alex. 4.

III. UTERVIS, UTERCUNQUE, UTERLIBET.

Utervis, utercunque, uterlibet voce discrepant, usu eandem vim habent: nisi quod *utervis* multo est usitatius. Cic. de Sen. 10. *At minus habeo virium, quam vestrum utervis.* Id. Rosc. Am. 30. *Quod certum est non facere, dum utrumvis licebit,* so lange beydes in meiner Gewalt stehet. Ibid. 1. *A ceteris ita petitum est, ut dicerent, ut utrumvis salvo officio facere posse arbitrarentur.*

Id. VI. ep. 4. *Ita magnæ utrinque copiæ, ita paratæ ad pugnandum esse dicuntur, ut utercunque vicerit, non sit mirum futurum.* Id. Att. ep. *In hoc bello utracunque pars vicerit, tamen perituri sumus.*

Id. Quint. 26. *Utrumlibet elige. Alterum incredibile est, alterum nefarium.*

CAPUT

CAPUT CCLXXX.
De adverbio UTINAM.

Utinam cum *certe*, *profecto*, *quidem*, *utique*.

UTINAM præter vulgarem usum copulari solet cum *certe*, *profecto*, *quidem*, *utique*. Nam quia quod optatur, incertum est, subjicitur aliquid certum. Cic. XV. ep. 1. *Utinam saluti nostræ consulere possemus: dignitati certe consulemus.* Sall. Jug. 102. *Atque hoc utinam a principio tibi placuisset, profecto* cet. Cic. XIV. ep. 1. *Utinam ea res ei voluptati sit, gloriæ quidem video fore.* Idem Att. XIII, 21. *Ego, ut constitui, adero; utinam tu quoque eodem die. Sin quid, multa enim, utique postridie.*

* 2. *Utinam* cum *næ* vel *quidem certe*.

Cic. VIII. Att. 19. *Utinam aliquid profectum esset, næ ego istas literas in concione recitari velim.* Id. II. Orat. 88. *Habetis sermonem bene longum hominis, utinam non impudentis, illud quidem certe non nimis verecundi.*

* 3. *Utinam ne.*

Cic. V. ep. 17. *Illud utinam ne vere scriberem, eate republica carere, in qua neminem prudentem hominem res ulla delectare possit.* Ter. Phorm. I, 3. *Quod utinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset.* Dicimus tamen etiam. *Utinam non.* Cic. XIII. Att. 9. extr. *Hæc ad te die natali meo scripsi, quo utinam susceptus non essem, aut ne quid ex eadem matre postea natum esset.*

* 4. *Quod utinam* pro *utinam.*

Cic. XIV. ep. 4. *Quod utinam minus vitæ cupidus fuissem, certe nil aut non multum in vita mali vidissemus.* Add. id. ad Brut. ep. 4, et Rabir. 3. Lege *Quod.*

* 5. *Utinam - nunc vero.*

Cic. Manil. 10. *Utinam virorum fortium copiam tantam haberetis, ut hæc vobis deliberatio difficilis esset, quemnam potissimum tanto bello præficiendum putaretis. Nunc vero, cum sit unus Pompejus, qui etiam antiquitatis memoriam virtute superarit, quæ res est, quæ cujusquam animum in hac causa dubium facere possit?*

** D. P. *Utinam* omissum. Ovid. *Me quoque, qua fratrem, mactasses, improbe, dextra.* Plaut. Mostell. I, 3. *Qui invident, ne unquam eorum quisquam invideat prorsus commodis.*

CAPUT CCLXXXI.

De adverbio UTIQUE.

UTIQUE est *omnino* vel *certe.* Cic. VI. Att. 2. *Utique ad me tabellarios mittas.* Ib. XIII, 13. *Illud utique scire cupio,* allerdings. Ibid. 22. *Ego, ut constitui, adero; atque utinam tu quoque eodem die: Sin (quid enim multa) utique postridie,* gewiß den Tag hernach. Ib. XII, 9. *Et Pyliæ satisfaciendum est, et utique Atticæ.* Ib. XIII, 47. *Velim M. Varronis et Lollii mittas laudationem, Lollii utique.* Ib. 4. *Velim ante possis; si minus, utique simul simus,* wo nicht, doch gewißlich zugleich seyn mögten.

* 2. *Utique* secernit res, quæ jure sunt præcipuo, wenigstens. Senec. ep. 102. *Ita compositus sum, ut aliorum bonum meum judicem, utique eorum, quibus ipse sum boni causa.* Ib. 109. *Similia delectant, utique ubi honesta sunt.*

AP-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_0992
DFG

APPENDIX.

Ad pag. 102.

Duo millia haud amplius videntur idem valere, quod apud Salluſtium cap. 56. *non amplius duobus millibus.* Qui autem ſic loquitur, is tantummodo ſignificat, non plures fuiſſe, neque iis repugnat, ſi qui minorem numerum dixerint. Si enim nec plures nec pauciores fuiſſe defenderet: certioribus verbis et clarioribus uteretur. Ergo manet ſignificatio quam ego illi formulæ tribui, adverbii *circiter*. Hæc Facciolato dari a me jus fuit. De Livii vero latinitate quid mihi videatur, alibi dixi. Neque enim ex ætate aurea omnia ſunt aurea. Neque finis primordio ſemper reſpondet.

Ad pag. 106.

Quum locutio, *in cura non eſſe*, cum formulis *periculum eſt*, *metus eſt*, *ſecurus ſum*, *ſolicitus non ſum*, *ſolicitudinem curamque ſuſtineo*, *vitandum eſt*, *non ago tecum*, ceteris, multa habeat communia: uſus formulæ hujus Cornelianæ annotationem meritus eſt. *Cura* et *incuria* pertinent ad voluntatem potiſſimum: *dubitatio* et *conſultatio* ad intellectum. Ergo hactenus ſunt di-

versæ. Ergo *incuria* ad *an* dubitationis rejici non potuit, sed proprium locum postulavit. Neque vero verba studium curamque aut incuriam et negligentiam signantia cum *an* construi solent, ut ex Grammaticis constat. Tacitus autem experitur innovandi studio, quicquid ullo modo facultatem habiturum videtur. Nec quæritur hic, quod vocabulum Facciolatus pro *cura* substitui velit: sed quid Tacitus scripserit. Ergo jam videant æqui lectores, quantum apud me judicium Facciolati valere debeat.

Ad pag. 114.

Hanc et subsequentes observationes Facciolatus impugnavit acute. Etenim jam tandem rationem aliquam affert. *Quascunque*, inquit, *conjunctiones particularum ipsa particula* ante *non efficit, sed sensus, eæ nec juvant hanc linguam discentes, nec omnino veræ sunt.* Adsume Facciolate observationes Tursellini quamvis certas et usitatas v. g. *alius-alius*, *ante* ad locum, *ante* adverbium est, cui opponitur *post* cet. singulis exprobrare poteris, conjunctionem eam sensu effici. Ergo eas tironibus nihil prodesse, nec omnino veras esse. Totus igitur Tursellinus liber inutilis est et supervacuus. Quod nemo ante Facciolatum vidit, qui tamen Tursellinum ipse etiam edidit, quod sine dubio utilem putaret. Insani enim foret librum inutilem edere. Atque unde tandem judicandus est respectus particularum mutuus? e sensu, an e libitu scribentis

citra

citra sensum? Si ex uno solo scribentis libitu; cohærebunt jam in lingua latina *si* et *ita*, *perinde* et *vix*, si ita scripserit, *si Facciolatus sapit, postquam Tursellinum totum despere perinde voluit, ita vix vere sapit.* Non insania conjungentis, sed sana ratio hominis sanam sententiam proponentis particulas conjungit. Manet igitur cohærentia particularum v. g. *ante* et *post* in hac sententia: *Facciolatus ante locutus est, quicquid voluit: post cogitabit quid loquendum sit:* etiamsi *ante* et *post* conjungi nec soleant nec possint in sententia illa, *Cicero multo ante cogitat quid scribat.*

Ad pag. 116.

Consensionem particulæ *ante* et *cum* omnes, spero, videbunt præter Facciolatum. Qui non videt, ad tempora præterita res præteritas pertinere, ac proinde rerum nomina.

Ad pag. 117.

Inepte quærit Facciolatus naturæ particularum ignarus, an *tum* pro *deinde* rarum putem? Amat *fallaciam divisionis.* Ego de conjunctione utriusque particulæ rara loquor.

Ad pag. 118.

De maculis a Facciolato huic et insequentibus observationibus aspersis nihil dicam. Vide quæ supra dixi.

Ad pag. 120.

Disperire vult Facciolatus, si Cicero de copulandis his duabus particulis cogitarit. Judica lector ratiocinationem hominis. Quæ particula nullum locum orationis refugit, ea casu quodam, non necessitate cum *antequam* conjungitur. Datur tertium quiddam, Facciolate, ratio videlicet et consilium. Ratio conjunxit *antequam* et *jam*. Hoc volui.

Ad pag. 122.

Hoc usus præpositionis *apud* iccirco distinctius proposui, ne tirones in scribendo errarent. Latini enim non usquequaque *apud* ponunt, ubi germani bey v. g. Cic. Marcell. 1. *Intellectum est mihi in multis et maxime in me ipso*, ich habe bey vielen und vornehmlich bey mir selbst wahrgenommen. Cic. Manil. 24. *Te hortor, ut autore populo romano maneas in sententia*, daß, weil es das Röm. Volk so haben will, du bey deiner Meynung verbleibest. Cic. Manil. 2. *Quæ in omnibus hominibus nova post hominum memoriam constituta sunt, ea tam multa non sunt, quam hæc quæ in hoc uno homine vidimus*, der ungewöhnlichen Verordnungen, welche bey allen andern Bürgern jemals gemacht worden, sind nicht so viele, als deren sind, welche dieses einigen Mannes wegen ergangen.

Ad pag. 123.

Facciolato sine ratione hanc et sequentes observationes impugnanti nihil respondisse vera est responsio.

Ad

Ad pag. 127.

Facciolato homini exigua prædito autoritate sine rationibus accusanti nihil respondisse me decet. Neque enim altercari, sed rationibus decertare sani solent.

Ad pag. 135.

Hanc aut similem particulam omissam esse, apparet etiam ex græca lingua. Vide Herodianum VIII, 3. extrem. et 4. s. 28. et Aelian. IX, 4. Facciolato jam satisfactum existimo.

Ad pag. 136.

Adverbium hic appellare videtur autor, quicquid per adverbium quoddam verti potest.

Ad pag. 137.

Editiones quædam habent *brevissimæ*, quæ lectio haud dubitanter præoptanda est.

Ad pag 139.

An adverbium sit *cedo*, multi dubitant, qui non intelligunt, unde quartus casus addatur adverbio.

Ad pag. 146.

CAP.

De adverbio CLAM.

Clam proprie adverbium est et signat, *homine imprudente*, *hominibus inscientibus* cet. heimlich,

ohne daß jemand drum weiß, im verborgen. Nepos Pauſ. 2. *Hos clam Xerxi remiſit.*

Interdum accedit caſus ſextus, qui aliunde pendet. Vide grammaticam noſtram §. 838. Cic. Att. XV, 1. *Quin etiam paulo clam iis eam vidi.* Autor in Salluſt. 5. *Timens, ne facinora ſua clam vos eſſent, confeſſus eſt* cet.

Clam)(*palam* cet.

Cic. I. ep. 1. extr. *In rebus a domeſticis Pompeji clam exulceratis, deinde palam a conſularibus exagitatis.* Id. Roſc. Amer. 8. Id. Cæcin. 32. *Docet ita ſe poſſedisſe, ut nec vi nec clam nec precario poſſederit.*

Ad pag. 150.

Sic enim vulgo appellatur. Sed quid nos ea de re ſentiamus, in grammatica noſtra latina diximus §. 838. Multa quidem docendi cauſa nominamus, quæ ad veritatis præſcriptum aliter nominanda forent.

Ad pag. 153.

Et futurum plusquamperfectum. Cic. XVI. ep. 4. *Quum valetudini tuæ diligentiſſime conſulueris, tum, mi Tiro, conſulito navigationi.*

Ad pag. 159, et pag. 395.

Cum maxime nos in particula *cum* non annotavimus, quia infinitum foret, particulas primum

mum fortuito conjunctas, tum a scriptoribus quibusdam celebratas omnes annotare, si præsertim deteriorum fere sint temporum et scriptorum. Talis autem est conjunctio particularum *cum maxime*. Orta videtur eorum consociatio ex græcorum simili formula ὅτε μάλιστα. Plena formula est *ut cum maxime*, quæ in Turscllini libro jamdudum comparuit. Ad quem nos, ut usus particularum *cum maxime* cognosci posset, Zinzerlingii autoritatem adscripsimus.

Cum maxime revera et pene semper idem est quod *ut cum maxime*, vel *quo tempore maxime*. Senec. ep. 55. extr. *Video te, mi Lucili, cum maxime*. Id. epist. 59. *Sextium ecce cum maxime lego, virum acrem*. Id. ep. 6. *Hoc animo tibi hanc epistolam scribo, tanquam cum maxime scribentem mors evocatura sit*. Adde Tertull. adv. Marcion. IV, 37. pag. 445, et 35. Cic. Cluent. 5. *Mater multos jam annos et nunc cum maxime filium interfectum cupit*.

Ut hæc significatio germana harum particularum intelligatur penitus, loca ista sunt diligentius consideranda. Liv. XXX, 33. *Quum maxime haec imperator apud Carthaginenses ageret; tubae cornuaque ab romanis cecinerunt*. Flor. I. *Tum maxime praetor*. Senec. vit. beat. 25. *Me hominem esse tum maxime cogitabo, cum deus undique consalutabor*. Senec. ibid. 7. *Voluptas tum, cum maxime delectat, extinguit*. Plaut. Menæch. V, 8, 71. *Ut nunc maxime memini*, so gut ich mich jetzo erinnern kann.

Spuriæ

Spuriæ significationes multæ sunt et commentitiæ. v. g.

1. *Cum maxime* pro *quam maxime*, *summe*. Tertullian. adv. Marcion. 27. pag. 434. *Non legis onera sugillans quasi detestator ejus. Quomodo enim detestator, qui cum maxime potiora legis praetereuntes incusabat, eleemosynam et vocationem et dilectionem dei.* Seneca ep. 86. *Si quid credis mihi, intimos affectus meos tibi cum maxime detego.* Add. Terrull. adv. Marc. IV, 25. princip.

2. *Cum maxime* pro *nunc praesertim*. Senec. ep. 120. *Hoc quod futurum dico, cum maxime fit et pars ejus magna jam facta est.* Id. benef. III, 2. *Nemo nostrum novit nisi id tempus quod cum maxime transit: ad praeterita rari animum retorquent.* Adde Tertullian. IV. adv. Marcion. 5. p. 406.

3. *Cum maxime* pro nur erst. Senec. ep. 23. *Id agendum est, ut satis vixerimus. Nemo hoc putat, qui orditur cum maxime vitam.* Ipse autor ita explicavit mentem suam: *Male vivunt qui semper vivere incipiunt. Quare? inquis. Quia semper illis imperfecta vita est: nou potest autem stare paratus ad mortem, qui modo incipit vivere. Id agendum* cet. Senec. ep. 95. *Fuit sine dubio, ut dicitur, vetus illa sapientia cum maxime nascens rudis.* Id. est, *sapientia eo tempore quum modo nascebatur, et primordia capiebat, simplex fuit et impolita.*

4. *Cum maxime* pro *jam jamque* seu *de tempore* magis magisque futura. Senec. ep. 107. pag. 474. *Quaedam in nos fixa sunt: quaedam vibrant et cum maxime veniunt: quaedam ad alios perventura nos stringunt.*

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1000
DFG

ſtringunt. Senec. ep. 124. *Atqui quantulum intereſt inter eum qui cum maxime vitam accipit, et illum qui maternorum viſcerum latens onus eſt!* Et mox: *Bonum non eſt in prima fronde, quae emiſſa cum maxime ſolum rumpit.*

5. *Cum maxime* pro *eo tempore quo præcipue* vel *potiſſimum.* Senec. epiſt. 81. p. 184. *Quanto hilarior eſt qui ſolvit quam qui mutuatur, tanto debet lætior eſſe qui ſe maximo aere alieno accepti beneficii exonerat, quam qui accipiens cum maxime obligatur.* Id eſt, *quam is qui beneficia accipit, eo tempore lætari ſolet quo potiſſimum et vere obligatur.* Senec. quæſt. nat. V, 11. *Adjice nunc, quod ſi cauſa illis flatus eſt ſpatium diei ac longitudo, etiam ante ſolſtitium flarent, quum longiſſimi dies ſunt et cum maxime nives tabeſcunt.*

6. *Cum maxime* pro *ullo tempore ſumme* vel *unquam ſummopere.* Senec. ep. 113. p. 504. *Textorium, inquis, totum illud eſt, quod cum maxime agitur et agi poteſt.* Id. epiſt. 99. p. 440. *Quid incredibile, quid novum evenit? Quam multis cum maxime funus locatur.*

Ad pag. 161.

Hunc particularum uſum tu ne imiteris.

Ad pag. 455.

Ne in multis vocabulis compoſitis ex antiquitate reliquum eſt, et ſignat idem quod *non.* Sic *neſcio, nefarius, nefandus, nefas* cet. dicuntur quaſi *non ſcio, non fandus.* Ita igitur apparet etiam,

iam, quid sit *nequicquam*. Scilicet quod *nihil* valet *quicquam*, vel *nihili* est, *frustra* fit. Cic. VII. ep. 6. extr. *Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequicquam sapit.* Cæs. B. G. II, 27, 5. *Ut non nequicquam tantæ virtutis homines, judicari deberet, ausos esse transire latissimum flumen.*

Ad pag. 489. Cap. 152.

Non latinorum sæpe ibi ponitur, ubi germani ponunt kein. Cic. Cluent. 5. *Ut matrem non pudor, non pudicitia, non pietas, non macula familia a cupiditate revocaret*, daß die Mutter keine Schaam, noch Zucht, noch mütterliche Liebe, noch der Schandfleck der Familie von ihrer hitzigen Begierde abziehen konnten.

Ad pag. 500.

Hæc formula fere locum habet, ubi etiam dicere licet *non modo non-sed ne quidem.*

INDEX

INDEX GERMANICUS PARTICULARUM ET PHRASIUM, QUARUM NERVUS ADHÆRET PARTICULIS HOC IN LIBRO OCCURRENTIUM.

A.

Abend, gegen Abend sub vesperam 830

Aber ast, at 123 sed 776 autem 134 at vero 127 enimvero 207 seq. at enim 127 nam 425 enim 204 sq. quod 833 quidem 726 nisi 480 porro 579

Aber (bey Bezeugung seines Unwillens) 123

Aber daß nicht nec vero 450

Aber doch quidem utique 731

Aber doch zum wenigsten certe 140

Aber gewiß verum enim vero 908

Aber gewißlich quidem 726

Aber hingegen at e contrario 126

Aber (in Erzehlung im letzten Stück) autem 134

Aber im Gegentheil at contra 126

Aber möchte man sagen es ist wahr at certe 123

Aber nicht nec 443

Aber nicht gar an citra cet. 145 sq.

Aber nur duntaxat 194

Aber was vor einer 126

Ab-

Abſonderlich præcipue 595 præſertim 596 ſq.
Abſonderlich da præſertim cum, ſi 596 ſq. præcipue ſi 595
Ach! o! 531, 626
Ach daß utinam 963 quod utinam 717, 963 ſi 783
Ach daß nicht utinam ne 963
Ach was kann at 123 ſq.
Ach wie ſehr quam 654
Aehnlich ſimilis 810
Allbereit jam 284 jam jam 286
Alle omnis 539 ſq. nemo non 456 nullus non 512
Alle ausgenommen omnes præter 541 omnes niſi 542
Alle beyde nach einander (wechſelnd) alterni 98
Alle etliche einzelne omnis aliquis cet. 541
Alle, groß und klein omnes magni parvique 542
Alle Jahre in annos ſingulos 315
Allein (bey Beantwortung) autem 34 ſq. 155 nam 424 ſed 776 verum 907
Allein (bey Bezeugung ſeines Unwillen) at enim 127
Allein bey zugeſtehen at 125
Allein wenn at ſi, ſi ſin 796
Allein unus, unus ſolus 926
Alle Leute wollen aller Güter omnes bona omnium 540
Allemal der andere alter quisque 96
Allemal der zehende decimus quisque cet. 744
Allemal nach dem andern, alterni 98
Allemal nach dem dritten Wort tertio quoque verbo 743
Allemal über das fünfte Jahr quinto quoque anno 744
Allemal über den andern Vers 98
Allen Leuten in vulgus 319
Allenthalben 894 ſq. 895
Allenthalben hin quoque verſus 760 hinc et illinc 279 usque quaque 936
Allenthalben, wo es ſeyn mag ubique, ubicunque 894
Allerdings 536 utique 964
Allerdings vero (in der Antwort) 905 ſq.
Allererſt modo 410
Alles nihil non 463
Alle obgenannte Stücke (Sachen) hæc 272

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1004
DFG

Allererſt (nun modo) nunc 411

Allerhand Art omnis 539
Allertapferſte unus fortiſſimus 927
Alleſamt ad unum 32, 926
Alles dieſes hæc 270
Alles, ein Theil ausgenommen 159

Alle ſo viel ihrer omnes quotquot 762
Alle Tage in dies, in ſingulos dies 316 quotidie 763

Alles=was omne quantum 541
Alles was nur quidvis 710

Alle wer nur omnes quicunque 541

Alle, wer ſie ſeyn mögen quivis 542
Allezeit nunquam non 525
Alle zuſammen in commune 323, 32

Allhier hic 274
Allhier=wo hic-ubi 274
Allmählig paulatim 555 pedetentim 557

Allzuſehr *nimio opere* 475
Allzuviel ad infinitum 31 nimio plus 575 nimis cet. 473 *nimium* 473 niminium quantum 474

Als *cum* 154 ſq. *ubi* 890 *quam* 645 *tanquam* 857 *ceu* 141 *in modum* 321 *ad ſimilitudinem* cet. 31 ſeq.

Als niſi 475
Als = alsbald ubi-ſtatim 891 ut-ſtatim cet. 949
Alsbald *ex continenti* 246 *extemplo* 257 cet. ſ. alſobald.
Alsbald, ſo bald als 817

Als auch (ſowohl) *cum-tum* 161
Als darauf ut-poſtea 946 poſt quantum cet. 680 ut-tum cet. 946

Als daß *quin* 732
Als daß nicht *quam ne* 653
Als das erſte mal 158
Als das vor war *ad* 84

Alsdenn *hic* 276 *igitur* 306 ibi 294 *nimirum* 473 *tunc* 886
Alsdenn am meiſten tum maxime 882
Alsdenn endlich=da *tum demum cum* 882 tunc demum cum 888

Alsdenn erſt *tum demum* 883 *tunc demum* 888
Als dennoch 158

Alsdenn=wenn *ita-ſi* 371 *tum-maxime-ubi* cet. 883
Als der *quippe* qui 738
Als ein gelehrter Mann *quippe* cet. 738
Als ein Poet *ex perſona* 248

Als=gleich drauf cum-confeſtim cet 154
Als=hernach, gleich drauf cet. 155
Als jemals vorher ut cum maxime 395, 944
Als jemand aufs beſte (am meiſten) ut qui quidem 396.
Als jemand der noch ſo ſehr quam qui maxime 396
Als=inzwiſchen cum interea 156
Als nach quam pro (poſt comparativos) 650
Als=nachgehends=ſofort cet. 156
Als nehmlich ut 951
Als ob quaſi ſq. 674
Als=ſchon cum jam tum 155
Als Sclaven ſervilem in modum 321
Alſo, ita 368 ſic 803 ſq. namque 424
Alſo? ſiccine? 810
Alſobald atque 19 confeſtim 147 continuo 148 extemplo 251 ſq. eveſtigio 247 jam 284 illico 312 protinus 639 ſtatim 813 ſ. geſchwind.
Alſobald=da protinus-cum cet. 620 ſtatim cum 825
Alſobald=darauf 824
Alſo folgt, daß, proximum eſt, ut 636
Alſo=gleichwie ſic-quemadmodum cet. 806
Alſo wie, ita ut 370 ita ſicut 808
Als=ſo erſt recht cum-tum vero, tum demum 157
Als=ſogleich drauf cum-tum repente 157
Als welcher ut 943
Als wenn acſi 20 quaſi, cum 654 velut 903 quaſi 674 quaſi ſi 675 velut ſi 903
Als (wie) ſicut 808 quam quomodo 654
Als wohl am allermeiſten ut cum maxime 457 944
Als=zuletzt cum tandem ad extremum 158
ſo alt ſeyn hoc ætatis eſſe 277
in dieſem Alter id ætatis 363 illud ætatis 311
Alters halben per ætatem 564
Am beſten vel optime 901
Am Ende des Buchs libro extremo cet. 254
Am meiſten maxime 394 vel maxime 395, 901
Am nächſten proxime 632
Am Ufer hin præter 597 propter 636
Am wenigſten minime 407 ſeq.
Amt, der das Schreiber=Amt

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1006
DFG

Amt führet ab epistolis cet. 12
An a, ab, 9 ad 28
An allen Orten usque quaque 936
An dem Ort istic 368
An dem Ort hin isto 368
An dem Ort sahe ichs ex cet. 276 sq.
An dem Tag ad diem 34
An der Stadt ad urbem 39
An (die Person) ad 28
An eben dem Ort 246
An einem Ort hin aliquo 73
An manchen Ort=an manchen = wieder anderswo alicubi-alicubi 59
An sich selbst per se 560
Mein ander ich, alter ego 95 alter idem 300
Andere = andere, hic - ille 270
Das andere ich alter idem 300
Das andere mahl und öfters 439
Der andere alter 92 alius 78
Der andere Cicero, Nero cet. alter Cicero cet. 95 seq.
Der andere (in der Ordnung) alter 93 proximus 633
Der andere von denen alter ex cet. 96 seq.
ein anderer=als, alius a 91 alter quam 94
An einem Ort=an dem andern = wieder an einem andern alibi-alibi-alibi 58
An einigen Orten = an andern 58
von einem andern Ort her, und an den andern hin aliunde alio 78
Allemahl nach dem andern Wort, Vers alternus 98
Anders aliter 74 sq. 346 secus 900
Er ist anders aliter est 74
Anders = als 75 aliter-et 76 aliud-nisi 87 contra-ac 150 secus-ac 775
An einem Ort anders als am andern 58
Anders als, als wenn cet. 901
Anders, als daß aliter quam ut 77
Anders und wieder was anders alius alius sq. 83
Anders was vorhaben alibi esse 59
Anders wo 57
Anders wo = als alibi-quam 58
Anders wo anders aliter alibi 75
Anders woher 59, 78
Anders woher = als 60 aliunde-quam 78

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1007
DFG

Anders wohin alio 59 aliorsum 61
Anders wohin als alio atque 60
Anders, zu anderer Zeit aliud alias 90
Anfangs 6 initio 341 primo 611 principio 613
Anfangs hernach initio deinde cet. 341
Anjetzo hodie 282 in præsenti 330
Ansehen, dem äusserlichen Ansehen nach in speciem 324
Anständig e dignitate 250
An statt in 325 in vicem 325, 326 pro 619
Der nächste Anverwandte proximus 636
Auf diese Art hac 264 ad hunc modum 30
Art und Weise wie? ratio-quomodo? 756
Auch etiam 229 quoque 761 idem (post ego, tu cet.) 301 sq. item 376 que 680
Auch aber etiam sed 232
Auch auch gar vel 900 sq.
Auch das (bey Verwunderung) 233
Auch der idem 300
Auch gar 223 omnino 536
Auch sogar ac quoque 19 at etiam 18
Auch wohl der vortrefflichste vel excellentissimus 901
Auf 8 ex 240, in 319, 320, 328
Auf allen Seiten quoquo versus 760
Auf Art und Weise 480 sq
Auf bestimmte Zeit ad tempus 25
Auf beyden Seiten in 319 seq
Auf das Jahr in hunc annum 315
Auf daß nicht ut ne 952 seq.
Auf daß-um deswillen utidcirco cet 953
Auf den Befehl ex autoritate 279
Auf den bestimmten Tag ad diem 34 Zeit ad tempus 25
Auf den heutigen Tag 315
Auf den Monat in mensem 315
Auf den nächst folgenden Tag in posterum 315
Auf den Schlag in hanc sententiam 324 in hanc formam, formulam 322
Auf den Tag in ante diem 335
Auf der Stelle e vestigio 247 illico 312
Auf der Strasse de 168
Auf die Hälfte ad dimidias 21
Auf die Feyertage ad festos dies 27

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1008
DFG

Auf dieser Seite hac ex parte 244
Auf dieser Seite = auf jener hinc - illinc 281
Auf dieses antworten ad 27 seq.
Auf ein Groschen = Stück ad 22
Auf eben die Bedingung in easdem leges 324
Auf eine andere Art aliter 74
Auf einen Tag in diem 316
Auf einen gewissen Termin in diem 316
Auf einer andern Parthey als 72
Auf einer Seiten = auf der andern hinc 281
Auf eine Zeitlang ad tempus 25
Auf einige Zeit in tempus 317
Auf Einrathen ex sententia 249 de consilio 173
Auf ewig in æternum 318
Auf gleiche Weise similiter 812
Auf gleiche Weise als similiter ut 812
Auf Gutbefinden ex sententia 249
Auf heute in hodiernum diem 315
Auf jeden Kopf in 320
Auf jeden Tag in dies 316
Auf keine andere Art als non aliter ut 76
Auf mein Conto de meo 170
Auf mein Einrathen de meo consilio 173
Auf Seiten 141
Auf viele Monate 315
Auf Unkosten dessen und dessen 170
Aufwärts sursum 840
Auf was Art und Weise quoque modo 743, 758
Auf wenig Tage in paucos dies 315
Aufs Drittel ad tertias 21
Aufs eheste quam primum 646
Aufs längste ad summum 26
Aufs neue 200
Aus e, ex 240 de 168, 236 sq. per 653
Es ist aus mit mir nullus sum 512
Aus andern Sachen foris 259 sq.
Aus bloser Gunst gratis 264
Aus Coburg (bey Benennung des Vaterlandes) 280
Aus deinem Beutel de tuo 170
Aus dem Buch herlesen 169
Aus dem Grund funditus 263
Aus dem Schiffe de navi 168
Aus der Nähe ex propinquo 241

Aus der Schweitz ex cet. 241
Aus eben der Ursache ex eadem, de causa 288
Aus einem Knecht ein freyer Mensch ex 245
Aus einem Ort her 69
Aus einem Ort in andern aliunde alio 78
Aus gemeiner Casse de publico 170
Aus meinem Beutel de meo 170
Aus seinem Kopfe was dazu machen de suo 170
Aus was Ursache? quid ita? 703
Ausdrücklich nominatim 480 omnino 536
Ausgenommen præterquam 601
Ausgenommen daß nisi 475 præter si 600 præterquam quod 600
Ausgenommen der und der præter 598
Ausgenommen was præter quod 600
Ausser absque 15 ad 32 extra 251 nisi 475 sq. præter 598 supra 839
Ausser = auch præter-etiam 598 super-etiam 834
Ausser daß 32 cæterum 137 nisi quod 476 præter si 600
Ausser dem auch præterquam etiam cet. 602 seq.
Ausser dem daß præterquam quod 602 super quam quod 837
Ausser dem, daß auch 32 602
Ausser dem und dem extra 252
Ausser der Furcht ist auch cet. supra 839
Ausser der General extra ducem 253
Ausser etwas aliquid præter 71
Ausser jenen Personen præterea 599
Ausser was præter quod 600
Ausser wenn etwan einmal nisi si quando 479
Ausserhalb der Sache extra 252
Ausserhalb des Reichs foris 259
Aeusserlich palam 543 ad speciem 30
Ausserordentlich extra ordinem 253
Anfwärts foris 259
Auswendig extrinsecus 255 seq.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1010
DFG

B.

Bald brevi 136 jam 284 mox 418
Wie bald quam mox 418
Bald-bald alias-alias 54 oder jam-jam 286 seq. oder modo-modo 412 oder nunc-nunc 522 oder tum-tum 885
Bald-bald-bisweilen 54 sq. 639
Bald darauf mox deinde 419
Bald dieser bald jener alius atque alius 90 alterni 99
Bald dieses-bald jenes modo-modo 214
Bald ganz verlohren extremus 254
Bald hieher-bald dorthin huc-illuc 282 seq
Bald, wenn mox, cum 419
Behüte Gott daß ne 433
Es ist bekannt in medio est 332
Beneidet werden in invidia esse 333
Bereit seyn zu allen præsto esse 597
Hast du was zu bestellen? num quid vis 517 si quid velis 779
Besser in melius 323
Bessere prior 615
Bey ad 33 seq. penes 588 apud 121 circa 143 de 169 sq. in 330, 334 sq. juxta 383 prope 629 propter 636 sub 827
Bey dem Zustand in 330
Beyde oder keiner uterque-neuter 962
Beydes utrumvis cet. 962
Bey diesem Alter hoc ætatis 277
Bey diesem so, bey andern anders alius aliter 90
Bey Gelegenheit per occasionem 563
Bey Gott per Deum (im Schwur) 564
Bey jetziger Zeit in præsenti 330
Bey (im Sinn) 121
Bey (im Buch) 121
Beym Anfang 5
Bey Menschen Gedenken post hominum memoriam 581
Bey (nahe) apud 121 s. bey.
Beynahe fere, ferme 257 paulo minus 556 propepemodum 629 prope 629 propius nihil est factum 630 quasi 676
Bey nahe nichts admodum nihil 42
Bey sich seyn (vernünftig seyn) apud se esse 122
Bey so gestalten Sachen hic 276
Bey uns in nobis 334
Bey zehen, (fast zehen) quasi 676

Billig 52 sq.
Bis dum 188 sq. donec 187 interdum, donec 349 usque 930 quoad 754
Bis adverb. usque quo 936
Bis (an den Ort) usque ad 930 usque quo 931
Bis an die Zeit in 319
Bis an spaten Abend in serum 318
Bis auf ad 21
Bis auf den letzten Odem usque ad 930
Bis auf den Thales (Zeiten des Thales) 930
Bis auf diese Stunde 324, 930 etiamnum 233 etiamtum 234
Bis auf einen Heller 22
Bis auf jene Zeit ad id 22
Bis daher hactenus 264
Bis dahin ad id 21
Bis daß dum 188
Bis dato 39
Bis dato noch etiamnum 233 oder hodieque 281
Bis den Tag vorher usque ad pridie 701
Bis gegen die Zeit 367
Bisher 39
Bishero, so lange 39
Bis hieher usque adhuc 932 hactenus 265
Bis in ad 21
Bis in Tod usque ad necem 931
Bis man erfahren usque adeo 935 sq.
Bis (so lange bis) usque dum cet. 933 sq.
Bis über Gallien hinaus usque extra 932
Bis über das Gebürg trans montes usque 930
Bisweilen aliquando 64 interdum 348 quandoque 660 quondam 758 nonnunquam 527
Bisweilen)(insgemein 66, 527
Bisweilen) (niemals ꝛc. aliquando) (nunquam cet. 65.
Bisweilen) (oft 65, 349
Bisweilen = sonst 56
Bisweilen = sonst = öfters 55 610
Bis weit in den Tag hinein ad multum diem 22.
Bis zu ad 21 usque ad 930
Bis zur Helfte ad dimidium, ad dimidias 21 (ubi ita legas.)
Blind in den Tag hinein temere 875
Blindlings temere ib.
Böse male 399
Böses im Sinn haben male cogitare 399
Böse Zeitung bringen male narrare 402

Bürtig seyn ex qua (patria) esse 242

D.

Da, als, cum 154 sq. quod ubi 717
Da (de loco) hic 274
Da, als = so ist darauf 157 sq.
Da alsbald ubi - statim 891
Da das geschahe ad 24
Da das war, geschah auch in 380 sq.
Da die Sache so stehet hic 275
Dafür (halten) pro eo 625
Daher inde 336 siehe Dahero und Derowegen.
Daher in der That itaque ergo 376
Daher, wohin inde - quo 336
Dahero hinc 278 igitur 305 sq. proinde 627 siehe Derowegen.
Dahin adeo 35 ea 195 eo 208 sq. illo 313 isto 368
Dahin = daß huc - ut 283
Dahin = so weit eo - ut 209 eo - usque 210
Dahin = wo eo - ubi 241
Dahin = woher eo - unde 209
Dahin = wohin eo - quo 209
Damals tum 879 tunc 886
Damals = als tum - cum 882 tunc cum 887
Damals = bald tum - mox 882
Damals = hernach tunc - deinde 887 tum - deinde 882 sq.
Damals = jetzo tum - hoc tempore 881 tunc - hodie 887
Damals = so lange tum - quamdiu 881
Damals = zuerst tum - primum 884
Damit quo 751 ut 949
Damit = deswegen quo - idcirco 751 ut idcirco cet. 953
Damit ichs kurz sage denique 183
Damit nicht quod ne 717 quo ne 752 ut ne 431, 952 ut non 953
Damit nicht um deswillen 492
Dann tum 879
Dann (ausser) nisi 475
Dann im Fragen ergo 218 tandem 856 sq.
Dannenhero quocirca 756 igitur 305 hinc 279 proinde 627 s. Derowegen.
Dann und wann ex intervallo 245
Darauf endlich tum demum 181, 879

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1013
DFG

Darauf dehinc cet. 157 ex hoc tempore 244 exinde 250 inde 396 ita 375 post 584 tum 879 sq. tum vero 883

Den dritten Tag darauf post 583

Darauf kommen mox 420

Darauf sagt er et 229

Daraus inde 339

Man darf licet 386

Dargegen e diverso 247

Darnach post 584

Darüber hin supra (adv.) 839

Darüber (von der Zahl) supra 838

Darüber freue ich mich, betrübe mich id gaudeo, doleo 364

Darum ideo 303

Darum daß eo quo 214

Darauf weil eo quo 213 eo quod ib. ideo quod 303 proinde 627

Das 315

Das ist inquam 343 non temere est 876

Das ist schön belle 135

Daselbst inibi 341 ibi 293 istic 368

Da sey Gott vor ne 433 quod nolim 711

Da so dann erst cum-tum demum 157

Da-so ist geschwind ubi-confestim cet 892

Da-so sind nicht einmal cum tum nequidem 164

Da so, sodann erst cum-tum tum demum 175

Da-so zeigts sichs doch auch cum-tum tamen 164

Daß qui 311, 605. 685 quod 718 auf daß quo 873 ut 948

Daß also ut 951

Daß ichs recht sage ut ve-verius dicam 951

Daß ich nicht gar sage ne dicam 435

Daß ich so sage ut ita dicam 950

Daß nemlich ut 951

Daß nicht quin 733 quo minus 753 ut ne 431, 952 ut non 953

Daß nicht aber ut-ne ve 950

Daß nicht noch ut ne-neve cet 431

Daß nicht aber nicht ne-ve cet. 432

Daß nicht-wo nicht ne-nisi 434

Davon ich gesagt habe quem dixi cet. 684

Da urplötzlich cet. 156 sq.

Da warum 192

Da wo man durchgehet qua-ea 641 sq.

Deinet wegen ex te 243

Denn enim, etenim 204 nam, namque 424 quippe 738

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1014
DFG

Denn nicht nec enim 449 it. 185, 187
Dennoch tamen 850
Dennoch aber verum tamen 928
Der (in contentum) quidam 724
Deren wenige sind qui pauci 683
Dergestalt daß sic ut 807
Dergestalt daß nicht ut-ut ne 952
Dergestalt wenn ita-si 371 sic-si 806
Dergleichen ejusmodi 203 hic 272
Dergleichen) (als ejusmodi) (qualis 203
Der ist mir so gut als 20 pro 619
Der Leute ihres ille (cum genitivo) 311
Dermassen daß usque eo ut 934
Der Natur gemäß e natura 248
Der nicht quin 735
Der nicht viel zu bedeuten hat quidam 724 aliquis 68
Derowegen ita 375 ergo 218 sq. hinc 279 idcirco 295 ideo 303 igitur 305 itaque 375 proinde 627 quare 673 quocirca 756
Der Rest in der Rechnung 766
Derselbe is 357 iste 366
Der Tropf iste 366
Der was bedeutet aliquis 69
Der welcher iste qui 367
Desgleichen item 376
Des Menschen seiner ille (cum genitivo) 311
Desto-je mehr hoc-quo, hoc-quod 278
Deswegen ex hoc 243 hoc 378 ob hoc cet. 533 unde 917 siehe auch derowegen.
Deswegen damit nicht ob eam causam, ne 417
Deswegen weil qui 686
Deutlich manifesto 403
Es dient mir in Kram 10
Dieß 277
Dieser hic 270 sq. hiccine 274
Dieses hoc 277 hoccine 274
Dieses (nemlich was gesagt ist) igitur 305 illud 310
Dieses will ich nur sagen hoc dico 277
Disseits cis 145 citra ib.
Dieweil quando, quandoquidem 660 si 781
Doch 130 tamen 850 nempe 461 nihilo magis 469
Doch auch nicht non tamen 485
Doch daß dum tamen 191
Doch nicht ne quidem 473

Doch so cum eo, sq. cum eo tamen 160
Doch zum wenigsten certe 148
Drüber her super 853
Drüber hin ultra 913
Drüber von der Zeit, Zahl supra adv. 838
Drunter infra 339
Drunter und drüber sursum et deorsum 841
Du giebts aber vor 146
Durch per 559 a ab 6
Durchaus nicht non omnino 537 neutiquam nequaquam 455
Durch die Bank durch peræque 51
Durch mich selbst per me 560
Durch sich selbst per se 560
Durchs Looß sortito 315
Durch welche Gegend qua 641

E.

Eben forte 260 seq.
Eben als juxta ac 382 perinde ac cet. 567
Eben also item 376
Eben als wenn acsi 20 perinde ac si cet. sqq. perinde quasi 568 quasi, quasi vero (in ironia) quasi si 675 ut si 942
Eben als wenn nicht quasi vero ac non 675
Eben da commodum-cum 147
Eben dahin eodem 214
Eben daher indidem 338
Eben das par ac idem 544
Eben das als ob idem ac si 296
Eben daselbst inibi 341
Eben der hic idem 302 ille idem 301 unus 911
Eben der als 296
Eben derselbe idem 296 unus 922 unus atque idem 923
Eben der mit jenem unus 922
Eben du idem 301
Ebenfals itidem 378 juxta 381
Eben ich idem 301
Eben recht commode oder commodum 147
Eben recht so admodum 41
Eben so æque 46 pariter 547 et quidem 226 perinde 566 eodem modo 280 ex pari 247 item 376 itidem 378
Es waren eben so und so viel Jahre ipse 354
Eben so als 38 nihil aliter ac 78 item quam cet. 377 itidem ut 375 non magis quam 392 similis ac

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1016
DFG

811 perinde ac 566 æque ac cet. 49
Eben so als wenn item quasi 317 similiter acsi 812
Eben so nützlich perinde 566
Eben so sehr æque 50
Eben so sehr als proxime atque 633
Eben so viel totidem 877 nec minus 451
Eben so viel als totidem quot 877 tantundem quantum 867
Eben so viel=als wenn perinde - quasi cet. 568 quam 569
Eben so wenig nihilo magis 469
Eben so = wie ita ut 369 perinde ut 567 sic - ut 807 isto modo ut - cet. 941 siehe So wie.
Eben so wie ich æque mecum 48
Eben sowohl nec minus 451
Eben sowol als nec minus quam 452
Eben zu rechter Zeit commodum 147 in tempore 329
Ehedessen olim 534 aliquando 65 antehac 119 quodam tempore 723 quondam 758
Ehedessen = nun aber olim nunc cet. 534 primum nunc 608 prius - nunc 616 quondam nunc 759
Ehemals s. Ehedessen.
Eher magis 390 prius sq. 615
Eher als antea quam, ante quam 119 sq. citius quam 146 sq. priusquam 617 magis quam 391
Eher = bald hernach antemox ante - mox 117
Ehestens wird es geschehn, daß proximum est, ut 636
Ehester Tagen propediem 620 proxime 632
Eifrig acriter 20
Eil (mit gebührender) confestim 147
Eilig confestim 147
Ein anderer alius 78
Ein anderer als ꝛc. 86
Ein anderer anders aliter alius 76
Ein anderer ausser alius præterquam 88
Ein Cicero, Nestor, cet. aliquis 69
Ein Tag Monath ums andere altero die, mense 69
Ein einiger unus quidam cet. unus quilibet 924
Einer quis 606 unus 920
Einer alle 70

Einer allein unter allen unus ex omnibus 927
Einer der andere alter alter 92
Einer ein anderer aliquis aliquis 69
Einer der andere alteruter alter 98
Einer der andere unus alter 920
Einer aus dem Volk unus e plebe 243
Einer jemand unus 920 quidam 722 quisquam 739
Einer geht dahin, der andere dorthin alius alio 90
Einer) (keiner 70
Einerley idem 296 unus idem 923
Einerley schickt sich auf das und jenes 100
Es möchte einer, quispiam 739
Einer nach dem andern unus post alium 98
Einer oder zwey unus aut alter cet. 920
Einer über den andern aliquis super alium 85
Einer um den andern 100
Einer um einer andern Ursache alter altera de causa 93
Einer und der andere 93
Einer unter allen unus ex omnibus 243
Einer unter vielen unus e multis 243
Einer von beyden alter 92 alteruter 98 alternus ib.
Einer von zweyen alter 92
Einer wie der andre ex æquo 246
Eine Weile parumper, paulisper 553
Eine Weile so lange parumper-dum 554
Eine Zeitlang aliquamdiu 63 darauf 63
Eine Zeitlang bis aliquamdiu donec 64
Ein gewisser certus aliquis 68 non nemo 457 certus quidam 722
Ein grösserer major aliquis 69
Ein Jahr ums andere ein Jahr das, das andere jenes alternis annis 99
Ein jeder quisque 743 unusquisque 744
Ein Jahr darauf anno post 585
Einige quidem 722 nonnulli 513
Einige andere aliqui alii cet. 70 quidam alii cet. 723 alii quidam cet. 81 723 nonnulli alii 513
Einige andere = viele cet. 70

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1018
DFG

Einige = andere = wieder andere aliqui - aliqui - aliqui 70

Einige = andere wieder andere = endlich einige alii-alii-alii-aliqui cet. 82

Einige, die meisten aber alii plerique cet. 81 nonnulli plerique 514

Einige = einige aber 513

Einige etliche andere alii quidam nonnulli cet. 81

Einiger massen 463 ex parte 244

Einiges pauca 557

Einmal semel 777

Einmal, das andere mal semel, iterum sq 379

Einmal nach dem andern mal etiam atque etiam 231 identidem 303

Einmal so, das andere mal anders alias aliter 55

Einmal über das andere identidem 303 iterum iterumque 331 subinde 831

Einmal und wieder einmal iterum atque iterum 381

Eins mehr uno plus 575

Eins nach dem andern deinceps 176

Einstens quondam 758 s. Ehedessen.

Einstmals quandoque 660 quondam 758

Eins ums andere alter 92 alternus 98 ultro citroque 917

Ein und das andere mal ꝛc. semel iterum cet 379

Ein und zwanzigste alter et vigesimus 97

Ein wenig paulum 556

Ein wenig allzuviel paulo nimium 475

Einzeln viritim 910

Am Ende extremus 254

Endlich tandem 856 denique 182 vero 906 verum ib.

Endlich einmal tandem aliquando 66 aliquando 66 jam aliquando, jam tandem 291 sq. tandem jam 856

Entweder sive, seu 818 vel 897

Entweder beyde oder keiner uterque neuter 962

Entweder oder aut-aut 132 sq. aut 132 sive sive 819 ve-ve 896

Entweder oder auch vel-vel etiam 898 sive sive etiam 810 aut etiam 133

Entweder = oder = oder auch aut-aut-aut etiam 133 sive - sive - sive etiam 819

Ent=

Entweder oder auch (bey Wünschen, Bedingung) aut-aut 132
Entweder oder doch zum wenigsten vel vel certe 898 aut aut certe 133
Entweder oder nicht einmal aut-aut ne quidem 133
Er is 357
Erbärmlich miserandum in modum 321
Er mag beschaffen seyn wie er wolle qualiscunque 674
Ernstlich acrirer 20
Er selbst ipse 354
Erst primum 606
Erst darauf mox deinde 419 s. erstl. hernach.
Der erste primus 612 prius 615 unus 926
Der erste, der andre, der dritte 613 unus, alter tertius 921 seq.
Vors erste maxime 394
Erstlich primum 606
Erstlich = hernach maxime-deinde cet. 397 primo-deinde cet. 611 primum deinde 609 prius deinde cet. 616 seq.
Erstlich = hernach = sodann= ferner 609 sq.
Es fehlt nicht viel, daß nicht non longe abest, quin 389 non multum abest, quin 422
Es fehlt so viel, daß, daß vielmehr tantum abest, ut, ut potius 870
Es gehe wie es gehe fortuna quæcunque 694
Es geht auf mein Conto de meo 170
Es geht aus meinem Beutel de meo 170
Es gilt eins, dieses oder jenes juxta-aut 383
Es gilt mir gleich viel æqui istud facio 51
Es ist andem, daß in eo est, ut 328 prope est, ut 630
Es ist bekannt in medio est 332
Es ist billig par est 546
Es ist der Mühe werth tanti est 867
Es ist dienlich ab re est 8
Es ist eben so viel als ob man sagte hoc est dicere 277
Es ist erlaubt zu gehen licet 307
Es ist mir nicht lieb quod nolim 711
Es ist mir recht geschehn 61
Es ist noch nichts verdorben in integro est 331
Es ist schwer in difficili est 331
Es ist viel besser longe multumque præstat 389
Es ist umsonst, daß nihil est, quod 713

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1020
DFG

Es ist ungewiß in incerto 331
Es ist wahr certe 140
Es ist zu verwundern mirum est 409
Es ist zweifelhaft in ambiguo 332
Es mag seyn oder nicht sit at non 108
Es mag seyn wer es will qualiscunque 644 s. folgendes.
Es mag seyn wie es will quantus - quantus 668 quantusvis ib. sq. quantuscunque 672 quomodocunque 758 utcunque 956
Es möchte aber jemand einwenden ꝛc. at enim certe 127 sq.
Es möchte einer quispiam 739
Es möchte ne (nach vereor cet.) 427
Es möchte nicht ut (nach vereor cet.) 949
Es sey denn daß nisi 475
Es sey so wenig als es wolle quantulumcunque 670
Es sey wer es wolle quisquis 742
Es sey wie es wolle ut ut est 944 quicunque 963 quicquid 695 s. es mag seyn wie es wolle.
Es spielet aus dem schwarzen ins grüne e nigro 247
Es steckt was dahinter non temere est 876
Es trägts wol aus tanti est 867
Es verstehet sich scilicet 772 videlicet 909
Es wäre denn daß præter si 600 nisi si 477
Es wäre eben so und so viel ipse 354
Es wäre zu wünschen ut 950 utinam 963 quod utinam 963
Es wäre zu wünschen, daß nicht utinam ne 963
Etliche mal 67
Etwa si forte 794
Etwa (von der Zahl) ad 23 aliquis 71 circa 142
Etwa nicht nisi-forte 749
Etwas non nihil 463
Etwas anders und wieder was anders alius-alius 83
Etwas ausser aliquid præter 71
Etwas dergleichen tale quid 841
Etwas mehr paulo ultra 555
Ey (bey Bezeugung seines Verdrusses at enim 127
Ey daß dich der 906 sq.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1021
DFG

Eylends darauf confestim 147 s. alsobald. s. Eil.
Ey lieber sodes 823
Ey seht doch 199 o! 616 expresse s. ausdrücklich.

F.

Fast fere ferme 257 seq. paulo minus 556 juxta 381 propemodum 629 prope 629 quasi 676
Es wäre fast geschehen, daß prope est factum, ut 630
Fast eben so als proxime atque 633
Es fehlt nicht viel, daß nicht paulum abest, quin 556 non longe abest, quin 389 non multum- 422 non procul- 627 prope est, ut 630
Es fehlt so viel daß ꝛc. tantum abest ut cet. seq. 870
Es fehlt so viel, daß - daß vielmehr auch ꝛc. 870
Es fehlt wenig daß prope est, ut 630
Feindlich hostilem in modum 322
Von fern procul 627
Ferner (bey Erzehlung einer Sache) enim 205
Ferner amplius 100 porro 578 etiam nunc 233 jam jam porro 293
Ferner hin (de loco) 578
Ferner weil simul quod 814
Folglich ergo 217 sq. atqui 131
Es folgt nicht, daß wenn non si idcirco cet. 488 seq.
Förderlich seyn præsto esse 597
Freylich ergo 218 vero 904 utique 964
Freylich (in Beantwortung) videlicet 909 s. ja freylich.
Es ist freylich so, denn enim (ironia) 205
Freywillig ultro 916
Sich fürchten in timore esse 332
Fürwahr enim 205, 206 næ 424 nimirum 472 seq.
Fürwahr nicht haud-quaquam, haud sane 267
Fuß vor Fuß pedetentim 557

G.

Ganz omnis 539 sq. totus 247
Ganz anderer longe alius 91
Ganz anders contra 150 longe aliter 77 alia omnia

omnia 92 longe secus 776 seq.
Ganz hinein penitus 558
Ganz nichts admodum nihil 42
Ganz und gar denique 183 ex toto 247
Ganz und gar= oder doch omnino-aut certe 536
Gänzlich funditus 263 penitus 558 plane 571 omnino 536
Gar etiam 229 omnino 536
Gar keiner nemo omnino cet. 538, 529 nemo unus 458 seq.
Gar nicht haudquaquam 267 minime 406
Gar nicht oder doch nicht viel nihil aut non multum 462
Gar nichts admodum nihil 42
Gar sehr magnopere 399 seq. maximopere 399 magno opere 399
Gar wohl facile 256
Gar zu viel mehr nimio plus 575
Zum Gebrauch pro 618
Gebräuchlich in observatione 333
Gebürtig a 10 ex qua (patria) 242
Zu Gefallen gratiæ causa 249
Gegen adversus 46 erga 217 in 319 seq.
Gegen a 11 ad 24, 28, 31 circa 141
Gegend Abend sub vesperam 830
Gegen das Ende des Jahres extremus 254
Gegen in Vergleichung ad 32 præ 593 præ ut 594 pro 620
Gegen Mittag ad 24
Gegen Morgen ad 4 sub lucem 830 s. Tag.
Gegen die Nacht sub noctem 830 s. Nacht.
Gegen die Person ad 28
Gegen die Zeit ad 23
Gegen einander invicem 325
Gegen Gott adversus 46
Gegen über adversus 47 ex adverso ib. contra 150, 151 e regione, ex transverso 241 in transversum 323
Gegenwärtig præsto 597
In Gegenwart 152
Gegen zehn (fast) 10 quasi 676
Gemäß der Natur e natura 248

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1023
DFG

Gemäß der Zucht und Ordnung e disciplina et more 243
Gemäß unserm Ansehen e nostra dignitate 250
Gemeiniglich plerumque 571
Gemeiniglich = bisweilen plerumque interdum 572
Gemeiniglich = öfters plerumque-sæpe 572
Genommener Abrede nach ex compacto, ex composito, ex constituto 246
Genug satis 770 sq.
Ists nicht genug? parumne est? 553
Gerade ad modum 30 ipse 354
Gerades Weges recte 765
Gerades Weges fort protinus 639
Gerade über in transversum 323
Geringer halten, seyn infra cet. 339
Gern facile 257
Geschicklich commode 147
Geschweige dann adeo 38 ne 426 nedum 435 vix nedum 911
Geschweige dann daß nedum ut 437
Geschwind ilicet 307 sq. illico 312 ex vestigio 247 protinus 639 continuo 148 extemplo 257 s. alsobald.
Es ists jedermann geständig in confesso est 332
Gesundheit halber per valetudinem 505
Gewiß certe 139 ergo 217 ita 374 nempe 460 utique 964 s. gewißlich.
Gewiß (in Antwort) enim 206 enim vero ib. 206
Gewißlich certe 139 enim vero 206 seq. nae 423 nimirum 472 nempe 401 plane 570 quidem 727 seq. sane 769 quippe 737 sic 803 utique 964
Gewißlich (bey Beantwortung) certe 139
Wer? der gewißlich quis? quippe 865
Gieb her 139
Glat weg præcise 596
Gleich (an der Zahl, an Qvalitäten) par 544 idem 300 par ac 545
Gleich als pariter ac cet. quam 547 perinde ac 567
Gleich der äusserlichen Gestalt nach similis 810
Gleich als andere pariter cum 548 idem 300
Gleich (alsbald) atque 19 confestim 147 ex vestigio 247 extemplo 251

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1024
DFG

protinus 639 ſtatim 823 ſ. alſob.
Gleich als wenn ſimiliter ac ſi 812 ut ſi 942
Gleich als wie par ac ſi 546 pariter acſi 548
Gleicher Geſtalt itidem 378
Gleich im Anfang inter initia 346.
Gleich im Anfang ſtatim principio 824
Gleich mit dem und dem par cum 545
Gleich nach proxime 632 ſecundum 774 ſtatim a cet 824 ſub 830
Gleich, oder doch faſt ſo æque vel proxime 48
Gleichſam als pro perfuga 620
Gleichſam als eine Schlange tanquam 857 quaſi 674
Gleichſam als ein Wirths-Haus 20 quaſi 674
Gleichſam als ob juxta ac ſi 383 pro eo ac ſi 625 ſicuti 808
Gleichſam als wenn velut 902 ut ſq. vel ſi 903
Gleichſam ein Wetter-Schaden quaſi 674
Gleichſam ſpielend per ludum 561
Gleich (ſo bald als) continuo ut cet. 149
Gleich ſo bald als ſtatim ac, ſtatim ut 86
Gleich viel 57
Gleichwie = alſo tanquam ſic cet. 897 ſeq. velut - ſic 902
Gleichwie ſicut 805 velut 902
Gleich zu Anfang principio ſtatim 824
Gröſſer (herrlicher) amplius 100
Gut, gut age, age 52
Gut probe 626

H.

Halben (wegen) propter 636 ſuper 835
Alters halben per ætatem 564 ſq.
Geſundheit halben per valetudinem 565 ſq.
Halbpart in commune 322
Es hält hart in difficili eſt 331
Haß gegen erga 218
Er fährt den Mann hart an male 399
Haſt du was zu beſtellen ſi quid velis 782
Haufenweis, überhaupt acervatim 20
Hauptſächlich ex inſtituto 246
Heimlich ex occulto 246 clam 969
Heimlich) öffentlich clam) palam 96)

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1025
DFG

Heißt das? hoc est? 277
Um die Helfte mehr dimidio plus 575
Hell plane 570
Her, die Zeit her per 560
Hernach deinde 177 inde 337 post 595 post ea 589 posterius 591 post multo 583 post quæ 582 seq. post hæc 583 post deinde 583 simul 813 subinde 832 tum 885 tum deinde 884
Hernach als inde - cum 337
Hernach bald deinde mox seq. 178
Hernach, da deinde, ubi 180 deinde, cum 180
Ein Jahr hernach 585
Ein wenig hernach 585
Ganz herum circum adv. 144
Herzlich ex animo 249
Die Reihe herum in orbem 325
Heute hodie 281
Heut zu Tage hodie 281
Hiebevor quondam 758
Hieher und dorthin huc illuc 282
Hier hic 274
Hierauf 32
Hiedurch (auf den Weg) hac 264
Hierauf (wider diese Rede) contra ea 151 adversus ea 46
Hier = hier = dort ꝛc. hinc-hinc inde 280
Hier und da alibi atque alibi 58 inde - hinc 336 hinc - inde 280
Hier will ich nun hic nunc 276
Hierzu huc 282
Hierzu kommt accedit huc 283
Hingegen contra 150 sq. ex contrario 247
Hinten (auf den Rücken) post 579
Hintenweg (ironice) scilicet 771 videlicet 910
Hinter post 580
Hinterlistig ex insidiis 246
Hinterlistiger Weise per insidias 561
Hinterwärts retro 767
Hin und her huc et illuc 282 ultro citro cet. 916
Lauf hin und her hac illac 264
Hinwiederum invicem 325
Hoch alte 92
Hochgelahrt quam doctissimus 648
Höre zu heus 269

J.

Ja et quidem, et vero 226 ita 374 recte 765 imo 313

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1026
DFG

313 seq. etiam 231 quin 736 seq. vero 904
Ja allerdings imo vero 313
Ja auch 141
Ja doch tamen 850
Ja freylich scilicet 772 quippe 738 videlicet 910 utique 964
Ja gar adeo 37, 183
Ja gar überhaupt denique 183
Ja gewiß 238
ein Jahr, da annus, cum cet. 154
ein Jahr drauf anno post 585
Leute von solchen Jahren id ætatis 363
Jährlich in anno 329 quotannis 762
Jämmerlich miserandum in modum 321
Ja noch darzu ad etiam 129
Ja sagst du, das glaube ich gar wohl at credo equidem 125 seq.
Ja sagt jemand (möchte jemand sagen) atqui 130 at enim 127 seq.
Ja sagt man at vero 128 enim 206
Ja sagt man allein at vero 124, 128
Ja sagt man vielmehr at immo 124
Ja sogar atque quoque 20 atque adeo 37
Ja vielmehr atque adeo 37 quin imo, quin potius 736 imo, imo vero 313
Ja umgewandt quin contra 736
Ich besorge es möchte vereor cet. ne 427
Ich besorge es möchte nicht vereor cet. ut 949
Ich bin der is ego sum 362
Ich bin der nicht non is sum 362
Ich bin etwas ego aliquid sum 71
Ich bin nicht so gesinnt non is sum 362
Ich bin nun (so) sic sum 803
Ich für meine Person equidem 215
Ich gewißlich equidem 215
Ich selbst, du selbst ipse 355
Ich weiß nicht wer, was vor einer nescio quis 698
Ich will nicht sagen ne dicam 435
Ich zum wenigsten 215
Ich zwar aber 204 seq.
Je beredter jemand ist, je mehr fürchtet er sich ut quisque optime dicit, ita maxime cet. 749
Jeder omnis 539 viritim 910
Ein jeder quisque 743

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1027
DFG

Jeder seines Theils pro se quisque 622
Jeder so gut er kann pro se quisque 622
Jeder vor sich pro se quisque 622
Jederzeit nunquam non 525 semper
Jedoch 130 seq. tamen 850
Jedoch aber veruntamen 908
Jedoch nimmt man sich dabey so in acht cum eo tamen 184
Je grösser, je ꝛc. quo, hoc oder eo 750
Je länger je mehr magis magisque 393
Jemahls aliquando 64
Jemand aliquis 68 quidam 722 quisquam 740 seq. quisque 745 quispiam 739 quis post si 794 ecquis 200 seq. unus aliquis 925
Jemand anders aliquis 73
Jemand auch wohl nur ein gemeiner Mann unus quilibet 924
Jemand ausser quisquam præter 740
Jemand ausser aliquis præter 71
Jemand dennoch ecquis tamen 202 sq.
Jemand der qui idem 638 equidem 215
Jemand der nicht quisquam qui non 742
Jemand fremdes 68
Jemand von unsern de 169
Jemand wenn nicht oder als quisquam nisi 740 seq.
Jemand wer es seyn mag aliquis 68
Jemehr einer = desto quo quisque - eo 748
Je mehr jemand Hülfe bedarf je mehr ut quisque maxime, ita potissimum 396
Je mehr = so mehr eo - quod 211 quam - tam 651, 755 quo hoc eo 750 quo-tanto 757
Jener ille 307
Jener = dieser ille - hic 310
Jener zwar ille quidem 308
Jenseits trans 878 ultra 913
Jetzige qui nunc sunt 601
Jetziger Zeit gewöhnlich hic 273
Jetzo oder ietzund hic 274 jam 284 jampridem 288 in præsentia 330 in præsens 318 nunc 518 ut cum maxime 395, 944 cum maxime 159
Jetzo, mit der Zeit in præsentia aliquando cet. 66

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1028
DFG

Jetzo und ausserdem nunc et alias 519
Jetzo vornehmlich cum maxime 159
Jetzt zu dieser Stunde jam-jam 286
Je weniger quo minus 750 ut minimum 408
Je weiser jemand ist je ꝛc. sapientissimus quisque cet. 747
Im Anfang ab initio 5
Im dritten Buche gegen das Ende extremo libro tertio 254
Immer anders 75
Immerdar usque 932 semper, in perpetuum
Immer einer anders = als der andere alius aliter 90
Immer einer anders wohin alius alio 90 sq.
Immer einer auf einen andern Weg alius alia 90
Immer einer dem andern alius alii, alius alium cet. 98
Immer einer von einem andern Ort her als der andere alius aliunde 91
Immerhin sane 769
Immer von einem Orte in den andern 71
Immer weniger minus minusque 406
Im kurzen brevi 136
Im Schlaf secundum quietem 775
Im Traume secundum quietem 775
Im übrigen 137 quod superest 711 de reliquo 767 de cætero 173
Im übrigen reliquum est, reliquum est, ut 767
Im Verborgenen clam 969
In 8 ad 34 in 314 seq. inter 348 per 561 pro 619 seq.
In (dem Xenophon) apud 121
In) (aus in) (extra 257
In (wo) 327
In Ansehung ut 942 seq.
Indem dum 192 cum 152
Indem = alsobld cum continuo 152
Indem da in cum nomine temporis 329
Indem = unterdessen = dum-interea-jam 193
In den vergangenen Zeiten in præteritum 318
In der Ferne e longinquo 241
In der Gestalt 30 ad formam 30 sq.
In der Größe 31
In der Hand haben 327
In der Höhe sursum 840
In der Nähe e propinquo 241

In der Sache 338
In der That 250

In der Zeit inter 345
Indessen dum interea 192

In die Hand nehmen 315 seq.
In die Höhe alte 92 sursum 840

In diesem Augenblick 336
In dieser Sache hic 275 ibi 294

In einem Ort und wieder in einem andern 72

In einem schwarzen Trauer-Kleide cum cet. 160 s. auch In.

In einer Reihe fort confestim 147
In etwas aliquis 80

In Gegenwart coram 152
Im geringsten nicht nulla ex parte 244

Ingleichen item 376
In iede Stadt in 370

In irgend einer Sache 912

In kurzer Zeit 157
In langer Zeit diu 184

Innerhalb intra 352 intus 354

Innerhalb)(ausserhalb intra)(extra, foris 353

Innerhalb wenig Tagen, da intra paucos dies, quam 353

Innerhalb der Zeit intra 353

Insgemein fere 257
Ins künftige in futurum cet. 317

In so fern eatenus 196
Insonderheit præcipue 595 sq. præsertim 596

In so weit duntaxat 194 hactenus 264
Inständigst (bitten) etiam atque etiam 231

In Summa 34
In Tag hinein leben in diem vivere 317
In wenig Worten brevi 136

Irgend an einem Ort alicubi 58
An irgend einen Ort hin usquam 928 sq.
Irgends einer ullus 913

Irgendswo uspiam 928
Irgendswo unter der Sonnen usquam terrarum 922
Irgendswo, wo es seyn mag ubique 894
Irgend wozu quoquam 882

Ist das nicht ein feiner Handel, daß vel quod 900
Ist das zu wenig? parum ne est? 553
Ist etwas-so ist es gewißlich si-profecto 784

Ist jemand? ecquis 200. seq. quisquam 741. seq. num quis 516
Ist jemand der quis est qui 698 si quis est qui 794
Ist jemand der nicht, daß er nicht numquis est, quin 516
Ist nicht zu gedenken 897
Ists nicht gnug? parum ne est? 553

K.

Ich kan nicht umhin non possum non 510
Kaum vix 910
Kaum = als vix - cum cet. 911
Kaum doch endlich einmahl 912
Kaum endlich einmahl vix tandem 977, 912
Kaum = geschweige dann ægre 46 vix nedum 911
Kaum noch vix dum 911
Kaum und das nicht einmahl vix ac ne vix quidem 912
Kein nihil (cum genit) 462 non 974
Kein anderer als daß nicht non alius quam ne 88
Kein anderer als wie non alius quam si 88
Kein einiger nullus unus 512 nemo unus 925
Kein=noch nullus nec 512
Keiner nullus 511 nemo 455
Gar keiner nemo, unus 925
Keiner als nullus nisi 514
Keiner ausser nullus extra 514
Keiner ausgenommen der und der nullus præter 514
Keiner der nicht nullus quin 514
Keiner=sondern 514
Keiner sonst so leichtfertig alter cum comparat. 95
Keiner und nicht einmahl nullus ne quidem 573
Keinesweges nequaquam, neutiquam sq. 455
Keinesweges nihil omnino 537
Klar plane 570
Knapp (per ellipsin) præcise 596
Kraft des Gesetzes, Testaments ex 43 per
Kraft seines Amts per potestatem 561
Krank seyn an einem Gliede des Leibes laborare e 243
Kreis, in einen Kreis in orbem 325
Kurz brevi 136
Kurz drauf mox 418 paulo post 555, 585 post aliquanto cet. 585

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1031
DFG

Kurtz von der Sache zu kommen 709 denique 183 ne multa 433
Kurtz zuvor paulo ante 155 555
In Kurtzen paucis diebus post 584
Kürtzlich strictim 826 seq.
Der kürtzste Weg proxima via 635

L.

Lang, lange diu 184 sq.
Drey Jahr lang per triennium 560
Es ist schon lange, daß diu est, quam 186
So lange als dieses geschehen post 561
Lange Zeit 184 seq.
So lange bis dum 188
So lange bis dum usque 188
Lang hernach multo post 421 multum post 422
Lang und vielmahls diu multumque 186 multum ac diu 421
Lang vorher multo ante 421
Lang vor Tag bene ante lucem 135
Lang zuvor multo ante 421 multum ante 422
So lang zuvor tanto ante 115
In die Länge diutius 186
Länger amplius 100 ultra 914 diutius 186
Länger als ein Jahr anno plus 573
Laß es seyn sane 769
Laßt es seyn ne 434
Lebenslang in vita 329
Die Lebenszeit über in vita 329
Leicht (wohl) der beste facile optimus 256
Sehr leicht haud sane difficile 267
So leicht cito 146 ex facili 284
Nicht so leicht non ex facili 247
Leichtlich ex facili 247 facile 256 temere 875
Letztens reliquum est, 766 seq.
Letzter 254
Lieber facilius 257
Liebreich amanter 100
Durchs Loos sortito 315

M.

Ueber die Maaße extra modum 253
Mache nur modo facito 415
Seiner mächtig seyn apud se esse 122
Man darf licet 386
Man kan noch machen was man will in integro res est 331

Man

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1032
DFG

Man muß sich wundern licet mirari 387
Mann vor Mann viritim 910
Mehr amplius 100 magis 390 prius 617 plus 573 sq. semper 971
Mehr als plus quam quantum, quam quod, quam quot 576 præter 799 præterquam 601 magis quam quantum 652 quam quod, quot, ut 652
Mehr-als ultra-quam 915 supra quam 840
Mehr als gnug satis superque 772 plus satis 575
Mehr als menschlich supra hominem 838
Mehr als noch einmahl so viel tanto plus 775
Mehr als sechs amplius sex 100
Mehr als sonst plus satis 575
Mehr als tausend plus millies 575
Mehr als wenn plus quam si 576
Mehr als zu viel nimio plus 575 satis superque 772
Um einen Finger mehr digito plus 573
Die Helfte mehr 573, 575
Mehr Geissel amplius obsidum 101
Mehr nichts als non plus quam 577
Mehr nicht als fünfe admodum quinque 43
Mehr oder weniger magis minusve 304 plus minus 574
Mehr und mehr magis magisque cet 393 plus plusque 574
Meines Erachtens ut opinor 939
Meinestu itane censes, itane vero 373
Meinetwegen per me 565 ex me 243 mea causa 288 per me licet 565
Meinetwegen darfstu per me licet 445, 565
Meist plurimum 575 plerumque 572 ut plurimum 944
Die meisten plerique 571
Meistentheils plerumque 572
Mit cum 159
Mit allem Bedacht 170, 199
Mit auch cum etiam 160
Mit dem Bedinge wann ita si 371 seq. in has leges 324
Mit der Zeit in posterum 317
Mit diesen Worten in hæc verba 324
Mit Eil confestim 147

Mit

Mit einander inter nos, inter se cet. 346
Mit einem Wort denique 183 ne multa cet 433 quid quæris? quid multa? 709 seq.
Mit einem Wort (ohne viel Worte zu machen) semel 777
Mit einem Wort zu fassen 29
Mit Ernst acriter 20
Mit Fleiß 173 ex industria 247 ex præparato ib.
Mit Gewalt per vim 561
Mit grossem Eifer acriter 21
Mit grosser Mühe ægre 47
Mit gutem Vorbedacht 170
Mit hinterlistigen Nachstellungen per insidias 561
Mit kurzem brevi 136 strictim 826 statim 823
Mit Maasse commodum 147
Mit meinem, deinem guten Willen per me, per te 565
Mit Mühe, daß nicht ægre quin 48
Mit nichten-sondern haud-quaquam-sed 269
Mit Schaden cum detrimento 160 male 401
Mit Schaden verkauffen male vendere 401
Mit Strumpf und Stiel funditus 263
Mit Verdruß ægre 47
Mit Verschenkung anderer Leute Güter de alieno 171
Mit Vorsatz de industria 173
Mit welchem quicum 690
Mit wenig Worten brevi 137
Monatlich in mense 329 quot mensibus 762
Müssen non posse non 510

N.

Nach 6 a 14 de 173 secundum 774 ad 24, 30 ex 245 post 583
Nach (von der Zeit) 580 secundum 774
Nach (von der Beschaffenheit der Sache) 620
Nach (secundum naturam wie es die Vernunft erfordert) 775
Nach aller Geständniß ex confesso 246 ex professo 247
Nach Art in 321 ad modum 30
Nach Beschaffenheit der Sache pro re nata 621
Nach deiner Holdseligkeit quæ

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1034
DFG

quæ, tua est humanitas 684

Nach dem andern Vers allemal alternis versibus 98

Nach dem andern Wort alternis verbis 99

Nach dem Bürgermeister (de tempore) 50

Nach dem Gebrauch de more 173 e more 248

Nach dem Geständniß ex professo 247

Nach dem Rath de consilio 173

Nach dem Willen ex voluntate 249

Dem Schein nach in speciem 325

Nachdem postquam 680 prout cet. 723 ubi 90 ut 945

Nachdem = darauf postquam-tum cet. 587 seq. ut-postea 111 ut-tum cet. 946

Nachdem das Uebel groß ist ut in malis 942

Nachdem die Zeiten sind, nachdem die Sache unumgänglich war pro temporibus, pro necessitate 621

Nachdem ein jeder = so ut quisque-ita 748

Nachdem = gleich darauf postquam-continuo cet. 587 seq. ut statim cet. 905

Nachdem sich dieses oder jenes zugetragen ut quidque 947

Nachdem = so postquam 586 seq. posteaquam 589 seq. prout ita 624

Nachdem, sodann, sodann erst cet. ubi, tum, tum demum cet. 891

Nachdem = sogleich ut-statim cet. 945

Nach den General-Puncten summatim 833

Nach der Abrede de compacto 173 ex compacto 246 ex constituto ib. ex composito ib.

Nach der Art ad modum 30 in 321

Nach der Bequemlichkeit ex commodo 246

Nach der Gewohnheit ex consuetudine, ex more 248

Nach der Macht pro 620 seq.

Nach der Meynung ex sententia 249 de sententia 173

Nach der Philosophie ex præceptis philosophiæ 248

Nach der Reihe ex ordine 249

Nach

Nach der Reihe fort deinceps 176
Nach der Sache ist mir nichts so lieb secundum eam rem nil tanti 868
Nach der Vorschrift ex formula 243 ex præceptis 248
Nach der Zeit da post (hoc tempus) quam 586 sq. secundum 774
Nach diesem (von der Ordnung der Sachen) post 580 tum 884
Nach einen einhelligen Schluß de communi consilio 173
Nach einem leben infra esse aliquem 340
Nach einer Meynung 173
Nach einiger Zeit ex intervallo 245
Nach Erforderniß der Umstände pro rei necessitate 621
Nachgehends inde 337 tum postea 881 sq.
Nachgehends = da postea cum 590
Nach Gelegenheit der Zeit pro tempore 621
Nach Gewohnheit de more 173 ex consuetudine, ex more 248
Nach Herzens Meynung ex animo 248
Nach Herzens Wunsch ex sententia 249
Nach Italien in Italiam versus 904
Nach meinem geringen Vermögen quantulum cet. 670
Nach meinem Rath de meo consilio 173
Nach meinem Recht pro meo jure 621
Nach meiner Rechnung cet. 900
Nach Verdienst ex merito 248
Nach Vermögen pro opibus 620 pro virili parte 621 portione ib.
Nach meinem, deinem, seinem Vermögen pro mea, tua, sua parte 623
Nach unserer Meynung apud 121
Nach zehn Jahren ad 24
Nach, bey anbrechender Nacht prima nocte 612 sub noctem 830
Des Nachts de nocte 171
Nächst an proxime 631
Nächst dem proxime 633
Der nächste proximus 633
Der nächste an proximus a cet. 633
Der nächste Verwandte proximus 636
Der nächste oben proximus, proxime superior 634 prior 614
Nächstens (will ichs thun) pro-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1036
DFG

proxime 633 propediem 629
Der nächstfolgende proximus inferior 634 proximus 635
Der nächste unten proximus inferior 634
Der nächst vorhergehende proximus 634
Die nächst vorhergehende 634
In der Nähe prope 630
Näher seyn propius abesse 631
Nahe prope 629 proxime 633
Nahe beym Hause prope 629
Nahe (neben) prope 629 propter 636
Nahe dabey propter 637
Die Zeit ist nahe, da prope, cum 630
Es ist bey nahe geschehen, daß prope est factum, ut 630
Ich bin nahe darbey propius absum 631
In meinem Nahmen privatim 617
Neben der Sache (in Gegenhalt anderer) 174
Neben (gegen) circa 145
Neben an juxta 303
Neben vorbey supra 839
Nehmlich videlicet 909 scilicet 772 seq. enimvero 207
Nein recte 765
Neulich nuper 528 proxime 632
Nicht minus 403 seq. haud, haudquaquam 267 seq. nec 443 nihil 462 nullus 511 non 481 seq.
Damit nicht quin 733
Gar nicht minime 406
Ist nicht ꝛc. nonne etc. 442
Leugne es nicht ne nega 433
Noch nicht=sondern nondum-sed 510
Nicht aber 510
Nicht aber non 482
Nicht allein, s. Nicht nur.
Nicht allzuviel Soldaten minus militum 404
Nicht allzu wohl minus 404
Nicht als=sondern als non ut-sed ut cet. 496, 944 quod 497
Nicht=als wenn 563 seq.
Nicht anders als non aliter quam 76 sq. quasi sic 782 non secus ac 776
Nicht anders als wenn non aliter ac si, quam si, nisi 76 haud secus ac si, quam si 776
Nicht auch nicht einmal et non, non-ne quidem 486 sq
Nicht darum non si ideo 488

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1037
DFG

Nicht das geringste anders als 470 sq.
Nicht daß nicht = sondern non quin - sed 769, 489
Nicht daß = sondern non quo-sed 875 sq. 492 sq.
Nicht daß = sondern ut non quo-sed 875 sq. 573
Nicht daß = sondern non quia sed 490 seq. non tantum modo - sed non 871 non quod sed 569 495
Nicht daß sondern non ut-sed 497, 951
Nicht daß = sondern damit quo 907 verum quod ibid. ut ib.
Nicht daß = sondern damit nicht 495, 952
Nicht = dennoch non ceterum 485
Nicht eben das, als non idem quam 297
Nicht eben so non idem 297
Nicht ein einiger nemo unus 458
Nicht einmal ne quidem 437 nec 444 non modo 584
Und nicht einmal nec quidem 562
Nicht einmal • geschweige 45, 438 ne 435
Nicht einmal = wo nicht ne quidem-nisi 439
Nicht = es wäre denn haud-nisi 260
Nicht genug parum 552
Nicht gleich (um deswillen nicht) non continuo 149
Nicht gleichsam als = sondern daß non quasi - sed ut 498
Nicht gleich = wenn non si - continuo 149, 488
Nicht = ja nicht einmal non-ne quidem 485
Nicht jemand non aliquis 72
Nicht länger non ultra 914
Nicht leicht non facile 256
Nicht leicht jemand grausamer = als non alius atrocior 89
Nicht leicht (selten) non fere, non ferme 258
Nicht mehr als non amplius quam 102 non ultra 914
Nicht minder 471
Nicht minder = als 471
Nicht = noch non-nec 486 sq.
Nicht ohne grosse Mühe 37
Nicht nur non modo 498 non solum sq. 505
Nicht nur keiner = sondern 682 sq.
Nicht nur nicht = sondern nicht einmal non modo-sed ne quidem 416 non-solum - sed ne quidem 507 verum ne quidem 509

509 non modo non-sed ne quidem 501 sq.
Nicht nur=sondern non solum-sed 505
Nicht nur=sondern auch non tantum-sed etiam 510 seq. 873 non tantum modo sed 871
Nicht=nur sondern auch 253 425, 575 præterquam quod præter ea 603 etiam ib.
Nicht nur=sondern auch bey nahe 577, 586
Nicht nur=sondern auch vornehmlich cum-tum maxime, 162 et et-maxime 221
Nicht nur=sondern gewißlich et-et certe 222
Nicht so non item 378
Nicht so=daß non tam-ut 847
Nicht=so gar non-etiam 485
Nicht so gar alt non ita antiquus 369
Nicht so gar=daß nicht non adeo ut non 37
Nicht so gar weit minus 403
Nicht so lang gelebet als der andere, totidem annos non vixerunt 877
Nicht sonderlich 460
Nicht=sondern non potius 483 non-at, sed 483 sq.
Nicht so wohl neque magis 452 non magis 452
Nicht so wohl=als daß non tam causa-quam ut 845
Nicht so wohl wegen=als daß 845
Nicht um deswillen, daß=sondern daß non causa-sed quod 491 non ideo ut-sed ut 496
Nicht um ein geringes besser haud paulo 268
Nicht=und doch auch nicht neque-nec vero 445
Nicht und nicht non-nec 486
Nicht und nicht sondern 515
Nicht warum nicht nihil cur 497 nihil quod ib.
Nicht weil=sondern weil non quia-sed quia 491
Nicht weit in die Höhe neque altius 92
Nicht weiter non ultra 914
Nicht weiter als bis intra 352
Nicht weit von prope 629
Nicht=wenn nicht 563 sq.
Nicht wie=sondern wie non sicut-sed ut 809 non ut-sed ut, quasi 951
Nicht=wohl aber non-sed 483
Nicht=wo nicht non-ni 487
Nichts nihil 462

Vor nichts achten 718
Nichts allzusehr 471
Nichts als nihil, nisi præter 465
Nichts als daß nihil minus 467
Nichts als nur nihil amplius quam 102
Nichts anders=als das nihil aliud-nisi quod 466 sq. nihil aliud-quam quod 466 sq.
Nichts bessers nihil ultra 914
Nichts daß nicht, welches nicht nihil quin, quod non 732 539
Nichts desto weniger nec minus 451 nihilominus 469
Nichts drüber (das Beste) nihil supra 840
Nichts lieber nihil antiquius 468
Nichts mehr nihil magis 468
Nichts mehr als non amplius quam 102
Nichts minder sq. 469
Nichts nicht nihil unum 463
Nichts nicht einmal 464
Nichts nicht nur=sondern auch nicht einmal 465
Nichts=noch nihil-nec 464
Nichts so schön nihil aliud 466
Nichts so unlieb nihil minus 467
Nichts von nihil de 469
Nichts weder nihil neque 463
Nichts weiter ne quid ultra 914
Nichtswürdig nullus 511
Ich habe nichts zu thun nihil habeo 469
Niemals nusquam 524
Niemals=aber nunquam-sed 526
Niemals auch nicht einmal nunquam ne quidem 526
Niemals=daß nicht nunquam quin sq. 525
Niemals seit der Zeit nunquam ex quo 524
Niemals so lange nunquam dum 524
Niemals so lange als nunquam dum 524
Niemals sonst 55 nunquam alias 525
Niemals weder nunquam neque 526
Niemand nemo 455
Niemand ausser nemo extra 253
Niemand der nicht nemo quin 458
Niemand nicht einmal 457
Niemand=oder nemo-aut 457
Niemand sonst nemo unus 458 nemo alius ibid.

Niemand von denen nemo ex iis 459
Niemand von ihnen nemo ex 459
Niemand weder=noch 457, 512
Nirgends anders hin=als 71
Nirgends anderswo nusquam 529
Nirgends hin nusquam 529
Nirgends sonst non alibi 58 nusquam alibi 529
Nirgends weder = weder nusquam nec-nec 529
Nirgendswo nusquam 529 nusquam gentium 529
Nirgendswo = allenthalben 529
Nirgendswo = als nusquam nisi 529
Nirgends woher nusquam 530
Noch adhuc 39 dum 190 etiam 229 etiam tum 234
Noch auch neque etiam 449
Noch bisher etiam num 233
Noch damahls etiam tum 234
Noch darzu etiam 229
Noch darzu etiam num 233 ultro 916
Noch darzu hic etiam (bey Unwillen) 276
Noch deutlicher etiam nunc planius 234
Noch einmahl soviel 96
Noch ferner und mehr als bisher etiam atque etiam 231
Noch heftiger etiamnum vehementius 234
Noch jetzo hodie, hodieque 282
Noch mehr 39 amplius 100
Noch nicht adhuc non 40
Noch nicht nihil dum 463 nec dum 449
Noch nicht nondum 510
Noch nichts adhuc nihil 40, 464
Noch schlimmer etiam nunc deterior 234
Noch schöner, besser adhuc pulchrior 39 oder sage lieber: etiam - pulchrior 264
Noch=sondern 447
Noch=sondern vielmehr 447 seq.
Noch vor den ersten Octobris citra 145
Noch wenn=um deswillen nec si idcirco 448
Nützlich seyn in rem esse 320
Nun igitur 305 nunc 518 seq.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1041
DFG

seq. hic 275 enim vero 207 seq.
Nun aber atqui 130 seq. jam 284 at vero, at enim at nunc 127 seq.
Nun aber (in transitione) 520
Nun aber (da sich die Sache so verhält 522
Nun endlich nunc demum 181, 521 jam tandem 291 nunc denique 521
Nun endlich einmahl jam aliquando, jam tandem 291
Nun erst nunc demum 181, 521
Nun es sey so age sane 53
Nun ferner 204 jam porro 293
Nunmehr enimvero 208
Nunmehr jam 290, 334 nunc jam 521
Nunmehr = da jam - cum 291
Nunmehr nicht nur sondern auch non jam solum-sed etiam 290
Nun schon lange Zeit diu 183
Nun wenn jam cum 291
Nun wohl age, age 52
Nun wohlan 52
Nun zum ersten mahl 521
Nur duntaxat 194 demum 181 omnino 536 nihil aliud quam 87 nihil amplius quam 102 tantum, tantummodo 871 non nisi 487 tantum non 874
Nur = auch modo - etiam 415
Nur das sage ich tantum dico 872
Nur erst tantum quod 874
Nur erst nun modo modo 412 cum maxime 972
Nur etwas modo 415
Nur jetzo erst modo denique 415
Nur=sonsten duntaxat-alioquin 195
Nur so viel tantulum 875
Nur vor kurzer Zeit modo 411
Nur zu viel satis superque 772
Zum Nutzen pro 618

O.

O! 626
Ob an 103 seq. anne, annon 108 ne 439 ne num quid 517 utrum 959 num 515 seq.
Ob auch wohl ecquando 202
Oben (im Brief, Buch) initio 341, in principio 327
Oben supra 839

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1042
DFG

Oben (vorher) supra 837 sq.
Oben drauf insuper 344
Oben vom Venetischen Meer an usque 929
Oberhalb supra 837
Ob etwa ecquid 201 seq. ecquando 202 nunquid 517
Obgemeldte quem dixi 648
Obgleich etsi 237
Ob jemand num quis 516
Ob mit Recht oder Unrecht jurene an injuria 440
Ob nicht an 103 haud scio an ob nicht 268
Ob nicht an non 108 utrum ne 960
Ob-oder an anne 104 ne an, ne anne 440 num anne 516 utrum an 959 seq.
Ob-oder nicht an nec ne 108 seq. utrum nec ne 960
Ob schon etsi, tametsi 237, 854 licet 384 si 783 etiam 231 ut 954 quamvis 656 quod 718 ut ut 955
Obschon dennoch 238 cumtamen, cum nihilominus 165 etsi-certe, saltem 239
Obschon-dennoch tametsi sed tamen 854 quamvis tamen 650 quanquam tamen 662 ut-tamen 954 ut ut tamen 955
Obschon doch licet-sed tamen 385 quamvis-sed tamen 656 quamquam sed tamen 662 nihilominus tamen 470
Obschon-nichts destoweniger 192, 471, 855
Obschon-so ist dennoch am allermeisten 187
Obschon-wenigstens doch 275
Oder an (in occupatione) 104 seq
Oder an (nach ob) 103
Oder ve, vel 896 sive 818
Oder aber aut-aut vero 133
Oder auch aut etiam 133 vel etiam 897
Oder besser ut verius dicam 951
Oder besser zu sagen atque adeo 37
Oder doch aut certe 133
Oder nicht nec ne, nach dem an, Fragwort 108 seq.
Oder vielmehr vel dicam 896
Oder will ich sagen vel dicam 896
Oder zum wenigsten aut certe 133 vel certe 901 seq.
Oeffentlich ex aperto 246 palam 543
Oefters plerumque 572 sæpe et diu 768 sæpe semper 769

Offenbarlich manifesto 403
Oft sæpe 708 seq. subinde 831

Ohne absque 15 citra 145 seq.
Mann ohne absque 15
Ohne Ausnahme sine ulla exceptione 912

Ohne daß nisi 475 præterquam quod 602
Ohne Entgeld gratis 264
Ohne Heucheley ex animo 249

Ohne Mühe und Fleiß per negligentiam 562
Ohne Scherz extra jocum 253

Ohne Scheu palam 543
Ohne Schuld extra culpam 253

Ohne Unterlaß 148, 932
Ohne Ursache gratis 264
Ohne Verzug actutum 21 continuo 149 confestim 147 ex continenti 246 statim 823

Ohne Verzug, wenn continuo cum 149
Ohne Zweifel certe 139
Ohngefehr (von der Zahl) ad 24 non amplius 102 circa adverb. 144, 166 circiter 145 seq plus minus 574

Ohngefehr (fast) fere 257
Ohngefehr (vom Glücksfall) forte 261 sq.
Ohngefehr (mit gutem Bedacht) 261
Ohngefehr anderthalb Monat circiter 143 seq.
Von ohngefehr, temere 875
Ordentlich in ordine 332 per ordinem 563

P.

Persönlich 617
Vor meine Person privatim 617
Plötzlich ex improviso 246 extempio 251 illico 312 repente, subito 832
Plötzlich-ehe als extempo- antequam 251

R.

Recht recte 765 seq.
Recht, eben recht commode 147
Nicht recht parum 552
Recht sich erhohlen plane cet 571
Reiche her cedo 139
Reicht eins nicht ii parum est 552
In einer Reihe fort 170
Nach der Reihe fort 176
Nach der Reihe herum in orbem 325
Rest reliquus 766
Rings umher circa 143 circum 144
In gutem, bösem Ruf stehen bene, male audire 400

Rund

Rund abschlagen præciſe negare 596
Rund weg ſemel 777

S.

Die Sache geht jetzt vor res eſt in manibus 327
Sachen, wie ſie zu unſerer Zeit ſind hic, hæc 272
Bey ſogeſtalten Sachen hic 273
Sage an 139
Sage her cedo 139
Sage ich inquam 343
Sage ich (nach der parentheſi) ergo 219 igitur 306 ſeq. inquam 343
Ich will nicht ſagen ne dicam 435
Mit der gröſten Schande per ſummum dedecus 561
Zur Schande in contumeliam 322
Scharf acriter 20
Dem Schein nach in ſpeciem 323
Den Schein haben præ ſe ferre 593
Unter dem Schein per ſimulationem 561
Schertzweiſe per jocum 561
Ein ſchlechter Kerl aliquis 68
Schlecht genug 804
Schlimm male 400
Schlimmer in pejus 323
Schmählich indigne 338
Schön belle 136
Schon jam 290 jam jam 286, 292, 336
Schon-da jam-cum 290
Schon-damals jam-tum 286, 330
Schon den dritten Tag jam 286
Schon drey Tage 286
Schon etliche mal jam aliquoties 287
Schon jetzo jam nunc 286
Schon lange jam diu 288
Schon längſtens 288
Schon ſo lange 289
Schon ſo viel Jahre jam per annos 285
Schon von den Zeiten her jam usque a ſq. 285
Schon von der Zeit her 285
Schon vor langer Zeit wenn jam diu 286
Schon zu der Zeit jam tunc 287
Schriftlich per literas 563
Schwarz 160 e nigro 284
Schwer ægre 47
Es iſt ſchwer in difficili eſt 331
Sehet, das iſt der Mann en, ecce 197 ſq.
Sehet doch, was das vor en 198

Sehr per quam, sane quam 770
Sehr admodum 41 belle 136 magnopere 398 valde, vehementer 896
Sehr per (in compos.) 566
Sehr quam (cum posit.) 646
Gar sehr magnopere 399
Als jemand der noch so sehr 456
Sehr angenehm belle 136
Sehr frühe bene mane 135
Sehr leicht haud sane difficile 267
Sehr wenig tantulum 875
Sehr wohl proxime 632
Des Catuli seiner ille (cum genit.) 311
Seit a 3 abs 7 post 580
Seit dem ab hoc 3, 12 abhinc 14 ex quo 245 ex eo die 244 inter 345 post hæc 581 quam 760
Seit der Zeit ex quo 245 ex ante 250
Seit dem die Welt stehet post homines natos 581
Selbst ipse 354 sq.
Sich selbst se ipsum 411
Selbst eigen 409
Selten minus 403 raro 756
Selten sonst raro alias 55
Sichtbar werden sub aspectum cadere 830
Sieg über de 169 sq.
Siehe ecce 197 en 198
Siehe aber ecce autem 197 seq.
Siehe zu ob nicht vide, ne 428
Sintemal 660 quippe cum, quod 738 seq. si quidem 795 si 781
So istius modi 367 ita 368 tam 985
So aber (nach Erzählung seines vergebenen Wunsches) 129 nunc vero 525
So=als æque-æque 46 tamquam 857 ita-ut 370 ita-quasi 370
So=als daß tam-quam ut 845
So=als er will quam velit 647
So als es am meisten quam plurimum 577
So als wenn ita ut si 369 982 sic ut si, sic-quasi 807
So alt id ætatis 363 istud ætatis 367
So=anders si tamen 853
So=anders sic secus 809
So bald als simul 816
So bald=als 182 principio atque 614 ubi primum 893 ut primum 947
So bald als=gleich cum primum extemplo 159 protinus ut 640 simul-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1046
DFG

extemplo 816 ut primum 947
So bald als=gleich darauf simul ut-statim 817 ubi primum-continuo 894 ut primum-statim 947
So beschaffen daß ejusmodi ut 203 talis ut 842
So bin ich sic sum 803
So dann erst tum demum 883 tunc demum 888
Sodann erst=wenn tum demum-quum 882 sq.
Sodann vornehmlich=wenn tum maxime-cum 882
Sodann=wann tum-ubi 882
So daß ista conditione ut 366 tam qui 847
So daß, daß nicht 941 seq.
So daß nicht ita-ne 372 tam quin 847 sic ne 806
So einer ut quisque 947 ut quis 948
So etwas tale quid 841
So fern qua 641 quatenus 677
So fern quoad 754 hactenus 266
So gar adeo 36 ita 369 vel 900 usque eo 935
So gar daß adeo ut 37 usque adeo ut 935
So gar nicht, daß auch 37
So gehts zu 804
So gering tantus 465 tantillus 867
So gewiß als 432
So=gleich wie sic uti 807
So groß tantus 863
Nachdem das Uebel so groß ist ut in malis 942
So groß als 36 tantus-quantus 863
So groß als es immer seyn kann tantus-quantus maximus 863 quicunque 694
So groß daß tantus qui, ut 864
So gut als pro 619
So gut man kann ut potest 938
So hin 804
So hochgeachtet daß tantus est ut 864
So jemand ut quisque 947 ut quis 948
So jemand der si qui, is si quis hic 794
So ist dann (bey Eintritt in die Rede) ergo 218 sq. igitur 305
So jung id ætatis 363
So klein tantillus 867
So klein tantus 862
So kurz ich nur gekonnt quam brevissime potui 647
So lange dum 188 seq. quoad 754 tantum 866
So lange quam diu 645 quoad 754 tam diu 849

So

So lange als donec 187 eatenus donec 196
So lange=als lange tam diu-quam diu 848
So lange=bis tam diu-donec, dum, quoad 848
So lange bis adeo dum 38 donec 187 dum 188 usque donec, usque dum 933 usque eo dum 933 usque eo donec ib usque adeo quoad, donec 935 seq. dum, usque ad eum finem-dum 936
So lange Rom gestanden post urbem constitutam 581
So lange wir können quam possumus 647
So mächtig als er wolle quam velit potens 647
So meinest du? itane censes? 373
Solcher ejusmodi 203 istiusmodi 367 talis 841
Ein solcher hic, hic talis 272 ille 311 idem 296
Ein solcher als talis-qualis 842 is-qui 361
Ein solcher=als ob is-acsi, utsi 362
Ein solcher daß 366 hic-ut 270
Sollen non posse non 510
Sollte einmal? num quando? 516.
Sondern autem 134 sq. sed 776 sq. verum 907
Sondern ich sage nur das tantum dico 872
Sonst alias 54 seq. olim 534 seq.
Sonst aliter 74 aliud 105
Sonst)(damals 56
Sonst an einem Ort alias, alibi 57
Sonst einer alius aliquis 91
Sonst jetzo 56 sq.
Sonst keiner haud alias præterea nemo 599
Sonst nichts als nihil aliud nisi 466
Sonst niemals 608
Sonst niemand nemo alius 458
Sonst noch amplius 101
Sonst (i. e. wenn das nicht wäre) alioqui 60 cæteroqui 138 sq.
So oft=als toties-quoties 878
So schlecht tantus 865
So sehr in quantum 323
So sehr adeo 36 ita 368 quanto 664 quantopere 672 tam valde 849 tantum 868 tantopere 861 usque eo 933 sq.
So sehr als tantopere, quantopere 861
So sehr als jemals ut cum maxime, 395, 944

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1048
DFG

So sehr = als sehr tanto-quanto 861 quanto-tanto 664 tantum-quantum 868

So sehr daß eo usque ut 210 tantopere ut 861 tantum ut 865 usque adeo ut 935 ut 948

So sehr ich kann quantum possum 667

So sehr wir können quam possumus 647

So verschlagen quamvis callide 658

So viel hactenus 264 in quantum 668 tanto 860 tot 876

So viel als pro eo quod, quantum 625

So viel = als 669 quantum-tantum 671 quantum-eo 672 tantundem-quantum 867

So viel als die Maaß erfodert ad modum 43

So viel als ich vermag pro mea parte 622 quam possum 647

So viel als nur quicquid 43

So viel als wenn perinde-tanquam 568 sq.

So viel an mir liegt quantum in me est 666

So viel auf mich ankömmt quantum in me est 666

So viel auf mich kömmt pro virili, pro portione, pro parte rata parte 623

So viel betrift de 172 sq.

So viel das betrift quatenus 678

So viel das übrige betrift cæteroqui 138 sq. alioqui 60

So viel daß eo usque ut 210

So viel du willst quam vis 647

So viel geschehen kann quod 711

So viel (Holzes) tam multum 849

So viel ich thun kann pro mea parte 622

So viel ihrer ist quantum est hominum 668 sq.

So viel ihr verlangt ad numerum 29

So viel in meinem Vermögen stehet pro virili parte 623 sq.

So viel mal toties 878

So viel mal = als toties-quoties 878

So viel Menschen = als tot-quot 877

So viel Menschen daß tot-ut 877

So viel möglich quod 712 quam maxime 395

So viel nach meinem geringen Vermögen quantulum 670

So

So vortrefflich iſte 366 ille 307
So wahr ich lebe ita vivam 374
So wahr ich lebe, ich bin ꝛc. ne vivam 434
So weit duntaxat 194 hactenus 266 ſeq. tantum 866
So weit als 767, 786 quoad 755
So weit-als weit eatenus-qua 196
So weit bin ich kommen daß hactenus-ut 265 ſq.
So weit-bis eo usque dum 210
So weit daß eatenus ut 196 eo usque 209 huc ut 283 in tantum 323
So weit daß nicht eo usque ne 210 ſq.
So weit er hat verfolgen können quoad 755
So weit hiervon hæc hactenus 265
So weit von einem Ort als zum andern tantundem viæ 862
So wenig tantulum 867
So wenig als non magis quam 392 ſq. nihilo magis quam 471
So wenig als möglich quam minime 648
So wenig als wenn non plus-quam 577
So-wie talis-ac 842 is-qui 361 ſeq. ita-quemadmodum 371 perinde ut 567 ſic quemadmodum 806 ſic ut 807
So wohl-als qua-qua 642 vel-vel 897 juxta, et, ac, que 382
So wohl-als-beſonders cum-tum-utique 164
So wohl als gewißlich cum-tum certe 163
So wohl als inſonderheit cum-tum eximie 163 ſeq.
So wohl als noch ferner 161 ſq.
So wohl-als-und cum-tum-tum 165
Stehts gut? ſatis ne ſalvus? 772
Stets usque 932
Stückweiſe per partes 563
Von Stund zu Stund in horas 316
Zu dieſer Stunde illud horæ 311

T.

Tag und Nacht diu noctuque 186
Auf einen Tag in diem 315
Bey Tag diu 186
Bey anbrechendem Tage luce prima 612 prope lucem 629 ſub lucem 830
Den Tag hernach poſtridie 604

Den

Den Tag vorher pridie 604
Den Tag vorher als pridie cum 604
Einen Tag nach dem andern dies de die 171
Von Tag zu Tag in dies 316 sq.
Täglich in dies 316 seq. in die 317 quot diebus 762 quotidie 763
Täglich mehr quotidie magis 763
Ein Theil pars 549
Theils partim 550
Theils-theils pars-alii 549 partim-partim 551
Theuer kauffen male emere 401
Thue das, so fac hoc-jam 336
Thue das sodann fac hoctum 336
Thue doch das quin (cum imper. 850 sq.
Thue doch nicht als wenn 687
Solches thun ibi esse 338
Tief alte 92
Tief hinab alte 82 sq.
Tief hinein penitus 558

U.

Uebel 399
Uebel aufnehmen ægre ferre pati 47
Uebel tractiren male tractare, multare 400
Daß dirs übel gehe male sit 402
Uebeln Ruf haben male audire 400 sq.
Ueber 328
Ueber hinüber trans 878 ultra 913
Ueber super sq. 833
Ueberaus sehr mire, mirifice 409
Ueber das und das super 834
Ueber (den Ort) super 833
Ueber der Mahlzeit super cœnam 736
Die Lebenszeit über 329
Ueber die Maßen extra modum 253 præter modum 598
Ueber die Maaßen grösser 448
Ueber dieses porro 579 ad hoc, ad hæc 32 præter hoc 600 insuper 345 ultro 916 super hæc 834 præterea 599 amplius 101 extra 253 seq.
Ueber die Zahl super 835 seq.
Ueber (von der Zahl) ultra 914
Ueber, die Zeit über per 560
Ueber ein Jahr anno plus 573

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1051
DFG

Ueberhaupt in summa 331 omnino 620 seq. in universum 322 summatim 833 in totum 323
Uebers Querfeld her 278
Der übrige alius 79 sq.
Uebrigens 137, 835, 890 seq.
Uebrig gnug nimio plus 575 satis superque 772
Es ist an der Sache noch nichts verdorben res est in integro 331
Es ist mir verdrießlich male habet me 401
Vergebens und um nichts 172
Vergeblich nihil est quod 468
Es verlohnt sich wohl der Mühe 867
Verstellter Weise ex dissimulato 247
Viel multo 420 longe 387
Viel anders multo secus longe secus 776 multo aliter 77, 420
Viel besser citius 146
Viel (gnug multum (satis 422
Vielleicht forte, fortasse 260 haud scio an 268
Viel lieber multo magis 421
Vielmahls multum, diu et multum 421
Vielmehr citius 146 multo magis 421
Viel schöner longe pulchrior 447 multo pulchrior 421
Viel von ihren Sachen de 170 seq.
Viermahl so groß quater tantus 866
Viermahl so viel quater tanti 669
Um circa 141 de 197
Um deiner Wohlfarth willen per fortunas 565
Um den Mittag circiter 143
Um der Thränen willen per lacrymas 565
Um deswillen propter quam rem 638 eo 213 idcirco 295 seq. per hoc 564 propter 637
Um deswillen = daß idcirco-ut 295 propterea ut 638 ideo-ut 305 eo-ut 214, 246
Um deswillen nicht non ideo 304
Um deswillen = weil hoc-quod 278
Um die Gegend = wo circa-qua 144
Um die Helfte weniger dimidio minus 404
Um die Zeit circa 143 ad 25 citra 145 id temporis 363

Um eben die Zeit sub idem tempus 831
Um etwas aliquanto, aliquantum 671
Um Gottes willen per Deum 565
Um, herum a 11 seq.
Um jene Gegend circum 143 seq.
Um, jene Zeit sub 831
Um ihn circa adverb 143
Um ihn seyn 143
Um kein Härgen geringer nihilo minus 469
Um, rings umher 143
Umsonst gratis 264
Das ist nicht umsonst non temere est 876 sq.
Es ist umsonst, daß nihil est quod 466
Um so viel besser tanto melior 860
Um so viel glücklicher tanto felicior ibid.
Um so viel grösser tanto major ibid. sq.
Um so viel mehr eo magis 211 quo 751
Um so viel mehr-als eo-quo 211
Um so viel mehr damit nicht eo-ne 214
Um so viel schlimmer tanto nequior 860
Um so viel stärker 860
Unanständig indigne 338
Unberufen ultro 916
Unbilliger Weise per injuriam 561
Und ac, atque 15 seq. & 220 seq. nec non 452 que 678
Und (in Verwunderung) 229
Und also ita 375 itaque 375 igitur 305 & vero 226, 907
Und auch 223 ac etiam atque etiam 18, 19
Und dennoch & tamen 228 nihilo tamen secius 471
Und dennoch nicht nec tamen 449 neque eo magis 452
Und doch (in Unwillen) & 229
Und gleichwohl atqui 131 & 228
Und nicht ac non 18 & non 224 nec 443
Und nicht einmahl nec quidem 444
Und noch darzu & quidem 226
Und noch nicht nec dum 449
Und so gar ac quoque 20
Und um deswillen ideoque 304
Und zwar & maxime 224 & 226 is 359 & quidem 226
Und zwar um so viel weniger eoque minus 212

Unendlich ad infinitum 31 seq.
Ungebeten ultro 916
Ungefähr plus minus 574
Ungefähr zehen decem circiter 143
Ungemein mire, mirifice 409
Ungern 47
Ungern sehen ægre ferre, pati 47
Es ist ungewiß 331
Ungezwungen 147
Unlängst modo 410
Unmäßig extra modum 253
Unrecht 900
Unstreitig 161
Unten subter, subtus 831
Unter cum 160, sub 827 in, 334 de 159 ex 279 inter 345
Unter (von einer Menge) 279
Unter dem Schein per simulationem, per speciem, per causam 562
Unter dem Schein)(in der That aber per speciem) (re ipsa 563
Unter dem Titel sub titulo 828
Unter dem Vorwand, als per causam, per simulationem 562
Unter der Bedingung 828 seq.
Unter (der Zeit) citra 167
Unterdessen interea 350 inter hæc 346 seq.
Unterdessen=da interim cum 350 sq. 405 in 329
Unterdessen = indem 351 seq.
Unterdessen=so lange interea-quoad 351
Unter einander inter nos, inter se 346
Unter einander invicem 326 ultro citroque 917
Unter Händen seyn, haben in manibus esse, habere 327 sq.
Unter freyen Himmel sub dio 827
Unterwegs 241
Unverhofft ex insperato 246 ex inopinato 246
Unvermerkt ex inopinato 246
Unversehens ex improviso 245, 246 de improviso 174
Völlig ad plenum 31 admodum 45
Vom Anfang inde a principio 337
Vom Anfang her 6
Vom Papier de scripto 169
Vom Ursprung her jam a principio 284
Von a, ab 1 de 168 ex 244 sq. super 835
Von allen Orten her hinc et illinc 279 sq.
Von allen Seiten her 919

Von

Von andern Dingen aliunde 61
Von auſſen)(innen extrinſecus 255
Von auſſen foris 259
Von daher hinc 278 inde 336 ſeq.
Von daher von dorther hinc inde 281
Von dannen exinde 250
Von dar an inde usque 930
Von dem und dem (der Urſache iſt) 279
Von der Reiſe e via 243
Von der Zeit an 279 ex ante 250 ex quo 245
Von der Zeit an hinc 279
Von einem Ort her alicunde 59
Von einem Ort in den dern alicunde, alio 59 ſeq.
Von einem ſo gut als vom andern ex æquo 246
Von einem Tag zum andern in diem 317
Von einem, von andern, von dritten aliunde aliunde-aliunde 62
Von einer andern Poſt aliunde 62
Vor etlichen Jahren her abhinc 14
Von ferne e longinquo 241 ex intervallo 244 procul 627
Von forne ſupra 839
Von freyen Stücken ultro 916
Von Grund aus funditus 263
Von Hertzen ex animo 249
Von hier nach Indien hinc in Indiam 279
Von jemand, aliunde 62
Von jemand hören de pro 174
Von jetzt an gerechnet abhinc 14
Von innen heraus penitus 558
Von innerſten Grund 558
Von Jugend auf 4, 5, 6 ex adoleſcentia 244
Von Kindheit auf 3 ſeq. 328
Von neuen de integro 174 ex integro 247
Von nun an ex hoc tempore 245
Von oben herab deſuper 183 ſuperne 837
Von Oel 195
Von ohngefehr 261
Von ſich ſelbſt 411
Von Stuhl pro ſuggeſtu 619 ſq.
Von Stund extemplo 251 protinus 640 ſ alſobald
Von Stunde zu Stunden in horas 316
Von Tag zu Tag in dies 316 ſeq.

Von weiten her alte 92 longe 387
Von welchen inde 336
Von Wort zu Wort ad verbum 31, 288
Von Wort zu Wort verdollmetschen totidem verbis interpretari 877
Vor a 9, ante 108 seq. ex ante 250 in 334 præ 593 præter 597 pro 618
Vor pro)(wider contra 618
Vor allen Dingen ante omnia 110
Vor Augen ob oculos 533 præter oculos 597 sub oculis 827
Vor besser, schöner 593 seq.
Vor bestimmter Zeit ante tempus 109
Vor dem 109
Vor dem andern vorlaufen ante cæteros procurrere 109
Vor den Augen hin præter 597
Vor den Stadtrichter (i. e. ehe er Stadtrichter war) ante istum prætorem 109
Vor den Tag ex ante 250
Vor der Gemeinde pro concione 619 seq.
Vor der Kirche pro 619
Vor der Zeit ante hac 119
Vor diesem 114, 881
Vor diesem)(nun 114
Vor diesem)(nachgehends 114 seq.
Vor dieses mahl 318
Vor einer kleinen Weile modo 410
Vor Erbauung der Stadt Rom ante urbem conditam 108
Vor einer Person præ 593 seq.
Vor Freuden præ gaudio 594
Es ist vorhanden in medio est 332 in manibus est 327
Vorhanden præsto 597
Vorher gesagt ex denunciato 22
Vor jedermanns Augen 543
Vorjetzo ad præsens 34 in præsentia 330 in præsens 318
Vor kurzer Zeit modo 410
Vormahls als oder so lange 116
Vormahls)(hernach ante) (post 114
Vormahls-jetzo 114
Vor mich a me 9
Vornehmlich maxime 394 præcipue 595
Vornehmlich aber is 359
Vornehmlich darum, daß eo maxime quod 213 præcipue quod 595
Vornehmlich wenn maxime si 396

Der

Der Vornehmste primus 613
Vor nichts achten pro nihilo habere 619
Vorsetzlich de industria 173
Vor sich hin 132 protinus 639
Vor sich selbst per se 560 ultro 916
Vor Sorge præ cura 594
Vors erste primum 606 maxime 394
Vortreflich belle 135 inter pauca 347 mire, mirifice 409
Vor verflossenen Tag ante 111
Vor vorhero)(währender 113
Unter dem Vorwand per simulationem 562
Vorwärts protinus 639
Vorwärts hin adversus 45
Vor Zeiten olim 534 quondam 758
Urplötzlich ex improviso 245, 246 subito 832
Ursache gnug warum satis cur 771
Ursach warum causa cur 166 est quod 713

W.

Währender Regierung und zuvor in)(ante 111
Wäre das nicht absque 15
Es wäre denn daß præter si 695
Warlich enim 205 das ist nicht zu leiden enim vero 207
Ich warte bis 187
Warum cur 166 quam ob rem 656 quod 713 quid est quod, cur 704 quorsum 760 quid? quid ita? 703 ut quid? 943
Warum (bey Anzeigung seines Verdienstes) 167
Warum (bey Ueberzeugung) 167
Warum (bey Wünschen, bey Mahnen) 168
Warum (in Unwillen)? quid ita? 373, 703
Du fragst warum? 167
Warum daß quid ita 373, 703
Warum nicht? quid ni? 707 quin 850
Warum sollte ichs gerne sehen (bey Abmahnung) 168
Warum wenn nur quid? 704
Was num quidnam 517 seq.
Was anders vorhaben alibi esse 57
Was anlanget a 9, 12 ad 29 circa 142 de 172 in 320, 333

Was bist du vor ein Mensch quid tu hominis es? 702
Was brauchts viel? quid plura 710
Was das anlangt quod 712
Was das anlangt=allein quod-vero 712
Was das betrift quatenus 678
Was das übrige belangt 137
Was den Hencker! malum! 402
Was denn mehr? quid tum? 708, 880
Was für einer ecquis 200
Was gestalt quemadmodum 681
Was hat er nun (occupantis) igitur 305
Was heist denn Geld nehmen, wenn das nicht ist quid aliud-si 89
Was ich gewesen bin quod fui 710
Was maassen quemadmodum 681
Was noch mehr? quid tum? 708, 880 quid tum postea 682
Was noch mehr ist quod plus est 575
Was nun? quid vero? 708
Was nur quicquid 695 quidquid, quidlibet 710
Was nur=dasselbe quicquid-id 695 hoc omne-illud totum 695
Was sag ich, ein ꝛc. autem 134 Was sag ich viel? 710
Was soll ich anders sagen? quid aliud dicam? 709
Was soll ich sagen? quid loquar? 708
Was und wer quid quis 706
Was vor qui 686 sq.
Was weiter? numquid præterea 518 quid tum? 708, 880
Was willst du damit verstanden haben? quorsum istud? 760
Was wollen wir dazu sagen, das quid? quod 706
Wechsels weise per vices 563 invicem 325 ultro citroque 916
Wechselsweise=bald=bald invicem - modo - modo 326
Weder nisi 475
Weder daß=noch ne neu 432
Weder=noch neu-neu 432 nec-nec 445 neque-neque ib. neque-nec, nec-neque 446 nec-aut 449
Weder noch weniger neque nec vero 445 sq.
Wegen a 11 de 172 in 333 ergo 217 ob 532 per 564

564 præ 594 pro 625 propter 636
Wegen des Gesetzes ergo 217
Weil cum 165, 152 quia 719 propter-quia, quod 719 quoniam 639 quatenus 678 siquidem 796
Weil (nachdem) quandoque 660 quoniam quidem dem 721
Eine Weile paulisper 554
Eine kleine Weile bis parumper dum, paulisper dum 554
Weil um deswillen quod idcirco 714 quia eo 720 quoniam idcirco 721
Weit longe 383
Weit longe i. e. valde 388
Damit ich nicht weit gehen dürffe ne longe abeam 388
Weit anders s. so viel anders.
Weiter porro 578
Nicht weiter haud ultra 914
Was weiter numquid præterea 518 quid tum 708
Weiter = als ultra-quam 915
Weiter nichts non plus 575 ne quid ultra 914
Weiter nunter paulo infra 339
Weiters ultra 914
Weiter über den Ort als ultra-quam 915
Weit hinein alte 92
Weit in Tag hinein ad 22
Weitläufig multus 422
Weit und breit longe lateque 388
Welcher qui 683 qualis 642
Welcher? quis 698? qui nam? 737
Welches = der qui-hic, is 687
Welcher = derselbe auch quidem 688
Welcher ebenfalls qui idem 320
Welcherley qualis 642
Welcher nicht quin 735
Welcher nur quicunque 693
Welcher von beyden? uter 957 quinam 737
Welches denn id quod 361
Wenig male 401 minus 403 parum 552 paulum 556
Ein wenig parumper 553 paulo 555 paulum 556 tantisper 859
Ein wenig bis tantisper dum 859
Ein wenig inzwischen 859
Ein wenig hernach paulo post 555
Ein wenig mehr plusculum 477

Ein wenig schöner 555
Ein wenig zuvor paulo ante 555
Ein wenig zuvor=als paulo ante cum 134
Es ist zu wenig, wenn nicht parum est-nisi 553
Es ist zu wenig, daß parum est quod 553
So wenig als wenn non plus quam 575
Wenige pauci 557
Davon wenige qui pauci 683
Weniger als citra quam 146 minus 403 minus quam, ac, atque 405
Weniger als die Helfte dimidio minus 404
Weniger als es vergönnet intra modum 353
Weniger gegen den, was præ ut 594 sq.
Je weniger ut minimum 408
Am wenigsten minime 406
Wenigstens 964
Wenn cum 152 quando 659 quod si 715 si 778
Wenn? ecquando 202
Wenn aber nicht si sin, si vero, sin minus 797
Wenn aber wenn si-atsi 796
Wenn=allein wenn si-atsi 796
Wenn=alsdenn quando-tum 659 si-tum 786 si-tunc 787 sin-tunc 801 ubi tunc 891
Wenn anders siquidem 796
Wenn auch gleich=so nun aber, da aber 237
Wenn auch schon etiamsi 235 si 783
Wenn=da aber si-cum vero 787
Wenn dagegen si e contrario 383
Wenn=das aber nicht warum ni cur 478 sq.
Wenn=dennoch cum-tamen 154 si-tamen 783
Wenn du das auch wissen willst si quæris 778 sq.
Wenn etwa si forte 794
Wenn etwas si aliquid 72
Wenn etwas, eben dasselbe si quid idem 697
Wenn gewißlich si, quod si-certe 714 si-ergo 716
Wenn gleich licet 384 si maxime 795 sq.
Wenn=gleich darauf cum-statim 135
Wenn gleich nicht=doch etiamsi minus-tamen 237
Wenn jemals si aliquando 67 si quando unquam 795 si-quando 659 si unquam 795
Wenn jedesmal zuvor si unquam ante alias 795

Wenn

Wenn iemand si aliquis 72 si quis 696 si quisquam 741
Wenn iemand das thut si quis est qui hoc facit 697, 794
Wenn iemand derselbe si quis-hic, is 697, 794
Wenn iemand so si quisquam profecto 794
Wenn man das ansiehet ut 942 sq.
Wenn mir recht ist ut opinor 939
Wenn nicht nisi si 477 quod nisi 717 si minus 789 si non 791
Wenn nicht = dennoch si minus-attamen 789
Wenn nicht = doch zum wenigsten si minus-at saltem 790
Wenn nicht etwa nisi forte 479
Wenn nicht etwas nisi aliquid 72
Wenn nicht = so aber nisi-sin autem 478
Wenn = nichts destoweniger quod si nihilominus 716
Wenn nicht vielleicht nisi forte 261, 479
Wenn noch so groß quantumvis, quantus quantus 668
Wenn nur dum, dum tamen, dum modo 191 modo 415 modo ne 416 si modo 417 si quidem 796 si maxime 793
Wenn nur nicht dum modo non, ne 192 modo non 417 nisi tamen 476
Wenn nur nicht vielleicht nisi forte 261, 479
Wenn schon ut (in concessione) 954
Wenn schon = dennoch 954
Wenn schon = doch 271
Wenn schon noch so sehr ut maxime 955
Wenn sich die Sache so verhält hic 270 sq.
Wenn = so aber si-sin 797 si nunc 523
Wenn so = aber cum-nunc vero 523
Wenn = so denn cum-tum 153 si-tum 786
Wenn = so denn erst cum-tum demum, tum denique 153
Wenn sonst nichts = dennoch zum wenigsten si nihil aliud-certe tamen 793
Wenn sonst nichts zum wenigsten si nihil aliud-saltem 793
Wenn = so um deswillen si-idcirco 781
Wenn vielleicht si forte 794
Wenn warum si cur 786

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1061
DFG

Wenn=wenn aber cum-sin 154 si-sive 818
Wenn=wie viel mehr si-quanto 785
Wer? ecquis? 200 sq. quis? 698
Wer den andern quis quem 699
Wer es sey quicquid (cum genit.) 695 quisquis 742
Wer ist (indign.) quis 701
Wer ist der? quis est qui 698
Wer ist es quod 710
Wer ist es als quis-nisi 700
Wer nur qui modo 415 seq.
Wer nur quicunque 693 quisquis 742
Wer nur derselbe quicunque-is 693
Wer sonst? nempe (nach einer Frage) 400
Wer thut das quis est qui hoc faciat 698
Im Werk seyn in manibus esse 327
Weswegen quare 673
Wider a 9 ad 28 adversus 45 contra 150 erga 217 in 326 334
Wider das Zahnwehe contra 151
Wider den Zweck contra ac propositum est 151
Wider die Krankheit adversus 46
Wider die Gesetze contra ac oportet 150
Wider die Gewohnheit contra ac licet 150
Wider Willen præter voluntatem 597
Der Wiedersacher alius 79
Es ist das Widerspiel contra accidit, 150
Der Widerwärtige alius 79
Wie (die Art) ratio, quomodo 756 ad modum 130
Wie quasi 674 tanquam 857 ad effigiem 30 sq. in speciem 324
Wie quemadmodum 681 qui 699, 811
Wie prout, pro eo ac 624 quomodo 756 ut 937 in exemplum 319 qualis 643
Wie quam (nach sentio) 625
Wie vel 896 vel ut 902
Wie! (in Verwunderung) ut! 943
Wie=also quomodo-ita 757 ut-ita, uti-ita 940 prout ita 624 quasi ita 674 quemadmodum sic 681 sicut ita 940 tanquam sic 857
Wie=also auch quemaddum-sic etiam 682 sq.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1062
DFG

Wie = also hingegen ut-sic contra 941
Wie auch nec non 452
Wie bald 749 quam mox 418
Wie denn? quid enim 707
Wie = eben so ut-itidem, item 940 ut-similiter 941
Wie ein jeder = also ut quisque -ita 869
Wie er beschaffen seyn mag quicunque 693
Wie er will quam velit 647
Wie es das und das erfordert ad 29
Wie es jetzo die Zeit giebt ut nunc fit 937
Wie es jetzo gehet ut nunc est 937
Wie es jetzo stehet quomodo nunc est 757
Wie es mit ihm abgeleget war ex compacto 246
Wie es seyn mag quomodocunque 758 utcunque 956
Wie es würklich ist sicut est 808 ut est 939
Wie es zu gehen pfleget 938
Wie gehets zu ut (bey Verwunderung) 443
Wie gern wollte ich quam vellem 654
Wie gesagt ut dico 938
Wie gestaltet ad 30
Wie groß quantus 669
Wie groß er seyn mag quicunque 693
Wie ich dafür halte ut opinor 939
Wie ich sage ut dico 938
Wie ist es denn nun? quid igitur? 708
Wie ists möglich? qui fit? 699
Wie kömmts? qui fit? 699
Wie lange? quousque 764 quam diu 645 quatenus 677 quoad 754
Wie lang es wäre daß quam pridem 646
Wie lange = so lange quam diu-tam diu 645
Wie lebt er? ut valet 966
Wie man es abgeredet ex composito 246
Wie man es bestellet ex constituto 246
Wie man im Sprichwort saget quod ajunt 711, 939 ut dicitur 939
Wie man kann ut potest 938
Wie man zu reden pflegt ut ajunt 939
Wie nur utcunque 956 seq.
Wie oft quoties, quotiescunque 764
Wie sehr quam 646 quantum 665

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1063
DFG

Wie sehr = so sehr quantum 666
Wie sie belieben ut videtur 939
Wie sie denn würcklich sind sicut sunt 808
Wie sich es thun lässet quoquo modo 743
Wie so? quid ita 703 sq.
Wie - so qualis - talis, qualis - perinde 643 talis-qualis 842
Wie? sollte nicht quid? nonne 705
Wie stehts demnach um die Sache quid igitur? 708
Wie theuer quam magni 646
Wie viel quam multa 646 quid 702 quot 761 quotus 885
Wie viel anders 90
Wie viel besser quanto melius 762
Wie viel ihrer sind quot-quot 762
Wie viel mahl quoties 763
Wie viel nur = so viel quotcunque-tot 761
Wiel viel = so viel quantum-tantum 671 sq. quot - tot 761
Der wievielste quotus quisque 762 quotus 767
Wie weit quatenus 677 quousque 764
Wie wenn? quid si 704
Wie wird es um mich aussehen quid me fiet 202
Wiewohl etsi 237 tametsi 854
Wiewohl = dennoch quanquam tamen 662
Wiewohl = nichts destoweniger 662
Wiederum iterum 379 sq.
Wiederum da iterum cum 379 sq.
Wieder zum andern mahl de integro 174
Wo quo loci 750 ubi 888 ubinam 894, seq. ut 945
Wo (in welcher Gegend) 166
Wo aber sin autem 797
Wo = als denn ubi - tunc 891
Wo anders her foris 259
Wo = daselbst ubi-ubi 890
Wo das nicht gewesen absque 15
Wo das so ist = wo aber anders si ita - sin aliter 797
Wo er nur durchreiset quacunque 642 qua 641
Wo es hinaus wollte quorsum 760
Wo es seyn mag ubique 894
Wo etwa si forte 794
Wo ich nicht irre ut opinor 939

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1064
DFG

Wo jemand=ſo ſi quisquam-profecto 794
Wo in der Welt ubi terrarum 889
Wo nicht niſi 475 quod niſi 717 ſi minus 790 ſi non 789, 797, 792
Wo=nicht dennoch zum wenigſten ſi minus-at ſaltem 790
Wo nicht=doch ſi minus-at 789
Wo nicht etwa niſi forte 479
Wo nicht ſonſt ſi nihil aliud 793
Wo nur quanam 643 ubicunque 895 utcunque 956
Wo nur nicht modo non 416
Wodurch 641
Woher unde 917, 919 ſeq
Woher=als unde-niſi 919
Woher=dahin qua-ea 641, 918
Woher=eben daher unde-inde 918
Woher und wohin unde quo 918
Wohin quo 705
Wohin nur quoquo 760 unde unde 919
Wohin nur=dahin 371, 883
Wohl probe 626 vero 904 facile 256 pulchre 641 vel 901
Wohl am meiſten vel maxime 901 ut plurimum 578
Wohl der gröſte vel maximus 901 ſq.
Wohl=gewiß vel-certe 901
Wohl)(nicht gar wohl, nicht zum beſten bene)(parum 135
Wohl zum meiſten ut plurimum 578
Wohlan 52
Zu wohlfeil verkaufen male vendere 401
Wollen wir denn das thun? ergo 218 ſeq.
Wollen wir doch tamen ne 847
Wollte Gott utinam 963 quod utinam 717, 963 ut 950
Worauf zielet das? quorſum iſtud 760
Worbey in quo 330
Worinnen ubi 888
Daß kein Wort mangelt præciſe 596
Worzu? quo? 750
Worzu fragſt du das? quorſum quæris? 760
Es iſt ein Wunder mirum eſt 409 mirabile eſt ibid.
Wunderbar mirandum in modum 322

Ich wundere mich daß miror cur 167

Z.

Die gehörige Zahl ad numerum 29
Der Zeit nach pro temporibus 621
Die Zeit her per 560
Die Zeit wie lange quamdiu 645
Eine geraume Zeit her jam diu 287
Eine Zeit lang aliquamdiu 63 sq.
Eine Zeit lang)(darnach aliquamdiu)(deinde 63
Eine Zeitlang)(in einem Augenblick in momento temporis 63
Eine Zeit zuvor ante (cum nomine temporis) 111
Zu der Zeit ad 24
Zu rechter Zeit per tempus 561
Sachen wie sie zu unserer Zeit sind hic 273
Ziemlich admodum 41 sq.
Ziemlich bey Geld bene numatus 135
Ziemlich mit einem Barte versehen bene barbatus 135
Ziemlich wohl belle 135
Zu adversus 46 in 320
Zu (de eventu) 320
Zu (daß zu dem Ende das geschehe) in 520
Zucht und Ordnung gemäß ex more et disciplina 248
Zu dem Ende ad 29
Zu der Zeit ad 24 id temporis 363
Zu der Zeit am meisten cum maxime 970
Zu diesem=zu einem andern alio-alio 60
Zu dieser Stunde illud horæ 311
Zu einer Zeit simul 813 sub idem tempus 831
Zuerst primum 606 primus 612 prior 614 principio 613
Zuerst=darauf=endlich antea-deinde postremo 119 initio-deinde-mox 341 primum-deinde 606 primo 611
Zuerst=hernach initio-mox 342 præcipue-deinde 690 primum deinde 606 prius-dein 616
Zuförderst (vor allen Dingen) 611
Zu Gefallen ex animo 249
Zu geschweigen nedum 435 vix nedum 911
Zugleich simul 813, 917
Zugleich auch idem 302

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1066
DFG

Zugleich (beysammen) una 917 inter cætera 400
Zugleich mit simul cum 814 eodem tempore 302 pariter atque 346 simul atque 814 pariter-cum 547
Zu guter letzt postremum 592
Zu jetziger Zeit ad præsens 34
Zu irgend einer Sache quoquam 882
Zu langsam post tempus 649
Zuletzt ad extremum 25 denique 182 extremum est 255 proxime 632 postremo 591
Zum ad 28 sq.
Zumahl præcipue 595 præsertim 596
Zumahl wenn præcipue si 595 præsertim si, cum 596
Zum andern secundum 747
Zum andern und dritten mahl iterum et tertio 380
Zum besten 287
Zum ersten mahl primum 606
Zum Exempel velut 903
Zum Gebrauch pro 610
Zum grossen Leidwesen cum magna calamitate 160 seq.
Zum Henker malum 402
Zum höchsten ad summam 29 denique 211 ut maxime 955
Zu höchsten fünf, zum wenigsten drey plurima quinque, pauciſſima tria 578
Zum letzten mahl postremo 592
Zum Nutzen pro 618 e, ex 250 pro bono 725
Zum Schaden 46
Zum Schein 374
Zum Ueberfluß ex abundanti 246 ex supervacaneo 247
Zum Verdruß 46
Zum Voraus in antecessum 322
Zum wenigsten at 126 seq. certe 140, certe quidem 141 citra 145 duntaxat 194 minime 407 minimum 408 quidem certe 731 saltem 760 vel 900
Zum wenigsten-wenn nicht certe si non 140
Zum Zweck ad 27
Zu nichts nusquam 614
Zu rechter Zeit per tempus 561
Zurücke gerechnet (die Zeit) retro 767
Zur Schande in contumeliam 522
Zu sehr nie 355

Zu spät post tempus 561
Zuvor ante 113 antea 117
Zuvor als ante cum 116
Zuvor)(darauf ante)(tum 115
Zuvor)(hernach ante)(postea 114
Zuvor)(nun aber prius) (nunc 616 primum) (nunc 608
Zu was Ende quorsum 760
Zu wenig parum 552 seq.
Zwar quidem 726 equidem 215
Zwar = aber quidem - sed 728
Zwar = aber auch quidem-sed &, sed etiam 730
Zweifele nicht, daß nicht 733 seq.
Es ist zweiffelhaft in ambiguo 332
Zwey oder drey mahl iterum ac tertio 380
Zwey mahl so viel bis tanto 866
Zwischen inter 345

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1068
DFG



Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1728946689/phys_1072

DFG

ne, pro parte rata parte 623
So viel betrift de 172 sq.
So viel das betrift quatenus 678
So viel das übrige betrift cæteroqui 138 sq. alioqui 60
So viel daß eo usque ut 210
So viel du willst quam vis 647
So viel geschehen kann quod 711
So viel (Holzes) tam multum 849
So viel ich thun kann pro mea parte 622
So viel ihrer ist quantum est hominum 668 sq.
So viel ihr verlangt ad numerum 29
So viel in meinem Vermögen stehet pro virili parte 623 sq.
So viel mal toties 878
So viel mal = als toties quoties 878
So viel Menschen = als totquot 877
So viel Menschen daß totut 877
So viel möglich quod 712 quam maxime 395
So viel nach meinem geringen Vermögen quantulum 670

So

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 572
Patch Reference numbers on UTT
C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11
10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9
the scale towards document
Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1728946689/phys_1073
DFG